BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
39 O
28

8

L 250

CANDELABRVM AVREVM ECCL. S. DEI,

CONTINENS LVCERNAS SEPTEM:

Nempe ſeptem mirabiles elucidationes circa ſeptem Sacramenta.

Chriſtianis omnibus, præcipuè Animarum curam gerentibus, nec non caſus conſcientiæ ſcire volentibus omnino neceſſarias.

PARS PRIMA.

AVCTORE ILLVSTRI, ADMODVMQVE R. D. DON MARTINO ALFONSO Viualdo Hiſpano. I. C.

Atque ex ſacro, ac celeberrimo Theolog. Bon. Collegio Excellentiſs. Doct. In Ciuitate Saonæ olim publico Profeſſore, Examinatore generali, ac Pœnitentiario maiore.

CVM APPENDICE

Opuſculi vtiliſſimi, in quo quinque S. Eccleſiæ explicantur præcepta:

AVCTORE LVDOVICO CARBONE.

8.39.0.28



VENETIIS, Apud Nicolaum Moretum. 1596.

SERENISSIMO PRINCIPI,

D. D. ALFONSO ESTENSI II.

FERRARIÆ DVCI INVICTISS. &c.

D. MARTINVS ALFONSVS VIVALDVS HISPANVS,

Triplicem optat fœlicitatem.

FERDINANDI Medicei Etruriæ magni Ducis patrocinium apud Summum Pont. quod pro gente Hiſpana Cardinalis ſuſtinebat, fecit, vt meas illi vni lucubrationes in hoc Candelabro conficiendo, libentiſsimè, ac merito conſecrarem. Ex quo die vſque ad hoc tempus (biennium enim agitur) diuendita ſunt Volumina in vniuerſo Chriſtiani nominis Orbe Duo millia & Quingenta. Nunc, cùm neceſſe fuerit illud ipſum Candelabrum, multis ſtudiosè efflagitantibus, typis iterum committere, ne publicæ vtilitati, cui antea conſulere ſtuduiſſem, hoc tempore inuidere viderer; opus ipſum, ſic

centum viginti locis hinc indè auctum, vt meritò cuicunque nouum omnino videatur, ſtatui ſub tuo ampliſsimo nomine in lucem exire, qui gentem Hiſpanam, vt conſtat apud omnes, pro viribus tuendam ſuſcepiſti. Accipe igitur, SERENISSIME PRINCEPS, vt Hiſpanorum Patronus, quod tibi dono dat Hiſpanus, atque ex Collegio Hiſpanorum homo tibi, ob ſingulares tuas, egregiaſque virtutes addictiſsimus. Non reſpondet Dignitati Tuæ ſummæ munus datum? reſpondeat animus. Hunc ſpectes te obſecro; ſic tamen vt illud non reijcias, quod non foré ſpero: nam quæ tibi grauitatem natura dedit, non negauit humanitatem. Fac igitur, vt ipſe quoque poſt alios multos, prædicare id poſsim, hoc munuſculo meò, qualecunque eſt, placidis oculis accipiendo, atque ab inuidorum morſibus defendendo; felixque viuam, & tibi, omnibuſque tuæ ditioni ſubiectis felicitatem omnem à Deo Opt. Max. precabor. Bononiæ ex tuo Hiſpanorum inſigni Collegio. 14. Aug. M. D. XC.

CVM admodum Reuer. P. F. Ioan. Florianus Ord. Prædicat. Magiſter: & per totam Bononienſem Diœceſim, Hæreticę prauitatis Inquiſitor, mihi Ioanni Diaz de Auiles, I. V. D. ac Sacri, per quamque Illuſtris Collegij Hiſpanorum Bonon. Rectori indigniſsimo; videndum, ac reuidendum tradidiſſet librum, quem Eccleſiæ Sanctæ Dei Candelabrum Aureum nuncupant, ſeu nominant, quem compoſuit R. admod. D. Dom Martinus Alfonſus de Viualdo, huius ſacræ atque inſignis Domus, atque Collegij Capellanus: vt ſi quæ a vera fide, cultuque Dei Opt. Max. deuia eſſe, in præiudiciumque Chriſtianorum Principum inueniſſem, illa quodam ſignulo adnotarem; ſin minus omnibus fidem indubitatam nihil horum reperiri facerem. Quapropter, qua potui diligentia (hoc viſo libro) nihil in eo inueni, quod ab omnibus Chriſti veſtigia ſequentibus alienum ſit. De quo fidem non perituram omnibus, & ſingulis, Candelabrum Aureum Eccleſiæ Sanctæ Dei, videntibus, pariterque legentibus facio. Die XVII. Menſis Martij, Anni Milleſimi Quingenteſimi Octuageſimi Octaui. In quorum fidem, & teſtimonium ſubſcripſi.

Ioannes Diaz de Auiles
I. V. D. & Rector.

ADMONITIO AVTHORIS AD LECTOREM.

NOTA, Pie Lector, quòd quemadmodum (vt ait Frater Ioan. Ludouicus de Viualdo Ordinis Prædicatorum, in libro dicto: Opus Aureum de Veritate Contritionis, fol. fin.) in Chriſtianis authoribus, non tantum ornatus, ſed magis profectus quæritur. ſic Ego, quem familiæ cognomine ſequor, opere itidē, greſſibuſq; ſinceris ſequi procurabo. Quia (vt ait F. Thomas de Mercado, de Contract. lib. 3. cap. 1.) qui lingua ſcribit Latina, ſufficit vt veritatem, ſine circumloquijs ſcribat.

CONTENTA IN HAC PRIMA PARTE.

INdex quæſtionum quæ in vnaquaquæ primę partis materiȩ continentur.
Prologus de modo intelligendi Ius Canon. Ciuil. & breuiaturas. pag. 1
De autoritate vniuſcuiuſque Doct. in ſua facultate. pag. 4
Argumentum operis, & quare dicatur Candelabrum Aureum. pag. 7
De Sacramentis in genere, vbi vide. 54. differentias inter ipſamet Sacramenta nouæ Legis, nunquam ab alio poſitas Autore. pag. 7
De Baptiſmo, materia mirabilis, ad longum. pag. 21
De Confirmatione. pag. 37
De Pœnitentia in communi. Vbi de pœnitentia ſolemni declarantur mirabiliter cęremoniæ factæ a Reuer. D. D. Inquiſitoribus. pag. 29
De Contritione in multas vtiliſs. quæſtiones diuiſa. pag. 35
De Attritione ſubtilis tractatus nunquam ab alio ſic ſcriptus. pag. 56
De confeſſione materia vtiliſſima, & compendioſa. Vbi (nouè) inuenies notabilia circa Confeſſiones publicarum Meretricum. pag. 59
De ſatisfactione, & de vnaquaque eius parte. pag. 85
De Indulgentijs, Vbi de plenaria, pleniori, & pleniſſima, contra Sotum. pag. 92
De Purgatorio. Vbi malè erat Scrutinium Sacerdotale. pag. 99
De Abſolutione; longa, & vtiliſſima materia. pag. 103
De Sigillo Confeſſionis, & quam neceſſarium. pag. 121
De Sacroſancto Euchariſtię Sacramento. vbi multa digniſſima pag. 128
De Extremæ Vnctionis Sacramento. 153
De Sacramento Ordinis. vbi multa curioſa reperies. pag. 160
De Sponſalibus. }
De Matrimonio. } multa reperies ſcitu digniſs. poſt Cõc. p. 168. & 175.

INDEX OMNIUM QVAESTIONVM, QVAE IN VNAQVAQ.

Materia huius primæ partis continentur, ordine numerorum quæſtionum ſeruato.

EPISTOLA, SEV PROLOGVS ad Lectorem agit de modo intelligendi, & diuidendi libros Canonicos, atque legales, atque de auctoritate Doctorum, &c.

ALiud eſt Canonicum ius aliud libri Canonici, vel ſac.num.1.

Ius Canonicum, quot libros contineat, nu.2.

Decretum, vel decretorum liber a quo compoſitus, num.3.

* Decreti auctoritas quanta ſit, nu.4.

Citatio canonum, & capitulorum Decreti triplex, num.5.

Decretales, quare ſic dicatur ſecundus liber Iuris Canonici, nu.6.

Decretalium librum quis compilauit, & in quot libros, nu.7.

De varietate Decretaliū antiquarū, &c. n.8.

De auctoritate, & obſeruatione Decretalium. num.9.

Sextus liber Decretalium, à quo compoſitus, num.10.

Vita Bonifacij VIII. merito ſublata a Sexto per Greg. XIII. ibid.

Clementinæ quare ſit dictæ, & vbi compoſitæ, num.11.

Extrauagantes a quo conditæ, & qualiter diuidantur, nu.12.

Ius Ciuile duplex, & quot libros contineat, num.13.

Inſtituta, vel liber Inſtitutionum, qualiter allegantur, num.14.

Libri Codicis allegationes, quomodo fiant.

Libri digeſtorū ſignificātur duplici. ff. n.16.

* Quare ponantur duæ illæ notæ, vel literæ. ff. num.17.

* Apparatus in iure, quid dicatur, num.18.

Breuiatura vel cifræ librorum declarantur, num.19.

Nomina Doctorum Theol. breuiata declarantur, num.20.

Doctorum Canoniſtarum nomina declarantur, num.21.

Doctorum Iuris Ciuilis nomina declarantur, num.22.

Auctoritatem Gloſatorum, aliorumque Doctor. vide, nu.23.

Quis dicatur Princeps in vnaquaque Doctrina, vide, ibid.

* De Doctore allegante cōſuetudinem. ibi.

Auctoritatem, vitam, ſtudia, Diſcipulos, laudes, mortem Doctoris Nauarri, Martini ab Azpilcueta, vide nu.24.

De Sacram. in genere.

ARgumentum operis, & profeſſio Fidei ponuntur in initio.

* Figu-

Figuræ mirabiles Sacramentorum ponuntur.num.1.
Vox.Sacramentum quid ſignificet,num.2.
Quid ſit Sacramentum diffinitur mirabiliter.num.3.
Quot ſint nouæ legis Sacramenta.num.4.
Quare Septem, & non plura vel pauciora, nu.5.vbi pleniſſime.
A quo ſint hæc ſacramenta inſtituta, nu.6.
An Eccleſia vel Apoſtoli potuerint illa inſtituere,ibid.
Reprobatur opinio de inſtitutione Sacramẽ. Pœnitentiæ.ibid.
Quare inſtituta ſint Sacramen. cum poſſet Deus abſque illis &c.num.7.
Sacramenta nouæ legis in quo differant à Veteris legis.num.8.
Vtrum omnia conferant gratiam &c.nu.9.
Reprobatur opinio de Matrimonio.ibidem.
Sacramenta nouæ legis, in quibus differant inter ſe ipſa. In hac quæſtione inuenies.50. differentias ſuis numeris diſtinctas, quos hic.§. nomino ad diſtinctionẽ numerorum;quas differentias omninò vi deas,apud nullum enim auctorem eas inuenies,quæ incipiunt a num.10.
Differunt primo quod tria nõ iterantur alia ſic laudabiliter.§.1.
Quid ſi Sacerdos mortuus reſuſcitaretur, ibidem §.1.
Rex Philippus II.Hiſpaniarum Catholicus quater contraxit,&c.ibidem.
Vir quidam ſepties duxit vxorem, laudabiliter.ibidem.
Secundo differunt,in charactere &c.§.2.
Sex Sacramenta conſiſtunt in vſu, & applicatione &c.§.3.
Sex Sacramenta, tantum dicuntur ſic ; Euchariſtia autem, &c.§.4.
Euchariſtia ſpecialiter dicitur Sacramen. geminæ rei,&c.§.5.
In Euchariſtia tantum eſt Chriſtus realiter in alijs non ſic.§.6.
Euchariſtia tantum, requirit confeſſionem, cætera tantum contritionem §.7.
Eccleſia tantum facit feſtum de inſtitutione Sacram.Euch.§.8.
In [illegible] Sacramentorum.fit coniunctio Chriſti,& animæ,ſicut &c.§.9.
Quę Sacramẽta requirant ieiunũ,&c.§.10.
Quæ Sacramenta concedantur tempore interdicti,&c.§.11.
Quid ſi ſuſpenſus a collatione Sacramentorum illa conferat §.12.
De Sacramentis acceptis in mortali.i. de fictione &c.§.13.
Quæ Sacramen. poſſint dari ab excommunic.&c.§.14.
Baptiſmi dona ſeptem §.15.
In Matrimonio tantum inuenitur contractus.§.16.
Patrinus in quibus Sacramentis requiratur.§.17.
De recipiente Sacramenta ab excommunicato.§.18.
Quæ Sacramenta poteſt adminiſtrare Religioſus ſine excommunicatione.§.19.
In Matrimonio materia, forma & miniſter ſunt in eodem.§.20.
In quibus Sacramentis acquiratur ius.§.21.
Irregularitas in quorum Sacramentorum iteratione incurratur.§.22.
Quæ Saeram. poſſint contrahi per Procuratorem.§.23.
Quid de Sacramentis violẽter accepti.§.24.
Matrimoniũ habet duos miniſtros,&c.§.25
Quæ Sacramẽta concedantur tempore ceſſationis à Diuinis.§.26.
Conficiens Sacramenta in qua perſona loquatur,§.27.
Quæ Sacramenta accepit Chriſtus D. Noſter.§.28.
Quæ Sacramenta requirant,ætatẽ,vel vſum rationis.§.29.
Miniſter quæ ſacramenta poſſit ſibi miniſtrare §.30.
In Sacramẽto Pęnitentiæ poteſt dilatari forma &c.§.31.
Extrema vnctio tantum, habet formam deprecatiuam.§.32.
De Sacramento Pęnitentiæ collato à non miniſtro &c.§.33.
Sacramentum Extremæ vnctionis non datur bene valenti,&c.§.34.
Baptiſmus,& confirmatio an requirant ętatem.§.35.
Qualiter omnia ſacramenta dependent ab Ordine,§ 36.
Sacramentum Ordinis in quo differt ab alijs.§.37.
Materia Sacramenti Ordinis differt, &c. §.38.

Eucha-

Eucbariſtia tantum triplici pollet ſignificatione,&c.§.39.
Sacramento Ordinis fęmina priuatur.§. 40.
Accipiens,vel dans Baptiſmum bis, fit irregularis,41.
In Matrimonio tantum requiruntur teſtes ad validitatem,§.42.
Baptiſmi Sacram. poteſt tantum a fęmina miniſtrari,§.43.
Infidelis poteſt recipere Sacramentum Baptiſmi,non alia §.44.
Pęnitentia, & Matrimonium tantum habẽt duplicem materiam §.45.
Paternitas ſpiritualis contrahitur in tribus tantum,§.46.
Matrimonium,& Ordo videntur ſibi contraria,§.47.
Sacramentum Ordinis tantum requirit ſciẽtiam in ſuſcipiente,§.48.
Omnia Sacramenta omni die adminiſtrantur,&c.49.
Sacramenta omnia poſſunt vni miniſtrari excepto matrimonio § 50.

Hucuſque de differentijs Sacramentorum.

Vtrum Omnia ad ſalutem ſit neceſſaria. num.11.
Vnde Sacramenta habeant vim,& efficatiã. num.12.
Minimus Chriſti labor ſufficiebat ad redemptionem,ibidem.
Ex Chriſti latere exiuit ſanguis,& aqua &c. ibidem.
Vtrum Sacramenta ſit neceſſario adminiſtranda cum ſigno.§.nu.13.
Quot requirantur de eſſentia in omni Sacramento,nu.15.
Quotuplex ſit intentio, & qualis requiratur &c.nu.15.
Intentio formalis quæ dicatur.ibid.
Intẽtio virtualis,quæ dicatur,ibid.in medio.
Quot conſiderentur in omni Sacramento. num.16.
Quod Sacramentum ſit dignius. Vbi bene Nota.nu.17.
Qando ſint,vel non Sacramen. peccatori cõferenda,nu.18.
Vtrum liceat;& quomodo petere, vel recipere Sacram.a malis?nu.19.
Sacramenta in quibus viciari poſſint?nu.10.
Materia concurrat cum forma &c. ibidem? not.2.
* Recipiens vel miniſtrans in mortali, peccat mortal.ibid.notab.3.
Qualiter requiratur contritio,& attritio vel confeſſio &c.ibid.
Differentia inter adminiſtrantem, & recipiẽtem cum attritione,not.4.
* Quæ dicantur de neceſſitate Sacramenti, vel præcepti,ibid.not.5.
De antiquitate ceremoniarum, &c. ibidem.
Omnia Sacramenta, quacunque lingua poſſunt dati,ibid.notab.6.
Sacramen.qua deuotione adminiſtrãda.&c. ibid.not.vlt.

De Baptiſmo.

Baptiſmi Sacramentum remedium contra originale in principio.nu.1.
* Mirabiles Sacramẽti Baptiſmi figuræ,ibi.
Quid hoc verbum: Baptizo ſignificet, in princ.not.2.
Baptiſmus dicitur prima tabula poſt naufragium,in princ.not.3.
Quotuplex ſit Baptiſmus, & quotupliciter ſumatur,nu.1.
Quis Baptiſmus ſit excellentior?nu.2.
Chriſtus Baptizatus fuit triplici baptiſmo. ibidem.
Vtrum omnia tria Baptiſmata ſint Sacramẽtum,num.3.
Baptiſmus aquæ quotuplex?nu.4.
Maiora priuilegia habet Baptiſmus paruulorum.ibidem.
Baptiſmus ſolemnis non eſt in tanto vſu, vt olim,ibid.
Quis eſt Baptiſmus aquæ?nu.5.
Vtrum baptiſmus ſit Sacramentum,num.6.
Baptiſmi ſacramentũ a quo inſtitutum, n.7.
Quando fuerit inſtitutum,nu.8.
Quando cępit obligare præceptũ Baptiſmi, num.9.
Oĩs Chriſti actio noſtra eſt inſtructio n.10.
Quare baptiſmus datur in fronte, & non in flumine,ibid.
* Quæ ſit baptiſmi materia,nu.11.
Materia baptiſmi duplex,proxima,& remota,nu.12.
Aquæ artificiales, vel lambicatæ an ſint aptæ,num.13.

Baptiſmus fit in quacunque aqua elementa li, Maris, &c. ibid.
Fit etiã in aqua glaciei, niuis, gelu. &c. ibid.
Quid de lixiuio, aqua ex luto, &c. ibid.
Quid de aqua ex latere Chriſti, eodem, nume. 13.
Quid de baptizante cum ſaliua, nu. 14.
Quid de aqua. quæ fruit ex vitibus, vel arboribus ſectis, nu. 15.
Quid de aqua liquefacta ex ſale, nu. 16.
Accidentalia in materia, an impediant, ibid.
Baptiſmus non debet dari extra eccleſiam, ibidem.
Baptiſmi ſacram. quare in aqua inſtitutum, num. 17.
Quæ ſit forma baptiſmi, nu. 18.
Græcorum forma qualis, ibid.
Latini baptizati in forma Greca, quid, ibidem.
Vtrum Pronomen: Ego, ſit de eſſentia formæ, nu. 19.
Vtrum ſit mortale peccatum, illud omittere, num. 20.
Quid ſi loco: Ego, dicat: Nos. nu. 21.
De duobus ſimul baptizandus vnũ. num. 22.
Vtrum pronomen: Te, ſit de eſſentia Sacramenti, num. 23.
Quid ſi loco, te, ponat nomen proprium numero 24.
Quid ſi loco Baptizo, ponatur aliud verbũ, num. 25.
Vtrum Præpoſitio illa: in, ſit de eſſentia Sacramenti, nu. 26.
Quid ſi dicat; in nominibus, loco, in nomine, num. 27.
Quid ſi multiplicaret: in; vt in nom. Pat. & in &c. nu. 28.
Vtrum baptiſm. datus in nomine Trinitatis, teneat, nu. 29.
Quare talis non ſit baptiſmus, nu. 30.
* De Baptiſmo in nomine Genitoris, geniti, &c. num. 31.
Innocentius IIII. dictus ſplendor Canoniſtarum, ibid.
F. Franciſcus a victoria, dictus illuſtrator S. Theologiæ, ibid.
De baptiſmo in nomine Ieſu Chriſti, nu. 32.
Vtrum Apoſtoli baptizauerint in nomine Chriſti, ibid.
* Vtrum Copulatiua: Et, ſit de eſſentia Sacramenti, num. 33.
Quid ſit nomine: & ponatur, quæ, ibid.
Vtrum hæc vox. Amen, ſit de eſſentia Sacramenti, nu. 34.
Quis ſit Sacramenti baptiſmi miniſter. nume. 35.
Quid ſi alius ſacerdos ſine licentia baptizaret, num. 36.
Quid ſi Clericus non ſacerdos, ſolemniter baptizaret, num. 37.
Quid ſi non ſolemniter, nu. 38.
* Quis poſſit baptizare in caſu neceſſitatis, num. 39.
Quis ordo ſeruandus, quando multi ſunt præſentes, nu. 40.
Vtrum religioſus baptizans ſine neceſſitate, incurrat, &c. num. 41.
De Patre baptizante filium legitimum, in neceſſitate, nu 42.
Obſtetrix, & omnes tenentur ſcire neceſſaria artis ſuæ, nu. 43.
Quot ſint baptiſmi effectus. quos Nota. nume. 44.
Vtrum baptiſmus poſſit iterari, numero 45.
* De pœnis iterantium baptiſmum, vel bis ſuſcipientium, nu. 46.
* Vtrum puer ſit aſpergendus, vel immergẽdus, &c. nu. 47.
De baptizandis in trina merſione, &c. vide, ibidem.
S. Laurẽtius, quomodo baptizabat, &c. ibid.
Quid ſi quis mitteret puerum in flumen &c. num. 48.
Quid ſi puer nõ eſſet morti proximus? n. 49.
Vtrum in baptiſmo cõferatur omnibus æqualis gratia? nu. 50.
Vtrum baptiſmus Ioannis eſſet Sacramentũ &c. nu. 51.
Baptizati baptiſmo Ioannis tenebantur baptizari baptiſmo Chriſti. ibid.
V. Baptizandus qui eſt in actuali voluntate peccandi. num. 52.
Quid ſi parochus de facto eum baptizauit. num. 53.
De amentibus, & furirioſis baptizandis vel non. num. 54.
* De filijs paruulis infidelium baptizandis, vel non. nu. 55.
V. Chriſtus baptizauerit B. Virginem, S. Ioãnem &c. nu. 56.
* V. puer in vtero poſſit baptizari? quod Nota. nu. 57. * *

Quid

Quid ſi Sacerdos, vel puer moriatur ante, &c.nu.58.
V. Baptizato puero ſecreto, debeant fieri cęremoniæ?nu.59.
Quid ſi Sacerdos cogitauit puerum eſſe baptizatum &c.nu.60.
De muliere prægnante condemnata aperienda, vel non.nu.61.
Quid ſi Sacerdos cogitat eſſe puerum, & erat fœmina?nu.62.
V. Adultus baptizandus teneatur confiteri peccata?nu.63.
V. teneatur ad contritionem, vel attritio ſufficiat?ibid.
Monſtrum qualiter ſit baptizandum?numero 64.
Quid ſi dubitatur de alicuius baptiſmo? numero 65.
Quid ſi Parochi negligētia puer moriatur ſine bapt.nu.66.
Vtrum poſſit quis ſaluari ſine baptiſmo, ſaltem in voto?nu.67.
Vtrum Patrinus ſit de eſſentia pabtiſmi?nume.68.
Qui poſſint, vel non eſſe Patrini? nume.69.
Quot debeant eſſe Patrini, vel compatres in Baptiſmo?nu.70.
De ritibus, ceremonijs Cathechiſmo &c. nume.71.

De confirmatione.

Figura Confirmationis, Baptiſmi, & Euchariſtiæ declaratur.nu.1.
Alia figura Sacramenti confirmationis n.2.
Alia de ſigno T.Thau.nu.4. cum alijs duabus figuris.
Vox:confirmatio, quid ſignificet? nume.4.
Quotuplex ſit confirmatio.nu.5.
Manus impoſitio, quid ſignificet?numero 6.
Quid eſt Sacramentū confirmationis? nu.7.
Vtrum confirmatio ſit Sacramentum? nu.8.
A quo fuerit inſtitutum?nu.9.
Quando fuerit inſtitutum?nu.10.
Quot ſint de eſſentia huius Sacramēti?n.11.
Quæ ſit materia huius Sacramenti?num.12.
Quis conſtituit hanc materiam confirmationis?num.13.
Vtrum Balſamum ſit de eſſentia huius materia?nu.14.
Vtrum ſit eſſentialis, conſecratio materiæ confirmationis?nu.15.
Chriſma a quo debeat conſecrari?nume.16.
Vtrum Papa poſſit committere conſecrationem ſimplici Sacerdoti.nu.16.
Quare Chriſma debeat conſecrari?num.17.
Quando, & quomodo, & ex cuius præcepto conſecratur nu.18.
Qua materia vtebantur Apoſtoli in hoc Sacramento?nu.19.
Quæ eſt forma huius Sacramenti?nume.20.
Quis tradidit hanc formam?nu.21.
Vtrum hæc forma poſſit aliquo modo viciari?num.22.
Quis ſit huius Sacramenti miniſter? numero 23.
Vtrum ratione præſcriptionis poſſit alius non Epiſcopus, &c.nu.23.
Quo iure Epiſcopus ſit miniſter huius Sacramenti,nu.25.
Vtrum Sacerdos ex commiſſione Papæ poſſit confirmare,nu.26.
Vtrum Epiſcopus poſſit hoc committere ſuo Vicario generali,nu.27.
Vtrū requiratur ieiuniū in miniſtrāte, n.28.
Vtrum peccet mort. Epiſcopus non confirmans,nu.29.
Quid ſi Epiſcopus cōfirmet non ſuos, n.30.
Vtrum cōfirmatio requirat Baptiſmū, n.31.
An, & quare Chriſtus non ſuſcepit hoc Sacramentum,nu.32.
Vtrum requiratur linitio in fronte,num.33.
Quare requiratur in fronte, numero 34.
Vtrum ſignum Crucis ſit neceſſarium in adminiſtratione,nu.35.
Vtrum ſit hoc Sacramentum neceſſariū ad ſalutem,nu.36.
Vtrum ſit mortale illud omittere,nume.37.
Quis poteſt hoc Sacramentū recipere, n.38.
Quæ ętas requiratur in ſuſcipiente, nu.39.
Quare ſit melius pueros teneros confirmare,ibidem.
Parochus habet librum in quo ſcribit baptizatos,& confir.ibid.
Vtrum in adultis requiratur confeſſio,n.40.
De ordinato ſine confirmatione, nume.41.
Qualiter hoc Sacramentum conferat gratiā, num.42.
De miniſtrante, vel recipiente in peccato mort.nu.43.
Vtrum patrinus ſit de neceſſitate huius Sacramenti,nu.44.

** 2 Quod

Quod peccatum ſit omittere Patrinum.ibid.
Quod debeant eſſe Patrini,numero 45.
Ad quos extendatur cognatio ſpiritualis ex hoc Sacramento.nu.46.
Quis poſſit eſſe Patrinus in confirmatione, ibidem.
Quare alapa detur in hoc Sacramento, ibidem.
Quare agimus hic 3.loco de pęnitentia, & non de Euchar.ibid.ad fi.

De Sacramento Pęnitentiæ.

Figura mirabilis Sacramenti pęnitentiæ, in principio.nu.1.
Sacramen. pęnitentiæ inſtitutum contra peccata in prin.nu.2.
Pęnitentia dicitur 2.tabula poſt naufragium in prin.nu.3.
Sacramentũ pęnitentię directe contra mort. in prin.nu.4.
Quid ſit peccatum mortale diffinitur obiter ibidem.
Vox:pęnitentia,quid ſignificet, numero 1.
Pœnitet me feciſſe hominem, &c. declaratur,ibid.
Vox.pęnitentia,quotupliciter accipiatur,numero 2.
Pęnitentia generaliter dicta,eſt duplex.&c. ibidem.
Pœnitentia bona quotuplex,numero 3.
Pęnitentia virtus, ſeu interior quid ſit,nu.4.
Quod requirantur ad veram pęnitentiam interiorem.nu.5.
Pęnitentia virtus vnde ſumpſit exordium, num.6.
Vtrum pęnitentia virtus ſit omnibus neceſſaria,num.7.
Lugere pro peccatis proprijs,&c.numero 8.
Pœnitentia exterior eſt triplex.numero 9.
Quid eſt pęnitentia ſolemnis, nume.10. vbi ponitur forma.
Pęnitentia ſolemnis quibus poteſt imponi, num.11.
Quis poterat, & pro quo illã imponere,n.12.
Pęnitentia ſolemnis vnde traxit originem, num.13.
Cilicium primum quod fuit in Mundo quã do,num.13.
Pœnitentia ſolemnis Vtrum ſit hodie in vſu, num.14.
Cinis benedictus in principio quadrag.quid ſignificat,ibid.
Pęnitentia quæ imponitur in tribunali Eccleſiaſtico &c.ibid.
Cæremoniæ S. Inquiſitionis vnde habet originem.ibid.
* Pœnitentię ſolemnis effectus.numero 15.
Pœnitentia publica quotuplex , numero 16.
Vtrum Confeſſor poſſit imponere pœnitentiam publicam , numero 37. & pro quo?
Vtrum pęnitens poſſit cogi ad illam acceptandam,nu.18.
Vtrum poſſit imponi pro graui peccato occulto,nu.19.
Quid eſt Sacramentum pęnitentiæ,num.20.
Sacram.pęnitentię a quo fuit inſtitutum, nume.21.
Quando fuit inſtitutum,nu.22.
Vtrum ſit Sacram.pęnitentiæ ad ſalutem neceſſarium,nu.23.
Quare fuit inſtitutum,nu.24.
* Quot partes integrales Sacramenti pęnitentiæ,nu.25.
Quæ ſit materia Sacramenti pęnitentiæ, numero 26.
Materia remota quotuplex ſit, numero 27.
Quæ ſit forma Sacramenti pęnitentiæ,n.28.
Vtrum pronomen;Ego, ſit neceſſarium,numero 29.
Quid ſi dicat Epiſcopus;nos,&c.numero 30.
Quis eſt miniſter huius Sacramenti pęnitentiæ,nu.31.
De Miniſtro excommunicato &c. nume.32.
Quot ſint effectus Sacramenti pęnitentiæ, nume.33.
Vtrum remiſſio peccatorum ſemper ſequatur,num.34.
Vtrum cum culpa remittatur tota pęna, numero 36.
Vtrum in Sacramento recuperentur virtutes,& dona perdita,nu.37.
* De operibus viuis , mortiferis , mortuis, mortificatis &c.nu.38.
Ad quam dignitatem , & gradum reſurgat peccator &c.nu.39.
Sacramentum pęnitentiæ, & Sacramentalis confeſſio,&c.nu.40.
Baptiſmus , & pęnitentia in quo differant, numero 41.

De

De contritione.

QVid vox; Contritio, ſignificet. num. 1.
Contritio quotuplex ſit, num. 2.
Contritio perfecta qualis ſit, num. 3.
Contritio imperfecta quæ ſit. num. 4.
Quid ſit contritio, num. 5.
V. habeamus præceptum de contritione, num. 6.
Quibus nominibus appelletur contritio in ſacra ſcriptura, num. 7.
Vtrum ſit peccatum odio habendum, nu. 8.
Vtrum teneamur conteri de peccatis veniali bus, num. 9.
Vtrum peccator teneatur habere dolorē pro peccatis. num. 10.
Vtrum dolor debeat eſſe maximus, num. 11.
Vtrum requiratur dolor ſenſitiuus, num. 12. & quod ſit duplex.
Dolor debet eſſe propter Deum. num. 13.
Vtrum ſufficiat dolor virtualis, uel ſit neceſſarius formalis, num. 14.
Contritio, vel dolor formalis, quid ſit, & uirtualis, ibid.
Priuilegium Martyrij. ibid. nu. 4.
Vtrum requiratur propoſitum confitendi, num. 15.
Vtrum in contritione requiratur propoſitū ſatisfaciendi, num. 16.
Vtrum ſufficiat propoſitum virtuale ſatisfaciendi &c. nu. 17.
Quare requiratur propoſitum confitendi, num. 18.
Vtrum requiratur propoſitum formale iterū non peccandi, nu. 19.
Quid de moriente hoc non cogitante. ibi.
Quando teneamur confiteri ſub nouo peccato? numero 20.
Vtrum teneatur quis ſtatim quòd peccat cōfiteri, ibid.
Contritio an neceſſaria de vnoquoque peccato in particulari? nu. 21.
Vtrum de maiori peccato maior requiratur contritio? nu. 22.
Quot concurrant in hominis iuſtificatione? num. 23.
Vtrum qui perfectè dolet ſemper recipiat gratiam? nu. 24.
Quando poteſt moraliter ſciri aliquem eſſe in gratia? nu. 25.
Differunt pœnitentia virtus, & contritio, num. 26.
Conſiderationes quæ inducunt ad contritionem. nu. 27.

De Attritione.

VOx: Attritio, quid ſignificat? nu. 1.
Quotuplex eſt attritio? nu. 2.
Attritio perfecta quomodo diffinitur? nu. 3.
Attritio, imperfecta quæ dicatur? nu. 4.
Attritio imperfecta quotuplex ſit? nu. 5.
Quæ attritio cum Sacramento ſufficiat? numero 6.
Vtrum attritio propter infernum uitandum ſufficiat &c. nu. 7.
Nullus ante Baptiſ. promulgationem ſaluabatur ſine &c. ibid.
Vtrum attritio perfecta, ſufficiat? &c. nu. 8.
Quomodo, vel quando attritio fiat contritio &c. nu. 9.
Attritio perfecta, & imperfecta differunt valde nu. 10.
Quid de dolore ob fœditatem peccati? nu. 11.

De Confeſſione.

COnfeſſio quadrupliciter ſumitur nu. 1.
Confeſſio Sacramentalis quid ſit? num. 2.
Confeſſio Sacramentalis, quo iure ſit instituta num. 3.
Ritus & ceremoniæ huius confeſſionis iure? ibid.
Confeſſio Sacramentalis non eſt aliena a iure naturali. ibid.
Confeſſio Sacramentalis quando fuit inſtituta? nu. 4.
Vtrum confeſſio Sacramen. ſit neceſſaria ad ſalutem? num. 5.
Quare Deus exigit confeſſionem Sacramēt. num. 6.
Vtrum hic modus confitendi ſit nouiter inuentus. nu. 7.
Quis teneatur ad confeſſionem Sacramentalem? num. 8.
Vtrum adultus baptizandus, vel baptizatus &c. teneatur num. 9.
Vtrum Papa teneatur confiteri ſemel in anno? nu. 10. & 14.
Quando teneatur quis confiteri? num. 11.

Vtrum teneatur quis iure diuino ſtatim con fiteri?num.12.
Quibus caſibus teneatur quis confiteri iure Diuino?ibid.
Quando tenetur quis iure Canonico,nu.13.
Qua ætate teneamur ad confeſſionẽ? nu.15.
Qua parte anni teneatur quis confiteri? numero 16.
Quid ſi hoc anno nõ fuit quis confeſſus,&c. num.17.
Quid de eo qui in Paſchate non communicauit.ibid.
Quid ſi peccata fuerunt oblita, an teneatur hoc anno,&c.nu.18.
Confeſſio qualiter facienda, vt ſit perfecta? num.19.
Confeſſio valida,& perfecta differunt, ibid.
Conditiones perfectæ confeſſionis quot? & quot neceſſariæ?ibid.
Conſcientia qualiter examinanda?num.20.
Pœnitentes accedentes ſine examine reprehendendi.ibid.
Conditio;Nuda,& ſimplex.declarantur.numero 20.
Humilis confeſſio quæ dicatur?ibid.
Conditiones pura,fidelis,frequens.ibid.
Confeſſio an frequentanda maxime a ſcrupuloſis?ibid.
Parochus. Vtrum frequentius quam ſemel in anno teneatur &c.nu.21.
V.Peccet mort. non adminiſtrando quoties &c.nu.22.
Argumentum valet de medico corporali ad ſpiritualem.ibid.
Conditio,diſcreta,declaratur.ibid.
Libens,debet eſſe confeſſio, vbi nota de volente tacere.ibidem.
De verecunda confeſſione,& quantum proſit erubeſcentia.ibid.
De integritate, vide ibidem. conditione.10.
De confitendo, ſecreto, vide ibidem. conditione.11.
Modus confitendi ſecreto à quo inſtitutus? ibid.conditione.11.
Confiteri publicè an poſſit quis?ibid.
V.Confitenda peccata manifeſta alias confeſſori.ibid.
V.Confeſſio publica ſit valida, & Sacramentalis?ibid.
Conditiones lachrimabilis, & accelerata. ibid.cond.12.& 13.
Quos fructus conſequatur qui ſtatim confitetur.ibid.
Fortis,Accuſans,Parete parata. ibid.14.15. & 16.
V.Confeſſio poſſit fieri abſenti,& abſolutio dari?nu.23.
V.Teneatur quis per interpretem,& literas, &c.confiteri?nu.24.
Interpres ad quid,& ſub quo ſigillo teneatur ibid.
* Quot requirantur in idoneo Confeſſore? num.25.
Poteſtas abſoluendi datur ſacerdoti in ordine.ibid.
Poteſtas iuriſdictionis quando datur ei ibid.
Quanta ſcientia requiratur in confeſſore, num.26.
Confeſſor perfectus quo ad ſcientiam, quis ibid.concl.1.
Quid requiritur in Cõfeſſore Ciuitatis, vel magni loci concl.2.
Confeſſor, quando peccat mort.& non abſoluit.ibid.concl.3.
De pœnitente Docto, & indocto Confeſſore ibid.concl.4.
De eligente idoneum, vel non idoneum confeſſ.ibid.concl.5.
Prælati qualiter peccent præficiendo confeſſarios.concl.6.
V. ſint ſecuri qui confitentur approbatis? ibid.concl.7.
Idoneus Confeſſor intelligitur de approbatis?concl.8.
Alius dicitur proprius, alius idoneus Sacerdos.nu.27.
* Quis ſit Papæ proprius Sacerdos, & quo iure eum abſoluat, & qualiter teneatur illi obedire.Vide in d.nu.27.
V.Parochus poſſit committere ſuorum confeſſiones &c.ibid.
Quis cenſeatur idoneus ſacerdos per bullas, num.28.
Papa abſolute poteſt concedere licentiam, &c.ibid.
Epiſcopus dupliciter approbat confeſſores ibidem.
Parochus habens benef.V. poſſit vbicunque eligi &c.ibid.concl.1.
Epiſcopus an poſſit ad libitum reprobare Regularem &c.ibid.concl.2.
Confeſſor approbatus ab aliquo Epiſcopo,

V.per

V. per bullas poſſit vbique. concl. 3.
Presbyter ſecularis poteſt confiteri cuicunque approbato. ibid. concl. 4.
Regularis per bullas cui poſſit confiteri? ibid. concl. 5.
* V. Sacerdos poſſit abſoluere illam cũ qua peccauit, num. 29.
Qualiter confeſſor teneatur eſſe ſine mortali. ibid.
V. In neceſſitate teneatur quis laico confiteri, num. 30.
Confeſſio facta laico, non eſt Sacra. numero 31.
Aliquando licebit aliqua reuelare laico in neceſſitate. nu. 32.
Quando erit mortale peccat. confiteri laico. num. 33.
V. poſſunt duo pœnitentes vni Confeſſori, vel contra &c. nu. 34
Quæ peccata teneatur quis confiteri, numero 35.
Quot ſint circunſtantiæ vniſcuiuſque actus, num. 36.
Circũſtãtiæ diuerſæ in diuerſis peccatis, ibid.
Circunſtantiæ quæ neceſſario confitendæ, num. 37.
Circunſtantiæ peccatorum mentis an confitendæ, num. 38.
Cõcilium Trid. qualiter loquitur de circunſtantijs, nu. 39.
Circunſtantia qua peccatum alleuiatur, vel excuſatur. nu. 40.
* Circunſt. de cõfidentia miſericordiæ Dei, an confitenda, nu. 41.
De peccantibus in cõfidentia bullarum &c. num. 42.
De circunſtantia augente intra eandem ſpeciem. num. 43.
De circunſtantia diei feſti, &c. numero 44.
De circunſtantia loci Sacri. nu. 45.
V. Cogitationes dictarum circunſt. ſint confitendæ, nu. 46.
De circunſtantiæ propriæ perſonæ, num. 47.
De circunſtantia ſcandali, &c. numero 48.
De circunſt. qua neceſſario detegitur ſocius, num. 49.
Quid ſi duo præcepta concurrant, nec ambo ſeruari poſſint, ibid.
Præceptum de proximo non infamando Diuinum naturale, ibid.
Præceptum de integritate Confeſſionis Diuinum poſitiuum. ibid.
Quid ſi detur tex. vel ratio efficax contra cõmu. opin. ibid.
De circunſtantia confeſſoris peccantis conſilia, nu. 50.
V. Peccata venialia teneatur aliquis confiteri, num. 51.
Nullo iure tenetur quis ad ea cõfitendi ibid. concl. 1.
Peccata venialia ſunt legitima materia confeſſ. ibid. concl. 2.
Quid ſi tempore quadrageſimæ quis nõ habet niſi venialia concl. 3.
Conſtitutio Benedictinorum an extenditur &c. ibid. concl. 4.
V. Qui ſtatuto tenentur confiteri, teneantur tantum venialia, nu. 52.
V. quando requiritur confeſſio in Iubilæo, intelligatur &c. nu. 53.
Qualiter ſint peccata confitenda, & declarãda, nu. 54.
V. numerus peccatorum ſit neceſſario dicendus, num. 55.
Quid ſi facta confeſ. recordatur alterius peccati eiuſd. ſpeciei, ibid.
Nimia diligentia circa numerum vitanda ibidem.
V. mentiri in confeſſione ſit mortale peccatum, nu. 56.
Quid ſi in confeſſione dixit mendacium veniale tantum, nu. 57.
V. qui confitetur tantum venialia, teneatur proponere emendam &c. nu. 58.
Qualiter teneatur confiteri Meretrix. vbi nota multa, num. 59.
V. Meretrix non adimplens præceptum incidat in cenſura, nu. 60.
Multa peccata vno verbo dici poſſunt, n. 61.
Quid de accedente ſine animo non abſtinendi, &c. num. 62.
Confiteri propter vanam gloriam, vel finẽ venialem, quod peccatum, numero 63.
Confiteri, legere, prædicare, &c. propter finẽ mort. ibid. concl. 1.
Confiteri, communicare &c. propter rem tẽporalem iuſtam. ibid. concl. 3.
Quid de illo qui vni confitetur leuia, alij autem grauia, ibid. concl. 4.
Quid quando pœnitens vult confeſſorem inducere ad mortale. nu. 64.
Quid quãdo accedit pro conſilio capiendo

ad peccandum,nu.65.
Quibus caſibus cõfeſſio ſit iteranda, nu.66.
Peccatum ſemel ritè confeſſum non indiget alia confeſſione.ibid.
De volentibus facere confeſſionem generalem.ibid.reſpon.2.
V. in confeſ. generali poſſit quis aliquod peccatum tacere ibid.
Confiteri aliàs confeſſa quomodo obligetur quis ibid.reſpon.3.
Regulæ præcipientes confeſſare confiteri, quomodo intelligantur.ibidem.num.67.
Confeſſio ex quibus capitibus inualidetur, ibidem.
Confeſſio inualidatur ex parte confeſſoris, tribus,caſibus nu.68.
Quid ſi confeſſor dormitabat &c.nume.69.
Quid ſi pœnitens accedat animo illudendi &c.nu.70.
De pœnitente data opera dimidiante confeſ. num.71.
Quid de illo qui non habet animum &c. nume.72.
Quid de dimidia confeſ. facta duobus sacerdotibus,nu.73.
V. Confeſſio dimidiata in neceſſitate ſit valida,nu.74.
Confeſſio dimidiata ob defectum examinis, num.75.
V.qui non adimplenit pœniten. præteritã teneatũr iterare,nu.76.
Cõfeſſio informis quæ,& an iterãda, nu.77.
Confeſſio informis quid operetur recedente informitate.&c.78.
Modus reiterandi confeſſionem cum eod. vel diuerſo.nu.79.
V.peccata legitimè confeſſa poſſint iterum confiteri, nu. 80.
V.dimidians confeſſionem ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ,nu.81.
V. ſanctiſ. Virgo adimpleuerit præceptum confeſſionis,nu.82.
V.confeſſor teneatur, & qualiter interrogare pœnitentem,nu.83.
Quot ſint effectus legitimæ confeſſionis,nume.84.
Cõfeſſionis inſtitutio mirabile beneficium. num.85.
A quibus oneribus, & grauaminibus nos liberat confeſſio.num,86.

De Satisfactione.

Satisfactio quotupliciter accipiatur, &c. nume.1.
Satisfactio propriè dicta qualiter diuidatur, nume.2.
Satisfactio particularis,duplex.ibid.
Satisfactio quid ſit,nu.3.
Pœnitentia communiter appellata, eſt pœnitentiæ effectus,nu.4.
Propter quod eſt ſatisfaciendum,numero 5.
Quando teneamur ſatisfacere,numero 6.
Per quæ opera pœnalia fiat ſatisfactio,nu.7.
Quare p hæc tria genera ſatisfaciamus n.8.
Quod horum trium operum magis ſit ſatisfactorium,nu.9.
V.ſatisfactio fieri poſſit per opera alias debita,nu.10.
Obligatus facere eleemoſyn. ſatisfacit dando extremæ egenti.ibid.
V. Satisfaciamus per flagella a Deo inflictas,nu.11.
Vtrũ poſſit quis pro alio ſatisfacere, nu.12.
De pœnitente in articulo mort.cõſtituto &c. ibid.concl.1.
Confeſſor poteſt imponere, vt pœnitens per alium faciat.ibid.concl.2.
Quando pœnitens tenetur per ſe ipſum &c. ibid.concl.3.
Adimplens pœnit. oportet ſit in gratia. ibi. concl.3.
V. Anima euolabit ad cęlũ ſi differatur eius ſatisfactio,ibid.
V. ſatisfactio impoſita a confeſſore ſit maioris meriti,&c.nu.14.
De ſatisfactione facta in mortali peccato. ibidem.
V. ſatisfaciat quis dũ audit Miſſam ex præcepto,nu.14.
De dicente horas vel ſatisfaciente dum inducit ſe,nu.15.
Quanta pœnitentia pro quolibet imponenda,nu.16.
Solus Deus ſcit quæ ſit iuſta pœnitentia.nume.17.
Vtrum pœnitentiæ ſint arbitrariæ,&c.numero 18.
Confeſſor qualiter debeat pœnitentias conſiderare.ibid.
V.pœnitens paratus recipere maiorem, liberum

retur faciens impoſitam.nu.19.
Pœnitens petens maiorem pœnitentiam ſibi impoui.nu.20.
Quæ dicantur falſæ pœnitentiæ. nu.21.
Vtrum ſit verum quod pro quolibet peccato debeantur 7.anni &c.nu.22.
V.Pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam ſibi iniunctam?nu.23.
V.ſit præceptum de ſatisfaciendo in hoc mũdo?ibid.conc.1.
Sacerdos tenetur imponere aliquam pœnitentiam?ibid.conc.2.
V.Exiſtenti in articulo mortis ſit pœnitentia imponenda?ibid.
De ſacerdote imponente indiſcretam,vel intolerabilem.ibid.conc.3.
Reſolutio quæſtionis an teneatur?n.24.& 25.
V.ſit hæreſis negare confeſſorem habere claues?&c.ibid.conc.4.
V.ſit mort.acceptam non adimplere? numero 26.
Quid de pœnitentia impoſita pro venialibus?ibid.
V.qui non adimpleuit pœnitentiam teneatur conf.reiterare?nu.27.
V. vnus conf. poſſit minuere ab alio iniunctam?nu.28.& 29.
Quid de parocho,Epiſc.& Papa circa pœnitentias?nu.30.& 31.
De pœnitentia publica, & quando imponenda,nu.32.
V. ſit mort. dicere alijs pœnitentiam ſibi impoſitam?nu.33.
In Iubileo qualiter agendum circa pœnitentias?nu.34.

De Indulgentijs.

Concilium Tridentinum agit de indulgentijs,nu.1.
Quid ſit Indulgentia?nu.2.
Quo iure ſit indulgentia conceſſa in Eccleſia?num.3.
Ex quo ſit,vt concedatur indulgentia? nu.4.
Theſaurus Eccleſiæ an vnus vel tres ſint? ibidem.
Theſaurus Eccleſiæ ex quibus conſtet?ibid.
Quis poſſit Indulgentias concedere? numero.5.
V. Sacerdos Cõfeſſor poſſit aliquas Indulg. concedere?nu.6.
Et quantas indulgentias poſſit?nu.7.
Ad quid,& in quo foro valent indulgentiæ, num.8.
V.Indulgentiæ tantum valeant quantum ſonant,nu.9.
V. Cauſa quæ apponitur ſit ſufficiens ad tot indulg.nu.10.
Indulgentia qualiter concedenda pro temporali ſubſidio?ibid.
V.Diſpenſatio indulg.facta ab habente poteſt.teneat ſine cauſa?ibid.
V.adimplens quod Papa præcipit conſequatur &c.ibid.conc.1.
Facere quæ Papa præſcribit, an ſit iuſta cauſa?ibid.
Grani benedicti ſummopere æſtimandi?ibid. verſi.vnde.
Iubileus anni 100. eſt tutior. ibidem. verſiculo 2.
In anno Iubilei poſſunt altaria etiam nocturno tempore viſitari.ibid.
V.Requiratur quod lucraturus indulgen. ſit in gratia.nu.12.
Quid quando in bulla dicitur: contritus, & confeſſus.ibid.conc.2.nu.13.
V.In Iubileo anni 100. ſit ante omnia præmittenda confeſſio.nu.14.
V.Opera quæ Iubileus ponit ſint facienda in gratia nu.15.16.& 17.
V.Oporteat quod lucraturus indulg. fuerit ſolicitus &c.nu.18.
Quid ſit Iubileus nu.19.
Quando incepit Iubileus in Eccleſia concedi nu.20.
Quãdo Iubileus 100.fuit reductus ad Quinquageſi.ibid.
Quando Quinquageſimus reductus ad 25. ibidem.
Quæ indulgentiæ ſuſpendantur anno Iubilei.nu.20.
Quomodo intelligitur abſolutio a culpa & a pœna nu.21.
V.Sit indulgentia plenaria,plenior,& pleniſſima,& in quo differant,nu.22.
Iubileus, & indulg. pleniſſima in quo differant.ibid.
Quid melius ſatisfacere per ſe, vel per indulgentias.nu.23.
Effectus, vel fructus pœnitentiæ impoſitæ à Confeſſore.ibid.
Vtrum pœnitens per indulgentias poſſit

propria authorit. ſe liberare, &c. nu. 24.
Quid ſi Papa, vel Epiſcopus hoc intenderet in Conceſſione, &c. nu. 25.
Queſtioni reſpondetur, nu. 26. & 27.
Indulgentia non liberat a pęnis cap. nu. 28.
Vtrum Indulgentiæ expirent mortuo Papa, num. 29.
Vtrum attritio cum indulgentia faciat contritum, nu. 30.
Qualiter annus, quarentena, vel dies indulgentiæ, nu. 31.
Vtrum anni antiqui eſſent ita grandes, vt nunc, num. 32.

De Purgatorio.

VTrum ſit purgatorium, nu. 1.
Vſus orandi pro mortuis eſt a tempore Apoſt. ibid.
Vtrum purgatorium poſſit probari ex ſacra Scriptura, nu. 2.
Vbi ſit purgatorium, nu. 3.
Quot ſint animarum receptacula poſt mortem, ibid.
Infernus quibus nominibus appelletur in ſcriptura, ibid.
Limbus vbi, & de pęna puerorum, &c. nu. 4.
Sinus Abrahæ, quas pęnas continebat, nu. 5.
* Purgatoriũ eſt vbi animæ purgantur. nu. 6
Animæ ſæpiſſimè extra Purgatorium purgãtur ibid.
Quid purgatur in Purgatorio, nu. 7.
Omnes animæ ex hac vita diſcedentes in tripl ici differentia, ibid.
Quanta ſit pęna Purgatorij, nu. 8.
Quanto tempore crucietur anima pro vno mortali dimiſſo, nu. 9.
Annus quot contineat dies, ibid.
Sotus pijſſimus autor quid ſentit de duratione pænæ, ibid.
* Quot modis liberatur anima a Purgatorio, nu. 10.
Iuſtitia mera, quæ dicatur, ibid.
Quot modis liberatur anima per viuorum ſuffragia, ibid.
Modus liberandi animam per mertum quis ſit, ibid.
Suffragia Eccleſiæ facta ab exiſten. in mor. V. proſint defunctis.
Animæ quomodò liberantur per modũ ſuffragij, nu. 11.
Erroneum eſt negare Papam poſſe concedere indulgen. mortuo. nu. 12.
Papa quid offert per indulgentias pro animabus, nu. 13.
Defunctus poteſt abſolui ab excommunicatione, nu. 14.
Vtrum Epiſcopi poſſint cõcedere indul. pro mortuis, ibid.
Vtrũ Deus ex iuſtitia acceptet quod ſit pro animabus Purgatorij, nu. 15.
De anima defuncti obligati ad reſtitutionẽ, &c. nu. 16.
* Heres, vt peccat differens ſolutionem, &c. ibid.

De Abſolutione.

VTrum ſacerdos peccet mort. non abſoluendo diſpoſitum. nu. 1.
Nullus ſine abſolutione dimittendus ſine cauſa, nu. 2.
Quid ſit abſolutio, nu. 3.
Quis miniſter abſolutionis, nu. 4.
Quotuplex eſt uinculum, nu. 5.
Pœnitens abſoluendus prius a cenſuris, quã a peccatis, nu. 5.
Quot modis poſſit quis Sacerdos abſoluere pœnitentiam, nu. 6.
Papa, & Epiſcopi poſſunt ſibi reſeruare grauiores caſus, nu. 7.
Sublata excommunicatione a caſu reſeruato, remanet caſus non reſeruatus, nu. 8.
Papa ſemper reſeruat ſibi caſus cum excommunicatione. ibid.
Vtrum per bullas, quæ concedunt caſus in cœna Domini, abſoluatur hæreſis, num. 9. 16. & 17.
Vtrum hæreſis omnino mentalis ſit reſeruata, nu. 10.
Quid de hæreſi externa, ſed ſine conſenſu, & pertinacia, nu. 11.
Hæreſis completa, quæ dicatur, nu. 12.
Epiſcopus poterat olim iure communi abſoluere ab hæreſi. nu. 12.
Hodie a qua hæreſi poſſit abſoluere Epiſcopus per Conc. Trid. ibid.
Epiſcopi ex officio ſunt Inquiſitores Ordinarij. ibidem.
Vtrum poteſtas abſoluendi ab hæreſi, ſit ſublata Epiſcopis per bullam cœnæ, nu. 15.
Papa qualiter deroget Concilijs antiquis, & no-

& nouis,ibidem.
Occultum quid dicatur pro abſolutione impetranda,ibid.
Quid ſi hæreſis eſſet aliquibus notoria, & Epiſcopo dicta in confeſſione, nu.14.
Vtrum Epiſcopus poſſit impeditos abſoluere ab hæreſi.nu.14.
Vtrum vnus Inquiſitor ſine alio poſſit abſoluere ab hæreſi completa,nu.15.
Vtrum per Iubileum plenifs. poſſit hæreſis abſolui, nu. 17.
Vtrum F.Mendicantes per bullas poſſint eligere confeſſorem,nu.18.& 25.
Religioſi non mendicantes an fruantur priuilegijs Mendic.nu.19.
* Qui dicantur fratres mendicantes, nu.20.
Superior Religioſorum quando non poteſt abſoluere &c.nu.21.
Qui dicatur exceſſus enormis in Religioſo, ibid.
Superior Religion.quas irregularit. tollerare poſſit,ibid.
Religioſi quibus caſibus poſſint a Sacerdote ſeculari abſolui,num.22.
Mendicantes quos caſus nouitiorum abſoluant,ibid.caſu.6.
Vtrum abſolutio data nouitio ſit ad reincidentiam,nu.23.
Quid ſi nouitius propter morbum,vel parentum inopiam expellatur, nu.24.
Vtrum Fratres mendicantes poſſint abſoluere caſus Epiſcop.nu.26.
Quæ concedat Conc. Trid. Epiſcopis circa regulares,vide,ibid.
Epiſcopus dupliciter approbat, & in quo differat.ibid.verſi.quibus ſuppoſitis.
Approbati fratres ſecundum Clem.Dudum, quid poſſint,nu.27.
Papa habet omnimodam poteſtatem abſoluendi,nu.28.
Papa,quare vtitur verbo: fiat, in conceſſionibus,ibidem.
Papa poteſt committere ſuos caſus cui voluerit,nu. 30.
* Poteſtas conceſſa Mendicantibus de abſolutione,nu.31.& 32.
Exceptio firmat regularem. 33. vide nu. 34. 35.& 36.pro confirmatione.
Habentes priuilegium eligendi confeſſorem per bullas,&c.nu.37.
Chriſtiani qualiter ſint oues Papæ, Epiſcopi,& ſui curati,nu.38.
Vtrum iuriſdictio ſit Epiſcopis conceſſa iure Diuino, nu.38.
Priuilegia Mendicantium, quæ ſublata a Concilio,nu.39.& 40.
Qualiter iura antiqua renouentur a Concil. num.41.
Conciliũ reuocat aliqua antiqua iura,nu.32
Clementina: Inter cunctas,reuocata per Cle. Dudum,nu.43.
Epiſcopus quos regulares, & a quibus reprobare poſſit,nu.45.
Epiſcopi tenentur approbare Regulares,niſi iuſta de cauſa,&c.nu.46.
Pœnæ impoſitæ Epiſcopis facientibus cōtra fratres ibid.verſi.1.2.3.& 4.
Regulares ſufficientes inuenti approbandi, num.47.
Sacerdos quo iure poſſit abſoluere,nu.48.
Poteſtas Sacerdoti iure diuino conceſſa, quo iure impeditur,nu.48.
Diſpenſationes qualiter committantur hodie Epiſcopis,ibid.
Regulares, vtrum poſſint ſuis priuilegijs renunciare,nu.59.
Vtrum vnuſquiſque poſſit renunciare iuri ſuo,ibid.
V.Regularis ſemel admiſſus ab vno Epiſcopo,poſſit vbique &c.nu.50.
Regulares etiã approbandi ab Epiſcopo,ibi.
Confeſſor poteſt eſſe idoneus in vno loco & non in alio,nu.51.
* Religioſus admiſſus in vna Diœceſi, V.indigeat alia &c.nu.52.
* Caſus Epiſcopis reſeruati a iure quales, num. 53.
Caſus Epiſcopis reſeruati ex conſuetudine generali quales, nu.54.
Homicida, vel membri mutilator, qualiter abſoluendus,ibid.
Falſarius quis dicatur,ibid.verſi.2.
Immunitas Eccleſiæ in multis ſeruanda, ibi. verſic.4.
Quæ loca gaudeant immunitate Eccleſiæ, ibidem.
Sortilegi,& Diuinatores,ſunt infames, ibid.
Circa caſus Epiſcopi arbitrio reſeruatos,ſeruanda conſuetudo,nu.55.
Nullus caſus Papæ reſeruatur ſine cenſura, qua ſublata,&c. nu.56.
Vtrum mortuo,vel amoto Epiſcopo, ceſſent

eius caſus, numero 57.
Vtrum Epiſcopus, vel eius caſus habens poſſit abſoluere caſus alterius, nu. 57.
Vtrum in articulo mortis ſi aliquis caſus, vel cenſura &c. nu 59.
Vtrum ſit idem in periculo mortis, quod in articulo mortis, nu. 60.
* Vtrum Sacerdos in articulo mortis teneatur adire ſuperiorem præſentem, &c. nu. 61. & 63.
Vtrum excõmunicatus impeditus teneatur mittere procuratorem &c. ibid.
Vtrum Confeſſor in articulo mortis habeat iurid. iure Diuino, nu. 62.
In articulo mortis, quilibet Sacerd. etiam hæreticus abſoluit. nu. 64.
Abſoluto in articulo mortis, quod imponendum, nu. 65.
Qualiter teneatur confeſſor exigere cautionem, & qualem, nu. 66.
Vtrum confeſſor abſoluens ſiue cautione ſit excommunicatus, nu. 67.
Quid proſint bullę pro articulo mortis, &c. num. 69.
Vtrum qui in articulo mortis tantum exprimit ſignum contritionis, ſit abſoluendus, nu. 70. & 71.
Quid infirmus amiſit vſum rationis, nu. 72.
Quomodo cauendum a bullis, & manualib. in abſolutione, nu. 73.
Indulgentiæ, & abſolutio a cenſ. &c. conceduntur priuato loquela. nu. 73.
Vtrum laicus in articulo mortis poſſit abſoluere ab excommunicatione, nu. 74.
Qualiter quis poſſit in abſentia abſolui, numero 75.
* Vtrum plures poſſint vna abſolutione abſolui, nu. 76.
Vtrum Abſolutio a peccatis collata excommunicato, teneat, nu. 77.
Quid ſi abſque peric. morta. ſimplex Sacerdos abſolueret de facto, nu. 78.
Quid ſi excommunic. & denunciatus abſoluat, nu. 79.
Cautela mirabilis pro abſoluendo per Iubileum, vel bulles, nu. 81.
Vtrũ ſit neceſſaria forma abſolutionis, quę habetur in bullis, nu. 82.
Vtrum requiratur propoſitum vitandi occaſiones, & quales, nu. 82.
Pęnitens teneatur abſtinere a propinqua occaſione, nu. 84.
Quæ dicatur propinqua, & remota occaſio peccandi, nu 85. & 90.
Vna eademque occaſio non ſic periculoſa omnibus, nu. 86.
Occaſio non cenſetur proxima ex eo quod pęnitens: & confeſſor &c. nu. 87.
Deus nõ reſpicit futurum, vt puniat &c. ſed ſtatum præſentem. ibid.
Confeſſor non debet nimium conſtringere pęnitentem, nu. 88.
* Confeſſoris proprietates, & virtutes. ibid.
Iacens in occaſione proxima non eſt communiter abſoluendus, nu. 79.
Qualiter abſoluendus in tali occaſione permanens, nu 91. & 92.
Forma ſeruanda in abſolutione ſacramentali, nu. 94.
Qualiter: Miſereatur, & Indulgentiam; poterunt omitti, nu. 95.
Quid ſi dicat: Abſoluit te, vel abſoluat te Chriſtus, nu. 96.
In graui neceſſitate, ſufficit dicere: Abſoluo,
Precationes omnes illæ an de eſſentia ſint. num. 98.
Vtrum omiſſio harum precationem ſit mortale peccatum, nu. 99
Finita confeſſione, qualiter reſtat ſigillum, num. 100.

De Sigillo Confeſſionis.

NEceſſarium maximè vim ſigilli prædicare, nu. 2.
Quid ſit ſigillum? & quotuplex, nu. 3.
Quot ſigilla requirantur, vt ſcripturæ ignotæ fides adhibeatur, ibid.
Sigillum metaphoricũ quotuplex ſit, nu. 4.
Quomodo diffiniatur ſigillum, nu. 5.
In quo differat ſigillum naturale a ſigillo Confeſſionis, nu. 6.
Quo iure introductum ſigillum Confeſſionis, nu 7.
Non conuertuntur omnia ſigillum naturale, & confeſſionis, nu. 8.
Quid cadat ſub hoc ſigillo confeſſionis, n. 9.
Quis teneatur ſeruare hoc ſigillum Confeſſionis, nu. 10.
* Quanta ſit uis ſigilli confeſſionis, nu. 11.
Quo tempore, vel vſque ad quantum tempus duret ſigillum, nu. 12.

Vtrum

Vtrum aliquo caſu liceat ſigillum Confeſſionis reuelare, nu. 13.
Vtrum de licentia pęnitentis poſſit reuelari, ibid.
Pęnitens, qualiter dabit licentiam reuelandi confeſſionem, nu. 14.
Quid ſi pęnitens in Confeſſione conſiliū petit ad peccandum, nu. 15.
Quid quando penitens in confeſſ. vult cōfeſſorem inducere, & ibid.
* Quidam Cardinalis punitus ob non reuelatam proditionem, nu. 16.
De Confeſſore qui non poteſt ſua confiteri peccata, &c. nu. 17.
Parochus dicens ſubdito non cōcedo tibi Euchariſtiam, &c. num. 19.
Quid ſi confeſſor dicat. Ille confeſſus eſt grauia peccata, nu. 20.
De confeſſore qui audiuit duos, & dixit de vno, &c. nu. 21.
De confeſſore ſurgente a confeſſione, ut conſulat alium, nu. 22.
Vtrum dici poſſit: illa bene confitetur, &c. num. 23.
Quid ſi de meretrice publica dicat confeſſor confeſſa eſt, &c. nu. 24.
Confeſſor dicens: Ille mihi confeſſus eſt, ſed eum non abſolui, nu. 25.
Cōfeſſor ſi dicat; Genuæ, Mediolani, &c. ſunt grauia peccata, nu. 26.
Quid de magnis pęnitentijs impoſitis pro nunc, nu. 27.
Quid ſi ſuperior Monaſterij audiat inferiorē, &c. nu. 28.
De confeſſore intereſſente electioni eius quē ſcit non eſſe idoneum, &c. nu. 29.
Si accedat publicus peccator ad accipiendam Euchar. &c. num. 30.
Quid ſi confeſſor dicat: audiui peccata Petri, &c. nu 31.
Quid ſi dicat: Petrus ſuis ſcrupulis caput frāgit, num. 32.
Quid ſi dicat: tale peccatum mort. audiui in confeſſione, num. 33.
Quid ſi confeſſor uocetur in teſtē, &c. nu. 34.
Vtrum poſſit confeſſor interrogare crimen quod ſcit ab alio, &c. nu. 35.
Quid ſi unus pęnitens confeſſus fuit peccatum alterius, ille autem negat, nu. 36.
De frangenti ſigillum non ex confeſſione. num. 37.
Quid ſi pęnitens confitetur publicē, nu. 38.
* Quid ſi Sacerdos ex licentia penitentis, reuelabit eius peccatum, & poſtea pęnitēs id neget, & confeſſorem accuſet cui eſt adhibenda fides? num. 39.
* Et qua pęna ſit puniendus. ibid.

De Euchariſtia.

SAnctiſſimæ Euchariſtiæ quanta excellentia, nu. 10.
Quare hoc Sacram. poſuerim quarto locō, num. 2.
Omnia Sacramenta ad Euchariſtiam tendūt ibid.
Solem quarto die Deus creauit. ibid.
Sol, cui cęlo ſit adſcriptus, ibid.
Euchariſtiæ Sacram. figuratum in lege naturę, num. 3
Qualiter etiam fuit figuratū in lege ſcripturæ, num. 4.
In ipſamet lege Euangelica qualiter figuratum, nu. 5.
Mirabilis figura, quo ad ſanguinem, nu. 6.
Euchariſtia uarijs nominibus appellatur, numero. 7.
Sacramentum Euchariſtiæ, quid ſit. num. 8.
Vtrum Euchariſtia ſit Sacramentum, nu. 9.
A quo fuit hoc Sacramentū inſtitutū nu. 10.
Quando fuit inſtitutum, nu. 11.
Quare fuit hoc Sacramentum inſtitutum, numero 12.
Vtrum ſit hoc Sacramentum, neceſſarium ad ſalutem, nu. 13.
Vtrum Euchariſtia ſit vnum, vel duo Sacramenta, nu. 14.
Euchariſtia, Sacramētum geminę rei dicitur, num. 15.
Quot continēatur in hoc Sacramēto, nu. 16.
Hoc Sacram. materia, forma, & miniſtro cōſtat, num. 17.
Materia Sacramēti Euchar. quotuplex, n. 18.
Quæ ſit materia Euchariſtiæ; quoad corpus, nu. 19.
Euangeliſtæ abſolute dicunt: accepit panem, nu. 20.
Quare panis triticeus ſit materia huius Sacram. num. 21.
Eccleſiæ traditio ſufficientiſſima rerum probatio. num. 21.
Vtrum in alijs granis Hordeis, & Milij &c. poſſit

poſſit confici,num.2°.
Omnis panis communiter vocatus, & vſui humano ordinatus,&c.nu.23.
In pane Hordei,Milij,Lentis,Caſtanearum, &c.non conficitur, nu. 24.
Vtrum in pane Siliginis poſſit confici,n.25.
In Amidone.V.confici valeat,nu.26.
De pane Speltæ,& Lolij. V.poſſit cōfici hoc Sacram.nu.27.
Vtrum probetur ex Euangelio Chriſtum panem tritici conſecraſſe,ibid.
Vtrum ex pane Farris poſſit confici hoc Sacram.nu.28.
Quid ſi tritico alia miſceantur ſeminū grana?num.29.
Quid ſi miſceantur aliqua Piperis grana, numero 30.
Vtrum in paſta cruda poſſit conſecratio fieri, nu.31.
Vtrum in dagano cui oleum eſt mixtum &c. num. 32.
Vtrum ſit neceſſaria aquæ admixtio, nu.33.
Vtrū ſufficeret miſcere vinum farinę,nu.34.
Quæ ſit materia quo ad calicem, nu. 35.
Vtrum in neceſſitate ſufficiat vinum pomorum,&c.num.36.
Quid de vino cocto,Nectare,&c. nu.37.
Vtrum in aceto(Hiſpanè vinagre)poſſit fieri,num.38.
Quid ſi vinum in calice ob nimium frigus congeletur?nu.39.
Vtrum Muſtum recens poſſit conſecrari? numero 40.
Populus aliquando offert nouas ſpicas, & vuas,& quare?nu.41.
Vtrum aqua ſit neceſſario vino miſcenda? num.42.
Quare miſceatur, cum ſine ea fiat conſecratio?nu.43.
Quanta aqua ſit vino miſcenda? nu.44.
Vtrum ſufficiat aquam mittere ante Miſsā &c.num.45.
Vtrum aqua roſacea, vel artificialis poſſit vino infundi? nu.46.
Vtrum accidentalia, vel accidentales acceſſiones noceant,num.47.
Vtrum Requiratur determinata quantitas in vtraque materia?num.48.
Vtrum Requiratur quod materia ſit præsēs? num.49.
Forma Sacramēti Euchariſtiæ duplex, nu.50.
Quæ ſit forma quo ad materiā panis, nu.51.
Vtrum verba antecedentia,& verbum, enim ſint de eſſentia,nu.52.
Quid ſi Sacerdos diceret tātum illa quatuor verba,nu.53.
Quæ ſit forma conſecrationis Calicis, n.54.
Duplex datur miniſter Sacram.Euchariſtiæ, &c.num.55.
Quibus caſibus poterit conſecratio impediri,ne fiat,&c.num.56.
Duplicia impedimenta ex parte Miniſtri, iure Diuino,& Canonico,nu.57.
De Sacerdote in mortali, excommunicatione,ſuſpen.hæreſi &c.num.58.
De clerico non baptizato celebrante, &c. num.59.
De Laico Sacerdotem eſſe fingente,&c. numero 60.
De defectu eſſentiali in ordinatione, nu.61.
Quid ſi mulier ordines accepiſſet, & conſecraſſet,num.62.
Quid ſi incepta Miſſa recordetur Sacerdos ſe eſſe in mortali,num.63.
Quid ſi ante ſecretam recordatur, num. 64.
Quid ſi peccatum cordi eius omnino adhæret,nu.64.
Quid ſi recordatur non eſſe ieiunium, eſſe ex communicatum &c.num.65.
Quid ſi recordatur ſe non eſſe Sacerdotem, numero 66.
Vtrum vere & realiter Chriſtus ſit in Euchariſtia, num.67.
Vtrum Chriſtus ſit in qualibet parte hoſtiæ, num. 68.
Vtrum ſit in qualibet parte, ſeparatione non facta, num.69.
Vtrum in Euchariſtia remaneat ſubſtantia panis,vel vini? num.70.
Vtrum poſſit quis illis ſpeciebus ſuſtentari, ſine miraculo, nu.71.
Quanto tempore duret Chriſtus in hoſtia, num.72.
Vtrum ſpecies ſacramentales deſcendant in ſtomacum,& nutriant,nu.73.
Quid fiat de ſubſtantia panis, & vini, facta conſecratione,num.74.
In quo remaneant acciden tia illa panis,& vini,num.75.
Qua adoratione ſit Euchariſtia adoranda, num.76.
Quid ſi Sacerdos prius conſecraret calicem

quam

quam hoſtiam,num.77.
Vtrum aliquando poſſit hoſtia ſola, uel calix conſecrari,num.78.
Vtrum conſecratio vini dependeat ab alia, numero 79.
Quare Sacerdos nō dicit: Ego conſecro,&c. num.80.
Quid ſi vino conſecrato, non conſecratum miſceatur, num.81.
De duobus calicibus vino conſecrato plenis, num.81.
Quid ſi guttæ vini conſecrati in non conſecratum mittantur,num. 83.
Vtrum Papa diſpenſare poſſit quod hoſtia tantum conſecretur, nu. 84.
Vtrum aqua, & vinum tranſeant in ſanguinem Chriſti,num.85.
Quid ſi quis cōſecraſſet in triduo paſſionis, num.86.
Quid ſi Sacramentū in terram cadat, nu.87.
Ex quo generentur vermes in Euchariſtia, numero 88.
Quis poſſit Euchar. alijs miniſtrare, nu.89.
Diaconus in quibus caſibus poſſit miniſtrare,ibidem.
Laicus tempore neceſſitatis an poſſit infirmum communicare, nu.90.
Communicantes in duplici ſunt differentia, num.91.
Quoties teneatur Sacerdos celebrare, numero 92.
Vtrum ſit mortale illis diebus non communicare,num.93.
Sacerdos beneficiatus quoties teneatur celebrare,num.94.
Omnes fideles tenentur Euchariſtiam accipere,num.95.
Quo iure,& tempore ad id teneamur,nu.96.
Iure poſitiuo quando obliget communio, num.97.
Qui excuſetur à communione,num.98.
Pueri quando dicantur habere vſum rationis,num.99.
Excommunicatus, vel impeditus an peccet non communicando,num.101.
Quo die facienda communio ex præcepto, num.102.
Quæ præparatio requiratur ad Euchariſtiā ſumendam,num.103.
Potiſſima præparatio probare ſeipſum &c. numero 104.
Qui ſine mort.eſt,poteſt quotidie communicare &c.num.105.
Confeſſio venialium eſt de conſil.num.106.
Quare non eſt neceſſarium venialia confiteri,num.107.
Vtrum ſit peccatum veniale communicare in illo,num.108.
Deuotio actualis quæ, & an requiratur in cōmunicante,num.109.
Ieiunium naturale requiritur ad communionem,num.110.
De pollutione nocturna, copula, menſtruo, vigilia &c.num.111.
Vtrum dicere Miſſam ante matutinum, ſit mortale,num.112.
Quid ſi Sacerdos celebret ſine debitis veſtimentis,num.113.
De celebrante in corporalibus ſordidis, &c. nume.114.
Celebrare in ſordidis paramentis &c. quod ſignum,num.115.
Qua hora Miſſa celebrari debeat, num.116.
Vtrum aliquando liceat communicare, ne confeſſione ſacramentali,num.117.
In articulo mortis qualiter poſſit concedi cōmunicatio ſine confeſſione? nu.118.
Parochus Ruſticus quando poterit celebrare ſine confeſſione,num.119.
Opinio Caietani, de communione cum contritione,reiecta,&c.num.120.
Quid quando occurrit præceptum communicandi,& nō eſt &c.nu.121.122. & 123.
Vtrum liceat communicare ſine confeſſione ad vitandum ſcandalum,num.124.
Vtrum liceat aliquo caſu excommunicato communicare ſine confeſſione,nu.125.
Verecundia non eſt iuſta cauſa non confiteri di &c.num.126.
Quibus modis poſſit quis communicare,numero 127.
Communicare ſacramentaliter tantum,quid ſit,num.128.
Communicare ſpiritualiter tantum,quid ſit, num.129.
Communicare ſpiritualiter & Sacramentaliter ſimul,quid,num.130.
Animal manducans Euchariſtiam, qualiter &c.num.131.
Tres modi communicandi in quo differant? num.132.
Vtrum cōmunicare in peccato motr. ſit grauiſſ.

uiſſ. omnium peccatorum, nu. 133.
Communicans in mortali grauiſſimum ſacrilegium committ. nu. 134.
Peccata qualiter diſtinguantur quo ad grauitatem. nu. 135.
Accipiens Euchariſtiam in mortali, varie cōſideratur. num 136.
Peccatum communicādi in mortali, eſt alijs multis grauius, num. 137.
Vtrum liceat frequenter, vel quam frequenter communicare? num. 138
Omnis carens mortali, poterit quotidie communicare, nu 139.
Digne communicans quantum mereatur, nu. 140
Vtrum ſit melius abſtinere, quam frequenter communicare, num. 141
Qui mors ſeruatus in primitiua Eccleſia cōmunicandi, nu. 142
Oſculum pacis quid ſignificet in Eccleſia, num. 143
Secundo tempore primitiuę Eccleſiæ fuit Communio octauo quoque die, num. 144
Panis benedictus quid ſignificat in Eccleſia, num. 144
Præceptum fuit olim de communione trib. annis temporibus, nu. 145
Præceptum ſemel in anno communicandi quis fecit, num. 146
De frequentia communionis laudanda, nu. 147. &c.
Conc. Tridentini aurea verba de frequentia &c. num. 148
Vtrum Parochus teneatur Euchar. frequenter miniſtrare, nu. 149
Qua hora poterit quis communicare, n. 150.
Miſſa qua hora poſſit dici, abſque priuilegio, num. 151
Quid ſi in Euchariſtia appareat ſpecies carnis, nu. 152
Euchariſtia quando neganda publico peccatori, nu. 153
Vtrum exiſtens in mort. peccet mort. aſpiciendo Euchariſtiam, nu. 154
Quare Sacerdos non vtitur alijs materijs cōſecratis &c. nu. 155
Vtrum aliquo caſu liceat extra Miſſam cōſectare, nu. 156
Vtrum aliquando poſſit Sacerdos ſe extra Miſſam communicare, num. 157.
Vtrum Euchariſtia ſit danda infirmo pluſquam ſemel pro viatico, num. 158.
Quid ſi cauſa deuotionis aliqnid ſumat quis ante communionem, nu. 159
Multi caſus de Euchariſtia vno verbo declarantur, nu. 160
Vtrum Miniſtro Triremum (comite) detur Euchariſtia, num. 161
Quot ſint fructus, vel effectus Euchariſtiæ. a nu. 162. vſque ad nu. 171. incluſiuè.
Vtrum maiorem gratiam recipiat qui maiorem, vel plures hoſtias, nu. 172

De Extrema Vnctione.

VNctio duplex eſt, nu. 1.
Vnctiones exteriores multæ, nu. 2.
Extrema vnctio quid ſit, nu. 3.
Vtrum extrema vnctio ſit Sacramentum, num. 4
Sacramentum extremæ vnctionis a quo inſtitutum, num. 5
Quando fuit inſtitutum, nu. 6
Quæ ſit materia Sacramenti Extremæ vnctionis, nu. 7
Vtrum ſufficiat quodcunque oleum, num. 8.
Vtrum ſit neceſſarium tale oleum eſſe bene dictum, nu. 9
Vtrum conſecratio, vel benedictio, ſit de neceſſitate Sacramenti, nu. 10
A quo ſit tale oleum benedicendum, nu. 11.
Vtrum Sacerdos ſimplex poſſit ex commiſſione Papę, nu. 12
Vtrum in neceſſitate ſufficiat Chriſma pro oleo, nu. 13
Quæ ſit huius Sacramenti forma, nu. 14
Quare non datur forma per verba indicatiui modi, nu. 15
Quis ſit huius Sacramenti miniſter, num. 16
Quis Sacerdos ſit miniſter huius Sacramenti num. 17
Quid ſi alius ſimplex Sacerdos adminiſtraſſet, num. 18.
Vtrum ſit de eſſentia Sacram. quod ſit proprius Sacerdos, num. 18.
Quid ſi Religioſus miniſtraret ſine licentia &c. num. 19.
Quid de Sanctis olim oleo vngentibus infirmos, num. 20.
Quibus dandum, vel negandum hoc Sacramentum, num. 21. & 22.
Vtrum vulneratis ſit hoc Sacram. conferendum,

dum,num.23.
Vtrum mulier in partu laboranti ſit conferendum,num.24.
Vtrum dandum morte repentina ſine confeſſione decedenti? num. 25.
Vtrum debeat adminiſtrari nõ peteti, nu.26.
Vtrum infirmus teneatur ſub mortali hoc Sacram.petere,num.27.
Quæ ætas requiratur ſuſcipiente vnctionem extremam,num.28.
Vtrum vngi poſſit qui dubitatur mortuus, num.29.& 38.
In quib.partibus vngi debeat infirmus,n.30.
Cæci,& mutilati,in quibus partibus vngendi,num. 31.
Epiſcopi,& Sacerdotis infirmi manus qualiter vngenda,num.32.
Vtrum Epiſcopus poſſit vngere infirmum,& qualiter,num.33.
Quis,& quotuplex ſit huius Sacramenti effectus,num.34.
Vtrum Sacramentum Extremæ vnctionis ſit iterabile,num.35.
Quid ſi Sacerdos,dũ vngit,moriatur,nu.36.
In qua illarum vnctionum conferatur gratia,num.37.
Vtrum infirmus poſſit miniſtranti reſpondere,num.39.
Vtrum Sacerdos ſolus poſſit hoc Sacramentum miniſtrare,num.40.
Vtrum dari debeat vnctio moribundo, ſtatim ſuſpendendo,num.41.

De Sacram.Ordinis.

ORdinis Sacramentum quam neceſſariũ, & quare,num.1.
Ordinis Sacramentum in multis locis figuratur,num.2.
Ordo quid ſit num. 3.
Vtrum ſit Sacramentum,num.4.
A quo fuerit Sacramentum Ordinis inſtitutum,num.5.
Quando fuit Ordinis Sacram. inſtitutum, num.6. & 7.
Quot ſunt Ordines, num.8.
In Eccleſia præter Sacerdotium,ſunt alij Ordines? concluſione.2.num.9.
Ordines ſunt numero Octo: & hæc opinio conformior.nu.10.
Vtrum prima tonſura ſit Ordo,num. 11.
Ordines qualiter in maiores, & minores diuidantur,num.12.
Vtrum vnuſquiſque ordo ſit Sacram. vel omnes vnum tantum &c.num.13.
Ponuntur differentiæ inter maiores,& minores Ordines,num. 14.
Maiores dicuntur Sacri minores non 1.differentia.
Maioribus annexum votum caſtitatis, minoribus non 2.
Initiatus minoribus poſt vxorem ducere ſine diſpen.3.
Si de facto contrahat maiores habens, nihil facit.4.
Maioribus initiati tenentur ad Diuinum officium.5.
Maiores Ordines non poſſunt duo in eodem die dari.num. 6.
Quod minores poſſunt omni Dominica & feſtis accipi,&c.num. 7.
Ad maiores requiritur miſſæ celebratio. 8.
Ad ſacrum Ord.recipien. requiritur confeſſio,& communicatio,num.9.
Maioribus initiati poſſunt tangere vaſa ſacra.num.10.
Recipientes Ordinem ſacrum ſine dimiſſorijs,&c.eſt ſuſpenſus. num. 11.
Minores ordines dari poſſunt ab Abbate &c. num.12.
In minoribus ſufficit vt inſtrumentum detur ab Archid. num.13.
Quæ ſit huius Sacramenti Ordinis materia, num.15.
Quæ ſit forma,num. 16.
Quæ ſit huius Sacramẽti miniſter, num. 17.
* Vtrum in hoc Sacramẽto imprimatur Caracter,num. 18.
Vtrum imprimatur in vnoquoque Ordine, num. 19.
Quando imprimatur caracter,num. 20.
Quis, & quotuplex ſit Sacramenti Ordinis effectus.num.20.
Vtrum ſit eſſentia quod Ordinatus tangat inſtrumenta.num. 21.
Quod ſit officium cuiuſcunque Ordinis, numero 22.
Quis poſſit,vel non Ordinari,num. 23.
Quis ſi puer ante vſum rationis ordinetur, num.24.
Vtrum talis teneatur ad caſtitatem ſeruandam,num. 25.

Quid de illo qui ob timorem ordinatus fuit, nu. 26
Quæ ætas requiratur in unoquoque Ordine nu. 27
Ad primam tonſuram & minores, quę ętas, nu. 27
Ad maiores quæ ætas requirebatur olim, & hodie, nu. 29
Vtrum requiratur eadem ætas quo ad regulares, nu. 29
De examine faciendo quo ad Regulares & quare, nu. 30
Vtrum ad recipiendos ordines requirantur Baptiſmus, &c. nu. 31
Vtrum Confirmatio requiratur ex iure diuino, uel &c. nu. 32
Quid ſi de facto, quis ſine confirmatione initietur, nu. 33
Multi prohibentur ordinare a iure. nu. 34
Quibus temporibus poſſunt Ordines adminiſtrari, nu. 35
Vtrum poſſint eodem die quatuor minores, & Subdiaconatus conferri, nu. 36
Quid de ordinato ante ætatem, extra tempora, uel &c. nu. 37
Quid de ordinatis Citra, uel Vltra montanis, nu. 38
De ſcientia in unoquoque ordine requiſita, nu. 39
Ad quæ officia diuina teneantur ordinati, nu. 40
Beneficiatus qualiter teneatur ad Hora &c. ibid.
De prima tonſura, & minoribus initiatis, ibidem.
De capellania non collatiua, & de penſionario, num. 41. & 42.
Vtrum ratione tenuitatis beneficij excuſetur quis à recitatione. num. 43

De Sponſalibus.

SPonſaliorum materia, quinque capitulis diſti nčta. num. 1.
Quotuplicia ſint ſponſalia, num. 2
Quid ſint ſponſalia de futuro, num. 3
In ſponſalibus de futuro requiritur vtriuſq; conſenſus num. 4
Vtrum ſponſalia ſint de eſſentia Matrimonij num. 5
Quare inuenta, vel inſtituta ſponſalia de futuro, num. 6
Sponſa de futuro, & de præſenti, & coniux differunt num. 7
Vtrum pęnæ contra Matrim. Cland. contrahentes, intelligantur, &c. num. 8
Vtrum dicatur adulter accedens ad ſponſam de futuro, num. 9
Pœnitēs V. teneatur cōfiteri hanc circunſt. ſponſæ, num. 10
Quid ſi ſponſus occidat clericum repertum cum ſponſa, num. 11
Quæ ætas requiratur ad contrahendam ſpōſalia de futuro, num. 12
Vtrum requiratur quod Septennium ſit cōpletum, num. 13
Vtrum malitia ſuppleat ætatem hanc 7. annorum, num. 14
Quid ſi parum deficiat ad Septennium, numero 15
Aetas ad ſponſalia, & ad Matrimon. differunt, num. 16
De ſponſalibus inualidis ob defectum ætatis, &c. num. 17
Quot modis ſponſalia de futuro contrahantur, num. 18
Quot modis contrahantur ſponſalia abſolute, num. 19
Vtrum ſponſalia de præſenti inualida, valeant, &c. num. 20
Quis ſit effectus ſponſaliorū de futuro, numero. 21
Vtrum ſit neceſſarium ſponſalia iuramento firmari, num. 22
Quod peccatum erit non præſtare conſenſum, num. 23
Vtrum qui promiſerat vni, & poſtea cum iuramento alteri, &c. num. 24
Quid ſi poſt ſponſalia de futuro cum vna, de præſenti contraxiſſet, num. 25
Quid ſi habens votum caſtitatis ſimplex cōtrahat ſponſalia. num. 26
Quid de illo qui promiſit alicui aliam non ducere, num. 27
Vtrum qui contraxit ſponſalia clandeſtina, teneatur illa ſeruare, &c. num. 28
Nota multa iura correcta quo ad ſponſalia &c. num. 29
Quot modis ſponſalia de futuro diſſoluuntur, num. 30
Spōſalia diſſoluuntur mutuo diſſenſu, n. 31
Etiam ſi propter Deum ſit iurata. nume. 32

Vtrum ſponſalia de futuro diſſoluantur per fornicationem, num. 33.
Quid ſi ſponſa vt præciſa fuiſſet cognita, numero 34.
Vtrum habeat locum in ſponſo fornicante, num. 35
Vtrum ſponſo volente ſponſam fornicariã, teneatur ipſa, &c. num. 36
Quid ſi poſt ſponſalia ſcit ſponſus illam nõ eſſe virginem, num. 37
Sponſalia diſſoluuntur per abſentiam ſponſi, & qualiter, num. 38. & 39
Sponſalia diſſoluuntur per lapſum temporis præfixi, &c. num. 40
Quid ſi tunc fuerunt ſponſalia iuramento firmata, num. 41
Sponſalia etiam iurata ſoluuntur, ſequuto matrimonio, cum 2. nu. 42
Sponſalia ſoluuntur per alterius ingreſſum religionis. num. 43
Vtrum requiratur quod fuerit emiſſa profeſſio, num. 43
Qualiter diſſoluantur ſponſalia impuberum ante ętatem, num. 44
Sponſalia ante ſeptennium nulla, nec oritur publica honeſtas. num. 45
Contractus facti ab impub. etiam iurati, poſſunt ab eo diſſolui. num. 46
Vtrum ſint irrita ſponſalia clandeſtina de futuro, num. 47
Sponſalia an valeăt poſt votum ſimplex caſtitatis, num. 48
* Sponſalia ſoluuntur multis alijs modis numero 49

De Matrimonio.

VOx, Matrimonio, quid ſignificat, numero 1.
Matrimonium, Coniugium, & Nuptiæ in quo differant, num. 2
Quare fiat vltimo loco de Sacramento Matrimonij, num. 3
Quid ſit Matrimonium, num. 4
Copula carnalis an ſit de eſſentia Matrimonij, num. 5
Matrim. conſideratur in officium naturæ, & in rimedium, &c. num. 6
Matrim. in Officium, & rimedium quando inſtitutum. num. 7.
Poſt lapſum, Matrimonium fuit in remedium, concluſione 2
Vtrum Matrimonium, olim & nunc ſit Sacramentum, &c. num. 8
Vtrum Matrimonium ſit hodie ſub precepto, Creſcite, &c. num. 9
Præcepta quædam affirmatiua, alia negatiua. num. 9. concl. 1.
Vtrum in neceſſitate Monachus profeſſus teneretur contrahere, num. 10
Quare Deus Matrimonium inſtituit, nu. 11.
Vtrum Matrimonium ſit Sacramentum nouæ legis, num. 12
A quo, & quando fuit inſtitutum, num. 13.
V. Sacramentum Matrimonij conferat gratiam, num. 14
Quando conferatur gratia in hoc Sacramẽto, num. 15
Quæ ſit materia, & forma huius Sacramenti, num. 16
Materia ſacramenti matrimonij duplex. numero 17
Qualiter Concil. Trid. inualidauit materiã, &c. num. 19
Quis ſit huius ſacramenti miniſter. nu. 20.
Olim matrimonia erant valida ſine Sacerdote, num. 21
Nunc duplex requiritur Matrimonij miniſter, num. 22
Quis Sacramenti matrimonij effectus, numero 23
Gratia matrimonij duos habet effectus, numero 24
Quæ ſint de eſſentia Matrimonij, nu. 25
V. conſenſus cuiuſcunque perſonæ ſufficiat, nume. 26
V. copula ſit de eſſentia, ſupra num. 5. & 27. 28. & 29
Matrimonium duplex ratum, & conſummatum, num. 30
* poſt matrimonium ratum, licet vnicuique ingredi religionem, num. 31
V. Papa diſpenſare poſſit in matrimonio rato &c. num. 31
V. ſufficiat conſenſus internus, num. 32.
Quibus verbis ſit conſenſus exprimendus, nume. 35
V. matrimonium poſſit conttahi per interpretem, num. 36
V. ſufficiant ſigna aliqua exteriora, ſine verbis, num. 37
V. ſufficiat puellæ taciturnitas præſente patre,

tre,num.38.
Quid ſi alius,& nō pater, pro puella reſpondeat,num.39.
Quid ſit verba proferantur, ſine animo contrahendi,nu.40.
Quid ſi oſcula,amplexus & copula,ſine interiori conſenſu, nu.40.
Quis debeat pri⁹ interrogari, vir an mulier, num.41.
V.requiratur concurſus vtriuſq; conſenſus, num.42.
V.Matrim.poſſit contrahi per procuratorē, & ſit Sacramentum,num.43.
Quot requirūtur, vt tale matri.valeat.n.44.
Quid de reuocatione mandati, an requiratur expreſſa,ibid.
Qui modus practicus ſeruādus ad contrahēda ſponſalia de futuro, uel matrimonium per procuratorem, nu.45.
V.poſſit cōtrahi per epiſtolas inter abſentes nu.46.
Qualiter ſit cōſenſus præſente Paracho præſtandus,nu.47.
Quid quando verba prolata plures habēt intellectus,nu.48.
Quid ſi vir dicat puellę volo contrahere tecū &c.nu.49.
In quem actum debeat contrahentium cōſenſus dirigi, nu.50.
Quot,& quæ ſint bona matrimonij, nu. 51.
Quibus modis poſſit matrimonij conſenſus inualidari,nu.52.
Cōditiones Matrimonio apponi ſolitæ,quot &c.nu.53.
Conditio cōtra ſubſtantiam, bonū &c.ſuſpēdit,ibid.verſic.1.
Conditio turpis,aut impoſſibilis habetur pro non poſita, ibid.
De conditionibus honeſtis &c.ibid.verſicul. Tertium.
V.præſtito conſenſu cum cōditione, ea adueniente ſit matrimonium, num.54.
Habentes impedim.ſi contrahant ſub conditione:Contraho tecum ſi Papa diſpenſauerit,quid adueniente diſp.nu.55.
De conditione honeſta, quæ tamen eſt cōtra finem,num.56.
Metus duplex ab intrinſeco, & ab extrinſeco num.57.
Metus ab extrinſeco duplex cadens in virum conſt.&c.nu.58.
Metus cadens in conſtantem virum quotuplex ſit,nu.59.
* Quare dicatur cadens in virum conſtantē, num.60.
De matrim.votó profeſſione, & ſacro ordine per vim,nu.16.
Quid de voto,vel matrimonio in naufragio, &c.nu.62.
V.opus ſit confirmare votum in naufragio factum.eod.
Quid de illo,qui dicitur ad patibulum,& cōtrahit,nu.63
Quid de Matrimonio contracto infragranti delicto &c. nu.64.
Matrimo.& votum leui metu factum tenet. num.65.
Vtrum iuramentum metu factū obliget.&c. num.66.
Quid propriè dicatur Matrimonium?nu.67.
Contrahere propter carnis delectationē pulchritudinem &c.nu.67.
Quæ ætas requiratur ad contrahendum Matrimonium. nu.69.
Malitia aliquando in Matrimonio ſuplet ętatem,num.70.
Malitia in quo conſiſtat, vt ætatem ſupleat, num.71.
V.ſufficiat vnum ſiue altero ex requiſitis, numero.72.
Quod peccatum ſit, cōtrahere ante legitimā ætatem.num.73.
Quis poſſit matrimonium contrahere, numero 74.
De furioſo ebrio,dormiente &c.contrahēte, num.75.
Impedimenta matrim. in duplici differentia, num.76.
De contrahente matrim.in mortali peccato, num.77.
De illo qui iurauit,uel vouit non contrahere num.78.
Excommunicatus,quid ſi,de facto cōtrahat, num.79.
Contrahens matrim. cum excommunicato, vt peccat,num.80
Quid ſi ſpōſus de futuro, cum alia de pręſenti contrahat, num.81.
Matrimonium, quid ſi contrahatur contra iudicis prohibitionem,num.82.
Quid ſi contrahatur cōtra legis,vel Papę prohibitionem num.83.

Matrimo-

Matrimonium clandeſtinum, olim erat validum,num.84.
V. Matrimonium contractum ſine denuntiationibus teneat,num.85.
Quid ſi habens votum caſtitatis contrahat de facto,num.86.
Quid de habente ſimplex religionis, nu. 87.
V. in dictis caſibus, mortua uxore poſſit aliã ducere,num. 88.
Filius contrahens contra prohibitionem iuſtam ſuorum parentum.p.m.nu. 89.
De Patrino ex catechiſmo tantum. num. 90.
Impedimẽtum criminis duplex, aut impedit tantum,vel &c.num. 91.
Septem crimina quæ Matrimonium contrahere vetant,ſi tamen &c.nu. 92.
Crimen inceſtus qualiter impediat, uel dirimat &c.nu. 93.
V. omnis inceſtus impediat, etiam cum propria,&c.num. 94.
V. Epiſcopus poſſit diſpenſare cum inceſtuoſo,&c.nu.95.
Quid requiratur ad incurrendum hoc impedimentum,num. 97.
Inceſtus impedimentum ex fornic.quem gradum &c.num. 98.
Quid ſi ignorabat cõſanguineã vxoris ſuæ, num. 99.
Crimen vxoricidij dupliciter conſideratur, & qualiter impedit tantum. 100.
Quid ſi autoritate legis vir vxores occidat, num.101.
Quid ſi mulier maritum ſuum interficiat num. 102.
Crimen raptus alterius ſponſę qualiter impediat,num.103.
V. Concilium Trid.tantum loquetur de ſpõſa rapta,num.103.
Quid ſi Pater malitioſe filium leuet de fonte Baptiſmi,num.104.
Presbytericidium qualiter matrim. contrahere impediat,num.105.
Pœnitentia ſolemnis qualiter matrimo. impediat,num.106.
De matrim.contracto cum Monïali. 107.
Quo iure impediant dicta impedimẽta. 108.
V. ſit mortale peccatum contrahere contradicta impedimenta,num. 109.
Quis poſſit in di[illegible] conſa[illegible]is diſpenſare,num. 11[illegible]11
Impedimenta crimina impedientia, & dirim[illegible],
quot.num.111.
Impedimentum erroris euenire poteſt circa multa,nu.112.
Contrahens cum Maria putans eſſe Annam, nil facit,nu. 113.
Quid ſi pro primogenito ſupponatur alius, nu.114.
Cogitans contrahere cum bona,caſta,honeſta,&c.nu.115.
Quid ſi pro filia talis Regis, Ducis &c. alia detur,num. 116.
Quid ſi non determinate, ſed confuſe. 117.
Quid ſi pro virgine habebatur, & non erat, num.118.
De contrahente cum ſerua, quam putabat liberam,nu. 119.
De libero contrahente cum ſerua, quam poſtea reperit liberam,nu.120.
Vtrum Seruus poſſit contrahere contra Domini voluntatem.num.121.
Vtrum Seruus contrahens cum ancilla, quã putabat liberam,contrahat.122.
De contrahente cum liberta.nu. 123.
De ſeruo contrahente cum libera, quæ ſciebat ſeruitutem,nu. 124.
Quid ſi Dominus cum propria ancilla contrahat,nu.125.
De ſeruo contrahente cum ſciente eius ſeruitutem,nu.126.
Quo iure impediat matrimonium error perſonæ,& conditio.nu.127.
Impedimentum voti de quibus votis intelligatur,nu. 128.
Votum Caſtitatis, & Religionis duplex, & quid vtrumque,nu.129.
Vota omnia quæ communiter fiunt, tantum ſimplicia ſunt. 130.
Votum ſolemne,quod dicatur,nu. 131.
De voto facto in Religione non approbata &c.nu.132.
De voto Sororum tertiæ Regulæ S. Dominici,& S.Franciſci, ibidem.
Matrimonium, poſt votum ſimplex caſtit. & Religion.&c.nu. 133.
Votum ſolemne qualiter impediat, & dirimat, nu. 134.
De Ordine accepto, vel profeſſione facta per vim &c.nu. 135.
Profeſſio facta ante ætatem eſt nulla. 136.
In quo differat fractio voti ſimplicis, & ſolẽnis,nu. 137.

ad peccandum,nu. 65.
Quibus caſibus cõfeſſio ſit iteranda , nu. 66.
Peccatum ſemel ritè confeſſum non indiget alia confeſſione.ibid.
De volentibus facere confeſſionem generalem.ibid.reſpon.2.
V. in confeſ. generali poſſit quis aliquod peccatum tacere ibid.
Confiteri aliàs confeſſa quomodo obligetur quis ib:d.reſpon.3.
Regulæ præcipientes confeſſate confiteri, quomodo intelligantur.ibidem.num.67.
Confeſſio ex quibus capitibus inualidetur, ibidem.
Confeſſio inual datur ex parte confeſſoris, tribus,caſibus nu.68.
Quid ſi confeſſor dormitabat &c.nume.69.
Quid ſi pęnitens accedat animo illudendi &c.nu.70.
De pęnitente data opera dimidiante confeſ. num.71.
Quid de illo qui non habet animum &c. nu me.72.
Quid de dimidia confeſ. facta duobus ſacer dotibus,nu.73.
V. Confeſſio dimidiata in neceſſitate ſit valida,nu.74.
Confeſſio dimidiata ob defectum examinis, num.75.
V.qui non adimplevit pęniten. prætermiſſã teneatur iterare,nu.76.
Cõfeſſio informis quæ,& an iterãda. nu.77.
Confeſſio informis quid operetur recedente informitate.&c.78.
Modus reiterandi confeſſionem cum eod. vel diuerſo.nu.79.
V.peccata legitimè confeſſa poſſint iterum confiteri,nu. 80.
V.dimidians confeſſionem ſatisfaciat præce pto Eccleſiæ,nu.81.
V. ſanctiſ. Virgo adimpleuerit præceptum confeſſionis,nu.82.
V.confeſſor teneatur, & qualiter interrogare pęnitentem,nu. 83.
Quot ſint effectus legitimæ confeſſionis,nu me.84.
Cõfeſſionis inſtitutio mirabile beneficium. num.85.
A quibus oneribus, & grauaminibus nos liberat confeſſio.num,86.

De Satisfactione.

Satisfactio quotupliciter accipiatur, &c. nume.1.
Satisfactio propriè dicta qualiter diuidatur, nume.2.
Satisfactio particularis,duplex.ibid.
Satisfactio quid ſit,nu.3.
Pęnitentia communiter appellata, eſt pęnitentiæ effectus,nu.4.
Propter quod eſt ſatisfaciendum,numero 5.
Quando teneamur ſatisfacere,numero 6.
Per quæ opera pęnalia fiat ſatisfactio,nu.7.
Quare p hæc tria genera ſatisfaciamus n.8.
Quod horum trium operum magis ſit ſatisfactorium,nu.9.
V.ſatisfactio fieri poſſit per opera alias debita,nu.10.
Obligatus facere eleemoſyn. ſatisfacit dando extremæ egenti.ibid.
V. Satisfaciamus per flagella a Deo inflictas,nu.11.
Vtrũ poſſit quis pro alio ſatisfacere, nu.12.
De pęnitente in articulo mort.cõſtituto &c ibid.concl.1.
Confeſſor poteſt imponere, vt pęnitens per alium faciat.ibid.concl.2.
Quando pęnitens tenetur per ſe ipſum &c. ibid.concl.3.
Adimplens pęnit. oportet ſit in gratia. ibi. concl.3.
V. Anima euolabit ad cęlũ ſi differatur eius ſatisfactio,ibid.
V. ſatisfactio impoſita a confeſſore ſit maioris meriti,&c.nu.14.
De ſatisfactione facta in mortali peccato. ibidem.
V. ſatisfaciat quis dũ audit Miſſam ex præcepto,nu.14.
De dicente horas vel ſatisfaciente dum inducit ſe,nu.15.
Quanta pęnitentia pro quolibet imponenda,nu.16.
Solus Deus ſcit quæ ſit iuſta pęnitentia.nume.17.
Vtrum pęnitentiæ ſint arbitrariæ,&c.nume ro 18.
Confeſſor qualiter debeat pęnitentias conſiderare.ibid.
V. pęnitens paratus recipere maiorem, libe-

retur faciens impoſitam.nu.19.
Pœnitens petens maiorem pœnitentiam ſibi impon.nu.20.
Quæ dicantur falſæ pœnitentiæ. nu.21.
Vtrum ſit verum quod pro quolibet peccato debeantur 7.anni &c.nu.22.
V.Pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam ſibi iniunctam? nu.23.
V.ſit præceptum de ſatisfaciendo in hoc mũdo? ibid.conc.1.
Sacerdos tenetur imponere aliquam pœnitentiam? ibid.conc.2.
V.Exiſtenti in articulo mortis ſit pœnitentia imponenda? ibid.
De ſacerdote imponente indiſcretam, vel intolerabilem. ibid.conc.3.
Reſolutio quæſtionis an teneat? n.24.& 25.
V.ſit hæreſis negare confeſſorem habere claues? &c.ibid.conc.4.
V.ſit mort. acceptam non adimplere? numero 26.
Quid de pœnitentia impoſita pro venialibus? ibid.
V.qui non adimpleuit pœnitentiam teneatur conf.reiterare? nu.27.
V. vnus conf. poſſit minuere ab alio iniunctam? nu.28.& 29.
Quid de parocho, Epiſc. & Papa circa pœnitentias? nu.30.& 31.
De pœnitentia publica, & quando imponenda, nu.32.
V. ſit mort. dicere alijs pœnitentiam ſibi impoſitam? nu.33.
In Iubileo qualiter agendum circa pœnitentias? nu.34.

De Indulgentijs.

Concilium Tridentinum agit de indulgentijs, nu.1.
Quid ſit Indulgentia? nu.2.
Quo iure ſit indulgentia conceſſa in Eccleſia? num.3.
Ex quo fit, vt concedatur indulgentia? nu.4.
Theſaurus Eccleſiæ an vnus vel tres ſint? ibidem.
Theſaurus Eccleſiæ ex quibus conſtet? ibid.
Quis poſſit Indulgentias concedere? numero.5.
V. Sacerdos Cõfeſſor poſſit aliquas Indulg. concedere? nu.6.
Et quantas indulgentias poſſit? nu.7.
Ad quid, & in quo foro valent indulgentiæ, num.8.
V.Indulgentiæ tantum valeant quantum ſonant, nu.9.
V. Cauſa quæ apponitur ſit ſufficiens ad tot indulg. nu.10.
Indulgentia qualiter concedenda pro temporali ſubſidio? ibid.
V.Diſpenſatio indulg. facta ab habente poteſt. teneat ſine cauſa? ibid.
V.adimplens quod Papa præcipit conſequatur &c.ibid.conc.1.
Facere quæ Papa præſcribit, an ſit iuſta cauſa? ibid.
Grani benedicti ſummopere æſtimandi? ibid. verſi. vnde.
Iubileus anni 100. eſt tutior. ibidem. verſiculo 2.
In anno Iubilei poſſunt altaria etiam nocturno tempore viſitari. ibid.
V.Requiratur quod lucraturus indulgen. ſit in gratia. nu.12.
Quid quando in bulla dicitur: contritus, & confeſſus. ibid.conc.2.nu.13.
V.In Iubileo anni 100. ſit ante omnia præmittenda confeſſio. nu.14.
V.Opera quæ Iubileus ponit ſint facienda in gratia nu.15.16.& 17.
V.Oporteat quod lucraturus indulg. fuerit ſolicitus &c.nu.18.
Quid ſit Iubileus nu.19.
Quando incepit Iubileus in Eccleſia concedi nu.20.
Quãdo Iubileus 100. fuit reductus ad Quinquageſi. ibid.
Quando Quinquageſimus reductus ad 25. ibidem.
Quæ indulgentiæ ſuſpendantur anno Iubilæi. nu.20.
Quomodo intelligitur abſolutio a culpa & a pœna nu.21.
V.Sit indulgentia plenaria, plenior, & pleniſſima, & in quo differant, nu.22.
Iubileus, & indulg. pleniſſima in quo differant. ibid.
Quid melius ſatisfacere per ſe, vel per indulgentias. nu.23.
Effectus, vel fructus pœnitentiæ impoſitæ à Confeſſore. ibid.
Vtrum pœnitens per indulgentias poſſit

pro-

propria authorit. ſe liberare, &c. nu.24.
Quid ſi Papa, vel Epiſcopus hoc intenderet in Conceſſione, &c. nu.25.
Quæſtioni reſpondetur, nu.26. & 27.
Indulgentia non liberat a pęnis cap. nu.28.
Vtrum Indulgentiæ expirent mortuo Papa, num.29.
Vtrum attritio cum indulgentia faciat contritum, nu.30.
Qualiter annus, quarentena, vel dies indulgentiæ, nu.31.
Vtrum anni antiqui eſſent ita grandes, vt nunc, num.32.

De Purgatorio.

VTrum ſit purgatorium, nu.1.
Vſus orandi pro mortuis eſt a tempore Apoſt. ibid.
Vtrum purgatorium poſſit probari ex ſacra Scriptura, nu.2.
Vbi ſit purgatorium, nu.3.
Quot ſint animarum receptacula poſt mortem, ibid.
Infernus quibus nominibus appelletur in ſcriptura, ibid.
Limbus vbi, & de pęna puerorum, &c. nu.4.
Sinus Abrahæ, quas pęnas continebat, nu.5.
* Purgatoriũ eſt vbi animæ purgantur. nu.6
Animæ ſæpiſſimè extra Purgatorium purgãtur ibid.
Quid purgatur in Purgatorio, nu.7.
Omnes animæ ex hac vita diſcedentes in tripliei differentia, ibid.
Quanta ſit pęna Purgatorij, nu.8.
Quanto tempore crucietur anima pro vno mortali dimiſſo, nu.9.
Annus quot contineat dies, ibid.
Sotus pijſſimus autor quid ſentit de duratione pænæ, ibid.
* Quot modis liberatur anima a Purgatorio, nu.10.
Iuſtitia mera, quæ dicatur, ibid.
Quot modis liberatur anima per viuorum ſuffragia, ibid.
Modus liberandi animam per mertum quis ſit, ibid.
Suffragia Eccleſiæ facta ab exiſten. in mor. V. proſint defunctis.
Animæ quomodò liberantur per modũ ſuffragij, nu.11.
Erroneum eſt negare Papam poſſe concedere indulgem. mortuo. nu.12.
Papa quid offert per indulgentias pro animabus, nu.13.
Defunctus poteſt abſolui ab excommunicatione, nu.14.
Vtrum Epiſcopi poſſint cõcedere indul. pro mortuis, ibid.
Vtrũ Deus ex iuſtitia acceptet quod ſit pro animabus Purgatorij, nu.15.
De anima defuncti obligati ad reſtitutionẽ, &c. nu.16.
* Hęres, vt peccat differens ſolutionem, &c. ibid.

De Abſolutione.

VTrum ſacerdos peccet mort. non abſoluendo diſpoſitum. nu.1.
Nullus ſine abſolutione dimittendus ſine cauſa, nu.2.
Quid ſit abſolutio, nu.3.
Quis miniſter abſolutionis, nu.4.
Quotuplex eſt uinculum, nu.5.
Pœnitens abſoluendus prius a cenſuris, quã a peccatis, nu.5.
Quot modis poſſit quis Sacerdos abſoluere pœnitentiam, nu.6.
Papa, & Epiſcopi poſſunt ſibi reſeruare grauiores caſus, nu.7.
Sublata excommunicatione a caſu reſeruato, remanet caſus non reſeruatus, nu.8.
Papa ſemper reſeruat ſibi caſus cum excommunicatione. ibid.
Vtrum per bullas, quæ concedunt caſus in cœna Domini, abſoluatur hæreſis, num.9. 16. & 17.
Vtrum hæreſis omnino mentalis ſit reſeruata, nu.10.
Quid de hæreſi externa, ſed ſine conſenſu, & pertinacia, nu.11.
Hæreſis completa, quæ dicatur, nu.12.
Epiſcopus poterat olim iure communi abſoluere ab hæreſi. nu.12.
Hodie a qua hæreſi poſſit abſoluere Epiſcopus per Conc. Trid. ibid.
Epiſcopi ex officio ſunt Inquiſitores Ordinarij. ibidem.
Vtrum poteſtas abſoluendi ab hæreſi, ſit ſublata Epiſcopis per bullam cœnæ, nu.13.
Papa qualiter deroget Concilijs antiquis, & no-

& nouis,ibidem.
Occultum quid dicatur pro abſolutione impetranda,ibid.
Quid ſi hæreſis eſſet aliquibus notoria, & Epiſcopo dicta in confeſſione,nu.14.
Vtrum Epiſcopus poſſit impeditos abſoluere ab hæreſi.nu.14.
Vtrum vnus Inquiſitor ſine alio poſſit abſoluere ab hæreſi completa,nu.15.
Vtrum per Iubileum plenis. poſſit hæreſis abſolui,nu.17.
Vtrum F.Mendicantes per bullas poſſint eligere confeſſorem,nu.18.& 25.
Religioſi non mendicantes an fruantur priuilegijs Mendic.nu.19.
* Qui dicantur fratres mendicantes, nu.20.
Superior Religioſorum quando non poteſt abſoluere &c.nu.21.
Qui dicatur exceſſus enormis in Religioſo, ibid.
Superior Religion.quas irregularit. tollerare poſſit,ibid.
Religioſi quibus caſibus poſſint a Sacerdote ſeculari abſolui,num.22.
Mendicantes quos caſus nouitiorum abſoluant,ibid.caſu.6.
Vtrum abſolutio data nouitio ſit ad reincidentiam,nu.23.
Quid ſi nouitius propter morbum,vel parentum inopiam expellatur, nu.24.
Vtrum Fratres mendicantes poſſint abſoluere caſus Epiſcop.nu.26.
Quæ concedat Conc. Trid. Epiſcopis circa regulares,vide,ibid.
Epiſcopus dupliciter approbat, & in quo differat.ibid.verſi.quibus ſuppoſitis.
Approbati fratres ſecundum Clem.Dudum, quid poſſint,nu.27.
Papa habet omnimodam poteſtatem abſoluendi,nu.28.
Papa,quare vtitur verbo:fiat, in conceſſionibus,ibidem.
Papa poteſt committere ſuos caſus cui voluerit,nu.30.
* Poteſtas conceſſa Mendicantibus de abſolutione,nu.31.& 32.
Exceptio firmat regularem 33. vide nu. 34. 35.& 36.pro confirmatione.
Habentes priuilegium eligendi confeſſorem per bullas,&c.nu.37.
Chriſtiani qualiter ſint oues Papæ, Epiſcopi,& ſui curati,nu.38.
Vtrum iuriſdictio ſit Epiſcopis conceſſa iure Diuino,nu.38.
Priuilegia Mendicantium, quæ ſublata a Concilio,nu.39.& 40.
Qualiter iura antiqua renouentur a Concil. num.41.
Concilium reuocat aliqua antiqua iura,nu.32
Clementina:Inter cunctas,reuocata per Cle. Dudum,nu.43.
Epiſcopus quos regulares, & a quibus reprobare poſſit,nu.45.
Epiſcopi tenentur approbare Regulares,niſi iuſta de cauſa,&c.nu.46.
Pœnæ impoſitæ Epiſcopis facientibus cōtra fratres ibid.verſi.1.2.3.& 4.
Regulares ſufficientes inuenti approbandi, num.47.
Sacerdos quo iure poſſit abſoluere,nu.48.
Poteſtas Sacerdoti iure diuino conceſſa, quo iure impediatur,nu.48.
Diſpenſationes qualiter committantur hodie Epiſcopis,ibid.
Regulares, vtrum poſſint ſuis priuilegijs renunciare,nu.59.
Vtrum vnuſquiſque poſſit renunciare iuri ſuo,ibid.
V.Regularis ſemel admiſſus ab vno Epiſcopo,poſſit vbique &c.nu.50.
Regulares etiā approbandi ab Epiſcopo,ibi.
Confeſſor poteſt eſſe idoneus in vno loco & non in alio,nu.51.
* Religioſus admiſſus in vna Diœceſi, V.indigeat alia &c.nu.52.
* Caſus Epiſcopis reſeruati a iure quales, num.53.
Caſus Epiſcopis reſeruati ex conſuetudine generali quales, nu.54.
Homicida, vel membri mutilator, qualiter abſoluendus,ibid.
Falſarius quis dicatur,ibid.verſi.2.
Immunitas Eccleſiæ in multis ſeruanda, ibi. verſic.4.
Quæ loca gaudeant immunitate Eccleſiæ, ibidem.
Sortilegi,& Diuinatores,ſunt infames, ibid.
Circa caſus Epiſcopi arbitrio reſeruatos,ſeruanda conſuetudo,nu.55.
Nullus caſus Papæ reſeruatur ſine cenſura, qua ſublata,&c. nu.56.
Vtrum mortuo,vel amoto Epiſcopo, ceſſent

eius

eius caſus, numero 57.
Vtrum Epiſcopus, vel eius caſus habens poſſit abſoluere caſus alterius, nu. 57.
Vtrum in articulo mortis ſi aliquis caſus, vel cenſura &c. nu 59.
Vtrum ſit idem in periculo mortis, quod in articulo mortis, nu. 60.
* Vtrum Sacerdos in articulo mortis teneatur adire ſuperiorem præſentem, &c. nu. 61. & 63.
Vtrum excōmunicatus impeditus teneatur mittere procuratorem &c. ibid.
Vtrum Confeſſor in articulo mortis habeat iurid. iure Diuino, nu. 62.
In articulo mortis, quilibet Sacerd. etiam hæreticus abſoluit. nu. 64.
Abſoluto in articulo mortis, quod imponendum, nu. 65.
Qualiter teneatur confeſſor exigere cautionem, & qualem, nu. 66.
Vtrum confeſſor abſoluens ſine cautione ſit excommunicatus, nu. 67.
Quid proſint bullę pro articulo mortis, &c. num. 69.
Vtrum qui in articulo mortis tantum exprimit ſignum contritionis, ſit abſoluendus, nu. 70. & 71.
Quid infirmus amiſit vſum rationis, nu. 72.
Quomodo cauendum a bullis, & manualib. in abſolutione, nu. 73.
Indulgentiæ, & abſolutio a cenſ. &c. conceduntur priuato loquela. nu. 73.
Vtrum laicus in articulo mortis poſſit abſoluere ab excommunicatione, nu. 74.
Qualiter quis poſſit in abſentia abſolui, numero 75.
* Vtrum plures poſſint vna abſolutione abſolui, nu. 76.
Vtrum Abſolutio a peccatis collata excommunicato, teneat, nu. 77.
Quid ſi abſque peric. mortis ſimplex Sacerdos abſolueret de facto, nu. 78.
Quid ſi excommunic. & denunciatus abſoluat, nu. 79.
Cautela mirabilis pro abſoluendo per Iubileum, vel bulles, nu. 81.
Vtrū ſit neceſſaria forma abſolutionis, quę habetur in bullis, nu. 82.
Vtrum requiratur propoſitum vitandi occaſiones, & quales, nu. 82.
Pęnitens teneatur abſtinere a propinqua occaſione, nu. 84.
Quæ dicatur propinqua, & remota occaſio peccandi, nu 85. & 90.
Vna eademque occaſio non ſit periculoſa omnibus, nu. 86.
Occaſio non cenſetur proxima ex eo quod pęnitens: & confeſſor &c. nu. 87.
Deus nō reſpicit futurum, vt puniat &c. ſed ſtatum præſentem. ibid.
Confeſſor non debet nimium conſtringere pęnitentem, nu. 88.
* Confeſſoris proprietates, & virtutes. ibid.
Iacens in occaſione proxima non eſt communiter abſoluendus, nu. 79.
Qualiter abſoluendus in tali occaſione permanens, nu 91. & 92.
Forma ſeruanda in abſolutione ſacramentali, nu. 94.
Qualiter: Miſereatur, & Indulgentiam; poterant omitti, nu. 95.
Quid ſi dicat: Abſoluit te, vel abſoluat te Chriſtus, nu. 96.
In graui neceſſitate, ſufficit dicere: Abſoluo,
Precationes omnes illæ an de eſſentia ſint. num. 98.
Vtrum omiſſio harum precationem ſit mortale peccatum, nu. 99.
Finita confeſſione, qualiter reſtat ſigillum, num. 100.

De Sigillo Confeſſionis.

Neceſſarium maximè vim ſigilli prædicare, nu. 2.
Quid ſit ſigillum? & quotuplex, nu. 3.
Quot ſigilla requirantur, vt ſcripturæ ignotæ fides adhibeatur, ibid.
Sigillum metaphoricū quotuplex ſit, nu. 4.
Quomodo diffiniatur ſigillum, nu. 5.
In quo differat ſigillum naturale a ſigillo Confeſſionis, nu. 6.
Quo iure introductum ſigillum Confeſſionis, nu. 7.
Non conuertuntur omnia ſigillum naturale, & confeſſionis, nu. 8.
Quid cadat ſub hoc ſigillo confeſſionis, n. 9.
Quis teneatur ſeruare hoc ſigillum Confeſſionis, nu. 10.
* Quanta ſit uis ſigilli confeſſionis, nu. 11.
Quo tempore, vel vſque ad quantum tempus duret ſigillum, nu. 12.

Vtrum

Vtrum aliquo caſu liceat ſigillum Confeſſionis reuelare, nu. 13.
Vtrum de licentia pęnitentis poſſit reuelari, ibid.
Pęnitens, qualiter dabit licentiam reuelandi confeſſionem, nu. 14.
Quid ſi pęnitens in Confeſſione conſiliũ petit ad peccandum, nu. 15.
Quid quando penitens in confeſſ. vult cõfeſſorem inducere, & ibid.
* Quidam Cardinalis punitus ob non reuelatam proditionem, nu. 16.
De Confeſſore qui non poteſt ſua confiteri peccata, &c. nu. 17.
Parochus dicens ſubdito non cõcedo tibi Eucharistiam, &c. num. 19.
Quid ſi confeſſor dicat. Ille confeſſus eſt grauia peccata, nu. 20.
De confeſſore qui audiuit duos, & dixit de vno, &c. nu. 21.
De confeſſore ſurgente a confeſſione, ut conſulat alium, nu. 22.
Vtrum dici poſſit: illa bene confitetur, &c. num. 23.
Quid ſi de meretrice publica dicat confeſſor confeſſa eſt, &c. nu. 24.
Confeſſor dicens: Ille mihi confeſſus eſt, ſed eum non abſolui, nu. 25.
Cõfeſſor ſi dicat; Genuæ, Mediolani, &c. ſunt grauia peccata, nu. 26.
Quid de magnis pęnitentijs impoſitis pro nunc, nu. 27.
Quid ſi ſuperior Monaſterij audiat inferiorẽ, &c. nu. 28.
De confeſſore intereſſente electioni eius quẽ ſcit non eſſe idoneum, &c. nu. 29.
Si accedat publicus peccator ad accipiendam Euchar. &c. num. 30.
Quid ſi confeſſor dicat: audiui peccata Petri, &c. nu 31.
Quid ſi dicat: Petrus ſuis ſcrupulis caput frãgit, num. 32.
Quid ſi dicat: tale peccatum mort. audiui in confeſſione, num. 33.
Quid ſi confeſſor uocetur in teſtẽ, &c. nu. 34.
Vtrum poſſit confeſſor interrogare crimen quod ſcit ab alio, &c. nu. 35.
Quid ſi unus pęnitens confeſſus fuit peccatum alterius, ille autem negat, nu. 36.
De frangenti ſigillum non ex confeſſione. num. 37.
Quid ſi pęnitens confitetur publicè, nu. 38.
* Quid ſi Sacerdos ex licentia penitentis, reuelabit eius peccatum, & poſtea pęnitẽs id neget, & confeſſorem accuſet cui eſt ad hibenda fides? num. 39.
* Et qua pęna ſit puniendus. ibid.

De Euchariſtia.

Sanctiſſimæ Euchariſtiæ quanta excellentia, nu. 10.
Quare hoc Sacram. poſuerim quarto loco, num. 2.
Omnia Sacramenta ad Euchariſtiam tendũt ibid.
Solem quarto die Deus creauit. ibid.
Sol, cui cęlo ſit adſcriptus, ibid.
Euchariſtiæ Sacram. figuratum in lege naturæ, num. 3
Qualiter etiam fuit figuratũ in lege ſcripturæ, num. 4.
In ipſamet lege Euangelica qualiter figuratum, nu. 5.
Mirabilis figura, quo ad ſanguinem, nu. 6.
Euchariſtia uarijs nominibus appellatur, numero. 7.
Sacramentum Euchariſtiæ, quid ſit. num. 8.
Vtrum Euchariſtia ſit Sacramentum, nu. 9.
A quo fuit hoc Sacramentũ inſtitutũ nu. 10.
Quando fuit inſtitutum, nu. 11.
Quare fuit hoc Sacramentum inſtitutum, numero 12.
Vtrum ſit hoc Sacramentum, neceſſarium ad ſalutem, nu. 13.
Vtrum Euchariſtia ſit vnum, vel duo Sacramenta, nu. 14.
Euchariſtia, Sacramẽtum geminę rei dicitur, num. 15.
Quot continẽtur in hoc Sacramẽto, nu. 16.
Hoc Sacram. materia, forma, & miniſtro cõſtat, num. 17.
Materia Sacramẽti Euchar. quotuplex, n. 18.
Quæ ſit materia Euchariſtiæ; quoad corpus, nu. 19.
Euangeliſtæ abſolute dicunt: accepit panem, nu. 20.
Quare panis triticeus ſit materia huius Sacram. num. 21.
Eccleſiæ traditio ſufficientiſſima rerum probatio. num. 21.
Vtrum in alijs granis Hordeis, & Milij &c.

poſſis

poſſit confici,num.2°.
Omnis panis communiter vocatus, & vſui humano ordinatus,&c.nu.23.
In pane Hordei,Milij,Lentis,Caſtanearum, &c.non conficitur, nu. 24.
Vtrum in pane Siliginis poſſit confici,n.25.
In Amidone.V.confici valeat,nu.26.
De pane Speltæ,& Lolij. V.poſſit cõfici hoc Sacram.nu.27.
Vtrum probetur ex Euangelio Christum panem tritici conſecraſſe,ibid.
Vtrum ex pane Farris poſſit confici hoc Sacram.nu.28.
Quid ſi tritico alia miſceantur ſeminũ grana?num.29.
Quid ſi miſceantur aliqua Piperis grana, numero 30.
Vtrum in paſta cruda poſſit conſecratio fieri, nu.31.
Vtrum indagano cui oleum eſt mixtum &c. num. 32.
Vtrum ſit neceſſaria aquæ admixtio, nu.33.
Vtrũ ſufficeret miſcere vinum farinę,nu.34.
Quæ ſit materia quo ad calicem, nu. 35.
Vtrum in neceſſitate ſufficiat vinum pomorum,&c.num.36.
Quid de vino cocto,Nectare,&c. nu.37.
Vtrum in aceto(Hiſpanè vinagre)poſſit fieri,num.38.
Quid ſi vinum in calice ob nimium frigus congeletur?nu.39.
Vtrum Muſtum recens poſſit conſecrari?numero 40.
Populus aliquando offert nouas ſpicas, & vuas,& quare?nu.41.
Vtrum aqua ſit neceſſario vino miſcenda? num.42.
Quare miſceatur, cum ſine ea fiat conſecratio?nu.43.
Quanta aqua ſit vino miſcenda? nu.44.
Vtrum ſufficiat aquam mittere ante Miſsã &c.num.45.
Vtrum aqua roſacea, vel artificialis poſſit vino infundi? nu.46.
Vtrum accidentalia, vel accidentales acceſſiones noceant,num.47.
Vtrum Requiratur determinata quantitas in vtraque materia?num.48.
Vtrum Requiratur quod materia ſit præsẽs? num.49.
Forma Sacramẽti Euchariſtiæ duplex, nu.50.
Quæ ſit forma quo ad materiã panis,nu.51.
Vtrum verba antecedentia,& verbum, enim ſint de eſſentia,nu.52.
Quid ſi Sacerdos diceret tãtum illa quatuor verba,nu.53.
Quæ ſit forma conſecrationis Calicis, n.54.
Duplex datur miniſter Sacram.Euchariſtiæ, &c.num.55.
Quibus caſibus poterit conſecratio impediri,ne fiat,&c.num.56.
Duplicia impedimenta ex parte Miniſtri, iure Diuino,& Canonico,nu.57.
De Sacerdote in mortali, excommunicatione,ſuſpen.hæreſi &c.num.58.
De clerico non baptizato celebrante, &c. num.59.
De Laico Sacerdotem eſſe fingente,&c. numero 60.
De defectu eſſentiali in ordinatione, nu.61.
Quid ſi mulier ordines accepiſſet, & conſecraſſet,num.62.
Quid ſi incepta Miſſa recordetur Sacerdos ſe eſſe in mortali,num.63.
Quid ſi ante ſecretam recordatur, num. 64.
Quid ſi peccatum cordi eius omnino adhæret,nu.64.
Quid ſi recordatur non eſſe ieiunium,eſſe excommunicatum &c.num.65.
Quid ſi recordatur ſe non eſſe Sacerdotem, numero 66.
Vtrum vere & realiter Chriſtus ſit in Euchariſtia, num.67.
Vtrum Chriſtus ſit in qualibet parte hoſtiæ, num. 68.
Vtrum ſit in qualibet parte, ſeparatione non facta, num.69.
Vtrum in Euchariſtia remaneat ſubſtantia panis,vel vini? num.70.
Vtrum poſſit quis illis ſpeciebus ſuſtentari, ſine miraculo, nu.71.
Quanto tempore duret Chriſtus in hoſtia, num.72.
Vtrum ſpecies ſacramentales deſcendant in ſtomacum,& nutriant,nu.73.
Quid fiat de ſubſtantia panis, & vini, facta conſecratione,num.74.
In quo remaneant acciden tia illa panis,& vini,num.75.
Qua adoratione ſit Euchariſtia adoranda, num.76.
Quid ſi Sacerdos prius conſecraret calicem

quam hoſtiam,num.77.
Vtrum aliquando poſſit hoſtia ſola, uel calix conſecrari,num.78.
Vtrum conſecratio vini dependeat ab alia, numero 79.
Quare Sacerdos nō dicit: Ego conſecro,&c. num.80.
Quid ſi vino conſecrato, non conſecratum miſceatur, num.81.
De duobus calicibus vino conſecrato plenis, num.81.
Quid ſi guttæ vini conſecrati in non conſecratum mittantur,num. 83.
Vtrum Papa diſpenſare poſſit quod hoſtia tantum conſecretur, nu. 84.
Vtrum aqua, & vinum tranſeant in ſanguinem Chriſti,num.85.
Quid ſi quis cōſecraſſet in triduo paſſionis, num.86.
Quid ſi Sacramentū in terram cadat, nu.87.
Ex quo generentur vermes in Euchariſtia, numero 88.
Quis poſſit Euchar. alijs miniſtrare, nu.89.
Diaconus in quibus caſibus poſſit miniſtrare,ibidem.
Laicus tempore neceſſitatis an poſſit infirmum communicare, nu.90.
Communicantes in duplici ſunt differentia, num.91.
Quoties teneatur Sacerdos celebrare, numero 92.
Vtrum ſit mortale illis diebus non communicare,num.93.
Sacerdos beneficiatus quoties teneatur celebrare,num.94.
Omnes fideles tenentur Euchariſtiam accipere,num.95.
Quo iure,& tempore ad id teneamur,nu.96.
Iure poſitiuo quando obliget communio, num.97.
Qui excuſetur à communione,num.98.
Pueri quando dicantur habere vſum rationis,num.99.
Excommunicatus, vel impeditus an peccet non communicando,num.101.
Quo die facienda communio ex præcepto, num.102.
Quæ præparatio requiratur ad Euchariſtiā ſumendam,num.103.
Potiſſima præparatio probare ſeipſum &c. numero 104.
Qui ſine mort.eſt,poteſt quotidie communicare &c.num.105.
Confeſſio venialium eſt de conſil.num.106.
Quare non eſt neceſſarium venialia confiteri,num.107.
Vtrum ſit peccatum veniale communicare in illo,num.108.
Deuotio actualis quæ, & an requiratur in cōmunicante,num.109.
Ieiunium naturale requiritur ad communionem,num.110.
De pollutione nocturna, copula, menſtruo, vigilia &c.num.111.
Vtrum dicere Miſſam ante matutinum, ſit mortale,num.112.
Quid ſi Sacerdos celebret ſine debitis veſtimentis,num.113.
De celebrante in corporalibus ſordidis, &c. nume.114.
Celebrare in ſordidis paramentis &c. quod ſignum,num.115.
Qua hora Miſſa celebrari debeat, num.116.
Vtrum aliquando liceat communicare, ne confeſſione ſacramentali,num.117.
In articulo mortis qualiter poſſit concedi cōmunicatio ſine confeſſione? nu.118.
Parochus Ruſticus quando poterit celebrare ſine confeſſione,num.119.
Opinio Caietani, de communione cum contritione,reiecta,&c.num.120.
Quid quando occurrit præceptum communicandi,& nō eſt &c.nu.121.122. & 123.
Vtrum liceat communicare ſine confeſſione ad vitandum ſcandalum,num.124.
Vtrum liceat aliquo caſu excommunicato communicare ſine confeſſione,nu.125.
Verecundia non eſt iuſta cauſa non confitendi &c.num.126.
Quibus modis poſſit quis communicare,numero 127.
Communicare ſacramentaliter tantum,quid ſit,num.128.
Communicare ſpiritualiter tantum,quid ſit, num.129.
Communicare ſpiritualiter & Sacramentaliter ſimul,quid,num.130.
Animal manducans Euchariſtiam, qualiter &c.num.131.
Tres modi communicandi in quo differant? num.132.
Vtrum cōmunicare in peccato mort. ſit grauiſſ.

uiſſ. omnium peccatorum, nu. 135.
Communicans in mortali grauiſſimum ſacrilegium commitit. nu. 134.
Peccata qualiter diſtinguantur quo ad grauitatem. nu. 135.
Accipiens Euchariſtiam in mortali, varie cõſideratur. num 136.
Peccatum communicãdi in mortali, eſt alijs multis grauius, num. 137.
Vtrum liceat frequenter, vel quam frequenter communicare? num. 138
Omnis carens mortali, poterit quotidie communicare, nu 139.
Digne communicans quantum mereatur, nu. 140
Vtrum ſit melius abſtinere, quam frequenter communicare, num. 141
Qui mors ſeruatus in primitiua Eccleſia cõmunicandi, nu. 142
Oſculum pacis quid ſignificet in Eccleſia, num 143
Secundo tempore primitiuę Eccleſiæ fuit Communio octauo quoque die, num. 144
Panis benedictus quid ſignificat in Eccleſia, num. 144
Præceptum fuit olim de communione trib. annis temporibus, nu. 145
Præceptum ſemel in anno communicandi quis fecit, num. 146
De frequentia communionis laudanda, nu. 147. &c.
Conc. Tridentini aurea verba de frequentia &c. num. 148
Vtrum Parochus teneatur Euchar. frequenter miniſtrare, nu. 149
Qua hora poterit quis communicare, n. 150.
Miſſa qua hora poſſit dici, abſque priuilegio, num. 151
Quid ſi in Euchariſtia appareat ſpecies carnis, nu. 152
Euchariſtia quando neganda publico peccatori, nu. 153
Vtrum exiſtens in mort. peccet mort. aſpiciendo Euchariſtiam, nu. 154
Quare Sacerdos non vtitur alijs materijs cõſecratis &c. nu. 155
Vtrum aliquo caſu liceat extra Miſſam cõſecrare, nu. 156
Vtrum aliquando poſſit Sacerdos ſe extra Miſſam communicare, num. 157.
Vtrum Euchariſtia ſit danda infirmo pluſquam ſemel pro viatico, num. 158.
Quid ſi cauſa deuotionis aliquid ſumat quis ante communionem, nu. 159
Multi caſus de Euchariſtia vno verbo declarantur, nu. 160
Vtrum Miniſtro Triremum (comite) detur Euchariſtia, num. 161
Quot ſint fructus, vel effectus Euchariſtiæ, nu. 162. vſque ad nu. 171. incluſiuè.
Vtrum maiorem gratiam recipiat qui maiorem, vel plures hoſtias, nu. 172

De Extrema Vnctione.

VNctio duplex eſt, nu. 1.
Vnctiones exteriores multæ, nu. 2.
Extrema vnctio quid ſit, nu. 3.
Vtrum extrema vnctio ſit Sacramentum, num. 4
Sacramentum extremæ vnctionis a quo inſtitutum, num. 5
Quando fuit inſtitutum, nu. 6
Quæ ſit materia Sacramenti Extremæ vnctionis, nu. 7
Vtrum ſufficiat quodcunque oleum, num. 8.
Vtrum ſit neceſſarium tale oleum eſſe benedictum, nu. 9
Vtrum conſecratio, vel benedictio, ſit de neceſſitate Sacramenti, nu. 10
A quo ſit tale oleum benedicendum, nu. 11.
Vtrum Sacerdos ſimplex poſſit ex commiſſione Papę, nu. 12
Vtrum in neceſſitate ſufficiat Chriſma pro oleo, nu. 13
Quæ ſit huius Sacramenti forma, nu. 14
Quare non datur forma per verba indicatiui modi, nu. 15
Quis ſit huius Sacramenti miniſter, num. 16
Quis Sacerdos ſit miniſter huius Sacramenti num. 17
Quid ſi alius ſimplex Sacerdos adminiſtraſſet, num. 18.
Vtrum ſit de eſſentia Sacram. quod ſit proprius Sacerdos, num. 18.
Quid ſi Religioſus miniſtraret ſine licentia &c. num. 19.
Quid de Sanctis olim oleo vngentibus infirmos, num. 20.
Quibus dandum, vel negandum hoc Sacramentum, num. 21. & 22.
Vtrum vulneratis ſit hoc Sacram. conferendum,

dum,num.23.
Vtrum mulier in partu laboranti ſit conferendum,num.24.
Vtrum dandum morte repentina ſine confeſſione decedenti? num. 25.
Vtrum debeat adminiſtrari nō petēti, nu.26.
Vtrum infirmus teneatur ſub mortali hoc Sacram.petere,num.27.
Quæ ætas requiratur ſuſcipiente vnctionem extremam,num.28.
Vtrum vngi poſſit qui dubitatur mortuus, num.29.& 38.
In quib.partibus vngi debeat infirmus,n.30.
Cæci,& mutilati,in quibus partibus vngendi,num. 31.
Epiſcopi,& Sacerdotis infirmi manus qualiter vngenda,num.32.
Vtrum Epiſcopus poſſit vngere infirmum,& qualiter,num.33.
Quis,& quotuplex ſit huius Sacramenti effectus,num.34.
Vtrum Sacramentum Extremæ vnctionis ſit iterabile,num.35.
Quid ſi Sacerdos,dū vngit,moriatur,nu.36.
In qua illarum vnctionum conferatur gratia,num.37.
Vtrum infirmus poſſit miniſtranti reſpondere,num.39.
Vtrum Sacerdos ſolus poſſit hoc Sacramentum miniſtrare,num.40.
Vtrum dari debeat vnctio moribundo, ſtatim ſuſpendendo,num.41.

De Sacram. Ordinis.

ORdinis Sacramentum quam neceſſariū, & quare,num.1.
Ordinis Sacramentum in multis locis figuratur,num.2.
Ordo quid ſit num. 3.
Vtrum ſit Sacramentum,num.4.
A quo fuerit Sacramentum Ordinis inſtitutum,num.5.
Quando fuit Ordinis Sacram. inſtitutum, num.6. & 7.
Quot ſunt Ordines, num.8.
In Eccleſia præter Sacerdotium,ſunt alij Ordines? concluſione.2.num.9.
Ordines ſunt numero Octo: & hæc opinio conformior.nu.10.
Vtrum prima tonſura ſit Ordo,num. 11.
Ordines qualiter in maiores, & minores diuidantur,num.12.
Vtrum vnuſquiſque ordo ſit Sacram. vel omnes vnum tantum &c.num.13.
Ponuntur differentiæ inter maiores,& minores Ordines,num. 14.
Maiores dicuntur Sacri minores non 1.differentia.
Maioribus annexum votum caſtitatis, minoribus non 2.
Initiatus minoribus poſt vxorem ducere ſine diſpen.3.
Si de facto contrahat maiores habens, nihil facit.4.
Maioribus initiati tenentur ad Diuinum officium.5.
Maiores Ordines non poſſunt duo in eodem die dari.num. 6.
Quod minores poſſunt omni Dominica & feſtis accipi, &c.num. 7.
Ad maiores requiritur miſſæ celebratio. 8.
Ad ſacrum Ord.recipien. requiritur confeſſio,& communicatio,num.9.
Maioribus initiati poſſunt tangere vaſa ſacra.num.10.
Recipientes Ordinem ſacrum ſine dimiſſorijs,&c.eſt ſuſpenſus. num. 11.
Minores ordines dari poſſunt ab Abbate &c. num.12.
In minoribus ſufficit vt inſtrumentum detur ab Archid. num.13.
Quæ ſit huius Sacramenti Ordinis materia, num.15.
Quæ ſit forma,num. 16.
Quæ ſit huius Sacramēti miniſter, num. 17.
Vtrum in hoc Sacramēto imprimatur Caracter,num. 18.
Vtrum imprimatur in vnoquoque Ordine, num. 19.
Quando imprimatur caracter,num. 20.
Quis, & quotuplex ſit Sacramenti Ordinis effectus.num.20.
Vtrum ſit eſſentia quod Ordinatus tangat inſtrumenta.num. 21.
Quod ſit officium cuiuſcunque Ordinis, numero 22.
Quis poſſit,vel non Ordinari,num. 23.
Quis ſi puer ante vſum rationis ordinetur, num.24.
Vtrum talis teneatur ad caſtitatem ſeruandam,num. 25.

Quid de illo qui ob timorem ordinatus fuit, nu. 26
Quę ętas requiratur in unoquoque Ordine nu. 27
Ad primam tonſuram & minores, quę ętas, nu. 27
Ad maiores quæ ætas requirebatur olim, & hodie, nu. 29
Vtrum requiratur eadem ætas quo ad regulares, nu. 29
De examine faciendo quo ad Regulares & quare, nu. 30
Vtrum ad recipiendos ordines requirantur Baptiſmus, &c. nu. 31
Vtrum Confirmatio requiratur ex iure diuino, uel &c. nu. 32
Quid ſi de facto, quis ſine confirmatione initietur, nu. 33
Multi prohibentur ordinare a iure. nu. 34
Quibus temporibus poſſunt Ordines adminiſtrari, nu. 35
Vtrum poſſint eodem die quatuor minores, & Subdiaconatus conferri, nu. 36
Quid de ordinato ante ætatem, extra tempora, uel &c. nu. 37
Quid de ordinatis Citra, uel Vltra montanis, nu. 38
De ſcientia in unoquoque ordine requiſita, nu. 39
Ad quæ officia diuina teneantur ordinati, nu. 40
Beneficiatus qualiter teneatur ad Horas &c. ibid.
De prima tonſura, & minoribus initiatis, ibidem.
De capellania non collatiua, & de penſionario, num. 41. & 42.
Vtrum ratione tenuitatis beneficij excuſetur quis a recitatione. num. 43

De Sponſalibus.

SPonſaliorum materia, quinque capitulis diſtincta. num. 1.
Quotuplicia ſint ſponſalia, num. 2
Quid ſint ſponſalia de futuro, num. 3
In ſponſalibus de futuro requiritur vtriuſq; conſenſus, num. 4
Vtrum ſponſalia ſint de eſſentia Matrimonij, num. 5
Quare inuenta, vel inſtituta ſponſalia de futuro, num. 6
Sponſa de futuro, & de præſenti, & coniux differunt num. 7
Vtrum Pœnæ contra Matrim. Cland. contrahentes, intelligantur, &c. num. 8
Vtrum dicatur adulter accedens ad ſponſam de futuro, num. 9
Pœnitēs V. teneatur cōfiteri hanc circunſt. ſponſæ, num. 10
Quid ſi ſponſus occidat clericum repertum cum ſponſa, num. 11
Quæ ætas requiratur ad contrahendam ſpōſalia de futuro, num. 12
Vtrum requiratur quod Septennium ſit cōpletum, num. 13
Vtrum malitia ſuppleat ætatem hanc 7. annorum, num. 14
Quid ſi parum deficiat ad Septennium, numero 15
Aetas ad ſponſalia, & ad Matrimon. differunt, num. 16
De ſponſalibus inualidis ob defectum ætatis, &c. num. 17
Quot modis ſponſalia de futuro contrahantur, num. 18
Quot modis contrahantur ſponſalia abſolute, num. 19
Vtrum ſponſalia de præſenti inualida, valeant, &c. num. 20
Quis ſit effectus ſponſaliorū de futuro, numero. 21
Vtrum ſit neceſſarium ſponſalia iuramento firmari, num. 22
Quod peccatum erit non præſtare conſenſum, num. 23
Vtrum qui promiſerat vni, & poſtea cum iuramento alteri, &c. num. 24
Quid ſi poſt ſponſalia de futuro cum vna, de præſenti contraxiſſet, num. 25
Quid ſi habens votum caſtitatis ſimplex cōtrahat ſponſalia. num. 26
Quid de illo qui promiſit alicui aliam non ducere, num. 27
Vtrum qui contraxit ſponſalia clandeſtina, teneatur illa ſeruare, &c. num. 28
Nota multa iura correcta quo ad ſponſalia &c. num. 29
Quot modis ſponſalia de futuro diſſoluantur, num. 30
Spōſalia diſſoluuntur mutuo diſſenſu, n. 31
Etiam ſi propter Deum ſit iurata, num. 32

Vtrum ſponſalia de futuro diſſoluantur per fornicationem,num.33.
Quid ſi ſponſa vt præciſa fuiſſet cognita,numero 34.
Vtrum habeat locum in ſponſo fornicante, num.35
Vtrum ſponſo volente ſponſam fornicariã, teneatur ipſa,&c.num.36
Quid ſi poſt ſponſalia ſcit ſponſus illam nõ eſſe virginem,num.37
Sponſalia diſſoluuntur per abſentiam ſponſi,& qualiter,num.38.& 39
Sponſalia diſſoluuntur per lapſum temporis præfixi,&c.num.40
Quid ſi tunc fuerunt ſponſalia iuramento firmata,num.41
Sponſalia etiam iurata ſoluuntur, ſequuto matrimonio,cum 2.nu. 42
Sponſalia ſoluuntur per alterius ingreſſum religionis.num.43
Vtrum requiratur quod fuerit emiſſa profeſſio,num.43
Qualiter diſſoluantur ſponſalia impuberem ante etatem, num.44
Sponſalia ante ſeptennium nulla,nec oritur publica honeſtas.num.45
Contractus facti ab impub.etiam iurati, poſſunt ab eo diſſolui.num.46
Vtrum ſint irrita ſponſalia clandeſtina de futuro,num.47
Sponſalia an valeãt poſt votum ſimplex caſtitatis,num.48
* Sponſalia ſoluuntur multis alijs modis numero 49

De Matrimonio.

VOx,Matrimonio,quid ſignificat, numero 1.
Matrimonium, Coniugium, & Nuptiæ in quo differant,num.2
Quare fiat vltimo loco de Sacramento Matrimonij,num.3
Quid ſit Matrimonium,num.4
Copula carnalis an ſit de eſſentia Matrimonij,num.5
Matrim.conſideratur in officium naturæ,& in rimedium, &c.num.6
Matrim.in Officium, & rimedium quando inſtitutum.num.7.
Poſt lapſum, Matrimonium fuit in remedium,concluſione 2
Vtrum Matrimonium, olim & nunc ſit Sacramentum,&c.num.8
Vtrum Matrimoniuni ſit hodie ſub precepto,Creſcite, &c.num.9.
Præcepta quædam affirmatiua, alia negatiua.num.9.concl.1.
Vtrum in neceſſitate Monachus profeſſus teneretur contrahere,num.10
Quare Deus Matrimonium inſtituit, nu.11.
Vtrum Matrimonium ſit Sacramentum nouæ legis,num. 12
A quo,& quando fuit inſtitutum, num.13.
V.Sacramentum Matrimonij conferat gratiam,num.14
Quando conferatur gratia in hoc Sacramẽto,num.15
Quæ ſit materia,& forma huius Sacramenti,num.16
Materia ſacramenti matrimonij duplex. numero 17
Qualiter Concil.Trid. inualidauit materiã, &c. num.19
Quis ſit huius ſacramenti miniſter.nu.20.
Olim matrimonia erant valida ſine Sacerdote, num.21
Nunc duplex requiritur Matrimonij miniſter, num.22
Quis Sacramenti matrimonij effectus, numero 23
Gratia matrimonij duos habet effectus, numero 24
Quæ ſint de eſſentia Matrimonij, nu.25
V.conſenſus cuiuſcunque perſonæ ſufficiat, nume. 26
V.copula ſit de eſſentia,ſupra num.5.& 27. 28.& 29
Matrimonium duplex ratum, & conſummatum, num.30
* poſt matrimonium ratum,licet vnicuique ingredi religionem, num.31
V.Papa diſpenſare poſſit in matrimonio rato &c.num.31
V.ſufficiat conſenſus internus, num.32.
Quibus verbis ſit conſenſus exprimendus, nume.35
V.matrimonium poſſit contrahi per interpretem, num.36
V.ſufficiant ſigna aliqua exteriora,ſine verbis, num.37
V. ſufficiat puellæ taciturnitas præſente patre,

tre,num.38.
Quid ſi alius,& nō pater, pro puella reſpondeat,num.39.
Quid ſit verba proferantur, ſine animo contrahendi,nu.40.
Quid ſi oſcula,amplexus & copula,ſine interiori conſenſu, nu.40.
Quis debeat pri⁹ interrogari, vir an mulier, num.41.
V.requiratur concurſus vtriuſq; conſenſus, num.42.
V.Matrim.poſſit contrahi per procuratorē, & ſit Sacramentum,num.43.
Quot requirūtur, vt tale matri.valeat.n.44.
Quid de reuocatione mandati, an requiratur expreſſa,ibid.
Qui modus practicus ſeruādus ad contrahēda ſponſalia de futuro, uel matrimonium per procuratorem, nu.45.
V.poſſit cōtrahi per epiſtolas inter abſentes nu.46.
Qualiter ſit cōſenſus præſente Paracho præſtandus,nu.47.
Quid quando verba prolata plures habēt intellectus,nu.48.
Quid ſi vir dicat puellę volo contrahere tecū &c.nu.49.
In quem actum debeat contrahentium cōſenſus dirigi, nu.50.
Quot,& quæ ſint bona matrimonij, nu. 51.
Quibus modis poſſit matrimonij conſenſus inualidari,nu.52.
Cōditiones Matrimonio apponi ſolitæ,quot &c.nu.53.
Conditio cōtra ſubſtantiam, bonū &c.ſuſpēdit,ibid.verſic.1.
Conditio turpis,aut impoſſibilis habetur pro non poſita, ibid.
De conditionibus honeſtis &c.ibid.verſicul. Tertium.
V.præſtito conſenſu cum cōditione, ea adueniente ſit matrimonium, num.54.
Habentes impedim.ſi contrahant ſub conditione:Contraho tecum ſi Papa diſpenſauerit,quid adueniente diſp.nu.55.
De conditione honeſta, quæ tamen eſt cōtra finem,num.56.
Metus duplex ab intrinſeco, & ab extrinſeco num.57.
Metus ab extrinſeco duplex cadens in virum conſt.&c.nu.58.
Metus cadens in conſtantem virum quotuplex ſit,nu.59.
Quare dicatur cadens in virum conſtantē, num.60.
De matrim.voto profeſſione, & ſacro ordine per vim,nu.16.
Quid de voto,vel matrimonio in naufragio, &c.nu.62.
V.opus ſit confirmare votum in naufragio factum.eod.
Quid de illo,qui dicitur ad patibulum,& cōtrahit,nu.63
Quid de Matrimonio contracto infragranti delicto &c. nu.64.
Matrimo.& votum leui metu factum tenet. num.65.
Vtrum iuramentum metu factū obliget.&c. num.66.
Quid propriè dicatur Matrimonium?nu.67.
Contrahere propter carnis delectationē pulchritudinem &c.nu.67.
Quæ ætas requiratur ad contrahendum Matrimonium. nu.69.
Malitia aliquando in Matrimonio ſuplet ętatem,num.70.
Malitia in quo conſiſtat, vt ætatem ſupleat, num.71.
V.ſufficiat vnum ſiue altero ex requiſitis, numero.72.
Quod peccatum ſit, cōtrahere ante legitimā ætatem.num.73.
Quis poſſit matrimonium contrahere, numero 74.
De furioſo ebrio,dormiente &c.contrahēte, num.75.
Impedimenta matrim. in duplici differentia, num.76.
De contrahente matrim.in mortali peccato, num.77.
De illo qui iurauit,uel vouit non contrahere num.78.
Excommunicatus,quid ſi,de facto cōtrahat, num.79.
Contrahens matrim. cum excommunicato, vt peccat,num.80
Quid ſi ſpōſus de futuro, cum alia de pręſenti contrahat, num.81.
Matrimonium, quid ſi contrahatur contra ind. eis prohibit. ... num.82.
Quid ſi contrahatur cōtra legis,vel Papę prohibitionem num.83.

Matrimo-

Matrimonium clandeſtinum, olim erat validum, uum. 84.
V. Matrimonium contractum ſine denuntiationibus teneat, num. 85.
Quid ſi habens votum caſtitatis contrahat de facto, num. 86.
Quid de habente ſimplex religionis, nu. 87.
V. in dictis caſibus, mortua uxore poſſit aliã ducere, num. 88.
Filius contrahens contra prohibitionem iuſtam ſuorum parentum. p. m. nu. 89.
De Patrino ex catechiſmo tantum. num. 90.
Impedimẽtum criminis duplex, aut impedit tantum, vel &c. num. 91.
Septem crimina quæ Matrimonium contrahere vetant, ſi tamen &c. nu. 92.
Crimen inceſtus qualiter impediat, uel dirimat &c. nu. 93.
V. omnis inceſtus impediat, etiam cum propria, &c. num. 94.
V. Epiſcopus poſſit diſpenſare cum inceſtuoſo, &c. nu. 95.
Quid requiratur ad incurrendum hoc impedimentum, num. 97.
Inceſtus impedimentum ex fornic. quem gradum &c. num. 98.
Quid ſi ignorabat cõſanguineã vxoris ſuæ, num. 99.
Crimen vxoricidij dupliciter conſideratur, & qualiter impedit tantum. 100.
Quid ſi autoritate legis vir vxores occidat, num. 101.
Quid ſi mulier maritum ſuum interficiat num. 102.
* Crimen raptus alterius ſponſę qualiter impediat, num. 103.
V. Concilium Trid. tantum loquetur de ſpõſa rapta, num. 103.
Quid ſi Pater malitioſe filium leuet de fonte Baptiſmi, num. 104.
Presbytericidium qualiter matrim. contrahere impediat, num. 105.
Pœnitentia ſolemnis qualiter matrimo. impediat, num. 106.
De matrim. contracto cum Moniali. 107.
Quo iuré impediant dicta impedimẽta. 108.
V. ſit mortale peccatum contrahere contradicta impedimenta, num. 109.
Quis poſſit in dict[...] diſpenſare, num. 11[...]
Impedimenta[...]quot. num. 111.
Impedimentum erroris euenire poteſt circa multa, nu. 112.
Contrahens cnm Maria putans eſſe Annam, nil facit, nu. 113.
Quid ſi pro primogenito ſupponatur alius, nu. 114.
Cogitans contrahere cnm bona, caſta, honeſta, &c. nu. 115.
Quid ſi pro filia talis Regis, Ducis &c. alia detur, num. 116.
Quid ſi non determinate, ſed confuſe. 117.
Quid ſi pro virgine habebatur, & non erat, num. 118.
De contrahente cum ſerua, quam putabat liberam, nu. 119.
De libero contrahente cum ſerua, quam poſtea reperit liberam, nu. 120.
Vtrum Seruus poſſit contrahere contra Domini voluntatem. num. 121.
Vtrum Seruus contrahens cum ancilla, quã putabat liberam, contrahat. 122.
De contrahente cum liberta. nu. 123.
De ſeruo contrahente cum libera, quæ ſciebat ſeruitutem, nu. 124.
Quid ſi Dominus cum propria ancilla contrahat, nu. 125.
De ſeruo contrahente cum ſciente eius ſeruitutem, nu. 126.
Quo iure impediat matrimonium error perſonæ, & conditio. nu. 127.
Impedimentum voti de quibus votis intelligatur, nu. 128.
Votum Caſtitatis, & Religionis duplex, & quid vtrumque, nu. 129.
Vota omnia quæ communiter fiunt, tantum ſimplicia ſunt. 130.
Votum ſolemne, quod dicatur, nu. 131.
De voto facto in Religione non approbata &c. nu. 132.
De voto Sororum tertiæ Regulæ S. Dominici, & S. Franciſci, ibidem.
Matrimonium, poſt votum ſimplex caſtit. & Religion. &c. nu. 133.
Votum ſolemne qualiter impediat, & dirimat, nu. 134.
De Ordine accepto, vel profeſſione facta per vim &c. nu. 135.
Profeſſio facta ante ætatem eſt nulla. 136.
In quo differat fractio voti ſimplicis, & ſolẽnis, nu. 137.

Fractio

FF

Fractio cuiuſcunque voti ſimplicis, mortale peccatum ibid.
Contrahens ſi habet votum ſolemne, excom municatus, num. 138
Pęnæ illius, qui habebat votum ſimplex Relig. & contraxit, num. 139
Quis poſſit diſpenſare ad exigendum debitum. 140
Mendicantes poſſunt diſpenſare ad exigendum, nu. 141
In quo differat votum caſtitatis, Religionis, & Sacris Ordinis, nu. 142
V. Papa diſpenſare poſſit, vt profeſſus contrahat matrimonium. 143
V. Diſpenſare poſſit, vt Subdiaconus, Diaco. Sacerd. vel Epiſcopus, ibid.
V. Caſtitas ſit annexa Ordini Sacro ex iure Diuino &c. nu. 144.
Quotuplex ſit cognatio. 145
Cognatio Spiritualis duplex, & q̃d ſit. 146.
Cognationis ſpiritualis impedimentũ, quo iure, num. 147.
Cognatio Spiritualis, qualiter impediat, & dirimat, nu. 148
Regula generalis data a Syluestro &c. 149
Quis poſſit eſſe Patrinus in Bapt. & Confirmatione, nu. 150
In quibus gradibus contrahatur cognatio, num. 151
Hodie ceſſant multa dubia de cognatione, nu. 152
V. Marit', et vxor poſſint puerũ leuare, n. 153
Quis ſit patrinus quando puer domi baptizatus &c. nu. 154.
Quid ſi pater filium ſuum baptizaret fornicarium, nu. 155
Quid ſi errans Sacerdos puerum domi baptizatum iterum baptizet, nu. 156
V. Non baptizatus baptizans &c. contrahat cognation. nu. 157
V. Baptizans in articulo mortis contrahat cognationem, nu. 158
V. Requiratur nudi pueri tactus &c. 159
V. Cognatio ſpiritualis contrahatur per procuratorem, 160
V. Cognatio ſpiritualis contrahatur ex fornicario complexu. 161
V. Sit de eſſentia, quòd Patrinus reſpondeat, nu. 162
V. In baptiſmo filij Iudęi, &c. contrahatur hæc affinitas, nu. 163
Quæ cognatio contrahatur inter cõfeſſorẽ, & filium &c. nu. 164
Quid ſit cognatio legalis, nu. 165
Quid ſit Adoptio, nu. 166
Quotuplex ſit adoptio, vel aſſumptio. 167
Simplex adoptio, & arrogatio in quo differant. 168
Quod anni requirantur in arrogãte, & adoptante, nu. 169
Quo iure ſit adoptio introducta, nu. 170
Quo iure cognatio ex adoptione introducta, nu. 171
Quis poſſit adoptari in filium, vel non. 172
Quis poſſit alium in filium adoptare, vel nõ num. 173
V. poſſit quis alium in fratrem, vel ſororem adoptare, nu. 174
V. Cognatio legalis impediat matrimoniũ, nu. 175
Quotuplex ſpecies cognationis legalis. 176
V. Hoc impedimentũ duret perpetuo, n. 177.
V. Hoc impedimentũ impediat, & dirimat, nu. 178
V. Adoptatus poſſit contrahere cum filia illegitima &c. nu. 179
V. Frater, & ſoror legales poſſit contrahere, nu. 180
Vox: Conſanguinitas, quid ſignificet. 181
Quid ſit conſanguinitas, vel carnalis cognatio nu. 182
Conſanguinei, qui dicantur, num. 183
Quot lineis gradus cõſanguinitatis aſſignẽtur, nu. 184
Quomodo computentur gradus conſanguinitatis, nu. 185
In quibus gradibus conſanguinitatis ſit Matrimonium prohibitum, nu. 186
Quam pęnam incurrant conſanguinei contrahentes &c. nu. 187
V. Extendatur ad cõtrahentes ſponſalia. 188
V. Aliquis gradus in linea recta, ſit iure Diuino prohibitus, 189
Præcepta Leuitici, c. 18. quam vim habeant nunc, ibid.
Pater, & filia: mater, & filius, quo iure prohibiti, ibid. conf. 2
Quid ſi tãtum in Orbe eſſent pater, & filia, &c. nu. 190
V. talis pr[illegible] ...ter aſcendentes, &c[illegible]
[illegible] ſororẽ quo iure

iure prohibitum, num.195
Eccleſia qualiter poſſit gradus prohibere, &c.nu.193
Quid ſit Affinitas,nu.194
V.Affinitas oriatur ex quocunq; coitu.195.
Reprobatur opin. Goffredi dicentis tantum ex copula licita,nu.196.
V.Ex ſponſalibus de præſenti ante copulam oriatur,nu.197
V.Requiratur ſeminum cõmixtio ad affinitatem,num.198
Quid tantum ſemen intret clauſtrum virginis &c.ibid. verſic.2
Sodomitica copula non inducit affinitatem num.199
Quid de copula,vi præciſa,habita.200
V.Ex copula habita cum dormiente oriatur affinitas,num.201
Quomodo hæc affinitas impediat Matrimonium,& in quo gradu.202
Affinitas omnis olim comprehẽdebat 7.gradus,num.203
Affinitas ex copula illicita qualiter impedia.ibid.
Duo fratres cum duabus ſororibus poſſunt contrahere,ibid.verſic.in 2
Pater & filius poſſunt contrahere cum matre,& filia ibid.
Vir,mortua vxore,poteſt contrahere cum relicta fratris ſuæ vxoris, ibid.
Filia vxoris ex alio marito poteſt nubere filio ſui mariti &c.ibid.
V.Aliquis gradus affinitatis ſit iure naturę prohibitus,num.204
Papa in quibus gradibus affinitatis diſpenſat,vel non,num.204
Quomodo affinitas impediat Matrimoniũ, num.205.
Quam pęnam incurrant affines contrahentes &c.num.206
Quid ſi affinitas ſuperueniat Matrimonio, nume.207.quod notã pro multis caſibus qui occurrere ſolent.
Quid ſi vir ignorabat eſſe conſanguineam vxoris ſuæ, num.208
V. Impedimentum de exactione debiti procedat vſq; ad quartum gradum & c. 209
Quis diſpenſet ad exigendum debitum.210
Quę ſit melior arboris conſanguinitatis figura,num.211
Quot ſint crimina impedientia, & dirimentia matrim.num.212
Crimen homicidij tribus cõcluſionibus declaratur.ibidem.
Adulterium qualiter impediat, & dirimat, num.213
Quid ſi vxor non erat, ſed talis putabatur, ibid. concl.1.
Quid ſi matrimonium erat tantum ratum, ibidem conc.2
Matrimonium tantum, vel fides tantum ſine adulterio non dirimit, conc.3
Matrimonium de facto, & adulterium, matrimonium impediunt, ibid.conc.4
Adulterium tantum, ſine fide data, V.impediat,num.214
Matrimonium an poſſit contrahi inter infideles,num.215
Matrimonium tripliciter poteſt conſiderari,ibidem.
Matrimonium in quantum contractus datur inter infideles,ibid.conc.1
Matrimonium infidelium an ſit indiſſolubile ibidem.
Matrimonium vt eſt Sacramentum, tantum datur inter fideles ibid. conc. 2
Quare non detur matrimonij Sacramentũ inter infideles,num.216
V.liceat infideli contrahere, num.217
Quo iure ſit hoc impedimentum introductum,num.218
Quid ſi Catholicus contrahat cum Hæretica,num.219
Quis poſſit in hoc impedimento diſpenſare, num.220
Quid de infideli conuerſo circa coniugem infidelem,num.221
Quid ſit metus, num. 222
Metus cadens in virum conſtantem qualis, num.223
Quis dicatur vir conſtans, num.224
V.Matrimonium metu, vel vi, contractum teneat,num.225
Matrimonium violentia præciſa contractũ, & conſummatum non tenet, ibid.conc.1
Matrimonium metu cadente in conſtantem virum contractum, eſt nullum,conc.2.
Matrimonium leui metu contractum tenet ibid.concl.3.
V.Idem metus qui dicitur cadens in cõſt.virum ſit idem in uiro, & muliere,226.
V.vniuſquiſque Ordo impediat, & dirimat matrim.

matrim.num.227.
Minores ordines non Sacri, matrimonium non impediunt,ibid.concl.1.
Ordo ſacer matrimoniũ imped t,& dirimit, ibid. concl.2.
Quare minores non impediunt,Sacri autem ſic,nu.228.
Quo iure votum caſtitatis ſit annexum Ordini Sacro.nu.229.
Qua pęna puniatur Ordine ſacro inſignitus contrahens. 230.
Quid ſi congiugatus Ordinem ſacrum recipiat. 231.
Quid ſit ligamen, 232.
V.coniugatus,viuo complice,poſſit ſecundò contrahere,233.
Quid ſit iuſtitia publicæ honeſtatis,234.
V.Impedimentum publicæ honeſt.oriatur ex omnibus ſponſalib.ibid.concl.1.
V.Oriatur ex matrimonio inualido, ibidem. concl.3.
Quid ſit frigiditas,vel impotentia.235.
Quatuor requiruntur,vt frigiditas impediat &c.236.
Quid de Caſtrato,ſpadone,eunucho &c.nume.237.
De ſene contrahente matrimonium.238.
De matrimonio clandeſtino, & quod dicatur 239.
V. Sacerdos in matrimonio conferat Sacramentum.240.
V.Verba q̃ Sacerdos dicit ſint forma,nu.241
V.Matrimonium ſiue denunciationibus valeat.242.
V.Contrahentes tali modo incurrant cenſuras &c.243
Quis Parochus debeat aſſiſtere viri, vel mulieris,nu.244.
V.Pater,& mater,fratres & ſorores ſint legitimi teſtes.245.
Quis poſſit in dictis impedimentis diſpenſare.246.
Papa poteſt diſpenſare in omnibus impedimentis iuris canon.ibid.
Papa an diſpenſet in grad.bus Leuitici, nume.247.
V.Epiſcopus poſſit,& quomodo, diſpenſare in impedim.dirimentibus.248.
Quid ſi poſt Matrim. reperiatur impedimentum.249.
Epiſcopus in quibus impedimentis poſſit diſpenſare,nu.150.
Quæ cauſa erit iuſta ad diſpenſandum,251.
Ad quid teneantur coniuges inter ſe. 252.
Copula inter ſponſos de futuro mortale peccatum, ibid.
Qualiter vir, & vxor teneantur reddere debitum.253
V.Sit mortale peccatum conſummare matrimonium ante benedictionem.254.
V. Statim contracto Matrimonio teneantur reddere debitum, nu.255.
Duo menſes conceduntur a iure poſt matrimonium,&c.ibid.
V.Coniuges teneantur ad debitum Matrimonij ſub mortali,nu.156.
Confeſſor in materia luxuriæ procedat modeſtè &c.nu.257.
Pericula multa, quando debitum negatur, vel retardatur,nu.258
Quando erit mortale,vel non,negare debitũ ibid.
V.Vir accedens ad vxorem menſtruatam peccet mortal.nu.25.
V.Oſcula,amplexus & tactus inter coniuges ſint mort.260.
De non ſeruantibus in copula ordinem naturalem.nu. 261.
V. Copula Matrimo. in Eccleſia ſit mortale peccatum,nu.262.
V.Copula ante,vel poſt communionẽ,ſit peccatum mort.nu.263.

FINIS.

EPISTOLA

SIVE PROLOGVS AVCTORIS,

Ad Lectorem.

SOLENT complures (Chriſtiane Lector) complures innumeris, prolixiſque, tam vtriuſque Iuris, quàm Sacræ Theologiæ breuiaturis, citationibuſque paginas, cartasvè implere; haud animaduertentes, quòd etiam ſi (eo quod Sacris literis, Iuribuſque operam dederint) ſint multi qui eas norint, & intelligant, longe maior ſit eorum, etiã Sacerdotum numerus qui non ſolũ non intelligunt; ſed nec vnquam viderint, vel audierint. Quapropter, vt talium vtilitati, pariterque libelli huius claritati conſulerem, omnes ferè, tã Sacræ Theologiæ, quàm vtriuſq; Iuris auctores, qui in eo, alijſque libris, & ſummis allegari conſueuerunt; cum vtriuſque Iuris librorum nominibus, eorumq; diſtinctione, atque modo inueniendi loca citata, ſimul cum alijs breuiaturarũ declarationibus in ipſius fronte, operæpretium duxi proponere. Proponamque tibi (ſalua omnium pace, debitaque reuerentia) aliquorum Doctorum qui in Academijs allegantur, auctoritatem; ut quẽ, in tuis dubijs caſibuſque cõſcientiæ (ut plurimũ) ſequi tuta conſcientia poſſis, & debeas, clare intelligere valeas; quod, maximoperè gratum eſſe futurum iudicaui.

1 *Libri Canonici qui.* Quamobrem primo ſcias oportet, aliud eſſe, libros canonicos, atque aliud, Ius Canonicum. Canonici, ſeu Sacri libri illi tantum dicuntur, quia à Sacro Triden. Concilio. Seſſ. 4. recenſentur quorum tanta eſt auctoritas, quod hęreticum eſſet aſſerere, omnia in eis contenta, de Fide non eſſe: Couarru. libr. 4. var. c. 14. Paul. Gryſaldi. uerbo: Eccleſia. Vbi qualiter olim de aliquibus poterat dubitari, at nunc minimè. Et habentur in Canone vltimo Apoſtolorum in fine Decreti, & latius omnibus Bibliotheca Sancta. Sixti Senenſ. libro 1. Et ideo reijcienda, atque confutanda eſt hæreſis Suencfeldiani, & Boſoli Bogomiliorum, qui veteris, ac noui teſtamenti libros repudiat. De quorum auctoritate, & qualiter fuerint à Spiritu Sãcto; vide ι Deciſiones Catholicæ verbo Biblia num. 6.

2 *Ius Canonicũ.* Aliud eſt ius Canonicum, quinque contentum libris, qui ſic nominantur, Decretum, Decretales, Sextus, Clementinæ, & Extrauagantes.

DECRETVM, SEV Decretorum liber.

3 *Decretũ.* COmpilatus fuit, ſumma cum diligentia, ingenijque dexteritate Bononię anno Domini 1120. ſub Henrico Quarto a Magiſtro Gratiano, Monaco Sancti Benedicti, ex diuerſis Concilijs, Sãctorumque Patrũ auctoritatibus: & hodie nouiter a Sanctiſſimo D. Noſtro Gregorio XIII. sũma cũ diligentia,

exactione, atque curioſitate (ut in eo, patet) correctus, auctus, innumeriſque additionibus illuſtratus eſt.

4 Cuius tanta eſt auctoritas, quantę is eſt, cuius eſt Canon, Epiſtola, vel dictum in eo poſitum. Illa de fide credas, quæ ibi a Concilio generali tanquam Canonem: vel a Papa, tanquam Papa diffinita reperies. Quæ autem ſunt dicta Sanctorum, maxima ſunt habenda veneratione, & reuerentia; licet de fide eſſe non cenſeantur. Sot. 4. diſt. 39. q. vlt. art. 2. concl. 2. Hodie autem poſt correctionē Greg. XIII. maiorē habēt authoritatem.

De quorum Conciliorum, Sanctorumque Patrum auctoritate, vide Didacum de Alaba. de Concilijs, & Caniſium de doctrina Chriſtiana, de pręceptis Eccleſię ca. 10. & Martin. Aiala de Cathol. Inſtit. Et vide tex. mirabilem. in c. Violatores 25. q. 1. Vbi ſic habetur, Violatores Canonum voluntarij, grauiter à Sanctis patribus iudicantur, & à Sancto Spiritu (instinctu cuius, ac dono dictati ſunt) damnantur: quoniam blaſphemare Spiritum ſanctum non incongruè videntur, qui contra eoſdem Sacros Canones non neceſſitate compulſi, ſed libenter, vt præmiſſum eſt, aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt: & qui non acquieſcunt conſtitution. Canonicis, ſed illis repugnant, committere dicātur quaſi peccatum Ariolandi, & ſcelus idolatrię, & habētur quodam modo pro infidelibus text. in ca. Sciendum. colum. fina. 3. q. 1. et 5. Regum c. 15. & not. in c. 1. de conſtitu. Et qui tranſgreditur pręcepta Apoſtolica, hæreticus eſt, 19. diſt. c. Nulli: ſicut, & contradicens Decretis Patrum, Epiſtolis Apoſtolicis: ead. diſt. c. Iu Canonicis, & text. in ca. de Tabellis 20. diſt. vide Macquardum de Suſanis, de cælibatu 3. p. c. 1. nu. 6. & 7.

5 Et quia citatio, quanto breuior, tanto melior: & diuiſio Decreti quam Sylu.
c verbo, Lex ponit, non eſt ita clara, ꝙ facile ab omnibus percipi queat; Decretum ſic diuiditur, in tres, ſ. partes, quarū prima centum, & vnam continet diſtinctiones tantum, Secūda cōtinet cauſas, et vnaquęque cauſa in ſuas diuiditur quæſtiones. Tertia pars duos amplectitur tractatus; quorum primus. Septem de pœnitentia, Alter, quinque, de conſecratione, continet diſtinctione.

Et, vt omnino, Decreti citationes intelligas: aduerte, quod ſicut in dictas tres diuiditur partes, ita triplicem habet allegandi modum. Primo modo allegatur, vel citatur ſic: tex. in cap. Deniq; 4. diſt. vel c. Miror. 50. diſt. & tunc eſt in prima parte Decreti. Secundo modo ſic capitulo. Nemo, vndecima quæſtiones tertia, ſignificat, quòd hoc capitulo eſt in cauſa vndecima quæſtione tertia, eiuſdem cauſæ capitu. Latorem trigeſima ſecunda quæſtio. ſecunda, ſignificat ꝙ iſtud ca. eſt in 32. cauſa q. 2. eiuſdem cauſæ, & tunc eſt in 2. parte Decreti. Tertio modo citatur ſic: nominando diſtinctionem, & tractatum vbi eſt, hoc modo, c. Quem pœnitet, de pœnitentia; diſt. 1. c. Conſideret, de pænit. diſtinction. quinta. capitul. Sacrificium. de conſecratione diſtinctio. ſecunda, capitul. Epiſcop. de conſecration. diſtinct. quarta, & tunc hęc capitula ſunt in tertia parte Decreti.

DECRETALES.

SEcundus liber Canonici Iuris vocatur Decretales, videlicet Epiſtolæ 6.
Decretales, quas diuerſi Summi Pont. reſpōdendo diuerſis quæſtionibus ſibi propoſitis in Concilijs, & extra, diſcernendo ſic eſſe faciendum, reſcripſerunt; ideo dicuntur: Decretales a diſcernendo, quas 7.
Gregorius IX. Maxim. in vnum tomum redegit, quarum irrefragabilis eſt auctoritas, ideo minimè contradici, cauillarivè poſſunt, ſed inuiolabiliter (dummodo per contrariam deciſionem, uel deſuetudinē non ſint ſublatę) obſeruādę.

Hic tomus in quinque diuiditur libros, quorum vnuſquiſque ſuos peculiares habet titulos. Allegatio huius libri fit ſimpliciter nominando tantùm principiū capituli, & titulum ſub quo eſt tale capitulum; nec eſt opus allegare librum, hoc modo ca. Si diligenti; de foro cōpetēti, ideſt capitulū incipit: Si diligēti ſub titulo De foro cōpetent. cap. Nouit ille de iudi-

de iudicij capit. Cum Marthæ, de celebratio. Miſſarum. Nec importat quicquam, quod titulus anteponatur verbi gratia de celebratione Miſſarum cap. 1. 2. vel capitu. cum Marthæ.

Et vt facilius inuenias titulos, ſub quibus allegabitur capitulum, ſequentia carmina nota.

Pars prior officia parat, Eccleſiaque miniſtros.
Altera dat teſtes, & cætera iudiciorum.
Tertia de rebus, & vita Præsbyterorum.
Quarta docet quales ſint nexus coniugiorum.
Vltima de vicijs, & pœnis tractat eorum.

Quæ carmina habentur in Gloſſa in Prologo Decretalium, vbi alia.

8 De varietate librorum Decretalium antiquorum, eorumque confuſione, vide ſummam de exemplis, & ſimilitudinibus lib. 8. in princ. & Thomam, à Mercato, de contractibus; in principio declarationis Decretalis, de cambijs, lib. 4. capitu. 12. vltra communiter ſcribentes.

9 De auctoritate, & obſeruatione Decretalium Epiſtolarum vide tex. in ca. 1. cum ſequentibus 19. diſtinctione, & latiſſimè Couarr. lib. 4. Variar. c. 16. nu. 6.

SEXTVS.

10 Tertius liber Canonici iuris Sextus liber Decretalium, dicitur ideſt alius Sextus liber adiunctus quinque alijs libris Decretalium Epiſtolarum, hic liber collectus fuit (ut in proemio patet, & ex Platina in eius vita) a Bonifacio VIII. Pont. Max. cuius vitam, quæ olim, ad longum in principio dicti libri Sexti ponebatur hodie Greg. XIII. Pont. Max. (iuſtiſſimè quidem) de medio ſubſtulit. Hic liber, eoſdem quinque libros, & titulos habet ſicut liber Decretalium, & eodem modo citantur eius capitula, hoc addito, quòd in fine ponitur: libro ſexto, vt verbi gratia, capitulo primo, de ſponſalibus libro ſexto capitulo. Alma mater. de ſentent. Excommunicat. lib. 6.

CLEMENTINAE.

Quartus dicitur Clementinarum liber 1. liber conſtitutionum, quas Clemens V. Pont. Max. in Concilio Vienenſis, & extra condidit; qui diuiditur in eoſdem quinque libros, & titulos, ſicut ſupra dixi, eius allegatio non fit ſicut in ſupradictis, ſed hoc modo Clementina 1. de Summa Trinita. Clementia. Dudum de ſepulturis. 11

EXTRAVAGANTES.

Quintus liber extrauagãtium Conſtitutionum in duas diuiditur partes, quædam dicuntur Communes, quæ eoſdem habent libros, & titulos, ſicut alij libri ſupra, & allegantur in hunc modum, text. in Extrauagant. Piæ de prębendis: & intelligitur in communibus: etiam ſi non exprimatur. 12

Aliæ ſunt Extrauagantes Ioannis 22. quæ tantum ſunt numero 20. & tunc poſt allegationem ponitur: Ioan. 22. vt, v. g. text. in Extrauagan. cum: ad Sacroſanctæ, de ſententia excommunication. Ioan 22.

Quæ omnia Iura Canonica tam contenta in Decretalibus, quàm Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus auctoritatem habent irrefragabilem, dũmodo per conſtitutionemve contrariam non ſint abolita.

IVS CIVILE.

Eſt duplex, commune, quod continetur in libris iuris Ciuilis, uel legum, ſeruaturque vbique. Et ius particulare, quod continetur in legibus, Pragmaticis atque conſtitutionibus vniuſcuiuſque Regni, vel Prouinciæ. Commune autem Ius hos, maximè, continet libros, Inſtituta Imperatoris, Digeſtum vetus, Digeſtum nouum, librum Authenticorum, & Codicem. Liber inſtitutionem diuiditur in titulos, & non allegatur per 13

c.vel l.ſed per Paraphos, uel Paragraphos, hoc modo §. ¶. vt habet text. in §. primo Inſtitutis, de actionibus. §. primo, inſtitur. de Accuſat. &c.

15 In libro Codicis ſunt Autheuticæ, & leges, & ſic fit allegatio duplex 1. modo allegatur, vel citatur ſic text. in l. 1. C. de Iudicijs, & tunc eſt in prima parte libri Codicis, quæ continet leges. Vel ſecundo modo allegatur, uel citatur ſic. tex. in Authentica 1. C. de teſtamentis, & tunc eſt ĩ 2. parte Codicis, & nõ allegatur lex.

Codex.

Alia eſt in iure ciuili citatio quæ ſupradictæ, Authenticarum aſſimulatur, ſcilicet, quando eſt lex quæ habetur in libro Authenticorum, & tunc citatur lex hoc modo, ut in Authentico, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, l. ſancimus, &c.

16 Libri Digeſtorum per duplicẽ literam, ff. ſignificantur, & quare ſic allegentur (quia paucis notum) breuiter dicam. Libri Digeſtorum ff. antiquorum Iuriſperitorũ cõtinet reſponſa. Codex, verò, Imperatorũ Cõſtitutiones quod inſinuat Nauarr. Manual. cap. 17. nu. 104. latinè.

Liber Digeſtorũ.

17 Ponuntur autem duo, ff. ſimul, ad ſignificandos libros Digeſtorum; quia duo Imperatores quorum vnuſquiſque vocatus fuit Federicus, pater, ſcilicet, & filius, ex diuerſis mundi partibus Iuriſperiorum reſponſa in his libris congregarunt, & ideo ad ſignificandum, quod iſti duo libri Digeſtorum, (ideſt) per diuerſas Mundi partes geſtorum, collecti fuerint ab illis duobus (ut ita loquar) Federicis, ponuntur duo, ff. quorum vnum Federicum patrem, aliud, filium Federicum ſignificat, & dicuntur hæc duo, ff. Digeſtum; & allegantur leges in his libris contentæ hoc modo: textus, in l. Gallus. ff. de libris, & poſthumis. & ſic de alijs. * Nota tamen, quod aliquando allegatur lex abſque eo, quòd nominetur, C. nec. ff. vt verbi gratia, Iaſon. in lege tertia §. duo patroni de iureiurand. & tunc ſemper intelligitur, ff. abſque hoc, quod exprimatur.

18 Nota quod in aliquibus libris antiquis inuenitur hæc citatio, ſcilicet ut habet tex. & apparatus, ideſt capit. & gloſſ. nam apparatus, ſignificat Gloſam. * Nota pro complemento ſupradictorum quòd licẽt omnes libri antiqui vtriuſque Iuris, & Doctores poſuerint pro Digeſtis in allegatione duo illa, ff. Hodie tamen quidam moderni proprio iudicio ducti ponunt tantum vnum, D. pro ff.

Dicto de utroque Iure quod neceſſarium erat, vt eorum breuiaturas intelligas, ſcias oportet, quod. 19

Tom. dicitur.	Tomus.
lib.	libro.
tex.	textus.
ff.	Digeſtis.
C.	Codice.
Cap. vl. c.	Capitulo.
Auten.	Autentica.
Auth.	Authentico.
Coll.	Collationem.
Gl.	Gloſa.
col.	columna.
Can.	Canone.
Conc.	Concilio.
Conſ.	Conſilio.
Rub.	Rubrica.
tr.	tractatu.
§. ¶.	Paragrapho.
qm̃	quoniam.
q̃	quòd.
q̄	quàm
pp	propter.
p̄	contra.
ex̃.	Extra.
etiã. vl. etz.	etiam
l.	lege.
vl.	vel.
vſ. vl. verſ.	verſiculo.
ver.	verbo.
℞	Reſpondeo vl. reſpondetur.
Q.	Quæritur.
q.	quæſtione.
a. vl. ac.	articulo.
cõis.	communis.
opin.	opinio.
opp.	oppono.
oppoſ.	oppoſitio.
I. V. D.	Iuris Vtriuſque Docto.
tñ.	tamen.
aũt.	autem.

tantum

tm̄. tantum.
qñ. qnando.
qz. quia.
q; que.
ſ. ſupra.
j̄. infra.
PP. Papa.
Põ. Max. Pontifex Maximns.
Prob. Probatur.
pblr. Probabiliter.
dd. Doctores.

Poſt nomina, atque vtriuſque Iuris
10 communes breuiarutas, Doctores aliquos Theologos, qui frequentius citari ſolent ſecũdo proponam loco, quamuis non ordine Alphabeti.

D. Th. S. Thomas Aquinas.
Doct. Angelicus idem.
Mag. Sen. Magiſter ſententiarnm
Vterque Thom. S. Thomas, & Caietanus, qui dicitur Thomas a Vio.
Cai. vel Gai. Gaietanus.
Scot. Scotus.
Doctor ſubt. idem.
Adr. Adrianus.
Pal. vl. Pe. de Pal. Paludanus.
Alex. Alen. Alexander de Ales. qui fuit Magiſter D. Thomæ.
Ric. Ricardus.
Archiep. Flor. D. Antoninus.
Flor. Idem.
Capr. Capreolus.
Marſ. Marſilius.
Dur. Durandus.
Gab. Gabriel Biel.
Dried. Driedonius.
Aſten. Summa Aſteſana.
Ang. Summa Angelica.
Silu. Summa Siluestrina.
Tab. Summa Tabiena.
Sum. Conf. Summa Confeſſorum.
Armil. Summa Armilla.
Io. Med. Ioannes Medina.
Pet. a Sot. Petrus à Soto. confeſſor. Caroli Quinti.
Mich. Medin. F. Michael, de Medina.

Illi qui non paſſim, & ſunt Sancti.
D. Gregor. D. Gregorius 1.
D. Ambr. D. Ambroſius.
D. Aug. D. Anguſtinus.
D. Hier. D. Hieronimus.
D. Anſ. Anſelmus.
D. Iſid. D. Iſidorus.
D. Chriſ. S. Ioannes Chriſoſto.
D. Baſ. D. Baſilius.
Cord. F. Antonius à Corduba.
Ledeſ. F. Marrinus Ledeſma.
Alf. Caſt. Alphonſus a Caſtro.
Victor. F. Franciſcus a victoria.
Cano. F. Melchior Cano.
Dom. Sot. F. Dominicus Soto.

Bart. Med. F. Bartol. Medina. Quatuor iſti ultimi, omnes fratres Dominicani, Hiſpani, atque Sacræ Theologiæ Salamanticæ primarij profeſſores. Vltimus tamen Mag. Medina pręceptor meus Digniſs.

QVamuis Canoniſtarũ innumera ferè ſit multitudo ex omnibus, illos ex omnibus, illos tam antiquos, quam modernos eligere curaui, qui communiter in ſummis, & in Academijs allegantur. Quorum Princeps.

Abb. Abbas Panormitanus.
Pan. Idem.
Innoc. Innocentius 4. Papa. quem ſplendorem Canoniſtarum dicit Ang. in ſum.
Arch. Archidiaconus.
Barb. Andreas Siculus Barbatius.
Io. And. Ioannes Andreas.
Anan. Ioannes de Anania.
Imol. Ioannes de Imola.
Butr. Antonius de Butrio.
Card. Cardinalis Zabarela.
Hoſt. Cardinalis Hoſtienſis.
Tur. Crẽ. Card. Turre Cremata.
Gof. Grofredus.
Cyn. Cynus.
Dominicus vl. Gem. Dominicus à Sancto Geminiano.
Aret. Franciſ. de Aretio.
Io. Mo. Ioannes Monachus Card.
Salic. Salicetus.
Fel. Felinus.
Ber. Bernardus Gloſator libri Decretalium.
Peruſ. Angelus de Peruſio.
Anchar. Petrus de Ancharano.

Palac.Ru. Palacius Ruuius.

Nau. Martinus Azpilcueta Nauarrus.

Couar. Didacus Couarruuias à Leyua Epiſcopus Segobienſiſ.

D.Fran. Sar. D. Franciſcus Sarmiento Epiſcopus Gienenſiſ.

Supereſt iam, vt iuris Ciuilis aliquos, maximè grauiſſimos Doctores ex antiquis, & modernis in medium proferamus, quorum Princeps.

Bar. Bartolus a Saxo ferato.

Bald. Baldus.

Iaſ. Iaſon.

Balb. Balbus.

Alex.Im. Alexander de Imola.

Caſan. Caſaneus.

Azo. Summa Azonis.

Din.Dec. Dinus, & Decius.

Ioan.Fab. Ioannes Faber.

Vgol. Vgolinus gloſator Iuris.

Alc. Andreas Alciatus.

Maran. Maranta.

Pinel. Arius Pinelus. } Primarij Salmanticæ

Coſta.Emanuel Coſta. } Primarij Salmanticæ

Ant.Gom. Antonius Gomez.

Xuar. Rodericus Xuarez.

Caſtel. Caſtellus.

Matien. Matienzo.

Minch. Minchaca.

Tel.Fer. Tellus Fernandez.

QVis autem horũ omniũ tam Theologorũ, quàm vtriuſque Iuris Doctorũ primũ in ſua facultate obtineat locũ apud oẽs manifeſtiſſimum eſt. Circa quod Nota, ꝙ poſt textũ, maiorẽ ſibi ſortitur auctoritatẽ Gloſſa. * De Gloſſ. vide multa quæ tradit Nicolaus Vigil. de Iure controuerſo lib. 1. c. 3. §. De opinionibus Doct. regul. 2. In Sacra Theologia textum dices S. Thomam, & Magiſt. ſen. Gloſſa autem, Caietanum.

In iure Canonico, poſt Gloſſam Princeps ab oĩbus Abbas Panormitanus cõſtituitur. In iure Ciuili, poſt Gloſſ. Principem Iuriſtarum Bartolũ oĩs ſchola proclamat. * Et an Doctori alleganti cõiter. tamen ſit credendum, ſunt duę opiniones cõẽs contrariæ, de quibus vide portiũ. in ſuis regul. li. 1. cõcl. 24. Et an potius ſit credẽdũ Doctori in tractatu, vel cõſilio, quam in lectura. vide eundem li. 2. conclu. 36.

Inter omnes vero tã Theologos (quo ad moralia) vno D. Thoma excepto, quam Vtriuſq; iuris Doctores, ſupremũ locũ, auctoritatẽque habere D. Martinũ ab Azpilcueta Nauarrum ab eruditiſſimis audiui viris: quod veriſſimum (ſalua aliorum debita venia, reuerentiaque dixerim) iudicaui.

Primo propter eius indefeſſum tam Sacræ Theologiæ, quam Vtriuſque Iuris ſtudium, in quo etiam publicè in celeberrimis totius Orbis Academijs legendo ſeptuaginta, & amplius annos conſumpſit. Vt ipſe teſtatur in Manual. cap. 25. num. 101.

Secundo. Quia numquam, aut raro loquitur ſine textu, Gloſſa, Doctorum auctoritate, aut ratione efficaci.

Tertio. propter Illuſtriſſimos viros ſcriptores, & ſapientiſs. Doctores quos in diſcipulos habuit D. D. (videlicet) Didacum Couuarruuias à Leyua Epiſcopum Segouienſem, Regaliſque Conſilij Philippi ſecundi meritiſſimum præſidem. Vt ipſe Nauarr. in Manual. cap. 17. num. 28. & ipſemet Couar. lib. 4. de ſponſa. cap. 1. nume. 4. & in c. Alma mater. de ſentent. excommunicat. in 6. prima part. §. 6. numero 7. teſtantur. & D. D. Franciſcum Sarmiento, epiſcopum Gienenſem. Doctores Arium Pinelum, & Emanuelem Acoſta, primariæ Cathedræ Iuris Ciuilis Salmanticæ moderatores, Doctorem Nauarrum iuniorem, primo Iuris Canonici cathedram veſpertinam, Salmanticæ, ſecundo Decreti Regentem, nunc denuo Eccleſiæ Sanctæ Toletanæ Canonicum, (& ſ. vt complures alios taceam) Doctorem ſubtiliſſimum Michaelem Acoſta eiuſdem Iuris Canonici, horæ, & vniuerſitatis lectorem.

Quarto. Quia Illuſtris quidam Iuris Vtriuſque Doctor (vt patet in principio libri eiuſdem Nauar. de ſpolijs Clericorum) illum laudans ſic ait.

Si fortaſſe animi requiris, atque

Dotes

Doctes ingenij profecto, vinces.
Aequabitur Dynos, & Hoſtienſes:
Baldos, Hippolytos, Fabros, Socinos,
Abbates etiam, Innocentioſque;
Siluestros, Decioſque, Bartoloſque,
Azones, Butrios, Cynos, Felinos,
Et turbam reliquam vetuſtiorum &c.

Quinto. Quia cum nonagenarius ſit, (vt ipſe in dedicatione ſecūda ad Grego. XIII. Pont. Max. refert) poſt reliquos oēs hucuſq; ſcripſit auctores. Cū quibuſdam etiā illorū litterarum congreſſus cō plurimos habuit. A multiſque eorum fuit conſultus, ut in 1. Manuali latino conſtat. Scripſit poſt omnes modernos tam Theologos, quàm utriuſque Iuris Peritos, poſt D. Thom. Caietā. Sylu. Palud. Duran. Tabiens. Armill. Victoriā, Ledeſmā, Petrum à Soto. Dominicū Soto, Ioannem, Michaelem, ac Bartolomæū Medina, Alfonſum à Caſtro Vegā Couarruuiā, Coſtā, Pinellū, ac ſuū æmulum D. Franciſcum Sarmiento, & alios ferè innumeros. Denique poſt illius Sanctiſs. Trident. Concilij acta; poſt tot Pij V, atque Gregor. XIII. Pont. maximorū editos Motus proprios. Vltimo, poſt ſeipſum quater; quia cum per 16. vel 18. annos Romæ in Sacra pænitentiaria demoratus ſit, multa vidit notatu digniſſima; infinitos ferè reſoluens caſus, & ita quatèr vidit, & reuidit Manuale Cōfeſſariorum, aliaque opera emendauit, typiſque anno. 1584. purgatiſſima mādauit. Omitto rariſſimam, omnibuſque eius notam virtutem, atque Sanctimoniam, zelumque feruentiſs. animarum.

Quapropter, cum in aliquo dubio eius auctoritatem habuero, ſalua, tutaque conſcientia (quoad potero) ſequar, Tu quoque (ſi placet) ſimiliter fac, & pro me ora. vale.

Obijt Nauarrus Romæ anno Domini. 1586. Sixto V. Pont. Max.

DE SACR. IN GENERE.

TRactat Magiſt. Sentent. in 4. diſtinct. 1. & ibi S. Thom. Gabriel. Mai. Adri. Capreol. Argētina. Sco. Durā. Palud. & alij Scholaſtici, & nouiſſimè Domin. Sot. idē S. Thom. & Caiet. 3. p. q. 60. Ang. Sylueſt. Tabiē. Armil. & alij Summiſtæ, verbo Sacramentum. Inſtituta Canonica lib. 2. in principio. Ledeſma. 1. p. 4. Concil. Florēt. ſub Eugenio 4. Conſtatienſe. Seſſ. 15. Toletan. 8. & 11. Tridē. Seſſ. 7. a can. 1. Catech. Roman. à pag. 152. Viguerius. in principio, & Nauarr. capitulo 22. a num. 1. & alij multi.

ARGVMENTVM.

Facies Candelabrum ductile de Auro mundiſſimo (ait Dominus Exodi 25. & 27.) facies, et lucernas ſeptē et pones eas ſuper candelabrum, ut luceāt.

INTER omnia mala, quæ Ezechias Rex, (2. Paral. 29.) Sacerdotes iniquos legis antiq; feciſſe enumerat, unū fuit quòd Tēpli lucernas extinxerint, quas idem Rex cum bonis Sacerdotibus accendi curauit. Simili modo, quia mali ſacerdotes, improbique Euangelicæ leges interpretes, heretici, ſcilicet, & alij Dæmonum filij, voluerunt ore ſacrilego, auſuque temerario, (nec potuerunt, quicquamnè poterūt) ſeptem ſacramentorum fulgentiſſimas lucernas ſuis improbis ſectis diabolicisque inuentionibus extinguere atque extenuare, ideo Summi Pontifices, alijque Sacroſancti Tridentini Concilij Patres, emunctoria aurea Eccleſiæ ſanctæ Dei, [illegible] eas emunctarunt, & ab omnibus ſc[illegible] tiſſimorum hominū tenebris purga[tas] nobis, ut illuminarent, tradideru[nt]. Quarum illucidationem, clariſſima[m]que manifeſtationem (licet indignus) [ad] laudem, & gloriam Sanctiſſimæ [Tri]nitatis, ſacratiſſimæ Virginis Ma[riæ] omnium ſanctorum, atque animarum ſalutem, tractandam aſſumpſi. In primiſque me, omnia mea correctioni S. Matris Eccleſiæ Catholicæ Romane, atque cuiuſuis melius ſentientis. iudicio ſubmito, iuxta text. capitul. Hæc eſt Fides. 24. quæſt. 1.

DE SACRAMENTIS.

1 VT tātā ergo rem (Diuino ſpirante flamine) aggrediamur, ſciēdum eſt, omnia hæc Sacroſanctæ legis Gratiæ Sacramenta, a principio ipſo Mūdi, & per omnes eius ætates in multis Sacræ Scripturæ locis fuiſſe mirabiliter figurata.

Sacramētorū figura. Geneſis enim 1 Dominus, Orbē vniuerſum ſeptenario dierum numero, ex nihilo condens, Mundum in ſui fine iam labentem, Septem Sacramentis reſtaurandum, & recreandum, hominemque redimendū fore ſignificauit. Tāgit Sot. diſtin. 1. quęſtione 6. artic. 1. verſ. igitur.

Illam etiam ſupradicti Candelabri Exodi 25. Illuſtriſſimam figuram, ſecundo notabis loco.

Quid pulchrius illo, Prouerbiorum ca. 9. dici poteſt: Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem &c. id eſt, Deus ab initio, in ſua æternitate ędificauit mēte ſacratiſſima ſua Eccleſiā, & poſuit in ea ſeptem fortiſſimas colūnas; ſcilicet Sacramēta ſeptē legis gratiæ, quibus tota innixa eſt Eccleſia Chriſti militans. Sot. 4. d. 3. q. 5. art. 4. concluſ. 4.

Idem patet clarè, quando 4. Regū 5. Eliſeus Propheta dixit ad Naamā Syrū: vade, & lauare ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatem caro tua: Quid clarius?

Septem etiam Agnæ, quas Abraham Geneſ. 21. ſeparauit à gregibus, & obtulit Abimelech in ſignum perpetui fœderis, hæc ſeptē figurarunt Sacramenta pacis perpetuæ: per quę Deus ipſe placatur quid conformius excogitari poteſt?

Aliam figuram inuenies Geneſ. 43. in ſeptem Iacob genuflexionibus.

Has ego figuras (alias omittens) ex Sacris literis breuiter collegi. Alias poteris videre in principio libri, qui Aureum opus de veritate contritionis nūcupatur.

* Poſuimus 7. Sacramentorum figuras: Ponamus etiam peccatorum mortalium, quæ contraria ſunt, aliquas ſignificationes oportet. Septem. n. peccata ſignificantur in ſeptem populis, qui terrā promiſſionis Iſrael promiſſam tenebant ita Magiſter ſentēt. ex Chryſoſt. & Glo. in cap. Non ſolum verbo. Septem 32. q. 7. Caniſius in Doctrin. titu. de peccatis c. 2. Nauarr. in 1. Prælud. Manual. num. 5. & in c. 23. num. 3. S. Ant. 1. p. tit. 7. c. 2. §. 6. Et in prologo. 2. p. verſi. Et quia, ea æquiparat ſeptē viris leproſis. Et 1. p. tit. 5. c. 3. §. 1. ęquiparat ea ſeptē vijs difficilib⁹ 4. ęquiparat ea ſeptē cęcis. Quinto ęquiparat ea ſeptem beſtijs. Sexto per ſeptem 2
Dęmones. Septimo, per ſeptē capita Draconis. vide in d. prologo. 2. p. & Summā Med. 1. p. tit. 1. q. 13.

Vox Sacramentum quid? Quęritur quid hæc vox, Sacramentū, ſignificet? vt complura (haud neceſſaria) quæ ex Hiſtoriographis, & Calepino, verbo Sacramentum, adduci poterāt, omittamus. Reſpondetur tria maximè hac denotari voce, iuramentum, ſ. ſecretum, & ſacram, uel ſacratam rem abditā, ſiue abſconditam, De quibus ſuccinctè loquitur Sot. 4. diſt. 1. q. 1. art. 3. & alij.

De iuramento, patet in Concil. Toletano 11. cap. 9. ibi Sacramenti exactione adſtringatur, id eſt iuramento, & in capitulo. Sacramentū autē, ſecūda, quęſtione quarta, vbi habetur, quod Sacramētū iuramentū à Sacerdotibus non recipiatur & text. in capitulo illud Sacramentū 35. quæſtione 6. & glo. verb. Ecce in §. Ecce, ead. cauſ. & quęſtione, vbi habetur: quod quatuor Sacramenta inueniuntur circa cauſas matrimoniales, i. quatuor iuramenta, & eſt totus tit. C. Sacramenta puberum, id eſt de iuramento puberum.

De Secreto, ſunt hæc duo teſtimonia Daniel. 2. cap. in principio: Sacramentū hoc reuelatum eſt, & in fin. quoniam tu potuiſti aperire hoc ſacramētum, & Tobiæ 12. Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt, id eſt ſecretum.

De tertio, autem, ſcilicet de re ſacra abdita, complura ſunt iàm Sacrę Scripturæ quàm Sacrorum Cōciliorum teſtimonia, quorum aliqua tangit Nauarr. c. 22. num. 1. Viguerius. c. 16. & De hoc noſter hic ſermo.

Quid eſt Sacramentum? Quia Concilium Trident. Seſſ. 7. de Sacramentis agens nullā Sacramēti nobis determinatā tradidit

tradidit diffinitionem, ponam ſententiam libri, qui ſecundo loco, ſancto ſuccedit Concilio, Cathechiſmi ſcilicet Concilij Tridentini ad Parochos. Qui in tractatu de Sacramentis pag. 154. ex omnibus diffinitionibus, quę paſſim a Doctoribus traduntur, illam D. Auguſtini (ait) locum primum tenere, his verbis: Sed cùm multæ rationes ſint, quæ ad hanc rem explicandam aptæ, & accommodatæ videantur; nulla tamen planius, & dilucidius eam demonſtrat, quã diffinitio à D. Auguſtino tradita, quam deinde omnes Doctores Scholaſtici ſecuti ſunt. Sacramentum, inquit ille, eſt ſignum rei Sacrę. cap. Sacrificium de Conſ. diſtin. 2. Sot. 4. diſt. 1. q. 1. articu. 2. verſic. Satis. Vel vt alijs verbis, in eandem tamen ſententiam, dictum eſt. Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibile ſignum ad noſtrã iuſtificationem inſtitutum. Vnde patet clariſſima ſacramenti diffinitio, ſimulq; elucet. S. Doctoris Auguſtini auctoritas: omnes ſiquidem eum ſequuntur. Nec omittere volo quod multis ab hinc annis ab illuſtri admodum magiſtro meo D. Didaco de Vera Iuris vtriuſque Doctore, atque Canonici iuris Salmanticæ primario profeſſore meritiſſimo audiui, apud ſeipſum (& apud me etiam) mirabilem ſacramenti diffinitionem illam eſſe, quam idem D. Auguſt. tradit in lib. de Corpore Chriſti: & habetur in c. Multi, prima, quæſtione prima, videlicet, ſacramentum eſt, per quod ſubiegumentis rerum viſibiliũ Diuina virtus ſecretius ſalutem operatur. Quas duas Sacramenti diffinitiones (omiſſis multis alijs, quæ a Magiſt. ſenten. 4. diſt. 1. D. Tho. 3. p. q. 60. artic. 3. & Catech. ſupra. & alijs traduntur) vtpotè præcipuas hic tantum ponere decreui, ſatque eſſe iudicaui vide Nauar. c. 22. nu. 1. & tradit Sot. 4. d. 1. q. 1. art. 1. verſic. Ex his ergo.

4 Q. Quot ſint nouæ legis ſacramenta? Reſpon. (vt figuratum cum figura conueniat) de Fide eſſe determinatum, nouæ legis ſacramenta eſſe tantum numero ſeptem, nec plura, nec pauciora, text. in ea. Ad abolendam de Hęret. Cõcil. Floren. ſub Euge. 4. Conc. Conſtantien. Seſſ. 15. & nouiſſimè in Conc. Tridẽt. Seſ. 7. Cã. 1. quæ ſunt Baptiſmus, Confirmatio, Eucharistia, Pęnitentia, Extrema Vnctio, Ordo, & Matrimonium. tradit etiã Cathe. Rom. de ſacramentis: & communis Doctorum Catholicorũ cohors in 4. d. 1. vbi S. Th. in 3. par. q. 60. art. 1. Sot. 4. d. 1. q. 6. art. 1. Canoniſtæ in Rubrica de Sacra. non iter. Gloſ. in c. veniens, de trãſaction. Nauar. Manual. c. 22. nu. 2. Reprobata illorum opinione, qui Matrimoniũ dare gratiã negabant, vt infra nu. 9. dicetur, & reprobata Glo. 1. in c. 1. de Cõſecrat. diſt. 5. quæ dicebat in Vnctionẽ extremam non eſſe propriè ſacramentum.

Quot ſint.

5 Sed cùm bona, quanto plura, tanto meliora: quare ſeptem ſacramenta inſtituta, & non plura, vel pauciora? Reſp. ita factũ eſſe ob multas, diuerſaſq; cauſas: Prima, (ſecundum Mag. ſent. in 4. diſt. 2. S. Th. 3. par. q. 65. art. 1. Scot. 4. diſt. 2. q. 2. Durã. ead. & omnes.) Quia cũ homo anima cõſtet, & corpore, & ſecundũ corpus ſic ſuam habeat vitam ordinatam, vt ſ. primo, ex vtero matris naſcatur. Secundo corroboretur, vires augendo. Tertio quia natura fragilis, aliquando infirmetur. Quarto ſanus factus accipiat præſeruatiuum, ne in eandem reincidat infirmitatem. Quinto vtpotè corruptibilis, & mortalis, ſuo tempore moriatur. Sexto, quòd non tantum ſit ſibi, ſed ad alios regendos atq;, docendos. Septimo curet, ne progenies finiatur, cum naturali ſit homini generare ſimilem ſibi. Eodem modo ſe habet vita ſpiritualis quo ad animam: primo enim ex vtero S. Matris Eccleſię Chriſto renaſcitur per Baptiſmũ. 2. Anima roboratur, & creſcit per Cõfirmatione. 3. cũ infirmatur, Sacramẽto pęnitẽtiæ ſanatur. 4. Poſt ſanitatẽ in Sacramento pęnitentiæ recuperatã, accipitur, præſeruatiuũ, Sacramentũ Euchariſtiæ, quod hoc habet particulariter. 5. quia ſępe ex infirmitate aliquæ ſolent remanere reliquiæ, Sacramento extremæ Vnctionis tolluntur. Et quia quinque ſupra dicta proprium reſpiciunt vniuſcuiuſque ſpirituale commodum: ad Eccleſiæ totius vtilitatem duo alia inſtituta ſunt Sacramenta. 6. quia neceſ-

Quare ſeptem.

ſarius

Eximus eſt miniſter, qui dicta ſacramenta alijs conferat atque miniſtret, conſtituitur Ordinis ſacramentum. 7. Et quia ſancta adminiſtraturus, neceſſe eſt vt ſancta, & non ex nephario coitu naſcatur, inſtitutũ fuit ſacramentum Matrimonij, quod non ſolum eſt in officium naturæ ad propagationem prolis, ſed etiam ſacramentum. Conc. Flor. ſupra.

Secunda cauſa, ſecundum D. Thom. 4. diſtin. 2. q. & alios. Quia ſacramenta ordinantur contra triplicem culpam, & contra quadruplicem pœnam. Vnde Baptiſmus contra peccatum originale. Pœnitentia contra mortale. Extrema vnctio contra veniale. Ordo contra ignorantiam: Euchariſtia contra malitiam. Confirmatio, cõtra impotentiam, & Matrimonium contra concupiſcentiam.

Tertio ſecundum Duran. 4. Quia ſacramenta præparant hominem, & expediunt ad actus virtutum, quæ ſunt ſeptẽ, tres Theologicę, & quatuor Cardinales, ſeu morales. Ad actum Fidei præparat Baptiſmus, ideo dicitur ſacramentum Fidei. Ad actum Spei vnctio Extrema, ideo dicitur Sacramentum Spei. Ad actum charitatis expedit Euchariſtia: ideo propriiſſimè Charitatis ſacramentum appellatur. Ad actum Fortitudinis armat Confirmatio, quæ ſacramentum Fortitudinis nuncupatur. Ad actum Iuſtitiæ, ſacramẽtum Pœnitentiæ, quod Iuſtitiæ ſacramentum dicitur. Ad actum Prudentiæ, Ordo, ideo ſacramentum Prudentiæ cenſendũ. Ad actum Temperantiæ expedit nos Matrimoniũ, & ideo ſacramentum Temperantiæ appellatur.

Quarta, Quoniam ſacramenta ſunt Septem, ſecundum ſeptem diuerſitates hominum in Eccleſia: ſacramentum primum eſt intrantium, vt Baptiſmus. Secundum eſt pugnantium, vt Confirmatio. Tertium eſt vires reſumentiũ, vt Euchariſtia. Quartum eſt reſurgentium, vt Pœnitentia. Quintum, eſt exeuntium, vt extrema vnctio. Sextum eſt miniſtrantium, vt Ordo. Septimum eſt nouos milites introducentium, vt Matrimonium. De his cauſis vide etiã in Inſtituta Canonica lib. 2. de Sacramentis, & Sot. 4. diſtinctio. 1. queſt. 6. art. 1.

6 *A quo inſtituta.*

Quæritur. A quo ſint hæc ſacramenta inſtituta? Reſpondetur, ꝙ ex excellentia muneris, patet qualis, & quanta dignitas fuerit, magnificentiaq; largitoris. Venerat enim filius hominis in hunc mũdum peccatores ſaluos facere. Medicus ipſe ſapientiſſimus, vt ſanaret ægrotos, vulnerum noſtrorum efficaciſſima ſeptem, ſcilicet inſtituit ſacramenta. Quæ ab ipſo ſolo inſtituta fuiſſe, de Fide determinat Concil. Trident. Seſſ. 7. canoni 1. ſic inquiens: Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia a Ieſu Chriſto domino noſtro inſtituta &c. Anathema ſit, ꝙ habetur in iure antiquo, in ea ad abolendam de Hæretic. D. Auguſt. lib. de vera Religione. D. Ambr. li. 4. de Sacram. c. 4. & omnes, vt tradit Nauarr. c. 22. nu. 2. & in Præludio, 10. nu. 4. Catechiſ. Rom. pag. 132. latiſſime Couarru. lib. 1. variarũ reſolution. c. 10. nu. 3. vbi ait in tantum eſſe verũ, ꝙ Eccleſia, nec Apoſtoli potuerint Sacramenta inſtituere reprobata opinione illorum, qui dixerunt Sacramentum Pęnitentiæ fuiſſe ab vniuerſali Eccleſia in Concilio Nicęno inſtitutum, vt ait Glo. in principio. de Pęnitẽ. diſt. 3. & illorum, qui aſſerebant vnctionis Extremæ Sacramentum fuiſſe a D. Iacobo inſtitutum, vt infra dicetur, & tangit Sotus 4. diſtin. 1. q. quinta, articu. 2.

7 *Quare inſtituta.*

Sed, cum Deus abſque Sacramentis poſſet humano generi gratiam, & gloriã gratis donare, vt ait Gloſ. 1. c. Inſtitutio. de conſecr. diſtinc. 2. quare fuerint inſtituta? (vltra rationes quas dicta Gloſſa. Cathechiſmus Roma. & Victoria. in principio materiæ de clauibus, ponunt) Dic quod cum mediator Dei, & hominum Chriſtus Ieſus ſponſus animarum dulciſſim., qui mediãte ſua paſſione, animas venit æterno ſuo Patri reconciliare, ſciret, ſponſam ſuam (omnem animã in gratia) aliquando peccati labe ſuper carbones denigrandam fore, vt haberet in promptu remedia, hos, ſcilicet, diuinos fontes, quibus ſubito purgata, in gratiã ſui rediret Conditoris, hæc ſacroſancta id. noſt. regenerationis lauacrum inſtituit

tuit ſacramenta, quod Diuinus ille vates (Iſa. 12.) prædixerat dicens: Haurietes aquas in gaudio de fontibus Saluatoris &c. tangit Sotus 4. diſtinctione prima, quæſtione prima, art. 1. verſic. Ad rei huius æra lit Caniſius in Doctrina Chriſtiana de Sacramentis, c. 6.

Ad Titum. 3.

Cum a Conc. Trid. Seſſ. 7. Can. 2. Sa-
8 cramēta nouę legis a veteris differre, diffinatur de Fide. Quæritur in quo differant? Pro quo primò Nota, quòd per peccatum Adæ, & quodcunque aliud peccatum mort. non ſolum Adam incurrit indignationem, ſed etiam omnes poſteri eius, & tota natura humana, & ſic duplex erat olim indignatio, contra perſonam, ſcilicet, & cōtra naturam. Quo ſuppoſito. Reſpond. q̄ in veteri lege per eius ſacramenta, tollebatur indignatio prima particularis contra ſingulos homines; ſed manebat adhuc indignatio Dei contra totam humanam naturam. Quæ indignatio generalis, nuhquam vſque ad Chri[illegible] humana natura fuit ablata [illegible] homines Deo perfecte grati [illegible] ſicut nunc in noua, quando, omnis indignatio particularis, & communis ablata eſt. Reſolutiuè ergo, ſacramenta veteris legis non conferebant perfectam gratiam, quam ſignificabant; nouæ autem legis ſacramenta, perfectiſſimam gratiam, quam ſignificant, continent, & conferunt, ea dignè ſumentibus. Conc. Flor. ſub Eugenio 4. verſiculo, hoc docet Eccleſia S. Auguſt. li. 18. contra Fauſtum. capitulo 13. S. Thom. tertia par. quæſtio. 65. articul. primo. Syl. in verbo ſacramētum. & alij. Concil. Triden. Seſſ. 7. can. 6. vide etiam Caniſium in Summa Doctrinæ Chriſtianæ, qui cap. 6. de Sacramentis differentiā ponens, ſic ait. Quam ob rem hæc longe præſtent legis antiquæ ſacramentis, virtute vtique maiora, vtilitate meliora, numero pauciora, intellectu anguſtiora, obſeruatione faciliora, ſignificatione præſtantiora, quæ præterquam; quòd ſignifi-
9 cant, etiam ſanctificant, ac ſalutē dant.

In quo differās a veteris legis.

QVæritur. Vtrum omnia ſeptem ſacramenta conferant gratiam? Reſpond. quod quamuis olim fuerint, qui cœco ducti errore dixerint: Matrimoniū non conferre gratiam, vt aiebat Glo. verſi. pro beneficijs, in ca. is igitur 23. diſt. & Gloſ. 1. & Gloſ. verſi. deſponſata in cap. Honoiētur 32. q. 2. vt refert Nauarr. ca. 22. nu. 83. Hodie tamen in Conc. Flor. ſupra: Triden Seſſ. 7. can. 6. de Fide determinatur omnia ſeptē Sacramenta gratiam conferre, non ponentibus obicē: & idem habetur. Seſſ. 7. & 24. cap. 1. tenet S. Th. 22. quæſtione 100. articu. 2. ad 6. & in 4. diſt. 25. q. 3. art. 2. & diſtin. 26. q. 2. artic. 3. & communis: Nauar. c. 22. nu. 3. Sot. 4. diſt. 2. q. 3. art. 1. 3. & 4.

An conferāt gratiam.

CVm ex Concil. Triden. Seſſ. 7. can. 10
3. de fide habeamus diffinitum hæc nouæ legis Sacramenta non eſſe inter ſe paria, ſed vnum ab alio differre, quæramus oportet in quo inter ſe differant?

Nota in qb⁹ Sacramenta inter ſe differant.

§ Primo. Reſpon. q̄ differunt in hoc, quod tria Baptiſmus, Cōfirmatio, & Ordo non poſſunt iterari, ita, q̄ ſi ſacerdos mortuus a Domino reſuſcitaretur, nullū horum trium deberet reaſſumere Sacramentorum, S. Tho. 4. diſt. 2. q. 1. & eſt tex. in c. Licite. 32. q. 7. & capit. Quod quidem. 1. q. 1. Armilla verbo: Sacramēta. nu. 1. quod cōtra in alijs, etiam in Matrimonio, quod morte diſſoluitur naturali, ſi verè mortuus coniugatus ſurrexiſſet, aliam (ſi vellet) poſſet ducere vxorem. Quædam alia Sacramenta laudabiliter, honorificèque frequentantur (modo dignè) vt Pœnitentia, & Euchariſtia. (vt ſuis locis dicetur.)

Alia quædam iterabilia ſunt, & (ſecundum aliquos) non frequentabilia, vt Extrema vnctio, & Matrimonium.

Sed neſcio qualiter hoc dicant, cum Extrēma vnctio (vt infra videbis) quoties opus fuerit, debeat iterari, etiam ſi in eodem anno quis ter, quaterve ad extremum vitę perueneri.

Matrimonium etiam, abſque vllo peccato poteſt laudabiliter iterari; & vir, mortua vxore, licite aliam ducere, maximè ex duabus cauſis. Prima cū vrget neceſſitas, vt in Rege Philippo II. qui ob Regnorum vnitatem quater contraxit Matrimonium. Secunda, & fortior cauſa eſt cum quis vult illud D. Pauli. 1. Co-

rint.

rint. 7. adimplere: Melius eſt nubere quã vri. Vt Ego ita fortiſſimę complex onis agnoui virum, qui ob animę ſuę periculum vitandi m ſepties duxit vxorem, ex quarum vnaquaq; filios habuit, quorum aliquot diuerſarum Religionũ habitum ſumpſerunt; Vt ego vidi. Quã pęnã incurrant iterantes prima tria nõ iterabilia, vide infra de Baptiſmo. nu. 46.

§. Secundo, Differunt, ꝙ tria nõ iterabilia imprimunt Characterem in anima indelebilem etiam per mortẽ, Qui Character eſt ſignum ſpirituale animę à Deo impreſſum, quo Baptizati ab alijs diſtinguuntur, & ita in reſurrectione generali baptizati anima vnũ habebit ſignũ: confirmati duo: cõfirmati, & ordinati habebunt tria, vide tex. in ca. Cõſultationi, de tẽp. Ord. c. Diſplicet. 23. q. 4. cap. Licnẽ. 32. q. 7. ca. quomodo, in medio de Cõſec. diſtin. 6. & Concil. Trid. Seſſ. 7. can. 8. Nauarr. c. 22. nu. 2. Sylu. verbo Sacram ẽta, & alij. Sot. 4. d. 1. q. 1. ar. 1. verſ. haud.

§. Tertio, Differunt, ꝙ Sex ſacramẽta tantum conſiſtunt, & conferuntur in vſu & applicatione. i. dum a Miniſtris conferuntur nam Chriſma ab Epiſcopo conſecratũ, non eſt ſacramentum Cõfirmationis, ſed ſolum cũ Epiſcopus vngẽdo, profert formam. Nec aqua benedicta poſita in fonte Baptiſmali eſt ſacramentũ, ſed quãdo quis baptizat cũ ea: & ſic de alijs, vt notat bene Gloſſ. verbo ſacramentum in cap. 1. de Cõſecra. d. 4. Sacroſanctum autem Euchariſtię ſacramentũ, non ſolũ cum conſecratur, ſed poſtea vbicunque terrarum integræ, & incorruptæ illæ maneantur ſpecies, eſt ibi verum ſacramẽtũ, & per conſequens totus Dominus noſter Ieſus Chriſtus Conc. Trid. Seſſ. 13. cau. 5. c. 3. & 5. de refor. ca. Multi. 1. q. 1.

§. Quarto, ꝙ alia Sex. Sacramenta, etiã cùm conferuntur à miniſtris, tantũ ſunt, & dicuntur Sacramenta: Euchariſtia autẽ hoc habet peculiare, quòd ſit ſacramẽtum; & cũ in Miſſa offertur, eſt Sacrificiũ, Concil. Trid. Seſſ. 22. c. 1. de Sacrif. Miſſę. & Catech. Ro. pag. 281. & 286.

§. Quinto, quod vnũquodq; aliorum Sacramentorum tantùm dicitur Sacramentum vnius rei, ſ. inuiſibilis gratiæ, Euchariſtia verò particulariter dicitur ſacramentũ geminæ rei, videlicet, Chriſti ibidẽ exiſtentis; & inuiſibilis gratiæ, ſicut in alijs tex. in c. Cum Matthę. de Celeb. Miſſ. c. 1. de Summa Trinit.

§. Sexto, ꝙ in Sex alijs Sacramentis, tãtùm adeſt Deus per gratiam: in Euchariſtia autẽ ſpecialiter adeſt ipſe Ieſus Chriſtus Dominus noſter aliorũ ſacramẽtorũ inſtitutor, reali exiſtẽtia: tradit Viguerius de Euch. ver. 7. Cõc. Trid. Seſſ. 13. cau. 1.

§. Septimo, ꝙ omnia alia Sex Sacramẽta poſſunt dari, & recipi abſque ſacramentali Confeſſione, cum contritione tamen, ſi dans vel recipiens ſit mortalis peccati conſcius; Euchariſtia autẽ nullo modo poteſt abſq; Sacramẽtali Confeſſione cõfici, vel recipi: dũmodo ſit copia legitimi Cõfeſſoris. Vt habet in Cõcil. Trid. Seſſ. 13. can. 11. Nauar. c. 1. nu. 44. reiecta opinione Caie. & aliorum vt infra videbimus.

§. Octauo, ꝙ Eccleſia nullum feſtum inſtitutiones alicuius Sex Sacramentorum celebrat, Euchariſtię autem ſanctiſſimæ inſtitutionis [illegible] recolitur, in ipſomet inſtitutionis die Iouis, videlicet Sancti; & in feſto Corporis Chriſti. Cõc. Trid. ſup. can. 6.

§. Nono, ꝙ quamuis per receptionẽ cuiuſlibet Sacramenti dignè, cõferatur gratia, qua anima redit in gratiã, & Dei priſtinã amicitiã: vel gratia augetur, ſi eã habet: in nullo tñ aliorũ Sacramentorũ fit coniũctio animę cũ Chriſto, ſicut in Euchariſtia, nã q digne cõmunicant, fiunt (vt ait D. Chriſoſt.) Chriſtiferi, quia eſt cibus animæ, non ſic alia.

§. Decimo, quòd omnia ſacramenta (exceptis Euchariſtia, & Ordine) poſſunt confici à non ieiunis, licet de conſilio Baptizans, & Confirmans debeant eſſe ieiuni, text. cum Glo. in cap. ſacramenta. de Conſecr. diſtin. 1. & cap. Vt ieiuni de Conſec. diſtin. 5. Et omnia poſſunt recipi à non ieiuno, excepto Euchariſtia, & Ordine ſacro, quia illum recipiens tenetur communicare, vt infra de Pœnitentia. num. 12. dicetur. Item omnia poſſunt miniſtrari à non ieiuno, excepto Ordine Sacro, qui in Miſſa datur.

§. Vnde-

§. Vndecimo, ꝙ tempore interdicti, tantum conceditur Baptiſmus, Confirmatio, & Pœnitentia omnibus. cap. Quoniam, de ſentent. excom. lib. 6. ca. Alma mater, eod. & Euchariſtia infirmis tantum. tex. in ca. Non eſt. vbi Gloſſ. verbo Baptiſmum, & verbo Pœnitentiam. de Sponſal. Matrimonium poteſt contrahi, non autem benedici, cætera autem Sacramenta non conceduntur. Gloſſ. verbo: quod facit, in c. Ne forte, de pœnit. diſt. 1. Nauar. c. 27. nu. 171. Bartol. Medin. li. 1. c. 12. §. 13. in Summa.

§. Duodecimo. Quod ſuſpenſus à collatione Sacramentorum, ſi de facto illa conferat, vltra peccatum quod incurrit, non confert effectum virtutis ſacramentorum, executionem. ſ. Ordinis, quæ eſt effectus Ordinis, licet conferat characterem, ſi in forma Eccleſiæ conferatur; prêterquam in Baptiſmo; quia à quocunq; detur in forma Eccleſiæ proficit ad ſalutem, quo ad omnem ſuum effectum. ca. 1. de Summa Trinita. in fin. propter eius neceſſitatem, quod non contingit in alijs Sacram. cap. Quanto, de conſuetud. Glo. verbo, dummodo, cap. ſi celebrat, de cleric. excommu. Vbi habentur ſupradicta verba, quæ obſcura ſunt ſatis, niſi intelligantur de Sacramento Ordinis tantum. S. Tho. 3. par. q. 67. art. 3. 4. & 5.

§. Decimotertio. Quod Baptiſmus (ſecundum communiorẽ opin.) habet hoc priuilegium præter alia ſacramenta, ꝙ receptus in fictione, vel peccato mortali, recedente fictione, vel adueniente contritione, vel ſaltem debita attritione, incipit Baptiſmus valere tex. cap. tunc valet, de Conſecra. diſt. 4. Victoria nu. 23. & Sot. diſt. 18. q. 3. art. 3. Quod etiam in Confeſſione locum habere probat Syl. la tè Confeſſio. 2. num. 26. & Bart. Medin. in ſum. lib. 1. cap. 12. §. 3. & inſinuat Nauar. c. 9. nume. 13. Imò idem Medina. li. 2. ca. 6. verſiculo. Prima che ſe bene. dicit hoc etiã procedere in omnibus Sacramẽtis, vt notauimus infra de Cõfeſſ. nu. 78.

§. Decimoquarto, quòd tãtum Baptiſmus, & Pœnitẽtia in neceſſitate poſſunt dari ab excõmunicato, & ab Hæretico, ſecundũ veriorem opinionem quam ex Victor de Clauibus. §. ſed nunquid, & alijs reſoluimus infra, de abſolutione nu. 64.

§. Decimoquinto, quòd de ſolo Baptiſmo dicitur, ꝙ ſicut ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti, ita ſunt ſeptem dona Baptiſmi, quæ numerat Glo. verbo. Septem in c. Præuenit. 30. q. 1.

§. Decimoſexto, quòd in Matrimonio tantum, inuenitur contractus quidam, & Sacramentum, in alijs tantum Sacramẽtum. Communis.

§. Decimoſeptimo, ꝙ in nullo aliorũ Sacramentorum requiritur Patrinus, niſi in Baptiſmo, & Confirmatione. Communis.

§. Decimooctauo, ꝙ recipiens aliquod Sacramentum ab Excommunicato, præter Baptiſmum, & Pœnitentiam tempore neceſſitatis, peccat mortaliter Nauar. c. 22. num. 4.

§. Decimonono, quòd Religioſi ſunt excommunicati propter adminiſtrationem Sacramentorum ſine licentia Epiſcopi, vel Parochi, excepto Baptiſmo, & Pœnitentia in neceſſitate Nauarr. ſup. nu. 7. & c. 27. nu. 102.

§. Vigeſimo, quòd tantum in Matrimonio materia, forma & miniſter ſunt in eodem ſubiecto; quia cõſenſus primi contrahentiũ eſt materia, ſecũdus forma, miniſter ipſi cõtrahentes, vt infra de Matrimonio, nu. 16. dicetur. nõ ſic in alijs.

§. Vigeſimoprimo, ꝙ tantum per ſuſceptionem duorum Sacramẽtorum acquirit ius vnus in alterum. nam per ordinationem acquirit ius Epiſcopus in illum, qui ante ſæcularis erat; & per Matrimoniũ vir in vxorem, & econtra. Cõmunis.

§. Vigeſimoſecundo, ꝙ tantum fit irregularis iterans Baptiſmum, & Matrimonium, non autem alia Sacramenta: quia nullo iure cauetur, tenet Scot. & Palud. 4. diſtin. 7. vbi Sotus q. vnic. art. 5. & Magiſtri omnes communiter in 3. par. q. 72. artic. 5. Turre Crem. in c. conſtat de Cõſecra. diſt. 4. Caſtro lib. 1. de l. pœnali. c. 7. Couarr. in Clem. Si furioſus. 1. par. principio num. 7. vbi alios citat contra Canoniſtas, & Nauarr.

§. Vigeſimotertio, quòd Matrimonium tãtum (& ſecundum aliquos peni-

tentia)

tenna) poteſt contrahi per procuratorem. vt ſuis locis videbimus.

§. Vigeſimoquarto, quòd Sacramenta imprimentia characterem, & Matrimonium accepta violanter; poſtea reſcindi non poſſunt, alia ſic. cap. Maiores. § Item quæritur. de Baptiſmo. Nauar. Prælud. 6. num. 5.

§. Vigeſimoquinto, quòd Matrimonium habet duos miniſtros, vnum eſſentialem conferentem Sacramentũ qui fuit ab initio; alium auctorizantem, qui datus eſt à Concil. Trident. (vt ſuo loco dicetur) alia vero vnum tantum.

§. Vigeſimoſexto, quod tempore Ceſſationis à Diuinis, tantũ poſſunt adminiſtrari Baptiſmus, Confirmatio, pœnitentia, & Matrimonium de præſenti, omnibus, Euchariſtia infirmis, vt notauit Magiſter quidam meus fuiſſe reſolutum à toto Clauſtro Salmanticenſi. & tradit Bart. Med. Sum. lib. 1. c. 11. in fin.

§. Vigeſimoſeptimo, quod conficiens alia Sex ſacramenta loquitur in perſona propria: Ego te baptizo, Ego te abſoluo &c. conficiens autem Euchariſtiã loquitur in perſona Chriſti. probat tractatus Sacerdotalis Nicolai de Ploue. de Euch. & Sot. in 4. diſtin. 13. q. 1. art. 1.

§. Vigeſimooctauo, quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus tantum ſuſcepit Euchariſtiæ Sacramentum non autem ſic alia. probat. Sot. d. 14. q. 1. art. 7. fin.

§. Vigeſimonono, quòd tria Sacramẽta imprimentia characterem non requirunt ætatem, vel vſum rationis in ſuſcipientibus; in alijs ſic. Sotus 4. diſt. 25. q. 1. art. 2. concluſione 3.

§. Trigeſimo, ꝙ Miniſter aliorum Sacramentorum, non poteſt ſibi Sacramentum præbere, vel ſumere ſcilicet ſe Baptizare, Confirmare, Abſoluere &c. In Sacramento autem Euchariſtiæ Miniſter ſeipſum communicat. Sot. 4. d. 13. q. 1. art. 4. verſicu. Secũdo arguitur. Et in Matrimonio, vbi ipſi contrahentes ſunt Miniſtri. Vt infra de Matrimonio dicetur.

§. Trigeſimoprimo, quòd tantũ in Sacramento pœnitentiæ poteſt fieri ne forma concurrat ſtatim ꝙ offertur materia, quia facta Confeſſione, poteſt abſolutio differri; in alijs autem ſacramentis, non; ſed ſtatim quòd applicatur materia debet applicari, & forma, vt in Baptiſmo &c. Sylu. verbo vnctio. q. 7.

§. Trigeſimoſecundo, quòd hoc eſt particulare Sacramẽto Extremæ vnctionis tantum, habere formam deprecatiuam. Sot. 4. diſt. 23. in textu. & q. 1. ar. 4. Catech. Rom. pag. 344. fin. vbi quare.

§. Trigeſimotertio, quòd Sacramentum pœnitentiæ collatum à nõ proprio Miniſtro. i. à nõ habente iuriſdictionem; vltra peccatum quod committit; nihil valet, nec tenet abſolutio. In cæteris autem Sacramentis, licèt Miniſter ſit impeditus, ſi attentet, tenet Sacramentum, licèt peccet. Vt ſi Diaconus ſolemniter baptizaret; Epiſcopus ſuſpenſus ordinaret, priuatus, vel excõmunicatus &c. cõſecraret. Sot. 4. d. 23. q. 2. art. 1. verſ. Sed eſt.

§. Trigeſimoquarto, quòd quilibet, ſanus vel infirmus recipiens omnia ſex Sacramenta, vere recipit illa; ſacramẽtum autem Extremæ vnctionis ſi ſano confeeratur, nullum eſt; quia de eſſentia ſacramenti requiritur infirmitas, non qualiſqualis, ſed quæ putatur ad mortem. Sot. 4. d. 23. 2. art. 2. concl. 1.

§. Trigeſimoquinto, quòd duo tantum ſacramenta Baptiſmus. ſ. & Confirmatio non requirunt de rigore iuris ætatem in ſuſcipiente, alia quinque ſic.

§. Trigeſimoſexto, quòd (vno excepto Baptiſmo, in neceſſitate) omnia dependent à Sacramento Ordinis, quia requirũt Miniſtrum Ordinatũ. Catech. Rom. de ſacr. Ordinis in principio, quod olim habebat locum in Matrimonio, cũ abſque Parochi licentia, vel præſentia erat verum ſacramentum, cùm vir, & mulier inter ſe ipſos de præſenti contrahebant, vt per totum tit. de ſponſal.

§. Trigeſimoſeptimo, quòd ſacramentum Ordinis differt à reliquis, ꝙ nullum aliorum ad hoc conditum eſt, vt Miniſter ſimilem facultatem, ei, quam habet, conferat ſuſcipienti: ſed hoc huic ſacramento eſt peculiare, ꝙ per ipſum ſimilis poteſtas. ſ. ſacerdotalis ipſi, quæ eſt in miniſtro traducitur in ſuſcipiẽtem. Sot. 4. diſt. 24. q. 1. art. 2. verſic. Quòd ſi.

§. Trige-

§. Trigeſimooctauo, ꝙ Materia Sacramenti Ordinis in hoc differt à materia aliorum ſacramentorum. quod in alijs ſacramẽtis tota efficacia eſt ab ipſo Deo, & Sacramento;ſed Sacramento Ordinis efficacia eſt partim à miniſtro, Epiſcopus enim dat poteſtatem.S.Tho.relatus, & ſecutus à victoria.numero 229.

§. Trigeſimonono ꝙ inter omnia ſacramenta, Euchariſtiæ ſacramentum illa trina pollet ſignificatione præteriti tẽporis, præſentis,& futuri; videlicet recolitur memoria paſſionis eius quæ fuit, mens impletur gratia de præſenti,& futuræ gloriæ nobis pignus datur. Sot. 4. d.8.q.vn.ar.3.in prin.

§. Quadrageſimo, quòd omnia alia ſex Sacramenta poteſt recipere omnis vtriuſque Sexus fidelis: ſacramento autem Ordinis ſola fœmina priuatur. Sot. 4.diſt.25.q.1.art.2.& communis.

§. Quadrageſimoprimo, quòd hoc eſt peculiare in Baptiſmo,quòd dans vel recipiens illum bis, fit irregularis. Sot. 4. diſt. 25.q.1. art.4. verſiculo, Ex his. & communis Theologorum quamuis alij contra, Vt ſupra differentia 22.

§. Quadrageſimoſecundo, quòd tantùm in Sacramento Matrimonij, poſt materiam,formam,& Miniſtrum,ad validitatem Sacramenti requiruntur duo, vel tres teſtes Concil.Trid. Seſſ.24.cap. de reformatione.

§. Quadrageſimotertio, ꝙ tantum Baptiſmi Sacramentũ poteſt à fœmina miniſtrari niſi quando in Matrimonio concurrit cũ viro,vt dicetur,de Matrimonio.

§. Quadrageſimoquarto, quòd tantùm Sacramentum Baptiſmi poteſt recipere infidelis,non autem alia Sex.communis. Et miniſtrare illum.

§. Quadrageſimoquinto, quòd Sacramenta Pœnitentiæ, Matrimonij, & Baptiſmi ſolùm, habent duplicem materiam, propinquam, & remotam. Cętera autem tantùm habent vnam. Vt ſuis locis patebit.

§. Quadrageſimoſexto, quòd tantum in Baptiſmo, Confirmatione, & Pœnitentia contrahitur paternitas, & filiatio. cap.Omnes.cum reliq. 30.q.1.

§. Quadrageſimoſeptimo, quòd nullum Sacramentum (vt ita dicam) contrariatur alteri, præter Matrimonium, & Ordinem ſacrum,quę ita ex diametro pugnant, ꝙ ſi vxoratus recipiat Ordinẽ ſacrum ſine licentia vxoris peccat mortaliter, & non poteſt petere debitum (regulariter loquendo) reddere tamen tenetur.Quia non potuit vxori præiudicium inferre. Et è contra, ſi habens Ordinem ſacrum contrahat,nullum eſt Matrimonium. Communis.

§. Quadrageſimooctauo, quòd nullum Sacramentum requirit in ſuſcipiente ſcientiam literarum: niſi ſacram, Ordinis, vt ſuo loco videbis.

§. Quadrageſimonono, ꝙ alia ſex Sacramenta poſſunt quolibet die miniſtrari: Sacramentum autem Ordinis tantũ die ſabbati, vt infra de Ordine dicetur.

§. Quinquageſimo, quòd vnũ quodque ſex Sacramentorum poteſt vnicuique in ſolidum adminiſtrari; Sacramentum autem Matrimonij non poteſt conferri niſi duobus ſimul. Vt patet clarè.

Poterant aliquæ aliæ inueniri differentiæ,quæ, conſulto, omittuntur diligenti ſpeculatori. Quas in nomine alio ſic inuenies.

QVæritur vtrum omnia hæc nouæ legis Sacramenta ſint ad ſalutem neceſſaria? Reſpõ.quędã eſſe abſolute neceſſaria. vt Baptiſmus. Niſi quis (enim) renatus fuerit ex aqua &c. Ioann.3. *11 Vtrum ſint neceſſaria ad ſalutem.*

Quædam ex præcepto, Vt Euchariſtia, ſemel in anno. Vt habetur. in c. Omnis.de Pœnitent. & remiſ. (& dicemus infra de vſu Euchariſtiæ)& Confirmatio volenti accipere primam tonſuram,Vt in Conc.Triden.ſeſſ.23.cap.24. de reformatione.

Quædam ſunt neceſſaria ex ſuppoſitione, vt Pœnitentia eſt neceſſaria illi, qui in aliquo interiori,vel exteriori incidit mortali peccato. vt dicetur infra de Confeſſione.

Quædam ſunt neceſſaria reſpectu Eccleſiæ,vt Ordo. Quia per ipſum creantur miniſtri Eccleſiæ. Quædam ſunt neceſſaria, quia per ea commodum conſequimur finẽ vt Cõfirmatio,quæ perficit Baptiſmum.

ptiſmum. Extrema vnctio perficit Pœnitentiã. Matrimoniũ vero per propagatiõnem conſeruat multitudinẽ in Eccleſia.

Et licet hæc diuiſio videatur aſſignari à Catechiſ. Romano, de Sacramentis, pagina 168. Reſpondetur tamen breuius, & commodius videlicet, quòd aut ſunt neceſſaria, quo ad totam Eccleſiam, & ſic omnia ſunt neceſſaria, vt ſupra probatum eſt, vel loquimur de vnoquoque fideli in particulari; & ſic non vnicuique omnia, ſed quinque priora: reliqua duo ita ſunt neceſſaria, vt nõ cõtemnantur. Nam ſine hoc quòd quis Ordinetur, vel Matrimonium contrahat poteſt ſaluari: Conc. Trident. ſeſſ. 7. canon. 4. & ſeſſ. 6. de Iuſtificatione cap. 7. & Can. 5. Vide Caniſium in Doctrina Chriſtiana de Sacramẽtis c. 5. & 6. Sot. 4. diſt. 1. q. 6. ar. 4.

12 QVæritur. Vnde hæc Sacroſancta Sacramenta habeant vim & efficaciã? Reſpon. Quòd licèt quilibet minimus Chriſti labor ſufficientiſſimè noſtram operaretur redemptionem, vt habetur in cap. Damnamus, de Summa Trinit. & in Extrauagan. Vnigenitus. de Pœniten. & remiſ. in cõmunibus, & tradit S. Tho. & communis, & Angel. Verbo indulgentia. num. 9. quia tamen in ara Crucis, illud diuinum Sacrificium (quod in præſepe inceptum fuerat) ab illo æterno Sacerdote, qui ſe obtulit hoſtiã viuam pro nobis ſuo Patri, perfectum fuit; Conc. Trident. Seſſ. 22. de Sacrificio Miſſæ. cap. 1. Pſalm. 109. ad Hebræos. 7. & 5. & c. Sacerdotes. de Conſecr. diſtin. 5. Gene. 14. Et ex eius dormientis in Cruce latere ſanguis exiuit, & aqua; & ibidem Chriſti ſanguine teſtamẽtum ſuum, quo hanc Sacramentorum hæreditatem ſuæ dilectiſſimæ ſponſæ, relinquebat Eccleſiæ, confirmatum, rubricatumque fuit: Cõc. Trid. ſupra. Leo Papa, Epiſtola 24. in princ. Bernard. ſuper Cantic. Apocal. 21. text. in c. Omnibus. 24. q. 1. Clementin. 1. de Summa Trin. cap. Loquitur. 24. q. 1. cap. Nuptiarum. 27. q. 2. ideo à paſſione dicũtur omnia Sacramẽta vim, efficaciamq; ſũpſiſſe. Mag. in 4. Vbi Scot. diſt. 2. q. 1. Durã. ead. S. Th. 3. par. q. 64. art. 2. Sot. 4. d. 1. q. 3. art. 5. concluſ. 2. Catechiſ. Roma. pag. 187. licèt per diuerſa ſuæ ætatis tempora, (vt ſuis patebit locis) fuerint quædam inſtituta ante mortem, & poſt reſurrectionem.

QVamobrem omnia Sacramenta cõferri, adminiſtrarique debent ſigno Cru†cis adhibito, non de eſſentia Sacramenti, ſed de neceſſitate præcepti (vt male errans, meo iudicio,) Theſaurus Sacerdotalis. 1. pag. ſ. 134. Commendans omnes Chriſtianos, ſæpe ſe Crucis ſigno munire debere; ſic ait: Nam, & omnia Sacramenta ſacerdotalis miniſterij Crucis ſigno perficiuntur, & Baptiſmatis vnda, non niſi per Crucem ſanctificata, peccata relaxat: nec ſine Crucis ſignaculo quis Sacerdotis gradus aſcendit. (Hæc ille.) Sed tantum fieri debet ex bene eſſe, & ſanctæ Eccleſiæ conſuetudine. Quia abſque ſigno Crucis (modo eſſentialia fiant) omnia perficiuntur Sacramenta. Vt infra num. proximo. Vellem dictum auctorem excuſare, nec video quomodo, quia illa verba (licèt ipſe non ponat) habentur in c. Nunquid. de Conſecr. diſtin. 5. Sed loquitur textus ibi interrogatiue; & ad aliud propoſitũ & nõ ita abſolute. 13

An neceſſariũ ſit dignum † facere in adminiſtratione Sacramẽtorũ.

QVæritur quot requiruntur eſſentialia in quolibet Sacramento? Reſpond. (Relictis ambagibus à quibuſdã factis) quod requiruntur illa tria, quæ Concil. Floren. ſub Eugen. 4. §. Hæc autem in hæc verba requirit: Hæc autem Septem Sacramenta, tribus perficiuntur, rebus, tanquam materia, verbis, tanquã forma perſona Miniſtri conferentis Sacramentum, cũ intentione faciendi quod Eccleſia facit, quorum ſi aliquid deſit, Sacramentum non perficitur. Et habetur (licet nõ ita expreſſe) in Catechiſ. Rom. pagina 163. verſiculo. primum igitur. Et etiam pagina 169. Syluestr. verbo Sacramenta. in principio. Angel. & alij Summiſtæ. eodem verb. Inſtituta. Canonica. libr. 2. in principio. Nauar. cap. 22. num. 2. in fin. Sot. 4. diſt. 1. q. 1. articu. 8. verſiculo, Ad hoc autem. 14

Quot requirantur ĩ omni Sacramento?

SEd cùm requiratur intentio in omnium Sacramentorum adminiſtratione, & etiam in Officij Diuini recitatione; Quæritur quę intẽtio requiratur? Pro maiori 15

Quę attentio requirat, vel ĩtentio?

maiori intelligẽtia. Reſp. duplicẽ eſſe intentionem, quæ in ſupradictis, & alijs rebus ſimilibus inueniri poteſt. Vna dicitur formalis, altera virtualis. Formalis intentio vel actualis dicitur, illa, qua quis in ipſomet actu aduertit, atque attendit ipſum actum quem facit. Vt cum Baptizat, abſoluit, conſecrat, vel recitat, habet in actu intentionem Baptizandi, abſoluendi, conſecrandi, atque recitandi. Virtualis autẽ dicitur, quando quis à principio operis habuit intentionem formalẽ faciẽdi ſupradicta; ſed poſtea in ipſamet actione obliuiſcitur, fugitque ab eo attẽtio. Verbi gratia accipit Sacerdos in Sacriſtia hoſtias ad conſecrandum, pro cõmunicandis; portat, & collocat ſuper arã poſt calicem: poſtea tempore conſecrationis hoſtiæ ſine alia intẽtione omnino oblitus fui de alijs hoſtijs, uel formis in hoc caſu hoſtiæ ſunt conſecratæ per intentionem virtualem, etiam ſi non habuit formalem intentionẽ, quia oblitus fuit. Et ſic in facti contingentia determinatũ fuit in Cõplutenſi Academia. Sic in Baptiſmo, & alijs, licet melius ſit quòd ſemper adſit formalis intentio; ſufficit tamen virtualis ad actus validitatem; ut diuerſis locis probat Nauar. maximè de dolore virtuali. capitu. primo, & melius, & clarius ex D. Thom. probat Sot. 4. diſtin. prima quæſt. 5. art. 8. propoſitione. 1. & 2. De quo vide etiam S. Thom. 1. 2. q. 1. art. 6. ad 3. & Armilla latè infra

¶ De tertia intẽtione ſcilicet habituali, quam ponit Scot. & Sot. ſup. quia non ſufficit, nihil dicemus. S. Thom. 4. diſt. 15. Armil. verbo Horæ num. 19.

16 *Quot cõſiderentur in omni Sacramento.* QVæritur quot conſiderantur: & reperiuntur in omni Sacramento? Reſpon. Tria inuenitur; Sacramentum ſolum, vel res ſola, vel Sacramentũ & res Sacramẽti ſimul. Quod exemplo patebit ſequenti Euchariſtiam ſumens in mortali peccato, recipit tantùm Sacramẽtum, & non rem Sacramenti idest gratiam. Communicans ſpiritualiter tãtum quia non poteſt Sacramentaliter: recipit rem Sacramenti. i. gratiam, nõ autem Sacramentũ. Ille autem qui digne communicat, recipit vtrumque Sacramentum, & rem Sacramenti ſcilicet gratiam. ita tangit Syl. verbo. Sacramenta, & habetur, in ea. cum Marthæ. de Celebr. Miſſ.

CVm ex Concil. Triden. Seſſ. 7. Can. 3. de fide pateat vnum Sacramentum alio eſſe dignius, nec omnia inter ſe æqualia eſſe; inueſtigare oportet, quod illorũ ſit maius, atq; dignitatẽ ponere ſingulorũ. Quod, vt manifeſtum fiat. Nota Sacramentum quodlibet alio eſſe maius vel dignius, poſſe dici quadrupliciter. 17 *Quod Sacramẽtorũ maius uel dignius.*

¶ Primo modo, ratione neceſſitatis atq; efficaciæ. Et ſic quo ad neceſſitatẽ, & efficaciam, maius omnium Sacramentorũ eſt Baptiſmus, tollit enim quodcunque inuenerit peccatum veniale, Originale, & mortale, & omnia alia impedimẽta, ut ſuo dicetur loco. Et quia eſt principium, fundamentum, & ianua omnium Sacramentorum. text. in §. verum. 32. diſtin.

Secundo modo propter rem ſubiectã, & ſanctitatem, & ſic maius omnibus eſt Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramẽtum, vbi ipſemet Dominus noſter Ieſus Chriſtus omnium Sacramentorum autor, & inſtitutor vere, & realiter continetur, Vt ſuprà. num. 10. differentia. 6. Et de eius excellentia ſupra reliqua Sacramenta vide Concil. Triden. Seſſ. 13. de Euchariſtia. cap. 3. & Can. 1. & dicitur infrà in principio de Euchariſtia.

Tertio modo. Propter auctoritatem Miniſtri, & hac ratione, Confirmatio, & Ordo primatũ tenent, quia ab Epiſcopo, & ſuprà, conferri debẽt. c. Manus de Cõſec. d. 5. Concil. Trid. Seſſ. 7. de Cõfirmatione. Can. 3. & videbis infrà, de miniſtro vtriuſque Sacramenti.

¶ Quarto modo, Propter antiquitatẽ, & prioritatem, & hac cõſideratione Matrimoniũ poteſt maius dici. iuxta c. 1. de maior. & obedien. Vbi habetur: q; qui prior eſt tẽpore, potior eſt iure. Secundo, quia in meliori loco inſtitutum, in Paradiſo, ſ. terreſtri. Tertio, quia inſtitutum in ſtatu innocentiæ. Quarto propter ſignificationẽ quã gerit, Chriſti. ſ. & Eccleſiæ: vt in c. Debitũ. de Bigamis. Quinto ratione peccati vitãdi Prolisq; ſuſcipiẽdę. Sexto quia niſi per Matrimonium generarentur Miniſtri, & Sacramentorum

ſuſceptores; non eſſet qui alia Sacramenta ſuſciperet, vel (niſi ex damnato cōplexu) adminiſtraret. Septimo quia Matrimonium eſt apud omnes nationes, licet in quantum eſt Sacramentum, apud Chriſti tantum fideles. Aliqua dictorum tangit Gl. verbo. Nō debet. in c. Ecce. 95. d. & Glo. verbo, Quia corpus. in c. Nihil de Conſ. diſ. 2. & Summa. de Exemplis,
18 & ſimilitudinibus. lib. 8. c. 43.

V. Peccatori petenti ſint Sacramenta præſtanda.

VTrum pecatori exiſtenti in mortali peccato, petenti Sacramenta ſint conferenda? Nota. Prima (vt ſuis infrà dicetur locis) Parochum teneri audire ſubditorum confeſſiones, & Euchariſtiam miniſtrare ſępius quàm in Paſchate, quādo currit præceptum. Secundo, Quod ille qui petit Sacramenta, cùm petit à Parocho dicitur in iure, exactor; quia exigit quod iure ſibi debetur. (& de talibus intelliges. c. Nō prohibeat. de Coſ. d. 2.) Quādo autē petit ab alio qui poteſt Sacramēta miniſtrare, licet nō teneatur, vt ſunt ſimplices Sacerdotes ab Ordinario expoſiti, & Regulares, qui ex ſuis priuilegijs poſſunt, (vt infrà de abſolutione dicetur) ſed regulariter ad id non tenentur; tūc nō dicitur exactor, ſed petens prece, quod ſibi non debetur. Nunc ſic, per ſequentes 12. concluſiones.

Prima Concluſio. Peccatori publico exigenti Sacramenta publicè à ſuo Parocho, poſſunt, & debent negari, quia iam per ſuorum delictorum publicitatē amiſit ius exigēdi, quouſq; publicè pęniteat. Notorium autem eſt, quod manifeſtum eſt per ſententiam, cōfeſſionem propriā, vel rei euidentiam, ita, ꝙ nulla poſſit tergiuerſatione celari. Nauar. c. 21. nume. 55. Sot. diſt. 12. q. 1. ar. 6. concl. 1.

Secunda Concluſio. Parochus, ſubdito exigenti Sacramenta publicè, uel ſecreto nō poteſt negare propter mortale peccatum occultum, quod in confeſſione audiuit, à quo, aliqua de cauſa, illum non abſoluit, quia aliàs eſſet reuelatio peccati occulti, ſimulq; ſigilli fractio. vt ait Nauar. c. 21. nu. 55. & in c. Sacerdos. de Pœnit. diſt. 6. nu. 84. Secùs ſi ab alijs extrà confeſſionem ante, uel poſt ſciret; quia iam tunc reputatur ſcire alio modo. ſ. extra confeſſionem, & tunc procedit. 4. concl. Sot. ſup. concl. 2.

Tertia Concluſio. Publico peccatori (meretrici, vel vſurario, & ſimilibus) quantumcunque in occulto pęnituerint, & ſanctiſſimè confeſſi fuerint, publice exigēti, ſunt Sacramēta negāda, quouſq; illis, qui uiderunt illum publicum eſſe peccatorem, per publicā pœnitentiam, ſibi à Sacerdote iniunctam; uel bonam cōuerſationem, & exēplum, vel per fidē Sacerdotis de eius licentia dicentis Populo eum iam eſſe confeſſum, & emendatum; ſatisfaciat. Ne eum videntes ſciētes peccatorem publicum, nec videntes vel ſcientes eius pœnitentiam, ſcandalizentur. Secus autem ſi in occulto petant quia tunc dare debet. Concil. Colonienſe. de Confeſſione. §. Verum poſtea. ad finē. S. Bonauē. vt refert Nauar. ſup. Silu. infra. & alij.

Quarta Concluſio. Parochus ſciens alicuius peccatum occultum, non ex cōfeſſione, ſed quia alij duo, uel tres ſciunt & ſibi dixerunt: tali peccatori in publico exigenti ſacramenta, non poteſt, nec debet negare: quia talis peccator, per peccatum occultum nō amiſit ius petendi publicè. Si autem petat in ſecreto, nō debet dare; ſed ſecreto monere, ut abſtineat. Et in hoc caſu loquitur text. c. Nō prohibeat. de Conſecr. diſt 2. vbi ſic ait: exactorem moneat. S. Tho. 4. Silu. infra. Palud. 4. diſt. 9. Sot. diſt. 12. q. 1. ar. 6. verſic. Si autem ille.

Quinta Concluſio. Quomodocunq; publicè, uel occulte, Sacramenta petantur ab illo, qui nō eſt Parochus, (ſecluſa neceſſitate) poſſunt negari, quia talis confeſſor, ſiue peccatum ſit publicum ſiue occultum ſibi ex confeſſione, vel extra, poteſt remittere pœnitentem ſuo Parocho dicens: non eſt mei iuris tibi ſacramenta conferre, vade ad Parochum tuū. Vel alias (maximè ſi eſt vir doctus, & prudens) poterit complures inuenire excuſatione, argumento eorum quæ ait Armil. verbo, Confeſſio ſacramentalis: nu. 18. Quædam ſupradictorum tanguntur ab auctoribus. ot. ſupra. Ang. & Armil. verbo Sacramenta. melius omnibus

Siluestr,

Silueſtr.Euchariſtia.3. q. 7. Victor.ſup. numer.80. Nauar.cap. 31.numẽ. 55. licèt nullus ita clarè, & diſtinctè loquatur tangendo omnia quæſtionis particularia, vt facimus hic.

19 QVæritur Vtrum liceat ſacramenta petere, uel recipere à malis Miniſtris? Reſpon. Aut talis Miniſter eſt tantum in mortali peccato; aut eſt excommunicatus, uel præciſus, ab Eccleſia. Primo caſu, quando tantum eſt in mortali, ſemper licèt ab eo ſacramenta recipere; licèt, ipſe mortaliter peccat, ſi conferendo dummodo. Ego illum ad hoc non induxerim. Inducere autem talem miniſtrum, duobus tantum caſibus licèt. Primo, quando ipſe tenetur. ſ. quia cum Parochus ſit, tenetur die Dominico celebrare, & tunc poſſum illũ inducere, quia in tali caſu, Ego utor Iure meo, quod ille tenetur. Secundo caſu, Quando Ego v.g. in Paſchate, uel in articulo mortis, teneor ſacramenta recipere; tunc poſſum illũ inducere S. Th.3.par.q.64. ar.6.in ſolutione, & in 4. diſt. 5.q.2.& notat Caietan.Sot.4. diſt. 1. q. 5. art.6. verſi. Vt ad rem.& infrà per 8.propoſitiones. Secundo caſu, quando Miniſter eſt excõmunicatus, ſi nõ eſt publicè denũciatus, vel nõ eſt publicus Clerici percuſſor, poſsũ ab eo recipere ſacramẽta, ſicut dictũ eſt de exiſtẽti in mortali peccato, ut patet in Extrauag. Ad euitãda. quã ponit Nauar.c.27.nu.35.& omnes,& c. 22.nu.4 Sot.ſuprà & infrà. Si autẽ eſt denuntiatus publicè, uel publicus Clerici percuſſor, uel quomodocũq; ab Eccleſia præciſus: tantum Baptiſmus in neceſſitate poteſt ab eo recipi, ſecundum omnes. & habetur ſuprà.nu. 10.differentia. 14.& c. Si quem forte.& c.Subdiaconus 24.q.1.S.Thom. Caiet.Adria. Duran. Scot.& Palud. quos, citat Victor.nu.30. & etiã Pænitentia in articulo mortis; etiã ab Heretico.ut ſupra dict.nu. 10.diximus, & de omnib⁹ ſuprà dictis vide Sot. 4.diſt.1.q.5.ar.6.per dictas 8,concluſiones tractans ſupradicta.

Sacramenta an a malis miniſtris accipienda.

VT materię ſacramentorum in genere finem imponamus, aliqua primo notanda ſe offerunt,

Primo Nota. Quòd cùm omnia ſacramẽta, illis quatuor, (de quibus ſuprà nu. 14.materia, forma, Miniſtro, & intentione conſtent, Vnumquodque eorum vitiari poſſe, ideſt ſacramentum nullum eſſe, ſi quis in aliquo quatuor ſupradictorum faciat pręter id, quod ſancta Eccleſia Romana tenet.

Si quis, enim, oleo, vino Baptizaret, vel Balſamo, nõ eſſet Baptiſmus. Vel ſi Epiſcopus cum aqua, vino confirmaret, vel lacte; nihil facit. Vel ſi quis abſolueret volentẽ permanere in mortali, minimè abſolueret. Vel ſi Sacerdos panem cõſecraret Caſtanearum, uel Fabarum, nihil faceret. Et ſic de materia aliorum ſacramentorum. *Viti um in materia.*

Secundo, Si quis laicus confirmare, abſoluere, conſecraret, uel ungere attentaret, nihil faceret; eum nullatenus ſit horum Sacramentorum miniſter. *Vitium ex miniſtro.*

Tertio, Si quis Miniſter (quantumcũque omnia alia requiſita ſeruaret) Baptizaret, confirmaret, abſolueret, conſecraret &c. abſq; intẽtione actuali, uel virtuali faciendi ſaltem, quòd Sancta mater Eccleſia Romana facit, nullum confert ſacramentum Ang. Baptiſmus, 5. nu.8. Silu.S. Thom. Armil. & omnes Concil. Flor.& Trid.ſuprà. *Vitium ex intentione.*

Quarto, de forma: Quæ viciatur, illam variando ex quinque modis. *Vitium in forma.*

Primo. Commutatur ſignificatio verborum, & ſenſus: non eſt ſacramentum.

Secundo. Quando in forma ſubtrahitur, uel minuitur aliquid eſſentialis formæ.

Tertio. Quando formæ additur aliquid, quod corrumpit ſenſum.

Quarto. Traſponendum litteras, vel ſyllabas, ita quod ſenſus corrumpatur.

Quinto. Interpollando formã, quando interpollatio verborum, & actus ita eſt notabilis, quòd verè corrũpatur intentio. Quas quinque variationes poteris in unoquoque ſacramento exemplificare. De quibus vide aliqua per Angel. Baptiſmus. 2. num. 13. 14. & 16. & per alios ſcribentes, licèt non ita clare, & per Victor.in Sum.de Baptiſmo, & melius per Theſaurum Sacerdotalem 1.par.fol.24.

Materia ut applicāda formæ?

Secũdo. Not. quòd in Baptiſmo, Confirmatione, Extrema vnctione, & Ordine melius, tutius, & conſultius eſt applicare materiam durāte prolatione formę, ſecũdũ Gl. in c. Detrahe. 1. q. 1. Caiet. 1. to. opuſc. 27. quęſtionum, quęſt. 23. & quodl. 1. q. 16. & 3. par. q. 66. ar. 8. Maior 4. diſt. 2. q. 2. Vbi Ricar. & Scot. quos refert, & ſequit Armilla verbo Baptiſmus, num. 26. Palud. & Siluest. Baptiſmus. 5. § 2. & vnctio. § 7. Naua. c. 22. nu. 7. et 8. quā expectate cõiunctionem moralem. i. ſtatim finita forma. vt tenet Sotus 4. diſt. 3. q. vn. ar. 8. verſic. Quando autem et Victor. sũma. nu. 29. et alij. Sed aduerte ꝙ nõ eſt neceſſarium, ut pũctuatim tota materia ſimul cõcurrat cũ tota forma, ſed ſatis erit ita ſeruare modum, ut antequàm finiatur tota forma, incipiat miniſter applicare materiam, vel antequam applicetur tota materia incipiat proferre formam. Vt ait Caiet. dicta q. 16.

Miniſtrãs in mortali.

Tertio Nota. quod recipiẽs, uel miniſtrans aliquod Sacramentum ſolẽniter, vt miniſter in peccato mortali exiſtens, peccat mortaliter, S. Th. 3. par. q. 64. ar. 6. Siluest. Confirmatio. nu. 4. ad mediũ. Victor. nu. 29. Nauar. c. 22. nu. 3. Sot. 4. diſt. 1. q. 5. ar. 6.

Niſi prius miniſter habeat contritionem ad adminiſtrãda omnia Sacramẽta. Vel recipiens attritionem ſaltem, quam putet contritionem ad recipienda ſex Sacramẽta Sotũs 4. diſt. 21. q. 1. ar. 4. verſic. Et p hoc ſoluitur. et d. 1. q. 3. ar. 1. verſic. Eſt ergo tertia opinio Nauar. ſuprà. (* Quod procedit Nõ ſolũ in Sacerdote miniſtrante, Sed etiã in quolibet alio miniſtro Eccleſiæ, officium ſuum tanquam Eccleſiæ miniſtro exercentẽ, uel ſacra tãgẽte. Vt ex S. Th. ſup. & in 4. d. 5. & 24. & alijs probat Nauar. c. 25. nu. 72. Imo. Canon. 28. pœnitentialis, Sic ait: Qui cõmittit ſacrilegium Eccleſiã violãdo, vel Chriſma, ſiue calicem Sacrũ pollutis manibus accipit, uel ſimilia ſacrilegia committit pœniteat 7. annis &c.)

Ad Euchariſtiam autem conſecrandã miniſter, vel illam accipiens tenentur Sacramentaliter confiteri ſi habeant peccatum aliquod mortale non legitime confeſſum, & adſit confeſſoris copia Concil. Trid. Seſſ. 13. Can. 11. (& dicemus. infrà ſuo loco) licèt talis miniſter ſic in mortali miniſtrando, vera cõficiat Sacramenta, & conferat. Concil. Trid. Seſſ. 7. can. 12. Et in mortali etiam accipiens vera recipiet Sacramenta, licèt nõ rem Sacramenti. i. gratiam, ut diximus, ſupra. nu. 16. & habetur in Conc. Conſtantiẽ. Seſſ. 8. contra 4. Vuicleferrorem Concil. Trid. ſupra, & eſt communis opinio, ſecundum Victor. ſumma. nu. 28.

Adminiſtrans uel recipiens. cũ attritione.

Quarto Nota benè (eſt, enim ſummopere neceſſarium, & à nemine tactum.) Quod eſt differentia inter adminiſtrantem, & recipientem Sacramenta cum attritione tantùm: quod recipiens recipit gratiam, cùm uirtute Sacramento totum fiat de attrito, contritus, vt late infra de attritione videbis. Adminiſtrans autem, remanet in ipſomet peccato mortali, in quo erat; quia attritio non fit contritio, per illam adminiſtrationem ſicut per receptionem: & in alio nouo peccato, quia miniſtrauit in mort. abſque contritione.

In Sacramenta, aliqua eſſẽtialia, alia nõ.

Quinto nota. In omni Sacramẽto quędã inueniri de eſſentia, uel ſubſtantia Sacramenti; quædam ex neceſſitati; quędã ex neceſſitate tantum pręcepti. Subſtantialia ſunt quorum vnum ſi omittatur, Sacramentum non perficitur. Vt ſupra, nume. 14. diximus. ¶ De neceſſitate præcepti ſunt illa, quæ licèt omittantur, Sacramenta perficiuntur. licèt, qui ex malitia: negligentia craſſa, vel contemptu omiſerit, peccet mortali. S. Tho. 4. Syl. Baptiſmus 1. q. 4. & omnes. Vide tex. cum Glo. in c. Literas de Celeb. Miſſ. vt ſunt (v. g. omnes Sacræ Cæremoniæ ritusque in adminiſtratione Sacramentorum obſeruari conſueti; quos, alio nomine, Sacramẽtalia appellamus: vt in Baptiſmo Sal, Chriſma, Oleum Cathecumenorum, Cathechiſmi. In Cõſecratione totus Miſſæ Apparatus. Vt patet in Conc. Trid. Seſſ. 7. de Sacramen. Can. fi. tex. c. Ad abolendã de Heret. ca. Omnes. 22. diſt. c. Quis neſciat. 11. diſt. cum pręceden. c. Non decet cum multis alijs 12. d. cap. Alienus ca. Quia 24. q. 1. Th. Vualdẽ. 2. to. de Sacramentalibus. *

In quibus Sacramentis Eccleſiaſticis exhibẽdis attendenda eſt conſuetudo Romanę Eccleſię. Vt Nor. Ioan. And. in cã. Super. col. fin. de cenſibus & in c. Dolentes. de celebr. Miſſ. & in c. 1. de Baptiſ. Sacramentale Neapolitan. fol. 8. col. 4.

De quorũ rituũ, Sacratũq; Cęremoniarũ antiquitate, inſtitutionis cauſa, sãctitate, ſignificatione, & neceſſitate vide Caniſium in Doctrina Chriſtiana. de Sacramentis c. 8. Vbi complures citat Doctor.

Sacramenta poſſunt quacunque lingua administrari? Sexto Not. Omnia Sacramenta Latina liugua, Græca, Hebræa, Hiſpana. Italica, vel quacunque alia, dummodò principalia remaneat ſignificata, miniſtrari poſſe. Secundum Paluda. quem refert, & ſequitur Armil. Baptiſmus. nu. 14. S. Th. & Syl. Abſolutio. 1. q. 5.

Sacramenta qua devotione adminiſtrãda? Vltimo No. verba, quæ Theſaurus Sacerdotalis 1. part. fol. 134. ſic ait: Sacramenta Eccleſiaſtica, in quibus fundatur omnis Chriſtiana Religio, ſolicitè miniſtrentur, & celebrentur, ac deuotè exerceantur, & ſuſcipiantur: Vt cultus Diuinus non ſolum conſeruetur, ſed augeatur: & in laudem Dei, & eũ gratiarũ actione omnia conuertantur, & finiantur: & ad uitæ, & gloriæ æternæ meritum, & veræ beatitudinis fruitionem finalem perueniatur. Amen.

DE BAPTISMO.

TRactat Magiſt. ſent. in 4. diſt. 3. Vbi S. Thom. Marſ. Scot. Gabr. Palud. Duran. Maior. & omnes Sententiarij maximè nunc Dõmin. Sot. S. Th. 3. part. q. 66. & ibid. Caietan. Concil. Flor. in unione Armenorum c. 5. Conci. Trid. Seſſ. 7. de baptimo. per Canones 14. In iure Canonico in Decretalibus, & Clementinis, per totum titulum de baptiſmo, in Decreto latiſſimè de Conſecratione diſtin. 4. Ang. Sylu. Taben. Armil. & alij Summiſtæ verbo baptiſmus. Victoria, in Summa à num. 8. Vſque ad 40. Catechiſm. Roman. de baptiſmo. pag. 176. optimè Nauarrus. c. 22. à nu. 5. Abb. Innocen. & alij Canoniſtæ per totum) maximè in capi. Maiores) de Baptiſ. Viguerius optimè. de Baptiſ. & alij.

Figura Baptiſmi. PRimo præmittendum eſt hoc Baptiſmi Sacramentũ, quoniam primum, & principaliſſimum remedium eſt contra peccatũ, maximè primũ, quod à primo contraximus Parente, clariſſimè, mirabiliterq; in multis ſacrę ſcripturæ locis, fuiſſe à Deo promiſſum & figuratum; Vt (ultra figuras quas Catechiſm. Rom. pag. 179. affert) Videre eſt Geneſ. 17. de Circuncitione. ¶ Eſa. 44. effundam aquam ſuper ſitientem &c. ¶ Ezechiel. 36. effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini &c. ¶ Et de tranſitu Maris Rubr. Exod. 13. ¶ Mirabilis figura habetur Exod. 2. Vbi ut ſaluaretur Moyſes mittitur in Flumẽ, quẽ ex aquis ſuſcipit filia Regis ideſt, Eccleſia. vide ca. Nec quẽquã. de Conſecr. diſt. 4. ¶ Nec minor alia figura, Iudith 12. Vbi ad amputandũ Holofernis caput, Iudith ſe baptizabat in fonte. * Baptiſmus etiam figuratur per arcã Noe 1. Petri c. 3. & optima figura, vel prophetia Baptiſmi eſt illa Ezech. 16. c. ibi: Et quãdo lota es nõ es lota aqua in ſalutem, nec ſale ſalita. Vide alias cõplures figuras per Marquardum de Suſanis. tract. de Iudæjs 3. p. c. 1. nu. 68.

Verbũ: baptizo, quid ſignificet? Secundo pręmittend. Quid hoc verbum: Baptizo, ſignificet? Quamuis Sylueſt. verbo Baptiſmus 1. & alijs alias ponãt ſignificationes. Dic melius cũ S. Th. Soto, & alijs ꝙ baptizare, Græca lingua, ſignificat lauare. Vnde (licet nullus tradat) intelligis illud Iudith. 12. ꝙ exibat ĩ vallem, & baptizabat ſe ideſt lauabat ſe.

Baptiſmus prima tabula poſt naufragiũ. Tertio pręmittend. Quòd ſicut Decalogus duas continebat tabulas, per quorum mandatorum ibi contentorum fractionem, & tranſgreſſionem omnis condemnatur, & perijt homo: ſic ad eorundem hominum reparationem, & liberationem duæ alię inuentæ, atque inſtitutę ſunt tabulæ. Prima eſt baptiſ. qui prima poſt naufragiũ tabula nũcupatur Gl. in c. Secũda. de pę. d. 1. alia in c. Multiplex. verbo, Per baptiſmi gratiã. ead. diſt. Alia tabula eſt pęnitẽtia. ut infra in principio de penitentia patet. Quibus ſuppoſitis.

1 *Baptiſmus triplex.*

QVætitur, Quotuplex ſit baptiſmus? R. ꝙ tripliciter ſumitur, & dicitur baptiſmus Primo propria. Secundo ſimilitudinarie ſignificat duas alias actiones, quarum quælibet dicitur etiam baptiſmus, & ſic triplex eſt baptiſmus, Primus ſanguinis, de quo Chriſtus dicebat Ioan. 12. Baptiſmo habeo baptizari. i. in ſanguine meo. Qui baptiſmus idem eſt, quod Martyrium. Vt in ca. Catecumenus. de Conſecratio. diſt. 4. & communis. Secũdus eſt baptiſmus Flaminis. Vel pęnitẽtię. i. deſideriũ accipiẽdi fidẽ, vel baptiſmũ aquę, ut ſi (v. g.) quidã gentilis Diuino tactus ſpiritu veniret ad Catholicam Eccleſiam, uitã ſuam miſeram antiquam deplorãdo, animo firmiſſimo Fidem recipiendi, habita facultate in itinere, uel iam dum catechizatur moreretur in eodem propoſito, abſq; baptiſmo aquæ, talis dicitur baptizatus baptiſmo Flaminis. i. Spiritus Sancti. De quo actuum primo c. Vos autem baptizabimini Spiritu Sancto. de quo fit mẽtio in c. Firmiſſime. 15. q. 1. & ibi Glo. & cap. Neceſſarium. de Conſec. diſtin. 4. & Greg. Nazian. lib. de Seculis. Tertius dicitur baptiſmus fluminis, vel aquæ. de quo eſt noſter hic ſermo, titulus. Et in hoc baptiſmo baptizabat Chriſtus, ut Ioan. 3. venit Ieſus in terrã Iudæã & baptizabat. ¶ De hoc triplici baptiſmo. vide D. Augu. li. 4. de vnico baptiſmo sex. c. baptiſ. vicẽ de Cõſ. d. 4. c. Debitum. de baptiſmo Gloſſ. verbo: Ab originali. in cap. 2. de Presbyt. non bapt. S. Thom. 3. p. q. 66. articu. 11. Sylu. bapt. 1. q. 1. Vict. num. 24. Nauar. cap. 22. nu. 5. Sot. d. 3. q. vnic. art. 11. Glo. in c. 1. de
2 Conſecratio, diſt. 4.

Quis baptiſmus maior.

QVęritur Quis ſit potiſſimum trium horũ baptiſmatũ? Reſp. ꝙ baptiſmus Flaminis eſt potior, & perfectior baptiſ. aquæ: baptiſmus uero ſanguinis ambobus excellentior, probat ex D. Aug.
3 Sot. ſup. at. 12. in principio Quæ omnia Chriſtus recepit Sot. d. art. 11. ſup.

Vtrum omnia Baptiſmata ſint ſacramenta.

QVæritur Vtrum omnia hęc baptiſmatum genera ſint ſacramenta? Reſpon. Tantũm baptiſmum aquæ eſſe ſacramentum; quia alias eſſent plura ſacramenta quàm Septem. Nauar. Vict. Sotus ſupra.

4 *Baptiſmus ſolemnis quando fiebat.*

DE hoc ergo tertio baptiſmo Quæritur, quotuplex ſit baptiſmus aquæ Reſp. Eſt duplex, vnus ſolẽnis, qui adultorum, alius non ſolennis, qui adultorũ, alius nuncupatur. Paruulorũ; aũt baptiſmus, maiora habet priuilegia, quàm adultorum, nam poteſt quotidie, & omni tempore etiam interdicti, conferri, ut de ſacram. in genere. num. 10. differentia. 14. diximus. Adultorum autem, ſiue ſolemnis, non poteſt conferri niſi duobus anni temporibus, videlicet in Sabbato ſancto, & Vigilia Pentecoſtes. ut in cap. Duo, de Conſe. d. 4. Qui baptiſmus non eſt nunc in tanto vſu; ſed nihilominus. Eccleſia Catholica illis diebus fontẽ benedicit baptiſmalem, quibus ſolebant Cathecumini baptizari. Nunc autem ſi quis adultus ad Catholicam conuertitur fidem quocunque tempore, poſt debitam legis ſanctiſſimæ noſtræ inſtructionem, & cathechizationẽ (ut dicam) poterit baptizari. Vt cõis docet vſus.

5 *Quid eſt Baptiſmus aquæ.*

QVæritur. Quid eſt aquæ baptiſmus? Reſp. varias ab antiquis poſitas fuiſſe diffinitiones, Hugo enim de S. Victore, & alij, aquam ipſam dicebant ſacramentum baptiſmi. Sed non eſt tenendum. Quia aqua non ſignificat lotionem, aſperſionem, uel immerſionem, quibus baptiſmi ſacramentum perficitur, iuxta ca. Detrahe. 1. q. 1. ibi, accedat verbum ad elementum, & fit Sacramentum; ſed tantùm elementum aquæ. Vnde melior eſt diffinitio, quam à Magiſt. in 4. diſt. 3. tradit S. Tho. ibid. Et alij. Sylue. & Summiſtæ uerbo baptiſmus Glo. 1. in c. 1. de Conſe. diſtinct. 4. Videlicet baptiſmus eſt ablutio exterior corporis, facta ſub præſcripta forma uerborum. Tenet idem Direct. Inquiſitorum. lib. 1. tit. 4. Victor. In principio de baptiſmo. Sed vltra has, & duas alias quas ponit Sot. 4. diſt. 3. q. vn. ar. 1. perfectius diffinis (in hæc verba) Nauar. c. 22. nu. 5. Sacramẽtũ baptiſ. eſt Sacramẽtũ aquę naturalis, qua unus ab alio, in nomine Patris, & Filij, & Spirit⁹ Sãcti, cũ debita inten-

ta intentione, abluitur. Vel dic mecum (ſi placet.)

Baptiſmus eſt ablutio exterior corporis.
Aqua naturali facta,
Sub certa verborum forma.
Praſcripta, & determinata.

Quæ diffinitio omnes partes eſſentiales continet, patet enim clariſſimè in ea quæ ſit materia, & forma baptiſmi, quod nō inuenies ī diffinitione Magiſtri; & aliorū.

6 QVæritur An baptiſmus ſit Sacramentum? Reſpon. eſſe de fide determinatum in ea. Firmiſſimè §. Primo de Summa Trini. c. Ad abolendā. de Hæret. cum multis alijs. Conciliū Florent. & cætera Concilia, maximè Trid, Seſſ. 7. de Sacramen. Can. 1. S. Thom. 3. part. q. 66. Nauarr. ſup. & omnis Catholicorū Schola. Immo quod dicitur per excellentiā Sacramentū Fidei, & quare. Vide Glo. in c. Nihil de Conſecration. diſt. 4.

Baptiſmus an ſit Sacramentum.

7 QVæritur A quo ſit inſtitutū? Reſpon. Sicut & cætera omnia Sacramenta, fuiſſe à Domino noſtro Ieſu Chriſto inſtitutum. Vt habetur in dicto Cōci. Tridēt. ſupra, & diximus ſupra de Sacram. in genere.

A quo inſtitutum?

8 QVæritur Quando fuit inſtitutum? Reſpon. Quod quamuis aliqui voluerunt, quòd Chriſtus inſtituerit baptiſmum, quando Ioan. 3. dixit Nicodemo: niſi quis renatus fuerit ex aqua &c. Alij, quando dixit diſcipulus ſuis, Matth. vlt. Ite in Vniuerſum mundum, &c. baptizantes eos in nomine Patris, &c. Vt refert. Gl. 1. ca. 1. de Conſ. d. 4. Verius, & tenendum eſt, baptiſ. Sacramentum fuiſſe ante Chriſti paſſionem inſtitutum quia Ioan. 3. habetur quòd Chriſtus baptizabat, & non eſt credendum, quòd baptizaret baptiſmo Ioannis. Non enim eſſet orta ambitio illa inter diſcipulos Ioannis dicentes, quòd Chriſtus plures baptizabat. Eſt ergo communis Doctorum opinio, vt tradit Victoria ſum. nu. 8. baptiſmi Sacramentum ante Chriſti paſſionē, & Ioan. 1. quando à Ioanne fuit in Iordane baptizatus, fuiſſe inſtitutum. Tenet S. Ambr. & habetur in c. Per aquam, & Gloſſ. ibid. & Gloſſ. verbo. Ad inuocationē in c. Ex quo Glo. uerbo Neceſſariū in ca. Primo de Conſecrat. d. 4. S. Greg. Nazian. & D. Aug. quos ad hoc citat, & mirabiliter (quaſi de fide eſſe) declarat Catechiſm. Ro. Pag. 187. Vbi omnino Vide & S. Tho. & Nicol. de Lyr. Sot. 4 d. 3. q. 1. art. 2. & tradit Victor. numer. 9. Vbi ait ſic eſſe ſine aliqua dubitatione tenendū.

Quādo fuit inſtitutū.

QVæritur Quando præceptum baptiſmi cæperit obligare? Reſpon. quòd quamuis baptiſmi Sacramentum ante paſſionem (vt ſup. dictum eſt) fuerit inſtitutum, non tamen cæpit obligare niſi poſt Chriſti paſſionem, & Reſurrectionem. Quia per Baptiſmum cōfiguramur Chriſti paſſioni, & reſurrectioni S. Tho. 3. part. q. 66. ar. 1. Conc. Toletanum 4. cap. 5. & ſic Marc. vlt. fuit promulgatum præceptum illud. Qui non crediderit cōdemnatur. Victoria. nu. 12. in fin. Armil. baptiſmus, nu. 3. 9

Quādo cæpit obligare præceptum baptiſmi.

SEd cum omnis Chriſti actio, noſtra ſit inſtructio, vt habetur in Extrauaganti. Vnica. de pœnis. in communibus in principio & ait D. Thom. 3. par. q. 83. ar. 1. & Chriſtus non in fonte, uel vaſe aliquo, ſed in Iordanis flumine fuit baptizatus; cur Nos non baptizamus in flumine, vel aliquo riuulo, vel uaſe alio, ſed in baptiſmali fonte; quo, ex inſtitutione Illerdenſis Concilij. & c. Omnis Presbyter. de Conſecrat. diſtin. 4. & Clementinæ 1. de Baptiſ. Vniuerſalis vtitur Rom. Eccleſia? Reſp. Quia baptiſmus aſſimilatur fonti. Primo in hoc quòd fons eſt ſuis communicatiuus, Nulli, enim ſe fons occultat. ita baptiſmus communis eſt pauperi & diuiti. Vnde Zachar. 13. Erit fons patens domui Dauid, in ablutionem peccatorum. Secundo. Quia fons eſt ſordium ablutiuus, & baptiſmus omnia lauat crimina. Iudith. 12. Iudith exibat in vallem Bethuliæ & baptizabat ſe in fonte. i. lauabat ſe. Alias cōplures cauſas poterit colligere ex Summa de exemplis & ſimilitudinibus. lib. 1. ca. 10. 10

Quare baptizamur in fonte?

DE MATERIA.

QVæritur, Quæ ſit baptiſmi materia? Reſpondeo quòd ex ſupradictis diffinitionibus conſtat eſſe aquam veram, & naturalem. & patet de fide 11

Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c. & ca. pen. Vbi Glo. verb. Elemētum. de bapt. c. Filius, c. Non dubito. de Conſecrat. d. 4 Conc. Floren. & hodie Trid. ſeſſ. 7. de bapt. Can. 2. S. Tho. 3. part. q. 60. ar. 5. & 6. q. 66. ar. 3. 4. & 5. Ang. Syl. Armil. & omnes Catech. Ro. pag. 179. Nauar. c. 22. nu. 5. Sot. 4. di. 3. q. vn. ar. 1. & pleniuſ. ar. 3. * Et explicat vno uerbo tantū, optimè Tiraquel. de retractat. §. 1. glo. 21. nu. 18. dicens: id quod magis eſt notādū, cū ex cōmuni, & Theologorū, & Canoniſtarū ſentētia nihil ſit magis, è forma quam illa aquæ immerſio, & verborum prolatio.

12 *Baptiſmi materia duplex.* QVæritur. Quotuplex ſit baptiſmi materia? Reſp. duplicem, quędā dicitur proxima, quæ eſt ablutio ipſa, altera remota, quæ eſt aqua ut ſup. dictū eſt & probat Sotus. ſupra. & Syueſt. baptiſ. Secun. in princ. ex Paludano. Cuius materiæ oblitus fui ſupra de Sacramētis in genere qu. 10. §. 45. in 1. impreſſione, dicens Pœn. & Matri. tantum habere duplicem materia.

13 *Baptiſ. an fiat ī aqs artificialibus?* EX dictis colligitur. Primo. baptiſmum in aquis artificialibus, compoſitis, lambicatuſuè non poſſe conferri, ut in aqua Roſacea, vel ſimilibus, quæ naturales non ſunt, Vt tradit communis opinio Theologorum in 4. d. 3 Secundū Nauar. ſup. Sylu. ſup. Armil. & omnes. Victo. nu. 12. in fi. Inſtituta Canonica. li. 2. c. Primo Sot. 4. d. 3. q. Vnica. ar. 4. ī fi.

Secundo colligitur, ꝙ poteſt fieri in aqua quacunq; elementali, ſiue Maris, ſtagni, fontis, fluminis, vel pluuię, etiam paludis, niſi tantum eſſet ingroſſata, ꝙ aquę amitteret raritatem S. Tho. 3. p. q. 66. art. 4. Palud. Ricar. & Sylu. baptiſmus 2. q. 3. Catech. Rom. pag. 179. Sot. 4. d. 3. q. vn. art. 4.

Tertio. Quòd poteſt fieri in aqua reſoluta ex niue, glacie, gelu, & rore cœli, vt tenent ferè omnes contra Marſil. & quoſdam alios licèt nō in niue, gelu, & glacie, dū ſunt condenſata S. Tho. & alij relati à Syl. ſupra. Sot. art. 4. argumento 4. Vbi etiam dicit, quòd fieri poteſt in aqua ſulfureā, & balneorum, & alijs ſimilibus mineralibus.

An in lixiuio, brodio &c. ī aqua lateris. Chriſti? Quarto. Quòd poteſt fieri in lixiuio, & in aqua expreſſa, & depurata ex luto & in brodo, non ſpiſſo ꝙ aquæ ſpeciem amitteret S. Tho. d. 4. Sylu. & Sot. ſupra. Vbi etiam ait poſſe fieri in aqua per aliquam artem ex vino limphato ex tracta: quòd fieri poteſt.

Quinto Quòd, cū verè ex latere Chriſti & ſanguis & aqua exiuerit, & ſecūdū S. Tho. fuerit vera aqua; potuiſſet tūc in illa verus conferri baptiſ. Sylu. ſup. Ang. baptiſ. 3. nu. 5. & reſoluit Sot. 4. d. 3. q. vn. ar. 4. arg. 2.

QVæritur Vtrum Inſtante neceſſitate, poſſit baptizari aliquis cum Saliua Reſ. ꝙ non, quia expreſſe prohibetur. in c. pe. de bapt. 14 *Vtrū in ſaliua?*

VTrum in neceſſitate poſſit aliquis eum aqua illa quæ cadit ex arbori bus & Viribus, cum ſecantur, urina, ſudore, lachrimis, vel aqua illa quę ſāguini ſupernatat, cūm vena aperitur. vel ſimilibus liquoribus baptizari? Reſp. quòd non Doct. & Sot. ſup. 15 *V. cū aqua ex arborib.*

DVb. An ſicut ex aqua fit Sal, ita ſi ex Sale colligatur illa aqua quæ (maximè tempore hyemali) ex illo fluit, poſſit fieri baptiſmus? Ang. verbo baptiſmus 3. nu. 2. negat, ſed nō abſolutè, quia dicit, ꝙ propter amaritudinem, quod eſt ſalſum, cum ex aqua Maris, & ex aqua Sal congelatur, fieri poſſit baptiſmus. (ut dictum eſt.) Sylue. baptiſmus 2. in fine, abſolutè dicit, quòd non. Armilla autem (poſt illos) verba baptiſmus nu. 23. dicit, quòd ſi fiat, tenet baptiſmus. Cuius opinio mihi placet. cum idem ſit quod de aqua reſoluta ex niue &c. B. Tab. Baptiſ. 4. nu. 8. 16 *V. ex aqua Salis.*

Pro maiori intelligentia Nota, ꝙ in omnibus ſupra dictis aquę ſpeciebus vel liquoribus, non impeditur baptiſmus propter accidētalia, vt ſi aqua eſt calida, vel frigida, turbida vel clara, dulcis vel amara, benedicta, vel non recens, vel vetus (quoſdam.) fętida, vel oēs, quia in ea mixta fuit paruula quantitas aquæ roſaceæ, vel alterius, quia cū ſit in parua quātitate admixta, non impedit, ſecundum omnes, & Concil. Floren. ſub Eugen. 4. Ang. bapt. 3. nume. 3. Ricar. 4. diſtin. 3. art. 3.

art. 3. Glo. in cap. Baptiſmi vicem. de Conſec.diſt.4.

Qñ Baptizandũ extra Eccleſ.

Nota.quòd Baptiſmus non debet dari extra Eccleſiã. nec in ſupradicti aquis, niſi in neceſſitate. Victor Papa 1.Epiſtol. ad Theophilum. vt habetur in Summa Conciliorum.fol.9.& in Clement.1. de Baptiſmo.

Baptiſm⁹ quare in aqua?

17 QVæritur. Quare baptiſmi Sacramentum fuerit in aqua inſtitutum, & non in vino, oleo, Balſamo, vel alio pretioſo liquore? Reſ. Primo. Quia Chriſtus in aqua fuit Baptizatus, vt ſupra diximus, Secundo Quia cum ſit Sacramẽtum tantæ neceſſitatis, oportebat vt materiam ſic haberet communem, & facilem, quę vbiq; poſſet facillime reperiri. Tertio Propter ſignificationem abſolutionis interioris animę. Quarto. quia melior fit ablutio in aqua, quam in alijs liquoribus. Cum alijs enim potius quis vngitur, quàm lauatur. has, & alias rationes vide per Syl. Baptiſmus.nu.1. & per S.Tho.& Sotum 4.d.3.q.vn.art.3.

DE FORMA.

18 QVæritur. Quæ ſit forma Sacramenti Baptiſmi? ℞. cum diſt. aut quo ad Eccleſiam Latinam, aut quo ad Græcam. In noſtra Eccleſia Latina hæc eſt forma. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. ita habetur Matth. vltimo baptizantes eos in nomine Patris &c. & habetur in cap. 1.de Bapriſ. Vbi Glo.verbo, In nomine. tex.in c.In Synodo.de Cõſec.d.4. Gloſſ. in c.1.& tex.in c.Propriè ead.d. Concil. Flor, ſub Eugenio 4.c.5. Tridẽ.Seſ.7. de baptiſmo. Can.4. Catech. Ro.de baptiſmo pag. 183. S. Thom.3.par.q.66.ar.5. Mag.ſent.4.d.3.Duran.d.3.q.1.Sot.diſ. 3.q.1.ar.5.Sylu,verbo Baptiſmus 1.q.3. & alij Summiſtę.ibid.Nauar.ca.22.n.5. Græca autẽ Eccleſia tali vtitur in Baptiſmo forma ſ. Baptizetur ſeruus Chriſti (Petrus, vel Ioannes) in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen, S. Th. & alij.ſupra. Pro quo Not. ꝙ licet Sylu. Bapt. 1.in fi.& alij, dubitẽt an Baptizati à Græcis, vel Latinis tali forma, ſint baptizati: iam eſt determinatum in Conc. Flor. ſup. Grecos, ſiue Latinos ſub illa forma verum conferre baptiſmum, licet Latinus ſic baptizans peccaret. Vide Sot. ſupra verſiculo, Percontaberis.

Græci qua forma vtãtur.

19 VT particulares totius formæ voces declarentur. Quæritur in primis V. Ego, ſit de ſubſtantia formæ? Reſp. ſecundũ omnes, ꝙ cũ in verbo illo, baptizo, ſatis plene intelligatur Ego. ſi quis ſine tali voce baptizaret, eſſet verus baptiſmus cum Greci, ſine pronomine illo (vt ſupra dictũ eſt) baptizent. Conc. Flor. ſup. Glo. verbo Ego te.in ca.1.de Bapt. vbi Innoc. tex. expreſſus. in c. Retulerunt. de Conſ. d.4. S.Th.3.p.q.66.ar.5.& q.72.art.4. in fi. Sot. Nauarr. & alij ſuprà. Inſtituta Canonica li.2.de Baptiſ. Victor. Sũ.nu. 17. Ang. baptiſ.2.nu.1. Ricar.4.d.3.ar. 4.qui oẽs cõcludunt: Ego, nõ eſſe de ſubſtantia Sacramenti; ſed de præcepto: & peccare illum, qui ſine, Ego, Baptizaret.

Ego, an ſit de eſſentia?

20 SEd Quæritur An ſit mortale peccatũ illud omittere? Reſp. ꝙ rariſſimè aut nunquam, erit mortale (ſecluſo contemptu) vt ait Sot.4.diſt.3.q.vn.art.5.verſi. Quod ſi.

An mortale omittere?

21 QVæritur. Vtrum ille qui loco, Ego dixerit in plurali, Nos te Baptizamus, conferat verum baptiſmum? Reſp. cum diſtinctione. Si baptizat Papa, Cardinalis, Archiepiſcopus, Epiſcopus, vel ſimiles perſonæ, quæ ob dignitatis auctoritatẽ, loco, Ego, ſolent dicere, Nos: tunc erit verus Baptiſmus. Quia ex accommodatione, & communi vſu loquendi, in ſimilibus idem eſt dicere, Nos, quod, Ego. Licet ſic Baptizando peccarent, quia recedunt à forma communi Eccleſiæ, Sylu. Baptiſmus. 1.q.6. Bonau. in 4. d.5.Scot.diſt.6.Angel. Baptiſmus,2.nu. 4.Palud.4.diſt.3.q.1.art.3.S.Th.3.par. q.66.art.4.& 5.Armil.bapt.nu.11. Victor.Summa.nu.13. Sot.4.diſt.3. queſt. vn.articu. quinto, verſicu. At vero iam in fine.

Quid ſi pro Ego ponatur Nos?

Si autem ille qui baptizat eſt perſona communis, vel particularis, vt parochus &c. non tenet baptiſmus. ex omnibus, ſupra, maximè Victoria, ſupra. Quia in tali perſona, Nos ſignificat, Ego, & tunc

non

non ſicut in Prælatis, vt ſupra dictũ eſt.

22 *Quid ſi duo ſimul baptizarent?*

QVid ſi duo ſimul baptizarent (quia vnuſquiſque prætendit ad eum pertinere, & eſt litis, qua durante nihil eſt innouandum, vt patet per totum titulum; vt lite penden. nihil innouetur) & vnuſquiſque diceret: Nos te baptizamus &c? Reſ. ꝙ licet Palud. 4. diſtin. 3. q. 1. & Ricar. & Dur. diſt. 3. q. 3. Caietan. 3. part. q. 67. art. 7. & alij, dicant eſſe verum baptiſmum: Contrarium tamẽ tenet S. Th. 3. p. q. 66. ar. 5. & q. 67. art. 7. & alij in precedenti quæſt. citati. quam opinionem S. Th. reputat veriorem, & ſecuriorem Victoria. num. 17.

Si autem vnuſquiſque totum faceret, ſ. Ego te baptizo, &c. ſimul dicentes formam, & applicantes materiam, verè baptizant.

23 *V. pronomen, te, ſit de eſſentia?*

QVæritur. Vtrum Pronomen illud: te ſit de eſſentia Sacramenti; Reſpon. quòd ſic. tex. in c. 1. de Bapt S. Thom. 3. par. q. 66. art. 5. Scot. 4. diſtin. 3. q. 2. art. 3. Vbi Gabr. Innoc. in d. cap. 1. Angel. ſupra. Sylu. bapt. 1. quæſtione. 6. Armil. baptiſmus, nume. 5. Nauar. c. 22. num. 5. Victo. nu. 18. & nouiſſimè Catechiſm. Ro. pag. 183.

24 *Quid ſi aliud loco: te?*

QVid ſi loco, te, poneret quis nomen proprium baptizati, videlicet, Ego baptizo Petrum in nomine Patris &c. Reſpon. quòd eſſet baptiſmus, licet peccaret ſic faciens. Aureolus. 4. diſt. 3. q. 2. Ang. baptiſ. 2. num. 2. Sylu. ſup. Armil. ſupra, Theſaurus Sacerdotalis pag. 25. Sot. 4. diſt. 3. q. vn. art. 5. verſi. Ex hac reſolutione.

25 *Loco: baptizo poni poteſt aliud.*

QVæritur. Vtrum eſſet baptiſmus, ſi loco: baptizo, poneretur, abluo, mergo, &c. (ꝙ quicquid Compendium Theologiæ, li. 6. c. 9. & Gloſ. fi. in fi. in ca. Multi ſunt, de Conſec. diſt. 4. & Sylu. bapt. 1. q. 6. Armil. num. 5. & alij, in diſtinctè loquantur:) Dicendum eſt cum Ange. Baptiſ. 2. nu. 3. Victor. ſub nu. 18. Sot. 4. diſt. 3. q. vn. ar. 4. verſ. At vero iam, ꝙ ſi quis diceret; Ego te abluo, mergo, te aqua in fundo, vel aſpergo, vel lauo, eſſet verus baptiſmus, quia ſunt ſynonima. Diceret autem: Ego te balneo, mitto, vel mundo ab originali, non tenet.

26 *In an de eſſẽtia?*

QVæritur. Vtrum Præpoſitio illa: In, ſit de eſſentia Sacramenti? Reſpo. ꝙ ſic. Quia expreſſe habetur Matth. vl. baptizantes eos in nomine Patris &c. ca. 1. de bapt. & ibid. Innocen. Th. 3. p. q. 66. ar. 5. Gualdenſ. quem refert, & ſequitur Angel. baptiſ. 2. num. 6. Syl. bapt. 2. nu. 6. Nauar. ca. 22. nu. 5. Sot. 4. d. 3. q. vn. ar. 5. verſ. Neque vero.

27 *Quid ſi in nominibus.*

SEd. Vtrum ille qui diceret: in nominibus Patris, & Filii, &c. loco, in nomine, baptizaret? Reſ. ꝙ non. Quia in nomine eſt de eſſentia, vt ſupra, & Glo. verbo. Nominis, in c. Hęreticus. de Conſec. diſt. 4. & patet in Concil. Flor. & Trid. Seſ. 7. de Sacramẽto baptiſmi Cano. 4. Magiſt. in 4. d. 3. c. 5. S. Tho. relatus à Syl. bapt. 1. nu. 6. Ang. bapt. 2. nu. 7. Palud. 4. d. 3. q. 1. art. 3. Vict. nu. 16. Sot. ſup. verſ. Apparet. & melius verſ. Vt ergo. Vbi ait: quòd ſi non malitiosè, ſed lapſu linguæ fecit, erit baptiſmus. Quia patet, quòd id habebat in mente, & fuit error in lingua.

28 *Quid ſi multiplicaretur in.*

VTrum. Qui diceret: Ego te baptizo in nomine Patris, & in nomine Filij, & in nomine Spiritus Sancti, verè baptizet? Reſp. ꝙ ſic, ſecundum Sot. 4. d. 3. q. vn. art. Verſiculo Apparet:

29 *V. ſit bapt. in nomine Sãcta Tri.*

VTrum teneat baptiſmus his verbis datus: Ego te baptizo in nomine Sãctiſſimę Trinitatis? Primo videtur quòd ſic, quia in c. A quodam. de Conſec. d. 4. habetur ꝙ baptizati in nomine Sanctæ Trinitatis, nõ ſunt rebaptizandi, per quẽ tex. idem tenet Caie. 3. par. q. 66. ar. 6.

Sed contraria opinio eſt communis, & tenenda. Quia quamuis tex. ille dicat: in nomine Sanctę Trinitatis; eſt intelligendus, explicitè, vt Glo. ibid. & Glo. fi. in c. Multi. ead. d. 4. & alia. verbo, In nomine. in c. 1. de bapt. declarat. Tenet S. Th. 3. q. q. 66. ar. 6. Angel. Baptiſmus, 2. nu. 9. Sylu. bapt. 1. nu. 6. Armil. eo. n. 6. Catech. Ro. pag. 183. Sot. 4. d. 3. q. vn. ar. 6. Scot. Adria. & communis, quam refert, & ſequitur Victoria. Sum. num. 16.

30 *Quare non*

SEd Quare fit baptiſmus in nomine Ieſu Chriſti (vt infra dicetur) & non in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis, cum in d. capitu. A quodam videantur æquiparari? Reſpon. ſecundum Gloſſ. in d.

cap.

cap. A quodã, & alios, ꝙ in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, tantum intelligitur trium perſonarum eſſentiæ vnitas, & in nomine Ieſu Chriſti intelligitur vnctus, vnguens & à quo vngitur.

V. teneat in nomine genitoris, geniti. &c.

31 QVid ſi daretur baptiſmus in nomine Genitoris Geniti, et Procedentis? Grauis eſt quæſtio. nam S. Th. 3. p. q. 66. art. 5. & 6. D. Bonau. Scot. Argentinã, Aliaco, Ricard. & deniq; communis opinio Theologorum, quã refert, & ſequitur Ang. baptiſ. 2. nu. 10. Syl. baptiſ. 1. q. 6. Et videtur hoc ſentire Gloſſ. in c. Multi. de conſec. d. 4. dicunt quòd non. Contrariam tamen opinionem, imo ꝙ ſit verus baptiſmus tenent Goffredus, Innocẽtius, & Ioannes, quos refert. Sylueſ. ſupra probat, & defendit multis rationibus Caiet. ſupra S. Th. ſupra. Quam opinionem reputat veram Victor. ſup. nu. 14.

In qua quæſtione, cum ex vna parte vrgeat auctoritas S. Thomæ S. Bonau. & communis opinio Theologorum; ex altera auctoritas tãti Doctoris, atque Summi Pont. Innoc. IIII. (quem Canoniſtarũ ſplendorem vocat Ang. in ſumma) & Illuſtriſs. Card. Caietani, qbus (vltra alios) acceſſit confirmatio Victoriæ. (qui communiter Theologię illuſtrator noſtris tẽporibus nuncupatur) quam opinionem tutiorem verioremque dicam, pœnitus ignoro. Credo tamen, quòd ſi in facti cõtingentia, hoc mihi occurriſſet (penſatis omnibus) ſequerer Innocẽ. & Caietanũ. Ad quod moueo, Primo. Quia iſti duo Illuſtriſſimi Doctores Theologi moderni. Caietanus. ſ. & Vict. (cum poſt omnes alios Theologos ſcripſerint) viderũt eorum rationes, & fundamenta. Quibus nõ obſtantibus, cum vterque Dominicanus ſit, debereteque D. Thomam ſequi, atque defendere; nihilominus tamen in hoc, cõtra eum, cum Innoc. & alijs voluerunt tenere. Secundo. Quia licet Sot. 4. d. 3. q. vn. ar. 5. verſ. Hoc interim. D. Th. ſequatur; non tamẽ omnino ab Inno. diſceſſit, verſiculo. Et quidẽ fateor. Vbi tandem, & Ang. & Silu. ſup. concludunt ſub conditione eſſe baptizandum. Tertio. Quia Palud. dubitat, vt refert Victoria ſupra * De illo autem qui non baptizat forma à Domino tradita; Vide Canon. 48. SS. Apoſt. Siquis (inquit) Epiſcopus, aut preſbyter, ſecundum ordinationem Domini non baptizauerit in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, ſed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paraclitos, deponitur.

Baptiſmus in noĩe Ieſu Chriſti collatus nũc an teneat?

GRauius vrget dubium V. ſi quis nũc Baptizaret in nomine Ieſu Chriſti tantum, eſſet verus baptiſmus? Reſpo. 1. quòd licet communis Doctorum ſchola teneat olim Apoſtolis conceſſum fuiſſet, vt ſic baptizarent; vt teſtatur D. Thom. 3. p. quæſt. 66. art. 6. & Summiſtæ omnes: & Vict. num. 15. Catechiſmus tamen Concilij. Trid. de baptiſmo. pag. 184. dubitat, an Apoſtoli aliquem ſub hac forma baptizauerint. Sed quicquid olim fuerit, R. ad quæſtionem, quòd S. Thom. ſupra. Scotus, & omnes in 4. diſt. 3. & Viguerius de baptiſmo. Ang. baptiſ. 2. num. 8. Syl. bap. 1. num. 4. in fi. Armil. num. 6. citans Palud. & communis opinio, quam refert, & ſequitur Victoria. ſupra. & Sot. 4. diſtin. 3. quæſtio. vn. ar. 6. verſicu. Ex hac ergo, tenent non eſſe baptiſmum.

Sed (Salua tantorum virorum correctione) contrarium videtur verius. Primo, quia ſic diffinitum eſt à Nicolao Papa, & habetur. in cap. A quodam. de Cõſec. diſt. 4. Vbi reſpondit non eſſe rebaptizandos, qui in nomine Chriſti fuerãt baptizati. Et dicere (vt quidem dicunt) ꝙ forſan Papa noluit ibidem determinare, eſſet manifeſtiſſimus error. Quia ſi talis non fuiſſet verus baptiſmus, Papa deciperet tot quot ſub illa forma fuerint baptizati, cum ingenti animarum perditione. Vel ad minus, ſi hoc nõ determinaſſet Papa, vt Papa: ſed vt Doct. (vt ait S. Th. & Sot. ſupra.) in re tam graui, & ardua, diceret, ſub cõditione baptizãdos, quod nõ facit, Sed ait abſolutè: nõ eſſe baptizandos.

Secundo. Quia hoc etiã tenent D. Ambroſ. & Baſilius, vt habetur in eo, cap. A quodam. & in d. Catechiſmo. ſupra.

Tertio. Quia hoc tenent grauiſſimi auctores Mag. in 4. Hugo de S. Vict. li. 2. de Sacram. p. 6. ca. 2. Adria. 4. q. 2. S. Athanaſ. lib. de Trinitate. & Spiritu Sancto.

S. Cypr.

S. Cypr. Epiſto. ad Quirinum. Beda, in Lucan. c. 2. Auctor imperfecti. hom. 3. ſup. Matt. & Caiet. 3. p. q. 66. art. 6.

Quarto. Quia Scot. & Ricar. in 4. d. 3. q. 2. art. 3. non audent contrariam partem affirmare.

Quinto. Quia in iure Canonico idem tenent tres ſolennes Gloſ. prima, in c. 1. de Bap. ſecunda in d. c. A quodam. tertia. in c. Multi. de conſe. d. 4.

Sexto. Quia nouiſſimè hoc tenet, & probat Catechiſ. Rom. ſup. declarando idem eſſe: quamuis Apoſtoli, in communi forma, ſcilicet, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Baptizauerint.

Quapropter, licet Victoria ſup. num. 15. non fuerit auſus aliquid determinare; Ego hanc ſecundam ſententiam, vt veriſſimam, atq; fundatiſſimã amplector. Quamuis qui nunc ſic baptizare, peccaret mort. (ſecundum omnes) deuiando à communi forma, * qua nunc vtitur Sancta Romana Eccleſia.

33 QVæritur. Vtrum illa copulatiua: & ſit de eſſentia Baptiſmi, vel an ſatis eſſet dicere; Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti? Reſpon. eſſe de ſubſtantia Sacramenti. Angel. Bapt. 2. n. 11. Syl. 1. n. 6. in fi. Innoc. in c. 1. de Bapt. Armil. nu. 7. & omnes cõcludentes ſine, &, non eſſe Baptiſmum; & ſufficere ſi eius loco ponatur, quæ, q̃ ſinonima sũt, idemq; omnino ſignificãt. * tenet etiam Palud. Adrian. Marſil. & melius omnibus Ioan. Maior. 4. tractantes de forma Baptiſmi. *Et.*

34 *Amen.* EX concluſione formæ maior reſtat dubitatio: An hæc vox. Amen, ſit de eſſentia formæ? Quidam dicunt eſſe tantum de præcepto, ſicut de, Ego, dictũ eſt. Ità Nauarrus. Viguerius. Theſaurus Sacerdotalis, Argentina, & alij. Alij dicunt, nec de præcepto eſſe, ita Silu. bapt. 1. q. 3. Armil. eod. verbo. q. 7.

Alij nullam mentionem faciunt de: Amen. vt Glo. verbo. Ego te in c. 1. de bapt. Victor. Compendium Theologiæ, Gl. c. 1. de Conſec. diſt. 4. Catech. Rom. Aug. Sot. & alij.

Alij autem, gratia argumentandi; contendere poterunt eſſe de eſſentia; ſequentibus rationibus.

Primo. Quia Alex. 3. in cap. 1. de baptiſmo, hæc ait formalia verba; Si quis puerum ter in aqua immerſerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, amẽ: & non dixerit: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti amẽ: nõ eſt puer Baptizatus. Qui text. (meo iudicio) non poteſt aliter interpretari, cum dicat clare: qui baptizat, & nõ dicit: Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, amen: nihil facit: Ideo Gloſator non ponit caſum, ſed dicit: caſus patet.

Secundo. Quia Glo. verbo, Neceſſarium. in c. 1. de Conſec. diſt. 4. dicit formam eſſe *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

Tertio. Quia Glo. in c. Multi. de Conſec. diſtin. 4. ſic ait: Quia iuxta Euangelium, ter debemus immergere: In nomine Patris: & Filij, & Spiritus Sancti, Amẽ.

Quarto. Facit, quia Gl. in d. c. 1. de Baptiſ. verbo. Ego te. nihil dicit de Amen, ſed de Ego, eo quòd de illo poſſit dubitari, cum intelligatur in verbo, baptizo.

Quinto. Quòd Doctores, ſupra, qui nullam mentionem faciunt de Amẽ, Videntur ſentire eſſe de ſubſtantia cum tantum quærant, an pro nomen, Ego, ſit de ſubſtantia, nihil dicentes de Amen.

Sexto. Quod Catech. Rom. pag. 184. declarans formam baptiſmi, dicit, q̃ ſi omittatur Ego, eſſet baptiſmus, de Amẽ, autem, nullum verbum.

Quibus omnibus non obſtantibus, cum ex Euangeliſtis tantum habeamus: baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: credendum eſt non eſſe de neceſſitate ſacramenti, ſed tantum de neceſſitate præcepti: ſecundum communem.

DE MINISTRO.

QVæritur. Quis ſit Sacramenti baptiſmi Miniſter? Reſpo. aut extra neceſſitatem, aut in neceſſitate. Extra neceſſitatem tãtum eſt Sacerdos proprius, vlt. Parochus, vlt. alius Sacerdos de Epiſcopi, vel Parochi licentia ſanct. Thom. 35 *Baptiſmi miniſtret.*

Thom. 3.part.quęſt. 67.art.1.2.3.4.& 5. Qui proprius Sacerdos etiam in præſentia Epiſcopi,& etiam Epiſcopus pręſente Parocho,poteſt Baptizare. Catech. Rom. pag.189. Sotus, 4. diſtin.4.quęſt. vn.ar.1.& 2.

36 *Quid ſi Sacerdos ali⁹.* QVid ſi alius Sacerdos ſine tali licentia, & neceſſitate Baptizaſſet? Reſp. quòd peccat mortaliter, vt probat Angel. Bapt.quint. numero 1. Silu. Bapt. 3. num.1. Armil. num.39. non tamen fit irregularis (quamuis Armill. ſup. abſq. ratione dicat ꝙ ſic) q̃a nullo iure cauetur.

37 *Quid ſi clericus non ſacerdos &c.* DVbium eſt difficilius, Quid ſi alius Clericus Sacerdote minor abſque neceſſitate Baptizaret ſolemniter? Reſp. quòd vltra peccatum mortale quod committit, fit etiam irregularis. per cap. 1. de Clerico non ordin. min. Angel. & Sylu. ſupra. idem Sylu. irregularitas, §. 12. citans Calderinum. Palud.& Rich. 4. diſt. 5. Sotus 4.d.4.q.1.art.3. Ledeſ. 4.d.1.q. 2.art.1.& cõ.2. Villa Diego. de irregul. Tractat. 2. Nauar.c.22.nu.7. & cap.27. nu.242.& communiter omnes.

38 *Quid ſi non ſolẽniter?* QVod magis vrget, eſt. An ſit talis Clericus non ſolennite. (vt ſupra) Baptizaret, ſine dicta neceſſitate, fieret irregularis? Palud.4.diſt.5.q. 2. concl. 2. Maior. diſt.5.q. vn. in probatione 2.concl. Syl. Baptiſm.3.in princ. Tabiena. Baptiſ. 6.§. dicunt ꝙ ſic. innuit Gabr.d.5. allegans pro hoc Ang. Nec reprobat Turre Cremat. in c. Conſtat. de Conſec. diſt. 4. Propendit Sot.4.d.4.q.1.art.3.concl. 2. per text. cum Glo. in c. Primo. de Cleric. non ord. min. ita tenuerunt Ledeſ. Cano, Sotomayor,& alij Magiſtri Salmanticę. num. 3.p.q.67.

Sed licèt pro parte affirmatiua tot ſint auctores, probabilius videtur contrariũ. Primo quia ſic Baptizare abſque ſolemnitate, non eſt actus alicui ordini annexus per ſe.

Secundo. Quia in ſeptem Codicibus antiquis manu ſcriptis, tantum dicebat illa Rubrica ſic: De non ordinato miniſtrante. Vt patet in margine dicti tex. in iure Canonico reformato p̃ Greg. XIII. ad quòd alludit Vaſus in d. cap. Primo. Vbi ait: Nota caſum in quo non ordinatus punitur.

Tertio. Quia ſic tenet Nauar. cap. 22. nu.7.& Ledeſma 1.p.q.8.art.4. (licet.ar. 2. videatur dicere contrarium.) & Cano. 3.part. additionis q. 8. art.1. (quamuis 3. par.q.76. dixerit contrarium.) & cũ hac opinione ſe conformauit Doct. Henricus Salamanticę.

39 *Miniſter ĩ neceſſitate.* De miniſtro autem in neceſſitate (relictis ijs quę de Angelo bono, vel malo, aut ſancto ex Paradiſo, tradit Angel. Bapt. Sylu. Baptiſmus, 3.& alijs, quod nunquã fiet) Dic; quòd licet olim fuerit opinio S. Cypriani quòd Hęretici etiam in neceſſitate nõ conferebant Baptiſmum. Vt patet in c. Si quis inquit,& c. quomodo exaudiet, cum alijs. de Conſec. diſ. 4. Hodie tamen omnis, Sacerdos, vel non, vir, vel mulier; in peccato mortali, excõmunicatione, ſuſpenſione, irregularitate interdicto, vel hęreſi, etiam publica cõſtitutus in articulo neceſſitatis baptizãs, verum confert ſacramentum, modo adſit intentio faciendi (ſaltem) quod Catholica Eccleſia facit. eſt communis omniũ. Et (vltra infinita ferè capitula de iure antiquo; vt c. In neceſſitate, c. Quinque, ca. A quodam. cum multis ſequen. 1.q. 1.) eſt hodie de fide determinatum in Concil. Florent. ſub Eugenio 4. ca. 5. Concil. Lateranen. 1. ſub Innocen. III.& nouiſſimè Triden. Seſſ. 7. Can. 4. Tenet etiam Iuo Carnotem 1.par.cap.241. Burcard. lib.4.c.47. Anſel. lib.9.ca.54. Magiſt. 4. Vbi S. Thom.& omnes diſt. 5. Catechiſmus Ro. pag. 190. * Canon autem 45. SS. Apoſt. qui ſic ait: Epiſcopũ, aut preſbyterum, qui hæreticorum baptiſma, aut ſacrificiũ ſuſceperit, deponi pręcipimus, &c. Intelligi debet, quando eſt alius qui baptizet, vel quando tales hæretici alio baptiſmo baptizarent.

40 *Quis ordo ſeruandus quando ſũt multi miniſtri?* QVæritur. Quis ordo eſt ſeruandus quando multi inueniuntur pręſentes, cum aliquis in neceſſitate baptizatur? Reſp. Quod ſemper debet illum baptizare maior, ſi ſcit formam, & non eſt aliqua cenſura innodatus.

Primo, presbiter. Secũdo loco Diaconus. Tertio Subdiaconus. Quarto Clericus in minoribus. Quintò prima tonſura initiatus.

uatus. Deinde vir, & mulier, & denique infidelis vltimo loco, &c. habetur in c. Mulier, c. In neceſſitate, cum alijs, de Cõſec. diſtinc. 4. S. Tho. 3. par. q. 67. art. 1. 2. 3. 4. & 5. Palud. & alij in 4. diſt. 3. maxime Sot. q. vn. a. 3. Ang. Baptiſ. 5. num. 1. Silu. Bapti. 3. num. 1. Armil. nu. 41. Catechiſ. Ro. pag. 191. Nauar. c. 22. num. 7. & omnes.

41 *Quid de Religioſis.*

QVæritur. Vtrum Religioſus Baptizans puerum abſque neceſſitate. & licentia debita, incurrat excõmunicationem Clement. 1. de priuileg. vel aliquã irregularitatem? Reſp. quod non. Nauarr. c. 22. nu. 7. & c. 27. nu. 101. Vbi dicit communem, & Sotus. ſupra Concluſione. 2.

42 *De patre baptizãte filium.*

VTrum Pater Baptizans filium ſuũ ex legitimo matrimonio natum, in neceſſitate, incurrat aliquod impedimẽtum cum vxore ad exigendum, vel reddendũ debitum? Reſp. quòd licet Palud. & Sotus, attentauerint tenere quod ſic; contrarium reſoluit & bene Nauar. c. 22. nu. 40. in fi. per c. Ad limina. 32. q. 1.

Secus autem ſi talis filius eſt ex fornicatione, quia ſi eius pater fornicarius, etiam inſtante neceſſitate eum Baptizet, non poterit poſtea eius concubinam, matrem illius filij in vxorem ducere. quia cognatio ſpiritualis, quę inter Baptizantem, & parentes, Baptizati, ex c. 1. d Cogn. Spiri. l 6 ĩpedit, & dirimit, obſtat talibus ne poſſint contrahere. Nauar. ſup.

43 *Obſtetrix tenetͬ ſcire formam.*

NOta. Pro occurrentibus ſimilibus neceſſitatibus, quod licet optimũ ſit cõſiliũ, vt oẽs formã Baptiſmi addiſcãt; Obſtetrix tamẽ tenetur illã ſub peccato mortali ſcire. Quia vnuſquiſque tenetur neceſſaria ſuæ artis ſcire Nau. c. 22. nu. 7.

44 *Quot Baptiſmi effectus.*

QVæritur. Quot ſunt Baptiſmi effectus? Reſp. principales effectus eſſe ſeptem.

Primus, Baptiſmus remittit omnem culpam Originalem, & actualem. Conc. Flor. & Trid.

Secũdus. Remittit totã pęnam debitã peccatis, ita quod Cõcil. Flor. ait: quod ſi ſtatim moriatur, in Paradiſum euolaret ea. Per baptiſmum de Conſec. diſt. 4. Ambroſ. quem refertͨ, & ſequitur Mag. in 4. d. 4.

Tertius. Dat gratiam. Etiam B. Mariæ Virgini contulit, Victoria. nu. 21.

Quartus. Baptiſmo vitatur damnationis periculum, & aperitur regnum cęleſte. c. Maiores, & Gl. ibid. in princip. de Baptiſmo. & eius.

Quintus. Remittitur etiã in parte fomes peccati c. Nõ ex æquo de Cõſec. d. 4.

Sextus. Tollit omnem irregularitatẽ. excepta ex bigamia c. Acutius 26. d. & (ſecundum communiorem opinionem) etiam ex homicidio, in Iudice Gl. c. Si qs viduam 50. diſtin. & §. Ecce 51. d. Maiolus tamen lib. de irregularitat. lib. 4. c. 51. nu. 10. nullam vult excipi niſi Bigamiæ irregularitatem, quod ex alijs probat, latiſſime Couar. in Clẽ. Si furioſus 1. p. §. 2. nu. 2. dicens cõmuniorẽ, & tenẽdã.

Septimus. Tollit infamiam. Gl. in c. Sine Pęnitẽtiã, de Cõſec. d. 4. Vide Ang. Baptiſmus 7. Syl. 6. & alios Summiſtas, maxime Sotum 4. d. 6. quæſtio. 1. ar. 5. 6. & 7.

Dicto de materia, forma. Miniſtro, atque Baptiſmi effectu, quaſdam alias quæſtiones declaremus oportet, maxime de modo.

QVæritur. Vtrum Baptiſmus poſſit iterari? Reſp. quòd non. Ita poſt S. Tho. & ibid. Caiet. 3 p. q. 66. ar. 9. & communẽ opinionem quam reſoluit Victoria. ſumma. nu. 36. Sot. 4. diſtin. 3. quæſtione vn. art. 9. eſt diffinitum hodie in Conc. Trid. Seſſ. 7. can. 11. 45

Baptiſmus an poſſit iterari?

QVid ſi quis Baptiſmum reiteraret? Reſp. magnam vnicuique trium Sacramentorum non iterabilium, per reiterationem irrogari iniuriam. Quare vtroque iure, talibus grauiſſimæ ſunt ſtatutæ pœnæ. Itaque bis Baptiſmum ſuſcipiens peccat mort. & fit irregularis c. Qui bis, de Conſecr. d. 4. Inſtitũta Canonica lib. 2. §. Illi quoque. & §. Quod ſi qs Nauar. cap. 22. nu. 6. Coua. in Clemen. Si furioſus 2. par. in princip. nu. 8. & hoc de Iure Can. De iure autẽ Ciuili punitur vltimo ſupplicio. l. 2. C. Ne ſanctũ Baptiſma. * De qbus ſequitur Canon. 46. ſ[illegible] dicens: 46

Pœna iterãtis Baptiſmum.

lens: Qui ſcienter rebaptizatur, ſeptem annis pœniteat, & feria 4.& 6. in pane & aqua ieiunando, tres quadrageſimas faciat. Et hoc ſi fecit pro hæreſi introducenda. Si autem pro mundicia, ideſt pro ſalute corporis obtinenda. tribus annis pœniteat. c.7.de Apoſtatis ca. qui bis.de conſecr.diſt. 4.&c.

Clericus autem Baptiſmum iterans (vltra ſacrilegij peccatum) eſt excommunicatus, & irregularis, & deponendus ab officio,& beneficio c.fi.de Baptiſ. Inſtituta Canonica d.§.Illi quoq;. Abb. in c. Ex tuarum. de Apoſtatis. & tanquā indignus Sacerdotio, deponitur l. 1. C. Ne ſanctum Baptiſm. vide ſum.de Exēplis & ſimilitudinibus.lib.8.c.68.

Quare aduertere debent Baptizantes, ne quem Baptizent, ſine præuia diligenti indagine, ſit Baptizatus puer, necne. * De quibus vide Can.46. SS. Apoſt. qui ſic ait: Epiſcopus, aut presbyter ſi eum, qui verum baptiſma habeat, iterum baptizauerit, aut pollutum ab impijs non baptizauerit, deponitor, vt qui crucem, & mortem Domini derideat. Neque diſcernat veros Sacerdotes a Sacerdotibus impoſtoribus. Si autem puerum ſub conditione iterum baptizet, non fit irregul. Vide infra in 3.par.c.14.nu.57.

47 *Vtrum puer aſpergendus vel abluendus.*

QVæritur. An puer ſit aqua aſpergēdus, vel mergendus ſemel, bis, vel ter in aqua? Reſpon. Quòd olim ſtatutū fuit ab Eccleſia, vt Baptiſmus, trina fieret merſione.* Vt habetur in cap.de trina.de cōſec. diſt.4. & latè in Canon.49. SS.Apoſt. in hæc verba: Si quis Epiſcopus, aut presbyter in vna initiatione non in tres immerſiones, ſed vnam duntaxat, quæ in mortem Domini detur, peregerit, deponitor. Vide Angel. Baptiſmus.4. num.3. Sylu.Baptiſm.5.num.2. Armil. nu.24. S.Tho.& alij,& Victor.nu.19. Quæ conſuetudo mergendi, in paucis hodie ſeruatur Regionibus.

Pro quo aduerte, quòd vbi talis etiam nunc conſuetudo durat, eſt puer trina illa immerſione Baptizandus, niſi iuſta excuſet cauſa, vt quia aqua eſt modica, vel mors timetur pueri. Quia tunc ſatis eſt aquam etiam modicam infundere.

Nota ſummopere, ꝙ ſi puer ſit trina merſione Baptizandus, oportet ne Baptizans intendat per trinam merſionem illam, Baptizare, ſed per vnam quæ trinā continet; quia alias, ſi puer ante ſecundā vel tertiam merſionem moreretur, non eſſet Baptizatus. S.Thom. 3.p.q.66.art. 7.& Palu. quos refert, & ſequtur Armil. Baptiſ.nu.25. Syl.ſupra, Sot.4. diſt.23. q.2.art.2.& diſt.3. q.vn. art.7. licèt Victor. nu.19. allegans Caieta. pro contraria opinione, & Theſaurus Sacerdotalis.f.25.de tit. Baptizandi, loquantur ſinè diſtinctione, dicentes: ꝙ ſi puer ante ſecundam, vel tertiam moriatur; eſt Baptizatus,& non diſtinguit ſi vna, vel trina fuerit (vt alij faciunt) intenta merſio. ſic opinio prima verior & ſecurior.

Sed quia hæc conſuetudo iam non ſeruatur, vnuſquiſque tenetur ſuæ ritum ſeruare Eccleſiæ. ſecundum oēs.& ſupra dictos,& Catechiſ.Rom.pag.184. Melior autem ritus,& modus eſt, qui fit per aquæ ſuper caput infuſionem, quo (vt ait Syl. Bapt.5.nu.1.) S. Laurentius Baptizabat.& patet ex cōmuni Eccleſiæ traditione in picturis, Ioannē Baptiſtam ſic Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,& alios Baptizaſſe. Quod ipſum Dominū, Apoſtoloſque feciſſe credendum eſt.

48 *Vtrum liceat puerum moriturum in flumen mittere?*

QVid ſi ob aquæ penuriam, quis intendens Baptizare puerum morti proximum, mitteret eum ex alto ponte in flumen, dicens; Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij,&c.? Reſpon. Primum, eſſe aliqua inueſtiganda remedia, vt ſi poſſet eum pallio, vel veſte, vel eum fune aquā extrahere de flumine; poſtea aqua ex pallio, vel fune expreſſa poſſet puerū baptizare. Vel Secundo modo poterit ligare puerum in caniſtro, pallio, vel fune, & ſic mittens, & extrahens dicendo ſimul formam, eſſet baptizatus.

Sed dato quod nullum ſit remedium. Reſp.ad quæſtionem; talem non eſſe baptizatum, ita tenet Palud. 4.diſt. 3. q. 1. Scot.d.5.q.3.Marſil.4.q.1. Ange. Bapt.* 4.nu.1. Syl.Baptiſ.q.8.& baptiſ.4.q.2. Armil.nu.19 Nic.Niſſæ.de bapt. 4.q.5. & communis opinio, quam refert, & ſequitur Sot. diſ.3.q.vn.art.8.verſic.Quid

autem

autem ſi nulla. & refert Victoria infra. Ioan. Maior autem. in 4. diſt. 4. q. 4. & Panor. in c. Non vt apponeret. de Baptiſ. & Victoria in ſumma nu. 19. & Gabriel, & Olkot quos refert Sotus ſup. tenent eſſe verum baptiſmum.

Et licet videatur durum à communi recedere, veram, vel ſaltem probabiliſſimam, ſecundam iudico ſententiam. Primo. Quia idem Sylue. ſupra, ait complures Canoniſta de hoc caſu conſultos, in facti contingentia iudicaſſe verum fuiſſe baptiſmum.

Secundo quia illud quod quidam (Armil. maximè) dicunt eſſe, ſcilicet neceſſarium quòd baptizans baptizandum attingat; non videtur rationi conſentaneũ, nec aliquo iure cautum.

Tertio. Quia S. Petrus: (vt in Actibus habetur) vnica aſperſione, ſine contactu aliquo, complures Baptizauit. Qui alias ſequeretur; Primo, hominem in feneſtra alta conſtitutum, non poſſe mittere aquã ſuper puerum in terra collocatum cũ debita Baptiſmi forma, quod videtur falsũ.

Secundo ſequeretur, ꝙ ille qui tantũ habet vnam manum non poterit alium Baptizare, quia nõ habet aliam qua puerum tangat. Quod eſt abſurdum. Et tradit Scotus, ſupra propoſitione. 4.

49 *Quid ſit non eſt morti proximus?*

SEd quid ſi puer non eſſet morti proximus. Sed neceſſarium eſt vt vitam perdat temporalem ſi mittatur in flumẽ, vel in puteum altum? Sot. 4. diſt. 3. q. vn. art. 8. in fine, concludit in hoc caſu non eſſe mittendum.

50 *V. In Bapt. cõferatur omnib' aequalis gratia?*

QVæritur. Vtrum. In baptiſmo conferatur omnibus æqualis gratia, ratione Sacramenti? Reſp. Primo ꝙ quo ad adultos, eſt dicendum quemadmodũ de accedente ad Sacramentum Pœnitentiæ. Quia ſecundum quantitatem contritionis fit remiſſio pœnæ. (vt infra de contritione dicemus) ita in Baptiſmo adulti, quanto maiorẽ habuerit diſplicentiam, atque præteritæ vitæ dolorem, tanto maiorem in baptiſmo recipiet gratiam.

De paruulis autem eſt quæſtio inter Doctores. Et licèt Gabr. Scot. & Caietanus. quos citat Victoria. infra. videantur tenere quòd aliquãdo paruulis donetur maior gratia vni quàm alteri: contrariũ eſt verum: imo omnibus paruulis æqualem, virtute ſacramenti, donari gratiam, Tenet D. Cyprianus. & habetur in c. Nec quenquam. verſi. Planè. vbi Gl. in prin. de Conſecr. diſt. 4. Bonauen. in 4. d. 4. art. 1. q. 3. primæ partis. Angel. Bapt. 7. nu. 6. Sil. baptiſ. 6. in fin. Argentina 4. diſt. 4. q. 1. q. Concl. 1. & 2. Victoria, in ſumma. nu. 22. Sot. 4. d. 6. q. 1. art. 6.

51 *V. Bapt. Ioannis fuerit ſacramentũ?*

QVæritur. Vtrum baptiſmus Ioannis eſſet ſacramentum, & conferret gratiam? Reſp. ꝙ Ioannes baptizabat in aqua, & cum hac forma: Ego te baptizo in nomine Chriſti venturi. & ideo quia continebat ſignum viſibile rei ſacrę, erat ſacramentum miſterij Chriſti, & præparatio quædam, & initium ſacramentorũ gratiæ, & ſic erat ſacramentum medium inter ſacramenta legis Moyſi & Chriſti. ita Viguerius de ſacramento baptiſ. verſi. 14. Argentina infra.

Non autem erat ſacramentum Chriſti, nec conferebat gratiam, ſed tantum diſponebat homines. S. Th. 3. par. q. 70. art. 1. Ita vt omnes qui erant baptizati baptiſmo Ioannis, tenebantur baptiſmo Chriſti baptizari. S. Tho. 3. par. q. 38. & in 4. diſt. 2. q. 2. art. 2. (contra Magiſtrũ) Armil. bapt. nu. 1. Argentina 4. diſt. 2. q. 2. Durand. q. 3. & 4. Sco. diſt. 5. q. 4. Sot. 4. diſt. 2. q. 2. art. 1. & eſt tex. in c. Aliud. & cap. Non regenerabantur. de Cõſecr. diſ. 4. & diffinitur hodie in Conc. Trid. Seſſ. 7. de Baptiſmo. can. 1.

52 *V ſit Baptizandus qui eſt in actuali voluntate peccãdi?*

QVæritur. Vtrum debeat baptizari qui eſt in actuali voluntate peccandi? Reſpon. ꝙ ſicut talis non eſt abſoluẽdus: ſic nec Baptizandus. S. Tho. 3. p. q. 68. ar. 4. & 8. Scot. 4. diſt. 4. ar. 5. Palud. q. 1. Durã. q. 2. Sot. d. 5. q. vn. art. 4. Viguerius de Bapt. verſ. 9. Victor. nu. 23. & eſt tex in cap. Omnis qui ſuæ. de Conſecr. diſt in. 4.

53 *Quid ſi de facto fuerit Baptizatus?*

SEd quid ſi Parochus talem peccatorẽ de facto Baptizauit? Reſp. primo, talem parochum peccaſſe mortaliter. Secundo ꝙ ſic Baptizatus recepit characterem, non autem gratiam ſacramẽti. Sed poſtea cum habuerit dolorem de peccatis, quæ ante habebat, & de alio ſimul. ſ.

quòd

ꝙ ſacramentum recepit in mortali, tunc, etiam ſi ſacramentum receperit in mortali, incipit ei baptiſmus valere ad gratiam, tex. expreſſus. in c. Tunc valere, de conſecra. diſt. 4. Tho. 3. par. q. 69. Viguerius. de baptiſ. ver. 9. & 12. Armil. nu. 54. Sot. ſupra, con. 3. Et an hoc procedat in alijs ſacram. Vide ſupra de ſacramentis in genere. nu. 10. differentia. 13.

54 *Amētes an Baptizandi?* QVæritur. Vtrum amentes, & furioſi ſint baptizandi? Reſp. ſequētibus concluſionibus.

Prima Concluſio. Amens qui ſic natus eſt, & in amentia perdurat; quemadmodum alij pueri, eſt baptizandus.

Secunda. Amens habens lucida interualla, videlicet, aliquādo eſt amens, aliquando non, debet baptizari ſecundum velle, vel non, quod habet quando non erat in amentia.

Tertia. Si quis in mortali peccato exiſtens, inciderit in freneſim, vel amentiam, ſi poſtea non redierit ad priſtinam ſanitatem, & iudicium, moriens in tali ſtatu peccati, & amentię, condēnabitur.

Quarta. Si quis baptizaret talē amentem, qui in peccato mortali incidit in amentiam, peccat mortaliter, quia talis amens iudicandus eſt ſecundum ſtatum, quo in amētiā incidit, licèt taliter baptizatus caractherē recipiat, nihil proficit ei baptiſmus dum in tali ſtatu fuerit communis, quam reſoluit Victoria. nu. 26.

Quinta. Qui ante quàm in freneſim inciderer, vel amentiam, noluit baptizari poſtea factus amēs baptizari non poteſt. Quia voluntas præterita iudicatur præſens, & durare. De hac q. vide S. Th. 3. p. q. 68. ar. 5. & 6. Angel. bapt. 6. nu. 10. qui citat tex. cap. Maiores. de baptiſ. Ricard. & Aureolum. Armil. nu. 58. Syl. & alios vide etiam Victor. nu. 26. Viguerium de baptiſ. verſic. 9. Gl. verbo. Permanus. in c. Si qui apud de conſecra. d. 4. Catechiſ. Ro. p. 199. Sor. 4. diſt. 5. q. vn. art. 12.

55 *V. Filij paruuli īfideliū ſint Baptizandi?* QVæritur. Vtrum filij paruuli infidelium poſſint inuitis parentibus baptizari? Pro Reſpond. Not. infidelium filios in triplici eſſe differentia. Quidam enim ſunt Iudęorum filij. Alij aliorū infidelium Maurorū, Turcarum, vel gentium, qui ſua gaudent libertate naturali. Alij infideliū filij, qui iure optimo ſunt Chriſtianorum ſerui.

Primo. De infidelium filijs qui ſunt liberi, quamuis in terris cōmorentur Chriſtianorum, omnes tenent, non poſſe baptizari.

De filijs autem Iudæorum, licèt Scot. 4. diſt. 4. q. 9. Durand. q. 6. Capreol. ibid. Nicol. Niſę de bapt. q. 10. Angel. bapt. 6. nu. 11. & Caieta. 2. 2. q. 10. ar. 12. dicant poſſe inuitis parentibus baptizari. S. Th. tamen. 3. p. q. 68. art. 10. Palud. 4. d. 4. q. 4. Armil. baptiſ. nu. 57. & cōmunis, quā refert, & ſequitur Sylu. baptiſ. 4. q. 4. & 5. & Victor. nu. 27. tenet ꝙ nō: & quòd hoc procedit etiam in filijs omnium infidelium.

Sed (ſalua pace tantorum virorum) licèt quo ad Iudæorum filios, & infidelium liberorum, ſit vera eorum opinio, & tenenda, quia multum differt Iudæorum ſeruitus ab aliorū ſeruitute, & quia Sum. Pont. Romæ non cogit Iudæorum filios, inuitus parētibus baptizari: Dicerē Ego Scoti, & aliorum primam opinionē procedere in filijs infidelium qui iuſto titulo, ſub dominio ſunt, & poteſtate Dominorum Chriſtianorum, ut Duran. tenet, & Caiet. ſup.

Probatur quia iſte Dominus verus poteſt vendere Patrem, matrē & filium paruulum ſimul vel vnumquenquem illorum ſeparatim, cui voluerit, & vbicūque etiam in longinquam regionem. Quia, cum iſti, licet ſint parentes naturales illius pueri, non tamen ſunt Sacramento Matrimonij coniuncti, quia ſunt infideles, idęo verus Dominus abſque hoc reſpectu poteſt eos ſeparare. Tūc ſic: Sdo minus ſecundū in longinquā regionē cōſtitutus, cui Dominus primus vendidit prolem ſuorum ſeruorū infideliū, poteſt abſque hoc quòd expectet voluntatem parētū, (quia sūt diuiſi, & eſſet qualī impoſſibile eos inuenire) ſuū ſeruulū baptizare (alias daretur caſus, ſecūdū Victor. ſupra, in quo quis nō poſſet ſaluari) multo melius videtur hoc ipſum, poſſe facere, qui erat primus Dominus non ſolum filij, ſed etiam parentum ſuo-

rum, cùm in vnumquemq; illorum haberet plenum dominium?

Secũdo. Quia ſi eſt verũ (quemadmodum eſt) ꝙ quilibet tenetur curare de ſalute animæ proximi ſui: maiori vinculo tenetur de ſalute ſuæ familiæ. Et quod infidelis ſit proximus noſter, eſt communis. Et quod iſte Dominus poteſt ſe conformare cum opinione dicentium ꝙ poteſt, & cùm ſint auctores graues, erit tutus in cõſciẽtia patet omnibus clare. Ergo poterit inuitis parentibus illum baptizare, maximè ſi eſt periculum quod talis filius factus adultus ſectam ſequetur ſuorum Parentũ. De hac quęſtione uide ad longum in Sot. 4. diſt. 5. q. vn. art. 10. & latiſſime Ambr. Catharin. in particulari q. de hoc.

Tertio. Confirmatur exemplo, à ſimili. Quia Hoſpitale Annunciatę. Neapol. ſtatim, quod intelligit meretricem ullã ſecum habere aliquam filiam, ne in laqueum incidat diaboli cum matre, ea inuita, tollit filiã & in arctiſſimo monaſterio claudit, ne pereat.* 4. confirmatur, Quia filij Apoſtatarũ. i. recedẽtiũ à fide poſſunt inuitis parentibus baptizari. Gl. in c. Si baptizata. verb. qui baptizato. de conſecr. diſt. 4. & Herinc. Boit. in ea. ſicut Iudęi. 2. de Iudæis. quem referent, & ſequitur Marquard. de Suſanis. tract. de Iudæ. 3. p. capitu. 2. num. 8.

56 *V. B. Virgo, &c. fuerint baptizati.* QVæritur. Vtrum Beatiſſima Virgo Maria. S. Ioannes Baptiſta, & alij Apoſtoli fuerint baptizati à Chriſto? De Apoſtolis. S. Aug. ſuper illud. Ioan. 13. Qui lotus eſt, &c. dicit: Intelligimus Petrum, & alios diſcipulos fuiſſe Baptizatos, ſiue baptiſmo Ioannis (ſicut nonnulli arbitrãtur) ſiue (ꝙ magis cred. bile eſt) baptiſmo Chriſti. De Beatiſs. Virgine, & S. Ioan. ait Viguerius, de Sacramento confirmationis. uerſic. 1. eſſe probabile quod Chriſtus illos baptizauerit, non ad lęſionem alicuius culpæ in Maria: ſed propter alios Sacramenti effectus. tenet. Sot. d. 5. q. vn. art. 2. euodius antem. S. Petri Apoſtoli in Antiochena Sede ſucceſſor, (ut videre eſt apud Nizephor. lib. 2. c. 3.) ait ſolũ Petrũ fuiſſe à Chriſto proprijs manibus baptizatũ. Petrus vero deinde Andream, filioſq; baptizauit Zebedæi: & ij deinceps ſacrum Domini Ieſu Chriſti baptizauerũt Chorum. tradit Alexan. Turrecremata. de radijs Eccleſiæ. lib. 4. c. 15. in fine.

QVæritur. Vtrũ Puer in vtero nondum totaliter natus, poſſit ante eius integrã natiuitatẽ baptizari. Reſp. cum diſtinctione; aut apparet caput, aut manus vel pes: aut eſt intra vterũ totus ĩcluſus. Pro quo Not. ꝙ in quocũq; iſtorũ caſuũ debet obſtetrix, ꝙ puer ſit viuus certificari. Tũc ſic: Si apparet caput tãtũ, & vrget periculũ: debet baptizari, & poſtea natus nõ debet iterũ bapt. S. Tho. 3. par. q. 68. articu. 4. & 11. Angel. baptiſ. 6. nu. 3. Syl. bapt. 4. num. 2. Armil. nu. 27. Palud. Durã. & communis quã refert, & ſequitur. Victor. ĩ Sum. nu. 32.* Canoniſtæ. in c. baptizari. diſtin. 5. Vbi Archi. Dominic. Card. Alex. & in clem. 1. §. fin. de Summa Trinit. Henric. in c. Maiores. de bapt. Hoſtien. in Summa. de bapt. §. uẽt ſi. licèt autẽ cõſequens, Lucas de Penna. in l. cũ ſcimus. colũ. 5. C. de agric. & cenſib. lib. 11. concludunt cum dicta cõmuni. 57 *V. puer in utero poſſit baptizari?*

Si autem appareat tantum manus vel pes; omnes ſupradicti, & Landulf. Ricar. & S. Tho. (licet obſcurè) in 4. diſt. 6. q. 1. art. 1. Cardin. in clemen. Fidei. de Sum. Trinit. tenent, in tali periculo eſſe in manu, uel pede baptizãdum. Et, ſi natus fuerit viuus, cum conditione. c. 2. de baptiſ. iterum baptizandum. vel, ſi natus fuerit mortuus, eſſe in cimiterio ſepeliendum. tenet etiam Sot. diſt. 5. q. vn. art. 11.* Et idem tenent Ricard. 4. diſt. 3. art. 4. q. 3. Scot. diſt. 4. membr. 1. q. 3. & canoniſtę. ſupra citati, quos refert, & ſequitur Marquardus de Suſanis in trac. de Iudæis. 3. p. c. 10. num. 5.

Contrarium tamen, imò, quòd ſit verus baptiſmus collatus in quacunq; corporis parte, etiã cõmodiciſſima aqua, tenet Panor. & Innoc. in cap. Debitum de bapt. Palud. Viguerius. de bapt. verſi 8. tenet Glo. & Additionator. verbo. Triũ millium. in cap. Proprie. de cõſecra. d. 4. Gofred. in ſumma de bapt. § Item quæritur quid ſi. Nauar. optime. c. 22. num. 7. Quod reputo verius: cùm nullibi reperiatur

riatur eſſe eſſentiale quò aqua eaput tan gat;imo cõtrariũ patet,quando S.Petrus tot baptizauit homines,nec eredendũ aquam omnium eapita tetigiſſe.

Si autem puer totus ſit intra uiſcera matris;communis omniũ (per cap.Qui in maternis,de conſecr.diſt.4.) tenẽt nõ poſſe. Si autem ſuper ipſum verè manu obſtetricis poſſet aqua immitti; credit piè Victoria eſſe verum baptiſmũ ſi fiat in capite.Ego etiam(de Diuina bonitate vt par eſt ſentiẽs)idem dicerem eum Victor. * Qualiter autem exiſtens in utero poſſit legitimari vide Bald. in l. eam quam.col.7.verſi.circa impoſſibile de natura C. de fideicom. & de vtero an poſſit hæres inſtitui,& alia. uide Tiraquel. de retractu.gl.9.num.75.

58 *Quid ſi puer uel ſacerdos moriatũ ãte,&c.* Nota

QVæritur.Quid ſi puer,uel Sacerdos moriatur antequam formam finiret ſubſtantialem baptiſmi?Reſpon.Diſtinguendo,ꝙ ſi puer moriatur, creditur Deum illum defectum ſupplere. Ricar. 4.diſt.3.q.3.ar.2.S.Thom.ibid. Angel. baptiſ.7.num.7. Sylu.bapt.1.nu.5.citãs Petrum, Alanum, & Summam confeſ. lib.3.ti.24.q.21.Armil.nu.16.verbo baptiſ.Si autẽ Sacerdos moriatur; iſti omnes dicunt ꝙ debet puer ſub conditione iterũ baptizari.Ego autẽ ſic diſtinguo.ſ. ꝙ ſi erant teſtes,qui vere dicunt quòd dicta aliqua parte formæ eſſentialis, ſubito Sacerdos mortuus eſt,uel aliter impeditus;non debet ullo modo ſub conditione, ſed abſolutè iterum baptizari, cum ille qui prius inceperat, nihil fecerit. Si autẽ eſt dubium,vel quia teſtibus non adhibetur fides,vel teſtes dubitant, tũc ſub conditione debet baptizari.

59 *Quid quando ſecreto baptizatus eſt puer.*

QVæritur.An baptizato puero ſecretò,debeant repeti ſolemnes illæ ceremoniæ,& benedictiones Eccleſiæ, quæ & exorciſmi dicuntur? Ange.baptiſmus 4.nu.6.Syl.baptiſ.3.q.3.in fi. Armil.n. 30. Viguerius. de baptiſmo verſi. 6. Palud.Nauar.c. 22. num. 6. & num.49.& communis opinio,quam refert, & ſequitur Victor. num. 37. tenet quod ſic. Et quod ſi puer moriatur, antequam ſuppleantur ſolemnitas publicæ, debet in loco Sacro, & cum pompa ſepeliri.

QVæritur.Quid ſi Parochus credens puerum iam eſſe baptizatum, dixit ſolemnes illas ceremonias,& orationes, quæ comitantur baptiſmum, ſine immerſione tamen, & poſtea repetit ꝙ puer quando factæ ſunt ſolemnitates, non erat baptizatus? Reſp.ſecundum Victoria.nu.37. talem debere poſtea in totum ſolemnitates reiterando, iterum baptizari.Mihi autem,(cũ loquatur Victoria ſine textu, aut ratione) videtur durũ. Imo dicerem. Ego tantùm ſufficere puerum non ſolemniter bapt.zare. Quemadmodum eùm duo bona fide ſuerunt Matrimonio in facie Eccleſiæ cõiuncti; detecto poſtea impedimento nullitatis Matrimonij, ſufficit,)impetrata ſecretò diſpenſatione,)clam inter ſeipſos Matrimonium ratificare, propter ſcandalum. ut dicemus infra de Matrimonio. 60 *Quid quando ſine immerſiõe dixit omnia alia?*

QVæritur.Quid ſi mulier prægnans condemnaretur ad mortem, vel ex infirmitate aliqua ſit morti proxima, an ſit aperienda, ut puer viuus extractus baptizari poſſit? Reſpond. cum diſtinctione. 61 *De prægnãte cõdẽnata.*

Primo. Quando cõdemnatur ad mortem debet expectari eius partus, & poſtea executio fieri Iuſtitiæ.tex.in l. Prægnantis.ff.de pœnis Palud.& D.Anton. & S.Tho.3.par.q.63.quos refert, & ſequitur Armil.infra. Victoria. num. 33. Sot.4.d.5.q.vn.ar.11.

Secundo etiam ſi mulier prægnãs,naturaliter ob infirmitatem morti ſit proxima,non eſt aperiẽda viua,ut infans baptizetur.Ang.baptiſ.6.nu. 2. Sil. 4.q.2. Armil.nu.18. Victor.& Sot.ſupr. Viguerius.de bapt.verſi.8.Qui ultra omnes addit, ꝙ etiã ſi mater eſſet iã à Medicis deſtituta,& ipſamet vellet & precaretur aperiri,vt infans extrahatur;non eſt faciẽdũ Mortua tamen matre, ſtatim aperienda eſt,& ſi inuentus fuerit viuus,baptizãdus; ſi autem non, cum matre ſepeliendus.

62 *Quid ſi puer pro fœmina Baptizatur.*

QVæritur. Quid ſi ſacerdos cogitans baptizare puerum, fœminam baptizat? Reſpon.quòd Ang.baptiſmus.5. nu.13 Hoſtien.in Sũma Syl.bap. 3. nu. 13.Armil.nu.51.Victoria.n.35. in fine.

Teſaurus Sacerdotalis.fol.28. & omnes concludunt ex.D.Tho.4.d.30.q.1.ar.1. Quòd ſi tantum intendit baptizare maſculum,& eſt fœmina, non tenet baptiſmus. Si autem intēdit baptizare perſonā hanc,vel hominem,vel fœminam,vel illam perſonam,qualiſcunque ſic; tenet baptiſmus. Et in tali caſu debet nomē,ſicut ſuo congruit ſexui,appropriari, ut ſi fœmina fuerit,& nomē impoſitū eſt Ioānes; Ioāna vocetur; ſi Petrus, Petronilla: ſi Alfonſus,Alfonſina &c. de qua materia vide pulchrè Sot. 4.d.1.q.5.art.8.

63 *Adult' baptizā d' an teneat cōfiteri?* QVæritur. Vtrum Adultus baptizatus,vel baptizandus, teneatur confiteri peccata ante baptiſmum perpetrata? S.Thom.3.p.q.68.art.5.S. Bonauētu.4.d.4.Syl.baptiſmus.4.q.10.§.14. Armil.nu.5.D.Aug.& D.Ambroſ.quos refert, & ſequitur Viguerius de baptiſ. verſicu.5.Catech.Rom.pag.200.tenent quòd nō.Et eſt cōmunis, & tenēda cum Sot.4.d.5.q.vn.ar.6. & d.18.q.1.ar.3. concl.3.licèt Ang.baptiſ.6.in fine.& cōfeſſio.2.nu.2.cum Ricard.4.d.17.teneat ꝙ ſic. Quòd eſt clare cōtra c. vlt. de Pœnit.d.7.& ca. Sine pœn.cum Glo. ibid.de conſec.d.4. Ratio eſt,quia ſecundum S. Thom.3.par.q.69.ar.1.baptiſmus de ſe tollit omnē culpam. Conc. Trid. Seſſ. 5. c.Si quis.& eſt etiam.In Seſſ.14.de Pœn. cap.1.ibid.Illis etiam &c.& eſt communis. Tenetur tamen talis habere contritionem, vel attritionem reputatam contritionem,ſecundum Nauarr.c.1.nu.37. contra Sotum.

64 *Mōſtrū ut baptizandū?* QVæritur. Qualiter ſit Monſtrum baptizand. Landul.4.diſt.6.q.2. Angel.bapt.6.nu.5. & S. Thom. & alij quos refert,& ſeq. Silu. baptiſ. 3.q.10. Armil.nu.52.Sot.d.3.q.vn.art. 9. verſi. Ad hunc: diſtingunt ꝙ ſi pater clare habere duas animas, vt quādo habet duo capita, duo colla, & duas ſpinas in dorſo; tunc quilibet ſeparatim debet baptizari. Si autem eſt dubiū, vt quādo habet vnū caput,& quatuor pedes, vel manus, vel duas ſpinas in dorſo; tunc fiat ſimpliciter baptiſmus ſuper vnum abſq; vlla cōditione, & poſtea baptizetur alius ſub conditione.c.2.de bap.

QVid ſi dubitatur an aliquis ſit baptizatus nec ne? Reſpō. ꝙ quando eſt dubium iuris,ut quia ſunt diuerſæ opiniones, vel dubium facti,ut quando inuenitur puer in nemore,uel alio expoſitus loco,ſine teſtimonio, vel littera qua poſſit verificari de eius baptiſmo, tunc debet talis ſub conditione.c.2.de baptiſ. baptizari. S.Thom.4.d.6.q.1.ar. 1.Palud.D.Anton.3.par.tit.14.c.13. Angel. bapt.4.nu. 8.Sylu. eod. q. 7. cū Ricard. Armil.num.32.Sot.diſtin.3. quæſt. vn. ar.9. 65 *Quid ſi dubitat de baptiſmo?*

Ex alio autem dubio (modo ſeruata fuerint ſubſtantialia) non debet quis rebaptizari, licet omiſſa fuerint omnia ſacramentalia, ſecūdum omnes. Catechiſ. Tom.pag.211.fin.

QVid ſi parochi negligentia aliquis ſine baptiſmo moriatur? Reſpō. quod eſt deponendus.c. Quicunq; preſbyter.de conſecra.di. 4. Inſt. Canonica. libr.2.de baptiſmo.§.baptizandi & ibid. Gloſa. 66 *Quid ſi qs ſine bapt.moriatur.*

VTrum. Pōſſit quis ſaluari ſine baptiſmo in re, ſed tantum in uoto? Reſpon. quòd ſic.S.Bernar.Epiſt. 76.ad Hugō.Magi.in 4.& 1.ſē t.d.4.Inſti.Cā. ſupra.§.Quòd ſi quidam,& ibi glo.Sot. d.5.q.vn.ar.2.& pater nouiſſimè in Cō. Trid.Seſſ.7.de Sacram.c.4. 67 *V. poſſit quis ſaluari ſine bapti*

VTrum Pattinus ſit de eſſentia? Reſpon. ꝙ non. Sot. d. 5. q.vn.ar. 9. verſi. Circa. 68 *De patrinis.*

VTrum. Non baptizatus poſſit eſſe patrinus? Reſ. ꝙ non. Nec in confirmatione qui nō eſt confirmatus ca. In baptiſmate, de conſecr.di.4. Vbi Gl. ait: quòd ſi de facto ſuſcipiat non contrahitur paternitas. Ang.bap 8.nu. 2. Syl. 5. ad fi.& verbo confirmatio in fin. Armil. bapt.nu.37.S.Tho.Ricard.4.diſt.24.ar. 1.q.3.Nauar.cap.22.nu.46.licèt alij cōtra dicant. vide Syl.matrimoniū.8. q.7. verſi. 12. Secundo Item Pater, & mater non poſſunt leuare filium, quia contra hunc cognationē ſpiritualē. Angel. ſup. num.1. Syl.ſup. Armil. num.38 per cap. Ad limina.30.q.1.idem ſi filium abſque neceſſitate baptizarent. 69 *Vnō baptizat' poſſit eſſe patrinus. Qui nō poſſūt eſſe patrini.*

Tertio. Abbas, Monacus, vel alius Religio-

Religioſus, non debent eſſe compatres, ſi tamen leuent, fiunt compatres, omnes ſupra per c Nō licet. 1. de Conſec. diſtin. 4. & c. Placuit. 2. 16. q. 1.

Quarto. Vir, & vxor non poterant olim ſimul eſſe compatres. c. fin. 30. q. 4. hodie autem leuatum eſt per Concil. Trid. de quo vide Nauar. c. 22. nu. 39. in nouiori.

70 *Quot patrini.* QVæritur. Quot debeāt eſſe? Reſp. ꝙ hodie per Conc. Trident. Seſſ. 24. vnus tantum debet eſſe, uel ad ſummum duo: quod olim ſtatutum erat in c. Non plures. cum alijs, de Conſec. di. 4. ſed non ſeruabatur.

Et de omni hac cognatione, & qualiter hodie intelligatur vide plura per Nauar. c. 22. à nu. 36. vſque ad 40. Vbi Not. quod neceſſe eſt, vt parochus ſecundum Conc. deſignet patrinos; alias dubiū eſt an omnes tangentes puerum ſint Patrini, ipſe autem Nauarr. reputat uerius quod ſic.

71 DE ritibus, cæremonijs, Catechiſmo, & exorciſmo, & de omnium ſignificatione. Vide Catechiſm. Roman. à pag. 212.

DE SACRAMENTO. Confirmationis.

TRactat Mag. in 4. diſt. 7. Vbi S. Th. q. 1. ar. 1. & ibid. S. Bonauen. Sco. q. 1. Capreol. q. 2. Argētina. q. 1. Duran. q. 3. Sotus ibid. & alij S. Th. (Vbi Caie.) 3. p. q. 72. art. 3. vſque ad 8. Angel. Syl. Tab. Caie. Armil. & alij Sūmiſtę verbo. Confirmatio. Victoria in Summa. Viguer. de Confirmatione. Naua. c. 22. nu. 8. habetur in Decreto. de Cōſecr. d. 5. & c. Omni tēpore, de Cōſec. d. 4. c. Si iubet 26. q. 6. In decretalibus. titulo de ſacra vnctione. & c. 1. de Sacramen. nō iterād. Vbi Abb. Inn. & Canoniſtę. cap. Quāto, de Conſuetud. Conc. Flor. ſub Eug. 4. Cōc. Tolet. 1. c. 20. Cartag. 2. c. 3. Brachaē c. 37. & nouiſſimè Trid. Seſſ. 7. de Sacramēto Confir. per tres Canones. & Seſſ. 24. c. 4. Catechiſ. Pij V. pag. 219. & alij.

BEnedicēs Iſaac (Gen. 25.) filiū ſuū Iacob ſic ait: det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abūdātiā frumēti, & vini, & olei. Hac auctoritate (nō incongrue) illa tria Sacramenta prima figurātur, quibus homo magis indiget ad reſiſtēdū Diabolo, in hac miſera peregrinatione; in qua (ut Iob habetur 7.) vita hominis militia eſt. Iacob enim idē eſt ꝙ luctator. Et quia homo natus de muliere luctari cum ſuis tenetur inimicis; Deus dat illi rorē cœli, id eſt, ſacramentum Baptiſ. Et quia factus Chriſti miles per Baptiſ. arma habeat neceſſe eſt; dat illi Deus abundantiā olei, in ſacramēto Cōfirmationis, quo armatus, atque munitus poſſit cum ſuis debellare inimicis. Et quia tali militi neceſſarius eſt quotidianus cibus, quo ſuſtentari queat: in Euchariſt. ſacramēto tribuit ei frumēti, & vini abundantiam. 1. ſub ſpeciebus panis & vini, parauit illi menſam aduerſus eos qui tribulant illum. 1 *Figura.*

FIguratur etiam hoc ſacramentū Confirm. Exod. 31. & habetur in cap. 2. de Conſecra. diſt. 2. Vbi facta uaſa, iuſſit Dominus oleo linire. 2

ITem Ezech. 9. Signa T. Thau. ſuper frontes Virorum gementium. 3

ITem, Pſalm. 74. Ego confirmaui colūnas eius, quia omnis Chriſtianus columna eſſe debet fortiſſima ad reſiſtēdū.

ITem, Pſal. 108. Vt exhilarem faciem in oleo. Vt tradit tex. in §. Per frōtis. de ſacra vnctione.

QVibus, viſis Nota Primo, quòd hęc vox: Confirmatio, idem eſt quod robur, vel roboratio. tex. in c. Primo. §. Per frontis, de ſacra Vnct. & tradit Viguerius. de Confirmatione, in prin. 4 *Vox: Cōfirmatio qd ſit*

SEcundo. Nota ꝙ cōfirmatio, eſt duplex, prima interior qua confirmamur & conſolidamur ad credendum in Deum, & ipſum amandum. Et talis confirmatio fit per ſacramentū Euchariſtiæ quæ habet effectū panis, de quo Pſ. 103. & panis cor hominis cōfirmet. Altera ē Cōfirmatio exterior (de qua hic agitur & eſt roboratio quædam ad conſtanter, *Confirmatio duplex.*

 audacter-

audacterque exterius confitendum ea, quæ ſunt Fidei corã perſecutoribus. Et hęc fit, & datur in hoc ſacramẽto. S. Th. 3.p.q.72. Viguer. de Cõfirmatione. §. 2.

6 *Manus impoſitio qd?* TErtio. Nota ꝙ ſæpe ſæpius inueniẽs in iure & Doctoribus hãc uocem manus impoſitio, & eſt idem quod Confirmatio. tex. c. Primo. §. per frontis. de ſacra Vnct. Nauarr. c. 22. nu. 8. & omnes.

7 *Sacramẽtũ cõfirmationis quid?* QVæritur. Quid eſt ſacramẽtũ Confirmationis? Reſpõ. ꝙ licèt Scot. 4. d. 7. q. 1. & Alij prolixè diffiniant: poterit ſic breuius, compẽdioſiuſq; diffiniri: Cõfirmatio eſt ſacramẽtũ vnctionis Chriſmatis conſecrati, quo Epiſcopus frõtem baptizati iungit, ſub certa verborum forma. ita Mag. & ferè omnes in 4. d. 7. S. Tho. & Caiet. 3. p. q. 72. Nauar ſup. Caniſius in Doctrina Chriſtiana. de ſacramen. Confirm. c. 1. ubi multos citat.

8 *Confirmatio an ſit Sacramentũ?* QVęritur. Vtrum Confirmatio ſit ſacramẽtũ? Reſp. ꝙ ſic. Ita habetur determinatũ de fide in c. Ad Abolẽdã. de Hæret. Cõc. Flor. & Trident. de Sacra. ſeſſ. 7. Can. 1. & de Cõfirmatione. Can. 1. eſt communis omnium S. Th. & alij ſupra. Catechiſ. Rom. pag. 219. Viguer. & Vict. ſupra. Couarr. late lib. 1. Variarum. c. 10. nu. 1.

9 *A quo inſtitutum?* QVęritur. A quo ſit inſtitutum? Reſp. ꝙ licèt D. Bonau. Alexã. de Ales, & alij (quos refert Victoria infra) tenuerint fuiſſe à quodam Concilio inſtitutũ: Contrariũ eſt de fide tenẽdum. Imo. cum unum ſit ex. 7. Sanctę Eccleſię ſacramentis, à Chriſto fuiſſe Redemptore noſtro inſtitutum. Vt patet ſuprà de ſacrament. in genere. nu. 5. probat latè Victor. nu. 40. & melius Couar. li. 1. Var. c. 10. nu. 3. De quo non poteſt vllo modo dubitari, quia Actuum. 8. & 19. patet, quod Apoſtoli confirmabant.

10 *Quãdo inſtitutum?* QVęritur. Quando fuit hoc ſacramentum inſtitutum? Reſp. ꝙ licèt Chriſtus nõ inſtituerit hoc Sacramẽtum illud exhibẽdo: inſtituit tamen, promittẽdo illud. Ioan. 16. cum dixit: Si non abiero, Paraclitus non veniet ad uos: Si autem abiero, mittam uobis eum. Vigeurius ex S. Thom. 3. part. q. 72. Victoria. num. 4. Vbi quòd in Pentecoſte illa Spiritus Sancti miſſio fuit Sacramentũ Confirmationis, vel eius vim habuit.

QVæritur. Quot ſunt de eſſentia huius Sacramenti? Reſp. eſſe quinque. Primo requiritur materia. Secundo forma. Tertio Miniſtratio Epiſcopi. Quarto ꝙ ſuſcipiẽs ſit baptizatus. Quinto ꝙ in fronte vngatur. Ita Syl. Cõfirmatio. nu. 2. Petrus de Tarã. in 3. d. 18. Arc. in ca. Nouiſſime. de Conſecr. diſt. 5. Theſau. Sacerd. de Confirmatione. fol. 29. 11

QVAE OMNIA REQVIſita ut declarentur.

QVæritur. Quæ eſt materia Cõfirmationis? Reſpõ. Chriſma ex oleo oliuarum cõfectum, & Balſamo cap. 1. de ſacra Vnct. Conc. 2. Bracharenſe. ca. 4. S. Greg. in cap. 1. Canticorum. Fabianus Papa. Cõc. Flor. ſub Eug. 4. D. Cypr. Sermone de Vnct. Chriſmatis, & lib. 1. Epiſto. 12. S. Baſil. de Spiritu ſãcto c. 27. S. Dionyſ. c. 4. de Eccleſ. hier. S. Th. 3. p. q. 72. ar. 2. Catech. Roma. pag. 223. Syl. & Armil. nu. 2. Vict. nu. 41. Nauar. c. 22. nu. 8. 12 *Quę materia?*

QVæritur. Quis cõſtituit hac Chriſmatis materia in hoc ſacramẽto debere uti? Reſp. Omnes tenere hãc materiã eſſe in Eccleſia, ex traditione Apoſtolorum. Tu autem clarius & verius dices cum Catech. Ro. pag. 223. in hęc verba; Igitur à Paſtoribus explicandum eſt, Chriſtum Dominum nõ ſolum eius autorem fuiſſe, ſed ſancto Fabiano Põtifice Romano teſte, Chriſmatis ritum, & verba, quibus in eius adminiſtratione Catholica Eccleſia vtitur, præcipiſſe. Et paulo inferius; In primiſque a Fabiano Põtifice, qui Apoſtolus Chriſmatis cõfectionem à Domino accepiſſe, nobiſq; reliquiſſe, teſtatus eſt. Vide Sot. infrà. Couar. lib. 1. Variarum cap. 10. nu. 4. Per ꝙ & dicenda infra. §. Qua materia: patet errare Theſaurum Sacerd. fol. 29. §. Circa, quòd dum dicit Chriſtum, nec Apoſtolos tali materia vſos fuiſſe. Errauit & Scotus, dum dicit hanc materiam fuiſſe ab Apoſtolis inſtitutam, licet non legatur. Theſaur. ſupra. in fin. 13 *Quis cõſtituit hãc materiam?*

Quæritur.

14 *V. Balſamum ſit de eſſentia?*

QVæritur. V. Balſamum ſit de eſſentia materiæ? Reſpon. Duo indicta materia reperiri oleum. ſ. & Balſamum. Oleum eſt de neceſſitate ſacramẽti. communis omnium. Balſamum tantum de neceſſitate præcepti. c. 1. de ſacra Vnct. c. Nouiſſimè. de Conſecr. d. 5. c. 1. de ſacrã. non iterand. per quod. c. Tenet Caiet. 3. par. q. 72. ar. 2. Victor. Sum. nu. 41. Sot. 4. di. 7. q. 1. art. 2. Nauar. c. 22. nu. 8. Couar. lib. Primo, variarum. c. 10. nu. 4. Et ita tenendum eſt, licèt Silu. & alij non diſtinctè loquãtur, & licèt Palu. Durã. & Adr. quos refert Coua. ſup. cõtrariũ inſinuẽt.

15 *V. ſit de eſſentia materiã eſſe cõſecratã?*

VTrum. Sit de eſſentia talẽ materiã eſſe conſecratam? Reſpon. ſic eſſe neceſſariam conſecrationem vtriuſque, vel olei tantum, quòd ſi contrarium fiat, ſacramentum non perficitur. S. Tho. 3. part. q. 73. artic. 3. Scot. Durand. Palud. Marſil. S. Anto. Ang. Confirmatio, nu. 3. Silu. nu. 2. Victor. num. 42. Viguer. de Cõfirmatione, verſi. Primo Nauar. c. 22. nu. 8. Glo. in c. Peruenit. 95. diſtinct.

16 *Per quẽ ſit conſecrãda?*

QVæritur. A quo debeat materia iſta vel Chriſma conſecrari? Silu. Cõfirmatio. q. 2. Armil. num. 2. Victor. nu. 43. per tex. c. Primo de ſacra vnct. Catech. Roma. pag. 223. Palud. & Archid. & Caniſius in ſumma, de hoc ſacramento. c. 3. dicunt Epiſcopum conſecratum tantum, poſſe Chriſma conſecrare. Credit tamen Victor. Papam, ſimplici ſacerdoti dictam conſecrationem poſſe committere. Sed contrarium tenet Gl. c. Peruenit. 95. diſ. & cum Victor. tenet. Caiet. 3. par. q. 72. ar. 3. & Sot. di. 23. q. 1. ar. 3. v. Vtrũ.

17 *Quare cõſecrãda Chriſmatis materia?*

QVæritur. Quare debet Chriſma cõſecrari? Reſp. ſacramentorum materias in duplici eſſe differentia. quaſdã enim ſacramentorum materias Chriſtus ſuæ ſanctiſſimè carnis immediato conſecrauit contractu, quando illis ſacramentis eſt vſus. Vt in baptiſmo & Eucharistia. Aliorum vero ſacramentorum materias, quibus Chriſtus non eſt uſus, non conſecrauit, ut in Confirmatione &c. & ideo neceſſe eſt ut conſecrentur. S. Th. S. Bonauẽ. Alex. de Ales, quos refert & ſequitur Vict. nume. 42. Viguer. de confirma. vſ. 1. Catechiſ. Roma. pag. 224. in fin. Sot. diſt. 23. quæſtio. 1. artic. 3.

18 *Quomodo conſecratur?*

QVæritur. Quomodo conſecratur? Reſp. quòd debet in die Cœnę Domini ſolemniter ab Epiſcopo conſecrari vereri combuſto Chriſmate. Ang. verb. Conſecratio. nu. 5. Silu. eod. num. 2. per tex. in c. Quoniam, de ſent. excom. 6. & c. Si quis de alio, de Conſecr. d. 4 Et qualiter ſit conſecrandum tradit Catech. Rom. ſup. à S. Fabiano Papa in hæc verba; Cõſecratur autẽ Chriſma ſolẽnibus cęremonijs ab Epiſcopo ita cũ ſaluatorem noſtrum docuiſſe in extrema cæna, cum Chriſmatis conficiendi rationem Apoſtolis commendaret, Fabianus Pontifex, ſãctitate, & martyrij gloria clariſſimus, tradidit. in Epiſt. 2. ad Orien. Epiſcopos, & tradidit Caniſius de hoc ſacramento c. 4.

19 *Qua materia vtebantur Apoſtoli?*

QVæritur. Qua materia vtebantur Apoſtoli in adminiſtratione huius ſacramenti? Reſpon. Sanctos Apoſtolos dupliciter hoc ſacramẽtum adminiſtraſſe. Primo modo per Spiritus ſancti viſibilem collationem, quemadmodum illis in Pentecoſte Spiritus datus fuit. Vt patet Act. 8. Cum audiſſent Apoſtoli, quia recepit Samaria verbum Dei; miſerunt ad eos Petrum & Ioannem, ut acciperẽt Spiritum ſanctum, & Act. c. 15. & 19. Cumque cepiſſent loqui, cecidit ſuper illos Spiritus ſanctus. Et ſic Spiritus ſanctus deſcendebat ſignis viſibilibus ſuper baptizatos, vt confirmarentur.

Vtebantur etiam communiter Apoſtoli Chriſmate in exhibitione huius ſacramenti; quando huiuſmodi ſigna viſibilia non exhibebantur. Dicit enim Dionyſ. c 4. Eccleſ. Hierat. Eſt quędam perfectiua operatio, quam Duces noſtri (1. Apoſtoli) Chriſmatici hoſtiam vocant. tradit Viguier. de Confirmatione. uerſi. 1. S. Hieronym. contra Luciferianos. S. Cipr. Sermoni de Vnctio. Chriſ. Caniſius in Doctrina Chriſtiſtiana. de Confir. ca. 2. Victor. nu. 44. in fi.

DE FORMA.

QVæritur. Quę eſt forma ſacramẽti Confirmationis? Reſpon. eſſe hãc 20

Conſigno te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Cõc. Flor. ſub Euge. 4. S. Thom. 3. p. q. 72. art. 2. 3. & 4. Vbi Caiet. Palu. Sylu. Angel. Armill. & omnes, nullo excepto, ut ait Victor. nu. 44. Nauar. c. 22. nu. 8. Catech. Rom. pag. 225. Sot. 4 d. 3. q. vn. ar. 5. Qui ait Conſtãtinũ Imperatorem fuiſſe à B. Sylu. confirmatum his uerbis, ſignet te Deus ſigillo fidei ſuæ in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti in conſignatione fidei, Amen.

21 Quis tradidit hãc formam. QVæritur. Quis tradidit hanc formã? Communiter omnes tenent Eccleſiam hac uti forma ex apoſtolorum traditione Ang. Confirmatio. num. 9. ꝙ licèt non inueniatur in iure hæc forma, inuenitur in Pontificalibus. Victo. ſup. Catech. (antè) Rom. pag. 224. 225. clarius ait hanc formam inſtituiſſe, in hæc verba ſupradicta, Dominũ noſtrũ Ieſũ Chriſtũ, & illã ſuis tradidiſſe Apoſtolis. quid Credo uerum & tenendum. Primo propter magnam ſanctitatem, autoritatẽ & antiquitatem, S. Fabiani Pontiſ. Max. qui id tradit. Secundo propter inſignem Catechiſmi Rom. autoritatem, eſt enim à ſede Apoſt. poſt Conc. Trid. Confirmatus. tradit etiam Viguerius de Confirmatione, uerſi. 2.

22 Qualiter forma uitietur? QVæritur. V. hæc forma aliquo poſſit modo uitiari? Reſpon. eiſdem modis, quibus de baptiſmi forma, ſupra dictum eſt, uitiari poſſe. Vt ex alij tradit Sylu. Confirmatio. q. 2.

DE MINISTRO.

23 QVæritur. Quis ſit huius ſacramenti miniſter? Reſpon. ꝙ ſolus Epiſcopus, ut erant olim etiam ſoli Apoſtoli, ita de iure antiquo habetur. c. Manus. c. Nouiſſimè. c. Vt Epiſcopi, de Conſecr. d. 5. Euſeb. Papa. 1. Epiſ. 3. ait aliter præſumptum eſſe irritum. Inno. PP. 1. Epiſt. c. 3. Greg. in Regiſt. 3. Epl. 9. ad Ianuarium. Ioã. PP. 3. Epiſt. 1. Cõcilium Vuormatien. 8. Can. 3. S. Leo. Epl. 88. Clemẽs. 4. Dama. Epl. & 4. S. Aug. relati & ſecuti à Catech. Ro. pag. 227. & à Caniſio de Confir. capit. 3. & notiori iure in Conc. Floren. ſub Eugenio 4. & nouiſſimo in Concil. Trident. ſeſſ. 7. de Confirmat. Cano. 3. & ſeſſ. 23. Cano. 7. & omnes Theologi in 4. d. 3. & Canoniſtæ, in ca. Quanto, ubi Gloſ. verbo, Reſeruata. de Conſuetu. & melior in c. Quoniam, de ſent. excommun. in 6.

24 Vtrum poſſit alius eſſe miniſter. QVæritur. Vtrum Ratione immemorialis præſcriptionis poſſit Confirmationis ſacramentum ab alio quàm ab Epiſcopo miniſtrari? Reſ. negatiuè ut reſoluit Coua. li. 1. Varrarũ. c. 10. nu. 14.

25 Quo iure Epiſcopi ſint miniſtri? QVæritur. Quo iure Epiſcopus ſit huius Sacramẽti miniſter? Reſp. Iure Diuino, vt patet, quia hoc Sacramẽtum tantum adminiſtrabant Apoſtoli, & hoc poſt quam facti ſunt Epiſcopi, & miſſi, ut latè & benè ex D. Th. reſoluit Viguerius, de Confirmatione. uerſic. 3. Conar. ſupra. nu. 7.

26 An ex cõmiſſione Papæ hoc poſſit Sacerdos? QVæritur. An ex commiſſione Papæ Sacerdos ſimplex, oleo ab Epiſcopo benedicto, poſſit confirmare? Grauis eſt Quæſtio. Sed Reſp. ꝙ quamuis multi grauiſſimi Doctores (ut ſunt. S. Bonauẽ. Maior. Gab. in 4. & Scot. q. 11. Durã. q. 3. & 4. & Adr. 4. de Cõfirmatione, Caſtro. de hæreſi. verbo. Confirmatio. c. 10. num. 6. & al. j in 4. diſt. 7.) teneant, ꝙ nõ Contrarium eſt uerius & tenẽdum, imò Papam poſſe talem auctoritatem Sacerdoti committere.

Primo quia id fecit D. Greg. Vt habetur in c. Peruenit. 95. diſt. vbi Gloſ. verbo. Concedimus, & eſt tex. expreſſus in c. Quanto §. 1. de Conſuetud. ibi: Sua temeritate. ſecus ſi noſtra autoritate, ita Hoſtien. ibid.

Secundo. Quia Concil. Florentinum in concordia Armenorum ait: legitur Papam id commiſiſſe Sacerdoti.

Tertio. Quia tenet S. Thom. 3. par. quæſt. 72. ar. 11. ad primum. Vbi Caieta. art. 3. & communis in quæſt. 1. art. 2. Palud. quæſt. 4. Cartuſ. quæſt. 5. Marſil. q. 5. ar. 3. Capre. q. 1. Sot. q. 5. ar. 11. Ledeſma 1. par. q. 15. ar. 11. Vict. nu. 50. Ferrariẽ. 4. contra Gentes. c. 60. Alc. 4. par. q. 28. membr. 1. ar. 3. Communis etiam Canoniſtarum in d. c. Peruenit. Innocẽ. in d.

in d.c.Quanto Ang.Confirmationis Sacramentum,num.2. Syl.eod. Armil.nu. 3.S.Anton.3. par.tit.14.§.de miniſtro. Taper.ar.12.cōtra Lutherum pag. 220. Nauar.ca.22.num.8. Lindanus,lib.4.Panopliç.ca.26. Quod mihi hodie videtur iure nouo decisum, cum Conc.Florentinū,& nouiſſimè Trid.Seſſ.7.de Cōfirm. Can.3.habeat Miniſtrum ordinariū Cōfirmationis eſſe Epiſcopū. Si Epiſcopus eſt ordinarius,ſequitur,ꝙ poteſt eſſe alius delegatus. Quod breuiter tetigit Nauar. ſup.& Catec.Ro.pag.226.tractat latiſſimè Conar.lib.1. Var.c. 10.art.nu.7.

27 *V. poſſit Epiſcopus committere Vicario ſuo Generali?*
SEd Quæritur. Vtrum Epiſcopus poſſit committere ſuo Generali Vicario. Sacerdoti vt pro ſe confirmet? Reſpo. ꝙ licet videatur, ꝙ ſic,quia qui per aliū facit per ſeipſum facere videtur. Regula. Qui per alium, de reg.iur.in 6. Cōtrariū eſt verum & tenendum, quia Epiſcopus non poteſt committere ea quæ ſunt Epiſcopalis Ordinis minoribus ſe,licet poſſit ea, q̄ ſunt iuriſdictionis.rextr. expreſſus.in c.Aqua.& ibi Glo.de Cōſecra.Eccleſ.vel alta.Gloſſ.in ea.Quanto. verbo, Reſeruata,de Conſuet.eſt communis.Inſtituta Canonic. lib. 2. de Confir. & ibi Gloſ. verbo.Simplex.

28 *Epiſcopus an debeat eſſe ieiunus.*
QVæritur.Vtrum requiratur,ꝙ Epiſcopus miniſtrans ſit ieiunus?Reſpo.Reſolutiue(ſecundū communem)hoe eſſe tantum de conſilio.

QVæritur.An peccet mortale.Epiſcopus non confirmans? Reſpō. ꝙ tunc
29 erit peccatum mortale,quādo in hoc fuit nimium negligens.Ita regulariter poteſt colligi ex Doctoribus.

30 *V. Confirmans non ſuos incurrat ſuſpēſionem?*
QVæritur. Vtrum Epiſcopus confirmans non ſubditos incurrat Suſpenſionem,vt ſi ordinaret eos? Reſp. ꝙ licet peccet, non tamen incurrit.Syl.(citans Pal.(verbo,Confirm ſi.Armil.nu. 1. & tenet Sacram.

DE SVSCIPIENTE.

31 *An requirat. Baptiſm' an*
QVæritur. An requiratur, ꝙ ſit Baptizatus qui vult confirmari? Reſpon. quōd cum Baptiſmus ianua ſit,& fundamentum omnium Sacramentorū ca.Veniens,de Presbyte.nō Baptiz. neceſſario requiritur Baptiſmus ante Confirmatio nem, alias Confirmatio erit nulla. cap. Omnes fideles. c. Nouiſſimè, de Conſecrat.diſt.5.Si fidelis,ergo baptizatus.Syl ueſt,Cōfirmatio.q.4.Ang.nu.3,Victor. nu.46.per cap. Si quis,de presbyt.nō baptiz.Nauar. c.22.nu.8.& nouiſſimè Conc. Trid.Seſſ.7.de Confirm.Can.1. ibi.Baptizatorum.Catech.Rom.pag.219. *te confirmationem?*

QVæritur. An,& quare Chriſtus nō 32 ſuſceperit hoc Sacramentum? Reſpon.quōd non ſuſcepit, quia non conueniebat dignitati eius,vt ipſe eſt Sacramentorum autor,à Sacramento plenitudinem acciperet. tradit Viguerius, in princip.de Confirmatione.

QVæritur. Vtrum Requiratur, quod 33 initio fiat in fronte? Reſp.quōd licet Victoria in Summa.nu.51.cū alijs,dicat nō eſſe neceſſarium ꝙ fiat in fronte; Contrariū eſt verius, vt patet.c.1.§. fin. de ſacra Vnct. per quē tex. ita tenet Syl. Confir.q.4.ad fin. Vbi ponit rationem, & patet clarius in c. Presbyteris, cū ſeq. de Conſecr.diſt.4.vbi dicitur:ꝙ Epiſcopi in fronte Chriſmate debent. vide S. Tho.3.p.q.72.art.9. Nauar. inſinuat c. 22.nu.8.Inſtituta Canonica.li. 2.de hoc Sacramento.§.Accedēt.& ibi Gloſſ.verb. Frontem Theſaurus Sacerd.fol.3. *V. Requiratur initio in fronte?*

QVæritur. Quare in fronte? Reſpon. 34 quia vnctio fit ad conſignificandū id, quod confertur in hoc Sacramento. Vnde in cōfirmatione datur audacia Cōfeſſionis,cuius oppoſitum, videlicet, timor & erubeſcentia principaliùs & euidentius in fronte manifeſtantur;ideo vnctio fit in fronte. Viguerius. verſic.2.& omnes per illud Ezech.3. Ecce dedi frontem tuam duriorem frontibus eorū. Catechiſm.pa.233. *Et quare?*

QVæritur. An requiratur, vel ſit neceſſarium ſignum Cru† cis in adminiſtratione huius Sacramēti? Reſ. ꝙ licet Victoria in Summa nu 51. dicat eſſe neceſſariū,quia in forma dicitur:Conſigno te ſigno Crucis. Dubiū tamē mihi videtur,cū nullus text.ad præcipiat,nec vllus autor inter neceſſaria ponat. vide dicta de Sacrā.ingen. nu. 1.differentia.34. 35 *V. Requiratur ſignū Crucis?*

Quæri-

36 *V. Cõfirmatio ſit neceſſaria ad ſalutẽ?*

QVæritur. An hoc Sacramentum ſit neceſſarium ad ſalutem? Reſpon. Primo, non eſſe abſolutæ neceſſitatis, vt Baptiſmus, Pœnitentia, &c. Nec (ſtando in iure Diuino) quis tenetur confirmari. Nullibi enim inuenitur præceptum. Secundo Reſpõ. contemptum ſemper eſſe mortale. Victoria. nu. 48. Nauarr. c. 22. nu. 9. §. Tertio, & omnes infra.

37 *Quod peccatũ erit omittere Cõfirmationem?*

EST autem. Quæſtio grauis ſine mortale, an veniale peccatum illud omittere, non ex contemptu, ſed tantum ex negligentia? Reſpon. quòd licèt multi Doct. in 4. diſt. 7. Ricar. & S. Bonau. q. 2. art. 3. Durand. q. 1. Palud. Maior. Marſi. q. 5. art. 4. Sylueſt. verbo, Confirmatio. Petr. à Sot. de inſtitutione Sacerdotum. lect. 2. de Cõfirmatione, dicant eſſe mortale: Contrarium tamen eſt tenendum cum Adrian. 4. de Confirmatione. Scot. 2. d. 7. q. 11. Couar. lib. 1. var. ca. 10. nu. 9. Armil. Confirmatio. Caieta. 3. p. q. 72. art. 8. ad Quartum. Vbi communis Magiſt. Sot. diſt. 7. q. 1. ar. 8. Ledeſma art. 8. Victor. & Nauar. ſupra.

Solùm autẽ eſſet mortale illud omittere, quãdo Chriſtianus Tiranno occurrere debet, tenetur enim ſe huius ſacramenti armis muniri, vt Fidem intrepide confiteri poſſit, & in hoc caſu ſunt limitandi auctores primæ opinionis.

38 *Qui poteſt confirmari.*

QVæritur. Quis poſſit hoc ſacramentum recipere? Reſpon. Baptiſmũ, & Confirmationem, cõtrariam hanc habere generalitatem: Baptiſmum enim poteſt recipere omnis Paganus, Iudæus, Gentilis, & Infidelis, maſculus, vel fœmina: Confirmationem autem, debet recipere omnis vtriuſque ſexus Chriſtianus, ſeruus, vel liber, c. 1. de conſecr. d. 5. & omnes, maxime Viguetius, de Confirmatione, verſiculo. Quo ad ſuſcipientes. Datur etiam hoc ſacramentum mutis, ſurdis, monſtruoſis, hermaphroditis, & morientibus, Syl. Confirmatio. q. 4. & omnes Summiſtæ. Viguer. ſup. ver. 5. Catech. Rom. pag. 217. cum ſeq.

39 *Qua ætas requiratur?*

QVæritur. Qua ætate ſit hoc ſacramentum accipiendum? Variæ ſunt in hoc opiniones. Glo. in cap. Vt ieiuni. de conſecr. d. 5. Marſilius, & alij dicunt pubertatis ætatem, duodecim ſcilicet annorum expectãdam eſſe. S. Antonin. cui concordat Catech. Rom. pag. 230. ait expectandum eſſe Septennium, vt pueri recordentur. Habetur etiam in Conc. Preuin. Mediol. S. Thom. autem, in 4. d. 7. Vuald. de Sacrã. tom. 2. c. 55. & 56. quos refert; & ſequitur Petrus a Soto, de inſtitutio. ſacer. de ſacra. Cõf. lect. 2. Angel. Syl. Gabr. quos refert, & ſequitur Victoria. num. 49. Sotus, & alij dicunt: non eſſe expectandum vſum rationis. Quorum ſententia practicatur hodie maximè in Hiſpania, Omnes enim pueri duorum, trium &c. annorum confirmantur (& benè quidem) quia licet Cõc. Trid. Seſ. 24. c. 2. de refor. præcipiat Parochis habere librum, in quo Baptizati tantum, ſcribãtur: Hodie ex communi conſuetudine, & Epiſcoporum mandato. Confirmati etiam ſcribuntur, ſimul cum nomine Cõfirmantis, atque patrini. Quod maximopere facit in fauorem infantium morientium. Quia ſi Confirmati diſceſſerint, maiorem gloriam, duplicemque characterem animæ impræſſum habebunt. Viguerius, ſupra. Facit tex. cap. Quoniam, de Senten. excom. 6. dum dicit: Confirmationem tempore interdicti concedi, propter periculũ moræ, quod mihi ſummopere placet, & Petrus Sotus, ſupra ait, antiquus ordo Eccleſiæ ſeruandus eſt. ſcilicet, quod pueri ſtatim poſt baptiſmum confirmabantur.

40 *V Requirat Confeſſio?*

QVæritur. An requiratur confeſſio Sacramẽtaliis in adultis? Reſpon. quòd Confeſſio eſt tantum de conſilio in omni ſacramento, (excepto Eucharistiæ) Cõtritio autem eſt de præcepto. Communis, & dixi ſupra de ſacram. in genere ad fin. & probat. Catechiſ. Rom. pag. 230.

41 *V. ſit mortale accipere primam tonſurã abſq; cõfirmationis.*

QVæritur. An accipiens primam tonſuram, vel alios Ordines ante Cõfirmationẽ, peccet mortaliter, vel incurrat cenſuram aliquam? Reſpon. Primo. Ante Concil. Trid. Seſſ. 23 cap. 4 de reforma. Communis opinio habebat non eſſe mortale, vel vllam incurri cenſurã: ita S. Thom. in addition. 3. p. q. 35. art 4. Ledeſma. 2. p. q. 73. art. 4. Sot. 4 diſt. 7. q. 5. art. 6. & 8. poſt. 3 concl. & diſt. 24. q. 1.

art.

art.4. Victor. & alij. Secundo Reſpon. Nec poſt dictum Concilium incurri. Vt ait Sot. ſupra relatus, & ſecutus à Nauar. ca. 22. num. 9. in fine. (licet ipſe Nauarr. ſibi videatur contradicere. c. 25. nu. 68. dicens eſſe mortale) quia Concilium tantum præſcribit Epiſcopo, ne quem abſque Confirmatione admittat.

DD EFFECTV.

42 VTrum hoc ſacram. conferat gratiã (ſicut alia) inuenies ſupra: de ſacramentis in genere. num. 9. & ꝙ imprimit characterem, & non ſit iterabile. ibid. numer. 10.

43 MInistrans, & recipiens hoc ſacram. in mortali vterque peccat. Et mortaliter ſic miniſtrans verum confert ſacramentum Suſcipiens autem, licet characterem recipiat, non autem rem ſacramenti ideſt gratiam vide de ſacram. in genere ad fin.

DE PATRINO.

44 QVæritur. Vtrum Patrinus ſit de neceſſitate ſacramenti? Reſpo. tantũ eſſe de neceſſitate præcepti, & eſſe mortale illum non adhibere Sylu. Confirmatio. ad fin. Viguer. de Confirmatione, in fin. Nauar. c. 22. nu. 9. §. Quarto peccat. Catech. Rom. pag. 227.

45 QVæritur. Quot debeant eſſe Patrini? Reſp. tantum debere eſſe vnum vel vnam. Ang. nu. 12. Syluest. eod. per tex. in c. Non plures, de Conſecr. diſt. 4. Viguer. ſup. Et quòd debet eſſe Confirmatus, vide ſupra de Baptiſ. in fin. Et qualiter cõfirmandus debeat habere pedem dextrum ſuper pedem dextrum Patrini vide in Pontificali Romano.

46 PRo Complemẽto totius materię Nota. Primo quòd licet olim omnes qui tangebant confirmatum, erant Patrini, & contrahebant ſpiritualem cognationem. tex. cap. fin. de cognat. Spirit. lib. 6. & tradit Sylu. ſupra in fin. & omnes: Hodie tamen per Conc. Trid. Seſſ. 24. ca. 2. tantum extenditur cognatio illa, ſicut in baptiſmo, vt habes ſupra de baptiſm. in fine, de numero Patrinorum. Vide Armill. Confirmatio.

Qualiter contrahat cognatio ſpiritualis.

Quare Nota. ſecundo quòd omnes poſſunt eſſe Patrini, niſi vir vxoris ſuæ, Et è contra. Vide Victor. nu. 51. Nauar. Armil. nu. 1. & omnes. Et, ſi malitioſe teneret vxor maritum, vel contra, non poteſt ab illo exigere, bene tamen reddere teneretur debitum. Communis.

Quis ſit eſſe Patrinus.

Tertio. Not. quòd quamuis Syluest. Confirmatio. nume. 4. dicat: Epiſcopum dare alapam confirmato, vt recordetur ſe hoc ſacramentum accepiſſe, propter periculum reiterationis: Verius tamen; & congruentius ait Catech. pagina. 223. in fin. Epiſcopos maxillam Confirmati alapa percutere, vt recordetur, ſe pro Chriſti nomine aduerſa multa, mortem etiam ſub ire eſſe paratum.

Quare detur cõfirmato alapa.

De alijs ceremonijs Sacramenti Cõfirmationis. Vide Catech. Romanum ſupra.

NOta Præterea, quòd licet Euchariſtiæ Sacramentum communiter à Doctoribus tertio adſcribatur loco. Cũ tamen (ſecundum Catechiſ. Rom. pag. 323.) Præſertim fideles hoc ipſo Pœnitentię Sacramento, ad ſacram Euchariſtiam ſumendam apti, idoneique reddãtur: viſum mihi fuit de Sacramento Pœnitentię (præambulo ad Euchariſtiam) loco differere tertio; deinde de Euchariſtia.

DE SACRAMENTO Pœnitentiæ.

TRactat Mag. ſentẽ. 4. vbi Doctores Theologi S. Tho. d. 14. q. 1. 2. & 3. Scot. q. 3. & 4. Duran. quęſt. 1. 2. & 3. Capreol. diſt. 15. q. 1. cum ſequent. Maior. Palud. Gabr. & alij. Ang. Syl. Tabien. Armill. & omnes Summiſtæ. verbo Pęnitẽtia, & Confeſſio Sotus 4. diſt. 14. cum ſequen. Ioannes Medina. C. de Pęnitentia. Melchior Can. in relectione de Pœnit. Victo. in ſum. à nu. 104. Viguie. de Pœnitentia S. Th. etiam 3. p. q. 84. Vbi etiam Caieta. & in sũma Ledeſma. 2. par. q. 2. Bartol.

Bartol. Medina, in ſumma. Et alij multi. In iure etiam Canonico agitur in Decretalibus, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus. per totum titulum de Pœnit. & remiſ. In Decreto. per totam 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Diſtinctionẽ. de Pœnitentia. Vbi latiſſimè Nauarrus. in Manuali. maximè c. 1. 2. & 3. Nouiſſimè Concil. Tridentinum, Seſſ. 14. & Catech. Romanus &c.

Figura Sacramenti pœnitẽtia. NOtandum Primo, quòd licet hoc ſanctum Pœnitentiæ Sacramentũ in multis diuinæ ſcripturæ locis, fuerit præfiguratum: mirabilius tamen Exo. 30. vbi Dominus præcepit Moyſi, vt faceret in templo labium æneum cum baſi ſua, in quo Aaron Sacerdos, & filij eius lauarent manus, & pedes, antequàm accederent ad Altare: Sic, cum Sacramentũ Pœnitentiæ neceſſarijſſimũ ſit præambulum ad Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcipiendum (vt infra dicetur) Dominus noſter Ieſus Chriſtus, hoc lauacrum ſalutiferum in Eccleſia ſancta inſtituit, vbi tam Sacerdos celebraturus, quàm filij eius. i. laici communicaturi, lauent manus, & pedes, i. confiteantur omnia mortalia peccata, tam interna, quam externa, quæ in ſacra ſcriptura ſæpiſſimè per manus, & pedes ſignificãtur. ¶ Accedit mirabilis Cygni ſimilitudo, qui inſtinctu quodam naturę, poſt quam coiuit ſe lauat, & aquis immergit, priuſquam comedat, & cibum capiat. Sic peccator, qui peccatis conſenſit, & inquinatus eſt priuſquã cibum Sacratiſſimũ Angelorum ſumat, Sacramenti Pœnitentiæ aquis, ſe debet lauare. Ita ait Marcardus. de cælibatu. p. 1. c. 6. num. 4.

Nota quam effectum

Sacramentum Pœnitẽtiæ inſtitutũ propter peccata. Not. Secundo, quòd quemadmodum Saluator ait: Non eſt opus benè valentibus medico; ſic, ſi non intellexiſſet homines, poſt gratiam Baptiſmi in mortalia eſſe lapſuros: hoc Pœnitentiæ Sacramentum non inſtituiſſet. Sed quia cognouit figmentum noſtrum, vt Cæleſtis ſapientiſſimuſque Medicus, præuidens infirmitatem; prouidit medicinam. Vt ait Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 1. Et ſic hoc Sacramentũ directè pugnat contra mortalia pecc.

Nota. Tertio. Quod quemadmodum ſupra diximus, baptiſmum primam eſſe poſt naufragium tabulam: ita nunc Pœnitentiam, ſecundum eſſe dicamus oportet. Vt ait text. c. Secũda eum Glo. ibi. de Pœnis. diſtin. 1. Catech. Rom. pag. 288. Concil. Trident Seſſ. 6. c. 14. & Seſſ. 14. Can. 2. Cõn. Colon. in expoſitione Symboli ibi, Remiſſionem peccatorum, Sot. 4. diſt. 14. q. 1. art. 6. & multi, quos citat Caniſius in ſum. de Pœnitentia, c. 2. Viguer. de Pœnit. verſi. 4.

Pœnitentia dicitur ſecũda tabula, &c. Vnde Nota quarto, quòd cum manifeſte pateat, hoc Sacramentum fuiſſe contra mortale peccatum inſtitutum; & poſſimus dicere quòd quemadmodum prælium factum fuit in Cœlo inter patrem peccati, & Angelos lucis: ſic eſt prælium in terra inter Pœnitentiam, & mortale peccatum; Quæritur quid ſit mortale peccatum? Omiſſis varijs autorum diffinitionibus (etiam illa Nauar. Prælud. 9. num. 8. quę longiſſima eſt.) mihi videtur in hunc modum diffinire: Peccatum mortale eſt dictum, factum, vel concupitum, quòd lex Diuina, vel humana iuſta, & acceptata prohibet fieri in materia notabili. Vel ſic: eſt commiſſio, vel omiſſio in cogitatione, verbo, vel opere in re notabi li, contra legem Diuinam, vel humanam iuſtam, & acceptatam.

Quid ſit peccatũ mortale.

1

Vox: pœnitẽtia, quid ſignificat? QVibus ſuppoſitis. Quæritur quid hæc vox: Pœnitentia, ſignificet? S. Tho. 3. par. quæſt. 85. Viguer. in princ. de Pœniten. Catech. Rom. pag. 288. Nauarr. prælud. 10. in princ. dicunt eſſe diſplicentiam de aliquo facto, quod ante placuit. Cum enim ante peccatori, placuerit peccatum ſuum; neceſſe eſt (vt miſericordiam cõſequatur) vt de eodem diſplicentiam habeat. Vnde intelliges illã autoritatem Gen. 6. Pœnitet me hominẽ feciſſe, & illud 4. Reg. 15. Pœnitet me Saul Regem cõſtituiſſe. id eſt (ait Deus) habeo me ad modum hominis, quem pœnitet aliquid feciſſe, quia hæ paſſiones Pœnitentia, ira, furor, & c. nõ poſſunt in Deo inueniri. Vide Catech. pag. 289.

2

Quotuplititer accipiatur. QVæritur. Hæc vox, Pœnitentia, quotupliciter accipiatur? Reſpo. Quod ſummitur dupliciter, aut ſine dolore, vt in Beatis, quos ſine dolore pœnitet ſuorum peccatorum; vt ait S. Tho. 4. d. 14. quæſt.

quæſt. 1. art. 3. q. 3. & 4. Viguer. De pœnitentia. verſi. 5. Vel cum dolore, vt in viatoribus: qui non tantum nolunt, ſed etiam dolent peccaſſe iuxta. c. Pœnitentia. ſecundo. de Pœniten. d. 3. vbi quòd pęnitere eſt pœnam tenere. Nauar. ſup. Gl. verb. Imponere in Extrauag. ideſt de priuileg. ¶ Iterum, generaliter dicta, ſumitur dupliciter. Primo modo, Pro mala Pœnitentia, quando ſcilicet concipio dolorē de aliquo bono à me, vel ab alio facto. vt quando me pęnitet feciſſe aliquam eleemoſynam, vel audio ab alio factam fuiſſe, &c. Secundo modo ſumitur pro bona Pœnitentia, quando ſcilicet, diſplicent mihi mala mea commiſſa, & pœnitet me ea feciſſe (& de hac erit hic noſter ſermo) de quibus vide Sylue. Ang. verbo Pœnitentia. & Nauar. d. Prælud. 10.

Item pœnitētia duplex bona, & mala.

3 QVæritur. Quotuplex eſt Pœnitentia bona? Reſpo. quòd duplex: Pœnitentia virtus, & Pœnitentia inquantum Sacramentum S. Thom. ſupra nu. 2. Vel ſecundo modo, eſt duplex, interior, quòd exterior.

Pœnitē tia bona duplex.

4 QVid eſt Pœnitentia virtus, ſeu interior? eſt quidam habitus inclinans ad prædictum actum pœnitendi. Vt S. Thom. & Nauar. ſupra Vel clarius, eſt præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. S. Ambr. & habetur. in ca. Pęnitentia. 1. de Pœn. diſt. 3. Mag. 4. d. 14. S. Tho. 3. p. q. 85. Viguer. in princip. de Pœnitentia. Syl. & alij à ſe relati, verbo, Pœnitentia, in principio Catech. autem Roman. pag. 290. in hæc verba deffiniens, ait: Intima Pœnitentia eſt illa, cum ad Deum ex animos nos cōuertimus, & commiſſa à nobis ſcelera deteſtamur, & odio habemus, ſimulque illud à nobis ſtaturum, & deliberatum eſt, malam vitæ conſuetudinem, corruptoſque mores emendare, non ſine ſpe venię à miſericordia Dei conſequendæ.

Pœnitentia virtus qd.

5 QVæritur. Quot requirantur ad verā Pœnitentiam interiorem? Reſpo. ſex requiri partes. Prima eſt Deteſtatio peccati. Secunda. Propoſitum amplius non peccandi. Tertia Pœna voluntaria. Quarta. Intentio remouendi ſequelam. Quinta. Quod ſit propter Deum. Sexta. Quod cum ſpe veniæ. Vigue. ſup. §. 4. & Catech. Rom. ſupra. Sot. 4. diſt. 14. q. 1. art. 1. verſi. Probo autem.

Quot requiruntur ad verā pœnitētiā interiorem.

QVæritur. Pœnitentia virtus, vnde ſumpſit exordium? Reſp. quod de iure naturali incępit ab ipſo primo omnium Parente. Vt eſt communis, & Cōc. Trid. ſeſ. 9. c. 14. & Seſſ. 14. c. 1. 6

Pœn. virtus vnde ortū.

VTrum. Hæc Pœnitentia Virtus, ſit omnibus neceſſaria? Reſpo. Primo noſtro parēti Adæ, alijſque omnibus, qui ſe mortali aliquo peccato inquinarunt ſemper neceſſariam eſſe ad ſalutem; declararunt nobis quaſi infinitæ ſacræ Scripturæ auctoritates; maximè Ezech. 18. & 33. & aliæ, quas ponit, & declarat Conc. Colon. de Pœnitentia. §. Ordinemur. quibus Dominus, à peccatoribus pęnitentiā exigit delictorū. Et, vltra communem omnium ſententiam, patet hodie clariſſimè in Concil. Triden. Seſſ. 6. c. 14. & Seſſ. 4. cap. 1. Nauar. c. 1. nu. 25. 7

Pœn. virtus an omnib. neceſſaria.

PRo cuius maiori declaratione. Not. quod lugere pro peccatis proprijs, eſt actus huius pœnitentiæ. Lugere pro alienis, eſt actus miſericordię. Lugere autem pro bonis æternis dilatis, eſt actus tertiæ beatitudinis: de qua Matth. 5. Beati qui lugent. Viguer. ſupra. §. fin. 8

Lugere pro peccatis qd.

ALteram diximus eſſe pœnitentiam exteriorem. Cuius tres ſunt ſpecies. Vna dicitur ſolemnis, Altera publica, Tertia ſecreta Sacramentalis. Angel. pęnitentia, in principio. Raim. & S. Tho. quos refert Sylu. eod. verb. nu. 1. Armil. & Tabien. eod. Et melius in Concil. Colon. de Confeſſione. §. Tertia. itaque. 9

Pœnitentia exterior triplex.

DE POENITENTIA, Solemni.

QVæritur. Quid eſt pœnitentia ſolemni? Reſpon. quòd pœnitentia ſolemnis eſt illa, quæ olim ſolita erat imponi in primitiua Eccleſia. Quæ cum illa forma, & ſolemnitate imponebatur quæ traditur in c. In capite. 50. d. & tradit S. Tho. 4. d. 14. & refert Ang. & Syl. & alij. Quæ talis erat: Sacerdotes, & alij clerici portabant ad portā Eccleſiæ magnos 10

Pœn ſolemnis quid.

gnos

gnos peccatores Populi in prima die Quadrageſimæ: & erat ibi coram omni populo, & aſpergebãt cinerem ſuper capita eorum. induebanturque ſaccis bene dictis ad agendam pœnitentiam, &c.

11 *Quibus pot imponi?* QVæritur. Quibus poteſt hæc ſolemnis pœnitentia imponi? Reſpon. quòd omnibus, tam viris, quam fœminis: non autem Clericis, vel Religioſis, niſi prius eſſent depoſiti. Nec laicis nobilibus. argum. d. c. In capite. Angel. ſupra. nu. 4. & Syluef. eodem verbo.

12 *Quis poſeſt illã imponere?* QVis poterat hanc pœnitentiam ſolemnem imponere, & pro quo delicto? Reſpon. quod tantum imponebatur ab Epiſcopo, vel ab alio de eius commiſſione, ſecundum ſupradictos: & pro crimine ſcandaloſo.

13 *Vnde traxit originẽ.* QVæritur. Vnde pœnitentia ſolemnis traxit originem, vel quis illam prior inſtituit? Reſpon. Quod hæc ſolemnis pœnitentia (ſuo modo) impoſita fuit primo omnium peccatori Adæ, parenti noſtro à Deo cum Geneſ. 3. fecit illis Deus tunicas pelliceas, & præcepti Angelo vt eijceret Adam, & Euam ex Paradiſo. Quæ tunicæ pelliceæ fuerunt prima Cilicia, quę in mundo facta ſunt. Ad cuius exemplar in primitiua Eccleſia, Pœnitentes ſacco induebantur vt dictum eſt. Et viri ſanctiſſimi olim, & nunc Religioſi, viriſque ſpirituales ad mortificandas, domandaſque carnis rebelles paſſiones, cilicijs, animalium pilis contextis, vti conſueuerunt, & vtuntur. Vt tradit. D. Hieron. in vitis Patrum, & latiſſime Marcus Marullus, & alij ſancti: & his oculis hauſimus.

Ciliciũ vnde traxit exordium?

14 *V. ſit hodie in vſu?* VTrum. Hæc ſolemnis pœnitentia ſit hodie in vſu? Reſpõ. quòd non in totum. Sed ſicut olim, pœnitentibus ſuper capita cinis imponebatur, aqua benedicta eos aſpergendo, ſic hodie ſeruatur hæc cæremonia in Eccleſia, (quæ inde traxit originem) vt in ipſo capite Ieiunij, ideſt, in prima die Quadrageſimæ, omnibus cinis benedictus ſuper capita imponatur; atque benedicta aqua aſpergantur, ad ſignificandũ omnes nos peccatores eſſe, filioſque illius pœni publici peccatoris.

nedictę vnde traxit originẽ?

Secundo. Remanſit etiam in tribunali Eccleſiaſtico cæremonia, quæ ſolet ſeruari maximè in crimine maleficarum, diuinationum. (Italicè Striganè, Hiſpanè, hechizerias) & cum quis vtitur officio internuntij inter amatores. Et tales ad portam Eccleſiæ ſolent in ſcala quadam, cum dedecore magno coram omni populo, pleni plumis, & melle, poni; cum mitra dedecoris (quàm Hiſpani Coroca vocant) vbi tales pœnitentes à pueris haud bene tractantur.

Cęremonia S. Inquiſitionis, vnde ortũ habuere? Tertio. Seruatur etiam ferè omni hęc ſolemnis pęnitentia in ſacro Inquiſitionis prætorio, vbi loco illius ſacci, quo olim pęnitens induebatur (qui ſaccus benedictus dicebatur) nunc apud S. Inquiſitionem delinquentes habitello quodã Crucem habenti, in pœnitentiæ ſignũ, induuntur, (qui dicitur Hiſpanè Sant Benito; corrupto vocabula, ideſt ſaccus benedictus.) Et tales peccatores ducuntur ad Eccleſiam, vel alium locum in publico theatro (Itali. Catafalco, Hiſpani Çadahalſo) vbi Domini Inquiſitores tales Pęnitẽtes quibuſdã virgis leuiter verberando, aquaq; benedicta aſpergendo, dicto Miſerere mei, abſoluunt: aliaq; multa faciunt. Maximè quòd præcipiunt tali peccatori, vt illum habitellũ (Sanbenito) per annum continuum, ſupra omnes ueſtes publicè portet. Quo anno finito, in perpetuã rei memoriam, aliorumque exemplum habitus ille in Eccleſia parochiali Pœnitentis affigitur, cum nomine pœnitentis, cauſa, & grauitate delicti, & anno, in quo talis punitus fuit. Nec in perpetuum inde tollitur, immo poſt tẽpus renouatur.

15 QVis effectus huius ſolemnis pęnitentiæ? Reſpon. Quod per hanc pœnitentiam ſolemnem (& alias publicas ſanctæ inquiſitionis) efficitur pœnitens infamis. Et ſi eſt Laicus, irregularis ad Ordines ſuſcipiendos. Si vero Clericus, ad maiores Ordines ſuſcipiendos tex. c. Illud. 50. d. Glo. 1. in c. Si quis poſt 50. d. Syluef. verbo. pœnit. nu. 3. Vbi alios ponit effectus. Ang. pœn. nu. 5. Hoſt. in ca. 2. de Offic. Archipreſ. Naua. ca. 23. num. 74.* De ijs qui frangunt pęnitentiã ſolemnem

lemnem ſibi impoſitam vide Canon.25. pœnitentialem, in hæc verba: Qui frangunt pęnitentiam ſolemnem ſiue redeũdo ad crimina priora, vel ſimilia, ſiue redeundo ad negotiationem, vel militiam ſæcularem, quæ ſibi fuerant interdicta, ſola inter Eccleſiam fidelibus oratione iunguntur, à communione ſuſpenduntur, à Catholicorum conuiuijs ſeparantur, & pęnitere debent decem annis, & communicent in fine vitæ. & habetur in c. De his vero 33. q.2. & in c. Si quis vero. de pęnit. diſt.5.

DE POENITENTIA. Publica.

16 *Quis effectus huius ſolemnis pœnitentia.* *Pœnit. publica quotuplex.*

QVotuplex eſt Pœn. publica? Reſpo. Duplex. Prima iudicialis. Secunda Sacramentalis. Iudicialis eſt illa, quæ à Iudice Eccleſiaſtico, in foro Eccleſiaſt. imponitur, vt quando præcipitur alicui ſeculari, eſſe in Eccleſia ſine calceis, cum candela accenſa in manu, eo quod aliquem delinquentem extraxit de Eccleſia. Vel quando imponitur pro blaſphemia, vt aliquantulum in Eccleſia ſit humi iacens terram oſculando &c. Sacramentalis eſt illa, quæ imponitur à Confeſſore in foro pœnitentiali.

17 *V. Cõfeſſor poſſit imponere Pœnit. publicã? et pro peccato?*

QVæritur. Vtrum Sacerdos Confeſſor poſſit pœnitentiam hanc publicam imponere? Reſpo. Quod illam poteſt, & debet imponere, pro delicto publico, quo ſcandalizata eſt omnis Ciuitas S.Th. Guiliel. Gofred. & Hoſt. relati à Sylue. ſupra. Facit c.1. de pęn. & remiſ. & c. ſi. 26. q.6. Panor. in c. Quæſitum de Pœn. & remiſ. Sot.4.d.19.q.2.ar.5. & nouiſſimè præcipitur in Conc. Trident. ſeſ. 24. de reformatione. ca.8. vide Naua. ca. 8. nn.10. Catech. pag.334.

18 *V. Pœnitẽs poſſit ad hoc cogi?*

VTrum Pęnitens debeat, & poſſit ad hoc cogi? Reſpon. ꝙ ſic, vt reddat bonum exemplum ijs, quo ſcandalizauit, etiam ſi pœnitens ſit Sacerdos Syl. verbo pęnitentia. Nec dicetur in hoc caſu, Sacerdos reuelare confeſſionem, imponendo pœnitentiam publicã, quia neſcitur pro quo illam faciat pęnitens. S. Th.4. diſt.14. Armil. pœnitentia. nu.2.

19 *V. poſſit imponi pro graui occulto?*

VTrum poſſit imponi pro graui peccato, occulto tamen, vel quod pauci ſciunt? Reſpo. ꝙ non, niſi pœnitens ipſe, ob deuotionem, vel maiorem ſatisfactionem hoc peteret ſecundũ omnes, & clariſſimè in Cõcil. Colon. de confeſ. §. Verũ poſtea: ſic habetur. Hodie, pro crimine, quãtumlibet enormi occulto, nolenti non imponitur publica pęnitentia: nam volenti eam adhuc imponi poſſe vetus Eccleſię præſertim Romanæ conſuetudo teſtis eſt hæc ibi. & alia pulchra quæ videas.

¶ *Pœnitentia tertia exterior eſt ſecreta; & dicitur Sacramentum Pœnitentia.*

20 *Sacramẽt. pœnitentia quid?*

QVid eſt Sacram. Pœnit. Relictis multis diffinitionibus. Dic cum Nauar. c.22. nume.11. pœnitentia eſt Sacram. abſolutionis, quo Sacerdos ſibi ſubditũ, & cõfitentem legitimè ſua peccata cum iuſto dolore, & propoſito ſatisfaciendi, abſoluit ab eis. Vel breuius cum Sot.4. diſtin.14. in tex. & q.1. art.1. pœnitentia eſt, Sacramentum remiſſionis peccatorũ, quæ poſt baptiſmum committuntur.

21 *A quo inſtitutum?*

A Quo fuit inſtitutum? Reſpo. à Domino noſtro Ieſu Chriſto. vt probat latè Sot.4. diſtin.14. q.1. ar.1. & de Fide, determinatur, in Concil. Trid. Seſſ. 14. c.1. & Seſſ. 7. can.1. Et probauimus latè de Sacram. in genere.

22 *Quãdo inſtitutum?*

QVando inſtitutum? Reſpo. ꝙ poſt reſurrectionem, cum Dominus in diſcipulos inſufflando, dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Vt patet. Ioã.20. & Matth.16. & 18. & habetur in c. Vt cõſtitueretur. 50. d. & nouiſſimè declarat Concil. Trid. Seſſ.14. c.1. & 8. & Can 3. Catech. Rom. pag.294. Victor. ſum. nu. 104. Sot.4. diſt.18. q.1. art.1.

23 *V. ſit ad ſalutẽ neceſſarium?*

VTrum. Sit ad ſalutem neceſſariũ? Reſpo. (Omiſſa Hereticorum impia temeritate) per hanc concluſionem: Sacramentum pœnit. in mortali aliquo peccato, tam interiori, quàm exteriori, homini, tã Gręco quã Latino, lap

ſto poſt Baptiſ. eſt neceſſarium ad ſalutẽ m re,ſi poteſt,vel in voto, ſi confiteri non poteſt. Declarat Glo.ca.1.de pœnit. d.1ſ. Viguer.de hoc Sacrã. §. 4. Catech. Rom.ſup.Sot.4.diſt.14.q.1.art.ſ.& hodie in conc.Trid.Seſſ.14.c.ſ.

24 *Quare inſtitutum?* QVare inſtitutum? omiſſis alijs rationibus, Dic cum D. Ambroſ. lib. de pœnit.& Caniſio lib. de Doctr. Chriſtiana de pœnit.c.2.ꝙ vt homo,qui mortale perpetrando à ſuo elongatus fuerat Creatore,poſſet hoc Diuino Sacramento eidem reconciliari, in eiuſque priſtinam amicitiã redire. vel aliter ſecundũ Catech.pagin.293.in hæc verba: Huius autẽ rei illa omnino cauſa fuit, vt nobis de remiſſione peccatorũ,quã Deus pollicitus eſt,cũ ait: Si impius egerit pœnitentiam &c. minus dubitare nobis liceret.

25 *Quot partes integrales?* QVot ſunt partes integrales ſacramẽti pœnit.? Reſp.eſſe tres, contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem. text. in ca.Perfecta,& Glo.in ca. Quantus de pœnit.diſt.1. conc. Flor.ſub Eug. 4.& Trid.Seſſ.14.cap.3.& can.4.Catech.Rom.pagin.29ſ.& 300.S. Tho.4.d.
26 16.q.1.ar.2.(Vbi omnes Sentẽtiarij.)& 3.par.q.90.art.2.Vict.nu.10.Nauar.ca. 21.nu.11.& prælud.10.de quibus partibus infra particulariter agemus. * Quæ tres partes pœnit. figurantur per tres illas dietas quibus iter ad terram promiſſionis.Exod.c.ſ.

DE MATERIA.

27 *Materia duplex.* QVæ eſt huius Sacramenti materia? Diſtinguo, propinqua aut remota.Propinqua ſunt actus pœnitentis,contritio,ſ. confeſſio, & ſatisfactio. Remota autem ſunt peccata S. Tho.3.p.q.84. art.2.Ang.& Sylu. num. 2. verbo Pœn. Vict.num.10ſ.Nauar.ſup.concil.Florẽ. & deciditur in Trid. ſeſſ.14.c.1.& 3. & c.4.Catec.pag.29ſ. Sot.4.d.14.q.1.ar. 2.& communiter omnes.

Materia remota dup. MAteria remota quotuplex? Reſp. duplicem, vnam neceſſariam, vt ſunt peccatã mortalia cum debitis circũſtantijs(vt infra dicetur) aliam voluntariam, qualis eſt peccatum veniale,& peccata mortalia,aliàs legitime confeſſa.

28 *Quæ forma Sacramẽti Pœnitentiæ?* QVæritur.Quæ eſt forma huius Sacramenti? Reſpo. quòd licet Viguer. de pœn.ver.2.Suplem.& Palud. quos refert Syl.verbo,Abſolutio.6.§.4.& alij dicant eſſe: Abſoluo te à peccatis tuis: contrarium tamen eſt verum: immo tãtum eſſe illa verba. Abſoluo te, quod tenuit olim Hoſtien.Ium.Scot.S. Th.3.p.q.84. ar.3.Armil.abſol.nu. 4. & hodie determinatur in cõcil.Flor.ſub Eugen.4. §.4. et Trid.Seſ.14.c.3.vide Catech.Ro.pag. 296.Sot.ſupra ar.3.Nau.infra.& alios.

29 *Pronomẽ: Ego an ſit neceſſariũ.* VTrum Pronomen: Ego, ſit neceſſarium,vel.Vtrum ſufficiat dicere: Abſoluo te? Reſpon. Non eſſe neceſſarium Sylue. Abſolutio.6. in fi. cum alijs quos ibi citat Nauar.c.20.nu.11.Caie. verbo. Abſolutio Sacramentalis.Armil. Abſolutio.nu.4.Viguer.ſupr. Nam ſicut diximus in baptiſmi forma pronomen Ego, intelligitur ſub Abſoluo, & ſic habetur in Conc.Flor.ſup.Abſoluo te.Sot.4.diſt. 14.q.1.ar.3.fin.

30 *Quid ſi dicat Miniſter: Nos?* QVid ſi cauſa grauitatis, diceret qui (cum ſit Epiſcopus) Nos te abſoluimus. Vel Ego Abſoluo vos,(abſoluẽs Papam,Epiſcopum,vel Regem) Reſpo. ꝙ licet Sacramentum teneret: quia ex accõmodatione verborum,videtur: Nos & Vos, Ego,&c, te ſignificare in magnis perſonis: peccabit tamen, ſecundum Caiet.Summa.ſupra.Vigue.ſup.Armil.verbo. Abſolutio.nu.4.cõmuniter omnes, & diximus ſupra de Baptiſmo.

DE MINISTRO.

31 *Quis Miniſter.* QVis eſt miniſter huius Sacramenti? Reſ. ꝙ licet in aliqubus Capitulis, Gloſis,& Doctoribus reperiatur, ꝙ quis in neceſſitate conſtitutus (ſi deeſt Sacerdos) confiteatur laico: vt habet in c. Quẽ pœnitet,de pœn.d.1.Gloſ.verbo. Sepeliat. in c.Placuit.16 q.1.(& an,& quãdo hoc liceat dicetur infra de Cõfeſſione) vera tñ,& Catholica hæc eſt concl. Sacerdos ſolus,ritè,& rectè ordinatus,eſt miniſter huius Sacramenti pœnitentiæ,ſiue in extrema neceſſitate,ſiue extra illam Ratio eſt,quia cum Sacerdos habeat clauẽ ordinis,

dinis,& iuriſdictionis Ordinariæ, vel delegatæ;ipſe ſolus poteſt aperire,& claudere;(id eſt)abſoluere; uel ligare. Tradit Gloſſ.communiter recepta(ſecũdũ Nau. c.16.nu. 26.) in c. Paſtoralis §.Præterea de Officio.Ord.& tradit Sot.4. d.18.q. 4.art.1.& habetur.in c.1.§.Vna.de Summa Trin.tex.c.Omnis vtriuſq; de pœnit. & remiſ. & nouiſſimè hodie determinatur de fide in Conc.Trid.ſeſſ.14. ca.1.& 6.& Cano. 10.Catech.pag.322.

32 VTrum Sacerdos excom. vel Schiſmaticus poſſit abſoluere in articulo mortis conſtitutum , dicetur.infra. De abſolutione.num.64.

33 *Quot effect' ſacramēt. Pœni.* QVot ſunt effectus Sacramenti Pœnitentiæ? Reſpõ.quod Primus effectus eſt remiſſio peccatorũ quoad culpã,& collatio gratiæ. Vt patet in Ezech. 18.& 33.Sapient.11.Matth.3.& 4.Lucę 15.& 17.ſecũda Corinth.7.Ioel.2.Acto. 2. & multis alijs ſacræ Scripturæ locis, vbi Pœnitentia exigitur remiſſio peccatorum promittitur.

34 *V.talis effect' ſequatur ſemper.* VTrum Iſte effectus vere ſequatur, cũ peccator perfectè dolet? Reſp. q(ſalua Eccleſiæ correctione) mihi videtur eſſe articulum. Fidei in utroq; ſymbolo cõtentum,ibi:Remiſſionē peccatorum,id eſt Confiteor,in Eccleſia Dei, bene diſpoſitis per pęnitentiam conferri remiſſionem peccatorũ.Quã Conci.Trid. Seſ.14.c.3.Reconciliationem cum Deo appellat.De fructu,& effectu huius Sacramenti,vide max.S.Tho.3.p.q.89.ar. 2. Vigue.de Pœni.verſicu. 8. Victor.nu. 107.Sot.4.diſt.15.q.1.ar.6.Catech.Roman.pag.288.ſeq.Et ſic explicat Lippomanus in ſymbolo ibi: Remiſſionē peccatorum.lib.1.in fin.

35 *V. Remittat tota pœna cum culp.* VTrum.Remiſſa culpa,remittatur cum illa tota pœna?Primo not. quòd cum quis in mortale aliquod incidit,ſtatim (ſecundum præſentem iuſtitiam) eſt ad ignem æternum cõdemnatus,id eſt,q ſi tunc mortuus eſſet in illo inſtanti in infernum rueret. Miſericordia tamen Dei, qua peccator ad Sacramentum hoc adducitur, committat illam pœnam æternam inferni, in tẽporalem Purgatorij.Quo ſuppoſito: ſit Concluſio,ſecundusq; effectus: In Sacramēto Pęnitent. ſimul cum culpa , remittitur aliqua pars pęnę.Victo.nu.190. S.Th.3.p.q.86.ar.4.& in 4.d.17.q.3.ar. 1.Nauarr.ca.1.nu.40.Syluest. & Ange. verbo.Contritio.in fin. Vbi Sylu.alios citat.Concil.Trident.ſeſſ.6. cap. 14. Sot. diſtinct.15.q.1.ar.4.

VTrum Aliquo modo remittatur omnis pœna per Sacramētum? Reſp.q talis diminutio pęnę dependet à diſpoſitione, qua peccator (Deo adiuuante)diſponitur ad dolorem,& cõtritionem concipiendã de peccatis;Ita q (ſicut dicitur Deutor.15.)ſecũdum qualitatem delicti,erit plagarum modus; ſic hic,ſecundum qualitatem Contritionis, erit remiſſio pęnę.Et ſic Cõcluſio eſt vera: In Sacramento pęnitentiæ poteſt remitti aliquando tota temporalis purgatorij,pęna ſimul cum culpa.Gloſſ.in ca. Mẽſuram de pę.di.1.alia in c.Deus,qui. de pęn.& remiſſ.alia in Extrauagãt.1.de pœnit.& remiſ.verbo.Et cõfeſſis. in cõmunibus.S.Tho.3.lib.d.19.q.2.ar.3.& in 4.d.15.q.2.ar.2.Nauar.ſupra.Viguer. de pœni.verſi. 10.nu.176.Sot.4.d.15.q. 1.ar.4.ad fi.Palud.& Silu.verſi.Contritio.in fi.licèt contra teneat Roſella. 36 *Aliqua poteſt remitti nõ tota pęna debita.*

AN in ſacramento pœnitentiæ virtutes, & dona deperdita recuperentur?Reſp. quod tertius effectus huius ſacramenti eſt uirtutũ,& donorũ deperditorũ recuperatio.S. Th. 3. p.q.89.ar.1. Viguer.de pęnitē.nu. 174.§.Quartus effectus. Vbi reddit rationem dicēs : Quia cum per ſacramētũ Pœnitentię cauſetur gratia gratum faciens,& ſacramentalis, ex qua fluunt virtutes,& dona , quæ per peccatum mortale fuerunt deperdita:& ſi non eadem numero,propter ſucceſſionem,tamen benè eadem ſpecie,&c. 37 *V.Virtutes recuperētur.*

AN bona opera facta in gratia,mortificata per mortale peccatum,reuiuiſcant per ſacramentum pœnitentię? Reſp.hũc eſſe quartũ effectum. Pro quo Nota, opera quadrupliciter appellari mortua.ſ.mortifera,mortificata,& viua. Illa dicũtur viua,quæ in ſtatu gratiæ sũt facta. Mortifera, ſunt peccata mortalia. Hebrę 9.Mortificata dicũtur quę i Dei 38

gratia facta sūt, a ſuenīēte tamē mortali peccato, mortificātur. Alia dicūtur opera mortua; bona.ſ opera q̄ homo in mortali exiſtēs facit, ut eleemoſynæ, ieiunium, &c. Quibus uiſis.

V. bona opera facta ī gratia, &c.

Prima Cōcluſio. Bona opera in charitate facta, ſequēte mortali mortificata, peccatore ad ſtatū gratiæ redeūte, reuiuiſcunt, ideſt recuperant efficaciā perducēdi actorem ad uitam æternam. Sot. 4.d. 36.q.2.art.5.

Secunda concluſio. Bona opera vnius facta in Charitate, mortificata per mortale, peccatore perdurante in tali ſtatu vſq; ad mortem & ſemper; Deus illa merita donabit alicui, uel aliquibus ſuis amicis; iuxta illud 25. Matth. Omni abundanti, uel habenti, dabitur. Et Apocalip. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronā tuam. Quia peccatum mortale nō poteſt tollere ea, quæ ſunt in acceptatione Diuina, niſi in ordine ad eum qui peccauit, & quādiu peccatum manet. Vigue. de Pœnitē. nu. 175. & aliqua per Victor. n.112.113. cōis opinio ex D. Tho. & alijs, quo ſequitur Nau. c. Quærat. de pæ. diſtinct. 3.

Tertia concl. Opera, quantumcunq; mortaliter bona, facta in mortali peccato, abſque dubio pereunt, & mortua reputantur, quantum attinet ad gratiam, & gloriā promerēdam, c. Nihil. 1. de cōſ. diſt. 5. & c. Nihil. de pœnit. diſtin. 3. Nau. ca. 1. nu. 29. licet ualeant ad multa bona quæ tradit Glo. in ca. Quod quidam. de pœnit. & remiſs. & ibid. Nauar. & in Manual. c. 27. n. 269. Maior. 4. diſt. 14. q. 2. & Sot. ſupra. & de omnibus his cōcluſionibus uide capitula, & Doctores, quos affert Nauar. d. ca. Quærat.* De quibus operibus viuis, mortuis, & mortificatis agit optime Gaudauo. quodl. 4. quæſt. 24. littera L.

39 QVæritur. Ad quantam dignitatem gratiæ redeat peccator uerè pœnitens? Reſp. per ſequentes concluſiones.

Pœnitēs ad quā dignitatem redeat.

Prima. Pœnitens peccator nō ſemper redit ad priſtinam innocentię dignitatem, à qua per mortale cecidit Nauar. c. 1. §. Quibus cognitis. nu. 7. de pæn. diſt. 6. Secunda cōcluſio, peccator per verā pœnit. reſurgit, quam quandoq; ad eādem, quā ante habebat dignitatem. ſecundum S. Tho. quem citat Nauar. ſup. nu. 6.

Tertia concluſio. Peccator per ueram pœnitentiam, redit ſemper ad illam priſtinam dignitatē qua inter filios Dei per gratiam cōputabatur. Immo ſemper ad maiorem redit, quia ſemper ad maiorem gratiam reſurgit, vt tradunt copioſè eruditi Ticinenſes. in 4. diſtin. 22. & refert, & ſequitur Nauarr. dicto num. 6.

QVæritur. Quæ differentia ſit inter ſacramentū Pœnitentię, & ſacramentalē cōfeſſionem? Reſp. Primo. Non eſſe idem, nam conuertuntur hoc modo; quod confeſſio ſacramentalis ſemper includitur in Sacramento Pœnitentiæ, non è contra; nam multoties fit confeſſio ſacramentalis, in qua non inuenitur ſacramentum. Vt quando (v.g.) confeſſor negat aliqua, vel ex iuſta cauſa differt abſolutionem: tunc dicitur ſacramentalis cōfeſſio, non autem ſacramentum Pœnitētiæ, quia deſuit abſolutio. Quando autē confert abſolutionem, tunc fit ſacramentum pœnitentiæ. Secundo. Dico quod in ſacramentali confeſſione, ſicut in ſacramēto, tenetur ſacerdos ſeruare ſigillum. Eſt cōmunis, (& dicem⁹ infra de ſigillo) 40

Sacramen. Pœnitēt. & Sacramētalis confeſſiō differūt.

QVæ differentia inuenitur inter baptiſmū, & Pœnitentiam? Cōc. Trid. ſeſſ. 14. c. 3. ponit hanc præcipuè, ſcilicet, q̄ in pœnitētia miniſter eſt iudex, nō autē in baptiſ. Alias complures poteris colligere differentias, ex ſupradictis de ſacramētis in genere, quarum aliquas nota: baptiſmus non iteratur, Pœnitentia ſic; baptiſmus tollit omnem culpam, & pœnā; pœnitentia nō ſemper, ut baptiſmus, ſed rariſſimè. baptiſmum accipiens adultus, non tenetur confiteri, ſed tantum cōteri (vt ſup. de baptiſmo diximus) peccator autem in mortali, etiā interiori exiſtens, etiam ſi perfectiſſimā habeat cōtritionē, cōfiteri tenetur, cū tenetur, & poteſt. Baptiſ. omnē ferè tollit Irregularitatem: in ſacramento pœnitentiæ, de ſe nulla tollitur, niſi ex commiſſione Papę, Epiſcopi vel alterius poteſtatem habentis. Materia baptiſmi eſt ſimplex aqua: Materia verò ſacramenti Penitentiæ tres habet integrales 41

Baptiſ. & Pœnitētia in quo differunt.

integrales partes, ut ſupra dictum eſt;& in ſequentibus de vnaquaque in particulari(prout ſequitur)agemus.

DE CONTRITIONE prima parte Pœnitentiæ.

1 *Vox contritio quid?* QVæritur. Quid hæc vox, Cõtritio, ſignificet? Reſ. ꝙ ſignificat cor habere tritum,& quaſi in puluerem redactum. Catech. Ro. pag. 303. Vnde aduerte, quod, vt exterius ſignificemus cor interius deſiderare habere tritum, ſæpe ſepius pugno, manuvè pectus, vbi cor ſedē habet, tūdimus; ut illud mollificare poſſimus. Quod etiam ſignificat illud Luc. 23. in fi. de paſſione Domini, vbi dicit: omnis turba eorum, qui aderāt ſimul ad ſpectaculū iſtud,& videbant quæ fiebāt, percutientes pectora ſua,reuertebantur, in ſignū ꝙ eos pœnitebant uidiſſe Chriſtum mortuum. Et hac de cauſa, cùm hodie eleuatur Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, percutimus pectora noſtra, pœnitētiam agentes, quòd propter peccata noſtra fuerit Chriſtus Crucifixus. Quā crucifixionē eleuatio illa ſignificat. tangit hoc Sot.4.diſt. 14.q.2.ar.1.

2 *Contritio duplex.* QVæritur. Quotuplex eſt contritio? Reſp. eſſe duplicē, perfectā & imperfectam.

3 *Cõtritio perfecta.* QValis dicitur contritio perfecta? Reſp. ꝙ erit illa qua pure propter Deum principaliter, de peccatis noſtris ſuper omnia dolemus: licet ſecundario, etiam propter aliū reſpectū. Nau.ca.1.nu.7.& 8.

4 *Contritio imperfecta.* QVæ imperfecta? Reſp.ꝙ illa,qua licet tantum propter Deum dolorē de peccatis concepimus, non tamen ita feruide & ſuper omnia ſicut prima. Et hanc uocant contritionem informē abſque gratia, Scot. Marſ. Maior. Gabr. Med.Caiet.Palu.4.d.17.vbi Capr. Argētina. Aegidius.Adria. Abulem. Ferrar. quarto cōtra Gētes.c. 57.Victor.nu.121.

5 *Quid ſit cõtritio.* QVid eſt contritio? Nauarri omiſſa diffinitione,c.1.nu.1.quæ longiſſima eſt: & alia, quam ponit Inſtituta canon.de pœnit.li.2.& Viguer.de pœnit. verſ.10.Quæ ita ſunt breues,ut non omnes eius contineant eſſentiales partes: Dic eſſ Cōc. Tri.ſeſſ.14.c.4. cōtritio eſt animi dolor, ac peccatorum præteritorū deteſtatio, cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi,ac de cætero non peccādi. Ita etiam Catechiſ.pag.302.eandē quaſi tradit Conc.Flo.& S.Th.4.d.18.q.2.ar. 1.Sot.di.17.q.2.ar.1.Caniſ. in doctrina de pœnit.c.4. Naua.c.1.n.14.Catech.autem,pag.304.Perfecta(ait) contritio,eſt charitatis actio.

6 *V. ſit præceptū de cõtritione.* VTrum.Habeamus præceptum de cõtritione? Reſ.quod ſic,ut probant auctoritates ſupra,de pœnitentia virtute allatæ. & Nauar.c.1.n.31. Sot.4.diſtin.17.q.2.ar.6.& d.14.q.2.ar. 9.Victor.& omnes.

7 *Contritiõis uaria nomina.* QVibus nominibus appellatur contritio in ſacra ſcriptura? Reſp. ꝙ aliquando dicitur cordis compunctio. Chryſ.in Ioel.2.Aliquando mentis renouatio. De quibus vide Sot.4.diſt.17.q.2. ar.1. Aliquādo hominis humiliatio,&c.

8 *Peccatū an odio habendum?* VTrum ſit peccatum odio habēdū? Reſp.(omiſſis argumentis quæ afferri ſolent de impoſſibili) ꝙ peccator tenetur odium concipere peccatorum hunc in modum. Nollem peccaſſe, ſi eſſet poſſibile,quātum in me eſt.declarat Sot.ſup.maxime ad fi. & alij quos refert & ſequitur Nauar.c.1.nu.2. Catechiſ. Rom. pag.307.ibi odiſſe.

9 *Vtrū teneamur conteri de uenialibus?* VTrum teneamur conteri de venialibus? Reſp.ꝙ quamuis Silueſ. verbo confeſſio.1.nu. 14. dicat abſolutè quod nō tenemur;& licèt Vict.nu.10. Nauar. c.1.nu.24.& Viguer de pœnit. verſi. 10. dicant non requiri contritionem venialium,ſicut de mortalibus requiritur: Debet tamen per ſequentes propoſitiones (ſalua pace) diſtingui.

Prima. De omnibus venialibus in cōmuni,ſufficit vnus dolor, licèt nō ita maximus ſicut de mortalibus, ſed dilectio Dei,vel quædam diſplicentia, quę ſufficit ſecundùm S.Th.3. par. q. 39.art.1. Sot.4.d.15.q.2.ar.1.maxime concluſ.5.

Secunda. De quibuſdam venialibus poteſt eſſe diſplicentia, ſiue dolor, ma-

nẽribus alijs;non ſic de mortalibus. Palud. quem refert Silueſt.confeſſio.1.nu. 19. facit Nauar.c.21.nu.34.cum alijs.

Tertia.Habens mortalia & uenialia, tenetur conteri de mortalibus, licèt placeant venialia, uel non diſpliceant Nauarr.capit.primo,numer.10.

Quarta.Habens tantum uenialia, & aſſumens illa pro materia ad confeſſionem,tenetur de aliquo (ſaltem) habere dolorem,& animum vitandi de cætero, aliàs videretur non præbere materiã abſolutionis, ut infrà confeſſione dicetur.

10 *V. peccator teneatur dolere de peccatis.*

VTrum peccator teneatur habere dolorem pro peccatis? Reſp.quod debet habere iuſtitiam,qua uoluntes dolet vt per pœnam in volũtariam ſatisfaciat pro culpa voluntaria.Neque enim Deus admittit ad eius amicitiam,niſi ita diſpoſitum,vt velit ſoluere debitũ quo ad poteſt. Nauar.c.1.nu.15. Et quod requirat dolor,ait Conc.Fl.& Trid.ſeſſ.6.c.6. Et Can.3.& 8.& ſeſſ.14.c.4.& communis Doctorum cum magiſtro.4.diſt..14. D. Ambro.Greg.& Aug.& alij, quod fatetur Sor.diſt.14.q.2.ar.fin.& d.17.quæſt. 2.ar.4.Ledeſ.2.parte,quæſt.2.ar.2. Cano.relection.de pænitentia.Catech.Ro. pag.307.ibi dolore..

11 *V. Dolor dẽat eſſe maximus.*

VTrum Talis dolor debeat eſſe maximus? Reſp. quod ſic comparatiua appretiatione,ſi detur optio: non autem oportet ut ſit maximus tenera.affect.one,uel intenſione.Nauar.c.1.num.7.& 8.& eſt communis.Sot.4.diſt.17.q.2.ar. 4.Ledeſ.ſupra ar.1.Vega.li.13.c.24.& 25.Sed cum fragilibus nõn expedit facere comparatione appretiatiuam in particulari. Nauarr.Sor.& alij,& optimè Flores.Theolog.quæſtio.4.diſt.14.q.2.art. 3.cũ Alex.S.Tho.& D.Bonauẽt.& alijs.

12 *V. requirat ſenſitiuus.*

AN requiratur dolor ſenſitiuus? Reſ. Duplicem eſſe dolorum vnum intellectiuum,ſenſitiuum alium. Intellectiuus eſt neceſſarius ad cõtritionẽ;ſenſitiuus autem(qui cõſiſtit in exterioribus, ſcilicet lachrymis,ſuſpirijs,ſingultibus &c.)non eſt neceſſarius, quamuis ſit bonus & laudabilis; S. Th. 3.par.q.85.a.1. & in 4.di.17.q.2.ar.2.Nau.c.1.nu.20. Vig. de pœn. verſ.10.Catech.Ro.pag. 304.& 305.So.4.d.17.q.2.ar.4. Vict.m. 114.fi.Quia contritio, quæ eſt dolor intellectiuus eſt(Deo adiuuante) in poteſtate noſtra;ſenſitiuus autem non ſic: & debet deſiderari, quia per lachrimas & alia ſimilia mollificatur cor. tenet Pal.4. d.17.q.1.ar.5.Immò Not.aliquos ita in promptu habere lachrimas, ꝙ ferè dicatur eis eſſe naturale ſemper flere;& ij nõ tantum merentur ex facillimis lachrimis, ſicut alij qui ex intimo cordis affectu illas deſiderant pro peccatis ſui fundere,licèt eis non concedatur ita faciliter ſicut primis. Vt notat F. Bar. Medin. in ſumma.lib.1.cap.2.uide Sot. diſtin.17. q.2.art.1.concluſ.1.

Vtrum propter Deum. 13

VTrum Talis dolor debeat eſſe propter Deum? Reſpon. ſecũdum Nauar.c.1.num.7. Sotum & communem ꝙ ſic.& dicetur latius infra de attritione.

V. ſufficiat dolor uirtualis. 14

GRauis eſt quæſtio. Vtrum ſufficiat dolor uirtualis, uel an ſit neceſſarius formalis dolor? Reſp. Primo, quod cum pœnitentia medium ſit neceſſarium ad ſalutem,poſt mortale commiſſum,& Cõcil.Flor.& Tri.ſeſſ.6.c.14.c.4.de formali pænitentia loquãtur: tutius eſt ſemperque conſulendum,ut homo,quamuis non recordetur peccati,habeat tamẽ ſaltem in generali & ſub conditione actum contritionis,ideſt ſi forte peccaui, doleo &c.ita monet expreſsè S.Tho. 3.par.q. 80.ar.4.ad 5.& 1.2.quæſt.113. ar. 5.ad 3.Cano.in relect.de pænit.3.par. fauet Sot.diſt.17.q.2.art.6.

Contritio, uel dolor formalis quis.

Secundo Reſp.contritionem formalẽ illam eſſe,qua quis aduertens odit peccata propter Deum,aliquo formali actu,ſ. Doleo de peccatis, pænitet me peccaſſe contritio autem,vel dolor virtualis,dicitur ille,qui includitur in dilectione Dei ſuper omnia, licèt non recordetur ſuorũ peccatorum,ut(v.g.) accedit tirannus vt occidat me, niſi fiam Hæreticus uel aliquod peccatum commiſero; Ego autem eleuans mẽtem in Deum, eligens magis mori propter eius amorem,quàm peccare;(licèt nõ meminerim peccatorũ meorum mortalium,quæ commiſeram) dicat habuiſſe dolorem virtualem, qui in illa Dei dilectione incluſus fuit.

Virtualis qualis?

Tertio.

Tertio. Reſpõ. ad Quæſitum. In Martyrio hoc eſſe particulare priuilegium, ratione Fidei, propter cuius defenſionẽ quis moritur. Ita tenet. Sot. li. 1. de natura & gratia c. 18. quẽ refert, & ſequitur Nauar. c. 1. nu. 5. cõmunis. Sot. etiã 4. di. 15. q. 1. art. 2. cõcl. 3. In alio autẽ actu dilectionis, ut puta, accedit quidam homo vt rem habeat cũ quadã, illa tamẽ potius eligit mori, propter amorem Dei, quam peccato conſentire, ſine memoria ſuorũ peccatorum præteritorum: licèt Sot. 4. d. 15. q. 1. ar. 2. verſ. Non ergo ſanã. & diſt. 17. q. 2. ar. 1. verſic. Hic autẽ repetitũ dicat non ſufficere contritionẽ virtualẽ, & Petrus à Soto. de inſtitutione Sacerdotũ lectione. 4. de neceſſitate pœnitentiæ, dicat eſſe temerariũ hoc dicere, & Taper. art. 5. contra Lucerum, & Docto. in 4. diſt. 17. (ut S. Bonauẽ. Duran. Paluda. & alij) loquantur de pænitentia formali; contraria opinio, (quam ex Scot. & alijs communem dicit Nauar. c. 1. num. 1.) videtur mihi verior, & tenenda. ſ. ꝙ ſufficiat quilibet amor Dei, quo plus, quam omnia alia diligitur, qui dicitur virtualis peccatorum pœnitentia. Quę concluſio eſt vera tantùm, quando defectus temporis, aut inconſideratio peccatorũ fuit inculpata, & fuit in cauſa quo minus formaliter pæniteret. Ita limitat idem Nauar. ſupra in fine.

15 *V. Requiratur ꝓpoſitum cõfitẽdi.*

VTrum Requiratur propoſitum confitendi? Reſp. ꝙ ſic hoc eſt, contritio, in lege Euangelica, includit propoſitum ſubijciendi ſe clauibus Eccleſiæ, i. confitendi Sacerdoti habenti iuriſdictionẽ. Naua. cũ alijs, quos citat. c. 1. nu. 10. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 4. ibi. præſtandi cętera Catech. Ro. pag. 300. Sot. 4. d. 17. q. 2. art. 1. & diſtinct. 14. q. 1. art. 3. verſi. Et per hoc.

16 *V. Requiratur ꝓpoſitum ſatisfaciendi?*

VTrum in contritione requiratur propoſitum ſatisfaciendi? Reſp. ꝙ cum duplex ſit ſatisfactio (ut infra dicetur) quo ad primam quæ dicitur reſtitutiona, vel medicinalis, quã confeſſor in remediũ peccatorũ imponit; tenetur pænitẽs habere propoſitum ſubmittendi ſe præcepto confeſſoris, & implẽdi illã ſatisfactionẽ, quã (claue non errante) imponet, vt tradit Naua. c. 26. nu. 20. & Cõc. Trid. Seſſ. 14. c. 8. Quo ad ſecundam autẽ, quę eſt ſatisfactio pro peccatis præteritis, ſatis eſt ut habeat propoſitũ ſatisfaciendi in hoc ſæculo, vel redimendi per indulgentias, uel ſoluendi in purgatorio. Sot. 4. diſt. 20. quęſtio. 2. art. 2. ad 3. Scot. Ledeſma. 2. p. quæſt. 20. ar. 3. fo. 292. & alij vt infra.

17 *V. ſufficiat propoſitum uirtuale.*

VTrum. Sufficiat propoſitum virtuale confitendi & ſatisfaciendi? Reſp. ꝙ Caiet. li. 1. opuſ. opuſc. 4. q. 1. tenuit requiri propoſitum formale. Sed poſtea in ſumma. verbo. confeſſionis conditio. 12. & verbo. confeſſionis iterano; mutauit ſententiam, ſentiens ſufficere propoſitum virtuale. Idẽ tenet Maior. 4. diſtin. 14. q. 1. & tenuit quidã Magiſter meus Salamanticæ. Quod etiam concedit Nau. c. 1. nu. 11. non ſimpliciter, ſed quãdo pœnitens non fuit in cauſa ut tempus non haberet faciendi tale formale propoſitum, ut (meo iudicio) eſt quidam ſolitus facere cõfeſſiones aliquas in anno, vltra illã, ad quã de præcepto tenetur; accidit, ut incidat in mortale peccatum: in quo ſtatu euenit illi infirmitas grauiſſima acuta, quã cũ ſentit dolet grauiſſime ſe incidiſſe in illud mortale, & ſtatim moritur. hũc dicerẽ Ego habuiſſe propoſitum tale virtuale confitendi, & ſatisfaciendi: quia in nulla mora fuit. Aliter eſſet ſi per duos, vel plures annos, nõ fuiſſet confeſſus, & fuiſſet negligens de ſua ſalute. Quo ad iſtum enim iudicio non ſufficere virtuale.

18 *Quare requirit ꝓpoſitũ cõfitẽdi.*

SEd cum per contritione veram conſtituatur quis in priſtina Dei amicitia (vt ſupra dictũ eſt) quare requiritur propoſitum confitendi peccata, iam per contritionẽ dimiſſa? Reſp. ꝙ ante inſtitutionẽ Sacramenti pænitentię, remittebãtur peccata ſine propoſitio confitendi Sacerdoti, (vt fuerunt dimiſſa peccata Petri, Magdalenæ, Latronis & aliorum) ſed, cùm ſit nouum præceptum Dominĩ, ꝙ quicunque inciderit in mortale, teneatur illud etiam Sacerdoti confiteri; ſi aliquis doleret de peccatis ſine propoſito ea confitendi, videtur iam facere aliud mortale peccatum, contra præceptum confeſ-

 ſionis.

ſionis. Et cùm vnum mortale ſine alijs non poſſit remitti, omnia remanent non remiſſa. Quia iam non diceretur habere veram contritionem quæ requirit verũ propoſitum, ut dictum eſt hoc tangit Nauar. c. 1. nu. 19. & Sot. 4. diſt. 14. q. 1. ar. 3. verſi. & per hoc.

19 *V. Requiratur propoſitum formale amplius non peccandi?*

VTrum pœnitens teneatur habere propoſitum formale amplius non peccãdi? Reſp. ꝙ ſic. Ita tenet S. Tho. 3. p. q. 85. art. 3. & q. 90. ar. 4. & communis cum Magiſ. 4. d. 14. c. 2. vbi Albe. ar. 11. Durã. d. 17. q. 2. Palud. & Scot. d. 22. Adr. quodl. 5. ar. 3. Alex. 4. p. q. 96. mẽb. 9. art. 2. Cae. opuſc. de cõtritione, q. 1. Cano. relect. de pœn. Vict. ſup. nu. 115. Ledeſm. 1. p. q. 32. ar. 1. dub. 4. §. Pro ſolutione. Qui dicit, oppoſitũ eſſe periculoſum. Et Sot. d. 15. q. 1. art. 2. ait, oppoſitum non eſſe tutum, & d. 17. q. 2. art. 1. in fi. Et Petrus à Sot. de confeſſione. lect. 4. in fin. ait, oppoſitum eſſe temerarium. Et quod magis vrget eſt Concil. Florent. & Trid. ſeſſ. 6. c. 6. & ſeſſ. 14. c. 4. Vbi abſolutè requiritur propoſitum non peccandi de cætero. ex Nauarr. c. 1. nu. 12.

Quibus non obſtantibus. Si quis conſtitutus in articulo mortis cõtritionẽ ſufficientẽ habet de peccatis, ſed quia non putat ſe victurum, non proponit emẽdã de cætero; Sed tãtũ dolet de peccatis præteritis: in hoc caſu hoc propoſitũ virtuale, (licèt formale de cætero non peccandi nõ habuerit, dixit) ſufficere Doctor illuſtris Cueſta cathedraticus vniuerſitatis Complutenſis, quẽ refert, & ſequitur Nauar. c. 1. nu. 6. & probat & defendit latè. nu. 12 tenet D. Bonauẽ. 4. d. 14. in expoſitione litteræ. inuenit S. Th. ibi. q. 2. ar. 2. q. 4. quare. 1. 2. q. 113. ar. 5. inter requiſita ad iuſtificationem, non numerauit propoſitũ emẽdæ. tenet Maior, & Almain. Io. Med. C. de pœn. tractatu. 1. q. 3. dub. fi. Vega. li. 13. c. 14. 21. & 22. Pe. Sot. lect. 17. de contritione. & quidam Magiſtri, Mantius, Gueuara &c.

20 *Quãdo tenetur quis cõteri ſub peccato?*

QVæritur. Quando teneatur in mortali peccato exiſtens cõteri ſub nouo peccato? Reſp. quòd in tribus caſibus. Primo quotieſcũq; imminet periculum mortis. Secundo quãdo quis vult recipere, vel adminiſtrare aliquod Sacramentum (excepto Euchariſtiæ in qua confeſſio etiam requiritur.) Tertio quando alicui occurrit memoria præteritorum peccatorum, cum periculo complacentiæ de eis, quia tunc tenetur de eis, de nouo conteri. Nauarr. cap. 1. nume. 27. in fi. vbi dicit communem, & num. 28. Sot. vbi ſup. Viguer. de pœnitentia. verſi. 10. Qui in hoc errauit ſcilicet, quod tenetur quis conteri ſub præcepto die Dominica, quod tenuit ante ipſum Scot. lib. 3. diſtinct. 17. quorum ſalua pace dicendum eſt non eſſe præceptum, ſed conſilium. Vt latè ex Caietan. & alijs probat Nauar. c. 13. nu. 17.

Vnde patet clare, quod non tenetur quis ut peccatum facit ſtatim ſub nouo peccato conteri, ut probat Sot. 4. diſtin. 17. q. 2. art. 6.

21 *V. Contritio de vnoquoque peccato ſit neceſſaria.*

COntritio an ſit neceſſaria de vnoquoq; peccato in particulari? Reſ. ꝙ licèt Raim. in Sum. & Ang. verb. contritio. §. 5. Arm. co. nu. 1. Alex. 4. p. q. 69. mẽb. 8. ar. 2. Ric. 4. d. 16. ar. 4. q. 2. Du. d. 17. q. 2. Palud. d. 17. q. 1. ar. 2. Ludol. Car. in vita Chriſti. 1. par. c. 2. dicãt de ſingulis peccatis mortalibus ſingulas cõtritiones eſſe neceſſarias: cõtrariũ tamẽ eſt verius, & tenendum cũ Caieta. Primo To. opuſ. 4. q. 2. & ſuper S. Th. 3. p. q. 87. ar. 1. Sot. 4. diſtinct. 15. q. 2. ar. 3. concl. 3. Victor, num. 116, Nauarr. c. 1. nu. 22. imò tantùm requiri vnam contritionem ita intenſam quod comprehendat omnia mortalia tenent alij &c.

SEd Nau. & Vict. vidẽtur in hoc contrariari; ꝙ Nauarrus dicit, ꝙ pœnitens nõ tenetur dũ recogitat, cõfiteturvè ſua peccata, de vnoquoq; dolere in ſpeciali ſed ſatis eſſe ut cõcipiat generalem contritionẽ, quæ virtute ſe extendat ad omnia mortalia, in quocunq; tempore id fiat. Victoria verò dicit eſſe neceſſariũ ꝙ cum pœnitẽs peccata in ſpeciali confitetur; tũc ſingulorũ habeat ſingulares cõtritiones, quod non videtur mihi rationi conſonum, ſed Cum Nauarro eſſe tenendum: licèt Sot. d. concl. 3. idem dicat. Patet etiam quia ille qui neſcit numerum certum, non poſſet cõtritionem habere.

Vtrum

22 *V. De maiori peccato maior ſ debeat eſſe cōtritio?*

VTrum de maiori peccato maior ſit habenda cōtritio? Reſp. quod quã uis in aliquibus Doctoribus inueniatur ꝙ ſic, vt ait Vigue. verſ. 10. in medio & alij; eſt intelligendum de honeſtate & cō ſilio, non autem de neceſſitate. Sequere-tur, enim teneri pœnitentē ſcire qualitates & grauitates omniũ peccatorũ, quod eſt falſum. Vt ait Vict. n. 118. Naua. latè c. 1. n. 31. Sot. 4. d. 17. q. 2. ar. 4. concl. 5.

23 *Quot cō currant ad uerā cōtritionem.*

QVæritur. Quot cōcurrunt in uera cōtritione, vel hominis iuſtificatione? Reſ. quatuor ſimul tpe cō currere, gratiã, ſ. dilectionē, cōtritionē, & peccatorũ remiſſionē. Gl. 2. in c. Magna pietas, de pę. d. 1. Primo præcedit gratia, iuxta illud: Gratia eius præuenit me. Secũdo. Sequitur dilectio, quia gratiã habet, diligit, c. Omnis qui non de pę. d. 1. Tertio ſuccedit contritio, qui enim diligit, conteritur. Quarto Succedit peccatorum remiſſio, quę eſt effectus contritionis S. Thom. 4. diſtin. 17. q. 1. arti. 5. Et quomodo iſta quatuor ſe habeant. Vide S. Tho. 1 2. quæſtio. 1 1. artic. 8. Sot. lib. 2. de natura & gratia c. 12. Nauar. c. 1. nu. 39. & 40.

24 *V. Qui perfectè dolet recipiat ſēper gratiam?*

QVæritur. Qui perfectè dolet, habetq; omnes partes eſſentiales perfectæ cōtritionis, ſēper nē recipiat gratiã? Reſ. ꝙ licèt Scot. 4. d. 14. q. 2. ar. 2. & Caieta. 1. 16. opus. 5. q. 2. & 4. di cãt, ꝙ non: quia aliàs poſſet quis ſcire ſe eſſe in gratia; cōtratiũ tamē tene, imo ꝙ quotieſcũque peccator facit, ꝙ tenetur, quodq; Deus ab eo exigit ſēper cōſequetur gratiã. tenet S. Th. 1. 2. q. 112. ar. 2. ad 1. & q. 113. & 3. p. q. 85. ar. 5. & 6. Cæterinus in Caiet. lib. 5. Naua. c. 1. nu. 26. & 33. in fin. Cōmunis Theologorũ quos Vict. n. 120. ſequitur, dicēs falſiſſimã eſſe Caiet. opinionē, ꝙ eſſe cōtra diuinã ſcripturã in multis locis vbi Deus peccatoribus cōuerſis veniã promittit, vt ſupra de effectu pæn. dixi, & notat benè Sot. 4. d. 18. q. 3. ar. 3. ver. Ex his ergo. Ad arg. Caiet. Reſ. ꝙ nunquã homo poteſt ſcire an habuerit verã cōtritionē quã, ſi uerè habuerit, ſtatim cōſequiē gratiã. ut ſup. nu. 33. & 34. probauimus, & uide Caniſ. in doctrina Chriſtiana c. 19. in expoſitione Symboli. & Vigue. verſi. 10.

QVæritur. Qñ poteſt mortaliter coniecturati aliquē eſſe in gratia & cōſequēter habuiſſe verã cōtritionē? Reſ. ꝙ ille q intimo affectu, veroq; corde, dixerit hæc tria dicta: primũ. Dñe pænitet me ſuper oĩa peccaſſe, ſaltem mortaliter cũ propoſito amplius nō peccãdi. Sedm; Propono tpe debito cōfiteri integre. Tertiũ. Et hoc purè pp tuũ amorē. Ita ex Io. Gerſon. reſoluit Nauar. c. 21. nu. 47. Sot. 4. d. 17. q. 2. ar. 3. & Syl. Euch. 3. q. 16. 25 *V. Poſſit ſciri alíquem eſſe in gratia?*

QVæ differentia datur inter Pœnitētiã uirtutē, & inter cōtritionē, quę eſt pars prima ſacramenti pænitētiæ? Reſp. Primo, ꝙ dolor qui eſt virtus includitur in dolore qui eſt contritio: nō aũt è contra. Secundo ꝙ Pœnitentia virtus eſt dolor voluntariè aſſumptus de peccatis, in quãtũ ſunt cōtra rationē, & bonũ honeſtũ, nec requiritur ꝙ ſit maximus dolor, ſed ſufficit moderatus, cũ propoſito ſolo recompenſandi, uel ſatisfaciendi. Sed cō tritio pars ſacramēti pænitētię, eſt dolor de peccatis proprijs uolũtariè aſſumpt⁹ propter Deũ, ſũmè dilctũ; & oportet ꝙ ſit maximus qui poſſit eſſe in natura, nō intēſiuè, ſed appreciatiuè, & debet includere propoſitum cōfitēdi, & ſatisfaciendi. Reſoluit Nauarr. ſup. Viguer. d. verſi. 10. Sot. d. 17. q. 2. ar. 4. 26 *Quæ differentia ſit inter pęnitentiã uirtutem, & cōtritionem.*

QVæ cōſiderationes iuuabunt ad contritionē acquirēdã? Reſp. Primo, eſſe notãdũ, ꝙ contritio eſt dragma illa perdita, quam mulier quærens euertit totã domũ: ſic ad inueniēdã Dei gratiã per cōtritionē, Anima debet accēdere cōſiderationis lucernã, ne & ipſa (iuxta illud: Deſolatione deſolata eſt omnis terra, quia non eſt qui recogitet corde) ſimul pereat. Conſideranda eſt ergo, primo, bonitas Dei offenſi, qui ad pęnitētiã nos adducit, qui ſua pietate & miſericordia (licèt ipſe offenſus) nō ſolum pluit ſup bonos, & malos, & Solē ſuũ facit oriri ſuꝑ iuſtos & iniuſtos: ſed ipſe Sol iuſtitiæ, immittit ſuę ſãctiſſimę inſpirationis radios in aĩa peccatoris, & quaſi de domo ſua expulſ⁹, quotidie clamat; Aperi mihi ſum. n. ad oſtiũ, & pulſo. Secundo. Grauitas peccati mortalis, ꝙ ita graue eſt, ꝙ ex 27 *Quæ conſiderãda ad cōtritionem?*

pulit Angelos à Cęlo, Parenteſque primos à Paradiſo: & Pater æternus miſit filium ſuum ut mortem pateretur, & nos à peccato liberaret.

Tertio. Fœditas animę in mortali exiſtẽtis. de qua dicitur illud: Denigrata eſt facies eius ſuper carbones. Et illud: obſcuratum eſt aurum.

Quarto amiſſio bonorum cœleſtium, & ſpiritualium quibus ſemper peccatũ priuat, & ſæpiſſimè temporalibus & corporalibus. Quãto ergo odio odiſſet quis inimicum, qui ſimul cum tota familia & re familiari illum non ſolùm deuaſtaſſet, ſed ſimul interfeciſſet? hæc & multo maiora facit peccatum.

Quintò Mortis incertitudo, neſcimus enim diem, modum, locum, neque horã.

Sexto. Diei extremi conſiderãdum etiam iudicium, in quo peccata omnia omnibus manifeſtabũtur. Pœnę quoque inferni ſæpè ruminandę.

Septimo. Et quod horrẽdum eſt, quòd ſcimus certò nos peccata commiſiſſe, & an nobis dimiſſa ſint penitus ignoramus: nemo. n. ſcit dignus ne ſit odio, vel amore. Hæc & alia conſiderata & ruminata iuuabũt. quæ colligi poſſunt ex Cõcil. Trident. ſeſſ. 14. Can. 5. Vide aliqua per Canisium in doctrina. de pœnitent. c. 4. Nauar. ca. 1. nu. 39. Catechiſ. Roma. pag. 311.

DE ATTRITIONE.

1 *Vox Attritio quid?*

QVæritur. Quid hæc vox: Attritio, ſignificet? Reſ. Quòd ſignificat alicuius rei comminutionem in groſſas partes: Sic quãdo homo nõ habet cor contritũ, & quaſi in puluerem ſuæ indignitatis redactũ; dicitur habere cor attritũ; quæ eſt comminutio imperfecta.

2 *Attritio quotuplex.*

QVotuplex eſt attritio? Reſp. Duplicem perfectam, & imperfectam. Quæ erit perfecta? Reſp. Quod erit illa, qua tantum propter Deum purè dolemus de peccatis, ſed non ita feruidè, & ſuper omnia, ut par erat, Nauar. cap. 1. num. 33. Victoria. num. 121. Et hæc eſt quam ſupra cõtritionem imperfectam, ſeu informem, diximus in principio, de contritione.

3 *Attritio perfecta quid?*

QVomodo diffinitur attritio perfecta? Reſpond. Attritio perfecta eſt dolor imperfectus, de peccatis, propter Deum principaliter aſſumptus. Viguer. de pœn. verſic. 10. in fi. & notat Nauarr. (citans Sot.) c. 1. nu. 42. & omnes communiter.

IMperfecta attritio illa dicitur; qua dolemus de peccatis, non propter Deũ. 4

Imperfectam.

QVotuplex eſt attritio imperfecta? Reſpon. eſſe triplicem. Prima eſt qua quis dolet de peccatis principaliter, uel ob id ſolum, quia timet infernum, infamiam, iacturam rei, uel infirmitatem, &c. & proponit amplius non peccare, cũ ſpe veniæ. De qua Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 4. Viguer. ſup. Naua. c. 1. num. 34. ibi: id quod.

5 *Attritio imperfecta quotuplex.*

Secunda. Eſt eorũ, quos pœnitet mortaliter peccaſſe; vellentque non pecaſſe; non tamen omnino ſtatuũt à peccatis abſtinere. Caiet. & Nauar. c. 1. ñ. 33. & 42. Coron. Confeſ. c. 3. De quibus pœnitentibus loquitur text. in c. Quod quidam. de pœnit. & remiſ.

Tertia. Eſt huic ſimilis, quando ſcilicet quis cõcipit dolorem de peccato, principaliter propter infernum infamiã, &c. hac tamen voluntate, q; non ceſſaret a peccato ſi illæ pœnæ, vel incommoditates nõ eſſent. Concil. Trident. ſuprà, ibi: Si uoluntatem peccandi excludat. Nauarr. num. 34. ibi: niſi quando eo animo. Corona. ſuprà, & alij.

6 *Qua attritio ſit cõtritio cum ſacramento.*

QVæritur. Quæ harum attritionem ſufficiat ad remiſſionem peccatorum cum ſacramẽto? Reſp. Primo. Cum attritione prima imperfecta, petere confeſſionem non eſt peccatum. Nauarr. num. 33. & 34. ibi. Quamuis talis. Secundo? Reſpon. q; Secundam, & tertiam attritionem perfectã habentes non ſolum nõ conſequuntur gratiã cum ſacramento, quinimo peccant ſic petendo, uel recipiendo abſolutionem. Nauarr. c. 1. num. 34. in prin. & in fi.

7 *Nota. V. ſuffi-*

SEd V. Sufficiat attritio tantùm, quæ concipitur propter timorem Inferni, vel

tiat animo concepta ꝑpter pœna inferni timorem.

bi,uel fœditatem peccati &c.cum ſacramento pœnitentiæ ad remiſſionẽ peccatorũ? Grauiſſima eſt quæſtio(maximè hoc tempore.)Ad quam tamen ſic reſpondẽdum exiſtimo.ſ.ꝙ quamuis Canus in relect.de pœn.3.par.& Ioan.Medin.C. de pœn.tractatu 1.q.5.ad finẽ.Duran.4.diſtinct.17 q.13.S.Anton.3.par.ti.14. ca. 19.§ 5.Alfonſus Caſtro.uerb.Abſolutio hæreſum.primo.Vuald. Tomo 2. de ſacramẽtis.cap.143.Roffenſ.Taper. & Couar.in c.Alma mater.Sixtus Senẽ.in Bibliotheca,lib 6.c.71. & 202. Et alij quos refert. D.Hẽricus Salmãtinus, in quadã lectura(licèt eorũ aliqui non clare id dicãt)& F. Barto.Medin.in sũma.c.2. verſi.la materia & Corona Cõfeſ.c.3.§.Sexto quãdoq; pag.44. dicat ſufficere attritionem etiã agnitã ob turpitudinem peccati vel timorem inferni, & licèt idẽ ſentiat Vega.lib.13.c.33.& libr.confutationum errorum contra claues.cap.122. & 125. & quamuis Doctor idem Salmantinus in ſuis ſcriptis dicat per Concil. Trid.ſeſſ.14.c.4. hanc opinionẽ tanquã veram in Academijs Italiæ & Hiſpaniæ practicari; ſicque Magiſtros Salmantinos eã recepiſſe:cõtrariũ tamẽ (immo ſi cum tali attritione nõ adſit dilectio Dei, ſaltem virtualiter,) non ſufficere, tenet Nauar.c.1.nu.8.& 34. & 44. in fine, & Sot.4.d.17.q.2.ar.5.cõclu.1.& 2. & clarius.d.32.q.1.ar.4.uerſ. Et per hoc ſoluitur. Vbi dicit hanc eſſe opinionẽ S.Tho. Quod etiã affirmat Victo.num.121.Viguer,de pœn.verſi.1.ad.fin.& Cord.ſæpè lib.1.quæſtionarij.q.2. & alij nouiores.

Quæ harũ opinionũ ſit uera, difficile eſt iudicare, maximè cum prima adducat pro ſe dictum Concil.Trid. ſeſſ. 14. c 4 Vbi quaſi(ſi non benè verba perpendantur)videtur determinatum quòd ſic. Sed(ſub ſanctæ Eccleſiæ correctione,iudicioque meliori) licet pro prima opinione tot,tam graueſque ſint autores:ſecunda opinio mihi placet. Primo propter auctoritatem S.Tho. quem ad hoc allegãt Sot.Victor.& Viguer.

Secundo. Propter auctoritatem Nauarri,& Soti,& aliorum maxime Victorij & Soti, qui cũ viderint auctores opinionis primæ,eorumque rationes; tenẽt contrarium cum S.Thom, 4. diſtin. 17. q.2 art. 1.q.1.

Tertio. Quia nullus erit qui nõ cõſtituat differentiam(etiã maximam,)inter attritionem perfectam,illã ſcilicet, quã quis concipit purè propter Deũ, cũ propoſito amplius non peccandi, quæ non fuit contritio,eo quod ille actus dilectionis nõ fuit ita efficax,& ſuper omnia(ut ſupra diximus de contritione)& inter attritionem, quæ principaliter concipitur, propter timorem inferni, quæ omnino timor ſeruilis eſt. Qui timor longiſſime diſtat à filiali timore. ſecundum omnes.

Quarto. Quia Concil. Trid. non dicit clarè id,ad quod allegatur: Sed penſatis omnibus,dicit hoc.ſ.ꝙ ille quẽ pœnitet de peccatis propter timorẽ inferni, cum propoſito ceſſandi a peccato, habet donum Spiritus ſancti, à quo impulſus ille emanauit, & quòd pœnitens adiutus ab ipſo Spiritu ſancto,qui incœpit;diſponetur in ſacramento, ut recipiat gratiam.ſ. in ſacramento mutabit propoſitum;& ille timor ſeruilis,qui nõ ſufficiebat ad abſolutionẽ,incipiet eſſe filialis, quia conuertetur adiutus ad amorem Dei,ſaltem virtualem, qui ſufficit cum attritione hac.

Pro quo eſt,ultra omnes. Not.ꝙ Concilium hoc dixit ad reprobandã eorum opinionem, qui dicebant talem attritionem habẽtes peccaſſe,& fieri magis peccatores & hypochritas. Eſt Secũdo. Notan.ꝙ Cõcil.non dixit,ꝙ ille ſic attritus cum ſacramento gratiam acquiret, vel impetrabit:Sed dicit: & quamuis ſine ſacramento pœnitentiæ,per ſe,ad iuſtificationem perducere peccatorem nequeat: tamen eum ad Dei gratiam,in ſacramento pœnitentiæ,impetrãdã diſponit. Quòd mihi videtur clare dicere, quòd in ipſa Confeſſione præparabitur ad ſuſceptionem ſacram.dignè. Quod patet clarius in autoritatibus quas de Niniuitis, & Dauide,ponit dictum Cõcil. qui timore concuſſi, ſi poſtea non haberent pœnitentiam uiuentem, qua dolerent propter Deum, non ſaluarentur; cum ſit in dicto Concil.ſeſſ.14.c.4 determinatum,

nullum

nullum ante baptiſmi promulgationẽ, poſſe ſine hac virtute ſaluari. Ergo ſequitur ꝙ iſti a principio perterriti ſeruili timore, poſtea illum ſeruilẽ in amorem, vel timorem mutarunt filialẽ, quo, ſine pœnitentiæ ſacramento (quod tunc non erat inſtitutum) ſaluati ſunt. Vt patet clariſſimè in Cõci. Colon. de ſacram. pœnit. §. Hæc ergo Fides, & ſeq. vbi ponit differentiã inter has duas pœnitentias, ſeu attritiones, filialem. ſ. & ſeruilẽ, in hæc verba: Sed quos in hoc dolore cõtriſtatos (ſeruili) Deus elementer reſpicit: hi, quum ex timore per fiduciam miſericordiæ ad timorem filialem gradum fecerint; tum demum ad veram pęn. contriſtantur. Et clarius in §. ſeq. & §. Ergo cum, & in §. Vides ergo, poſt multorum Patrum ſententias, concludit in hæc verba: Caſſiodorus in Pſal. 110. Metũ iudicij ianuã conuerſionis appellat, modo tamen diſcretio dilectionis addatur.

Sed melius, & clarius (meo iudicio) habetur in d. Concil. Triden. ſeſſ. 6. c. 6. vbi clare dicitur, quòd peccatores, vt iuſtificẽtur, dum licet vtiliter à Diuinę iuſtitiæ timore fuerint concuſſi, Deũ diligere incipiunt. Quid clarius? Vnde per dictum Conc. Colon. & per dictũ. cap. 6. patet clarè intellectus noſter ad ca. 4. ſeſſ. 14. licet nullus ſic explicet.

Exemplo etiam patet de illo, qui propter homicidiũ fugiens iudicem ingreditur Monaſterius, & fit monachus; & poſtea conuerſus ad Deum, omnia ſua illi, propter ſuum amorem committit, licet ingreſſus primus fuerit ob metum. Nota aliud exemplum de Setta ſutoris, quod ponit Sot. 4. d. 14. q. 1. ar. 5. verſi. duplex autem, quod optimum eſt.

8 *V. Attritio perfecta ſufficiat cũ Sacramento.*

QVæritur. Circa quęſtionem illam dubiſſimam Caie. Primo To. opuſc. opuſc. 4. q. 1. & opuſc. 5. q. 5. V. Attritio illa perfecta, (quam ſupra diximus) quando ſcilicet, quem pœnitet propter Deum mortaliter peccaſſe, & ſtatuit in corde amplius non peccare; ſed non ſic concipit peccatum, vt rem ſupra omnia deteſtabilem, nec reputat illud vitãdum ſupra omne vitabile, ſufficiat cum abſolutione Sacramentali ad remiſſionem peccatorum? Reſp. ꝙ licèt Caieta. ſupra. (cui nullus contradixit) vt ait Nauar. c. 1. nu. 36. tenuerit, quòd non. Nauar. tamen ſup. iuſtiſſima de cauſa, validiſſimiſq; rationibus contrarium tenet, cuius opinionem veriſſimam cõtra Caietanum iudico. Immo exiſtimo, (ſi Caieta. opinio eſſet vera) ꝙ ex mille hominibus forſan pauci ſaluarentur. De qua ſententia vide Catech. pag. 310. Vbi Nauar. opinio videtur confirmari.

9 *Attritio quando fiat contritio?*

QVæritur. Quomodo, vel quando attritio cum Sacramento fiat contritio, vel homo ex attrito contritus? Reſpo. ꝙ quotieſcunque inuenitur in Doctoribus ꝙ attritio fit contritio, vel attritus cũ Sacramento, eſt intelligendũ de attritione perfecta: & nõ de imperfectis ita Scot. 4. d. 17. q. 2. ar. 1. Caieta. Tom. 1. opuſc. opuſc. 4. q. 1. Nam imperfecta. i. actus attritionis imperfectæ nunquã fit contritio, etiam per dignam ſacramẽti perceptionẽ. Nauar. c. 1. nu. 38. cũ S. Th. 4. d. 17. q. 2. ar. 2. Duran. q. 2. Sot. 4. d. 17. q. 2. ar. 5. & q. 1. ar. 4. Col. 13. & Canus. de pęn. 3. par. Victor. nu. 121. Ioan. Med. de pęnit. tractat. 1. q. 5. ad fi. Vega. li. 13. c. 34. Cordub. li. 1. Quęſtionarij. q. 2. Viguer. de pęn. ver. 10. Et ſic quando Nauar. c. 1. nu. 41. 42. 43. & c. 22. nu. 13. dicit hominem attritum per ſacramentum fieri contritum, intelligi debet de illo qui veram attritionem habet, & hoc modo ipſe Nauar. interpretatur Sotum dicto n. 42. Pro quo facit, ꝙ S. Th. 3. p. q. 79. ar. 1. communiter receptus (vt ait Nauar. d. c. 22. nu. 13.) dicit per virtutẽ Sacramenti aliquẽ attritũ, fieri contritũ. Et Notandũ ꝙ non dixit: omnem attritum, ſed aliquem attritum fieri contritum cum Sacramento: ergo non omnis attritus, ſed perfectè attritus.

10 *Attritio perfecta et imperfecta, in quo differant?*

EX quibus infertur differentia inter attritionem perfectam, quæ putatur Contritio ab illam habente; & inter attritionis illas imperfectas. ſ. quod attritio exiſtimata contritio, eſt ſufficiens diſpoſitio ad recipienda omnia ſacramẽta (excepto Euchariſtię, quod etiã requirit Cõfeſſionem) & ad illa omnia adminiſtranda, ſecundum Sot. 4. diſt. 12. q. 1.

art.

art.4.ver. Et per hoc illæ autem attritiones imperfectæ non ſufficiunt. Et de extrema Vnctione probat Nauar. c.22.n.13. cum communi ibid.

11 Secundo infertur idem eſſe dicendũ de illo quem pœnitet peccaſſe propter fœditatem peccati, quatenus peccatum eſt offenſa Dei, quia ibi inuenitur dilectio virtualis, & ſic hęc attritio eſt eadẽ cũ perfecta attritione. Nauar. c.1. nu.8. ibi. vel eo ꝙ eſt eius offenſa, & nu.44. fi.

Attritio ob fœditatem peccati.

DE CONFESSIONE.

1 PRimo Nota. Confeſſionẽ quadrupliciter ſumi. Primo pro gratiarum actione. Vnde veniunt intelligendæ multæ Diuinæ ſcripturæ auctoritates, quæ ita habent: Confeſſio, & pulchritudo. Cõfeſſio, & magnificentia, & in multis Pſalm. habetur: Confitebor, & Confitemini Domino, & Matth. 11. Confiteor tibi pater. Nauar. c.2. nu.2. Concil. Colon. de confeſſ.

Cõfeſſio quadrupliciter ſumitur.

Secundo. Confeſſio ſignificat confeſſionẽ fidei. Ro. 10. Corde creditur ad iuſtitiã, ore autẽ confeſſio fit ad ſalutem.

Tertio. Eſt confeſſio debiti, q̃ duplex eſt iudicialis, & extra. de qua Iuriſtæ.

Quarto. Confeſſio eſt delicti. quæ etiam duplex eſt. Iudicialis, de qua Ioſue 7. Da gloriam Deo, & confitere; & indica nobis, &c. Alia extraiudicialis, & hæc eſt duplex, quędam generalis. Vt illa quam facimus in principio Miſſæ, &c. Alia eſt particularis.

Particularis item eſt duplex, quædam conſultiua amico facta, (vt infra dicemus de Confeſſione facta Laico) alia ſacramentalis ſecunda pars Sacramenti Pęnitentiæ, cuius tractatum (Diuino fauore) proſequimur.

2 QVid eſt confeſſio ſacramentalis? Viguerius. de Pœnitentia, verſic. 13. quatuor ponit diffinitiones. Inſtitutum Canoni. lib. 2. de pœnitentia. §. Conſtat, ex S. Anton. & alijs, alias ponit duas. Silu. & alij Summiſtæ alias: Quibus omnibus, aliam compendioſiorem addit Nauar. c.2. in principio in hunc modum: Confeſſio ſacramentalis eſt peccatoris accuſatio ſecreta, de ſuis peccatis, coram proprio Sacerdote: vt ab illis Sacramentaliter abſoluatur. Vel dic breuius: (& forte compendioſius.) mecũ, vt ſequitur.

Quid eſt confeſſio ſacramẽtalis

Confeſſio Sacramentalis, eſt legitima, coram idoneo Sacerdote, propriorum peccatorum declaratio, vt detur abſolutio.

(Cuius diffinitionis ſingulares voces infra explicabimus) Quam diffinitionẽ tradi ex S. Th. & alijs. Ang. Confeſſio, in prin. Silue. eod. & colligitur ex Concil. Trid. Seſſ. 14. ca. 5.* Et D. Greg. Homel. 40. ſic ait: Quid ergo eſt peccatorum confeſſio, niſi quædam vulnerum ruptio?

QVæritur. Quo iure ſit confeſſio ſacramentalis inſtituta? Reſ. Varias circa hoc olim fuiſſe opiniones. Quidam. n. dixerunt de iure naturali in Paradiſo terreſtri fuiſſe iuſtitutam. Alij a Ioſue, alij à Beato Iacobo Apoſtolo, alij ab vniuerſali Eccleſia in quodam Cõc. Quas opiniones tradit Gol. in ſum. de pœnit. d. 5. Vbi latiſſimè Nauar. & Canoniſtæ in c. omnis, de pœnit. & remiſ. Quibus non obſtantibus fit concluſio. Confeſſio ſacramentalis fuit iure Diuino, à Domino noſtro Ieſu Chriſto inſtituta. Ita tenuit S. Aug. li. 2. de viſitatione infirmorũ. c.4. & S. Cyrillus. & Hugo. 2. li. ſacramẽ. pęn. c.1. & 14. S. Th. 4. diſ. 16. & 17. & 3. p. q. 60. ar. 2. & cõmunis Theologorũ in 4. d. 17. Concil. Colon. mirabiliter. de Cõfeſſione. §. Sed hic iã. & ſeq. Franc. Turrianus annotatione in Clementẽ. c.2. Victor. nu. 191. Sot. 4. d. 18. quæſt. 1. art. 1. concl. 2. Nauarr. cap. 2. numer. 3. Catechiſ. Rom. pagina. 114. Quod iam hodie ſacroſanctum Trident. Concil. de Fide determinauit ſeſſ. 14. cap. 5. & can. 3. vide multa per Caniſium. in doctrina de pœnitentia. cap. 6. Cæremoniæ autem, & modus hoc Sacramentum adminiſtrandi, ſcilicet, genuflexio, capitis detectio, &c. ſunt ex conſuetudine, & more Eccleſiæ, vt notat Conc. Colon. ſupra, &

5

Quo iure inſtituta.

Cæremonia Sacramẽti Pęnitentia quo iure?

omnes

omnes Catholici Doctores.

Sed vt rem omnem intelligas; Aduerte, quod quando ſancti Doctores afferunt figuras, & exempla ſacræ ſcripturæ vbi peccata quædam manifeſtabantur, ea intentione id faciunt, ne hæc difficultas manifeſtãdi crimina, etiam interna, videatur inſolita in noua Chriſti lege. Concil. Colon. de confeſſ. §. Vt autẽ populus. Quia licet confeſſio ſacramentalis nõ fuerit iure inſtituta (vt ſupra dictũ eſt, & probat Nauar. c. 2. nu. 2.) non tamẽ eſt alienũ à iure naturæ, vt ſecreta reuelentur fideli, & ſecretiſſimo amico; ad remediũ, & conſiliũ, vt probat Sotus ſup. Quare limitandus eſt Vuald. de ſacramentis. c. 134. maximè 137. 139. & 143. Roſenſis. ca. 8. Echius. Enchiridio. Raulin. ſermone de pœnitentia.

Non eſt aliena à iure naturali confeſſio ſecreta.

4 QVæritur. Quãdo fuit inſtituta? Reſp. vt ſupra de inſtitutione ſacramenti Pœnitentiæ. nume. 22.

5 VTrum. Confeſſio ſit neceſſaria ad ſalutem? Reſp. quòd videtur quod nõ, per tex. in c. Petrus. c. Lachrimę, cũ multis alijs. de pęnit. diſt. 1. quibus habetur: Contritionem, & lachrimas delere peccatá, ſine uocali confeſſione. Quibus non obſtantibus contrarium eſt de fide tenendum, immo confeſſionem eſſe omnino neceſſariam in re, vel in voto ijs, qui poſt Baptiſmum, mortale aliquod commiſerunt, tex. c. omnis, de pęnit. & remiſ. c. Verbum. de pęnit. d. 1. c. Adhuc c. Inter hæc. ſecundo de pęnit. d. 3. Concil. Cabilonen. c. 8. & 33. Clemens I. in Epiſ. 1. ad Iacobũ. Conc. Colon. de Confeſ. §. Oportebat. D. Dionyſ. Epiſ. 6. ad Demop. Tertu. de pœnitentia. Origen. in Pſal. 37. homil. 1. Cypria. de lapſis, & omnes alij ſancti, & Doctores, & determinatur hodie de fide in Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 4. & cã. 6. vide Victor. ſum. nu. 126. Sot. 4. d. 18. q. 1. ar. 1. Ad iura autẽ contraria Reſ. abſolutè quod quotieſcũque in ſacra ſcriptura, vtroque iure, vel Doctoribus reperiatur nõ eſſe neceſſariã ad ſalutẽ ſacramentalẽ confeſſionẽ, debent intelligi ante inſtitutionẽ, & ſufficientẽ ſacramenti Pęnitentiæ promulgationẽ. S. Petri autẽ Magdalenæ, Matthæi, latronis, & aliorũ peccata ſic fuerunt dimiſſa ſine confeſſione; quia tunc non erat inſtituta ſacramentalis cõfeſſio: Nunc autẽ hæc eſt catholica concluſio. Nullus poſt Baptiſmum, qui mortale aliquod cõmiſit, poteſt ſaluari ſine ſacramẽtali confeſſione in re, vel in voto. Conc. Trid. & omnes, ſupra Catechiſ. Ro. pag. 315. & ſeq. Vnde reprobatur error Durand. 4. d. 17. q. 14. (cũ quo ferè Meth. C. de confeſſ. q. 5.) (dicentis de confeſſione, potius eſſe exornamento Eccleſiæ de conſilio, quàm præceptum. c. omnis, de pęn. & remiſ.

Cõfeſſio vtrũ neceſſaria ad ſalutem?

6 SEd cũ Deus nouerit peccata noſtrá, etiam antequam perpetrarentur, quare exigit hanc vocalem cõfeſſionẽ? Concil. Colon. de cõfeſſ. §. 2. ad hanc q. reſpondet in hunc modũ: Requirit autẽ Deus hanc confeſſionẽ peccatorum noſtrorũ, nõ quod ignoret ea, quamuis nõ confeſſa, nã quum faciebas ea præſto erat, quum admittentes noueràt; quod aliter homo ſentire non poſſet quod Deus per miſericordiã illi conceſſerit. Qui enim memor eſt cumuli peccatorũ ſuorũ, erit & magnitudinis miſericordię Dei. hæc ibi. & in §. Hęc autẽ; reddit alias rationes. ſ. vt animę arrogãtiã frangamus, & vt caueamus ne iterũ eadem committamus. Et quia hac confeſſione maximoperè Fides acuitur, & exercetur.

Quare fuerit cõfeſſio pręcepta.

7 VTrum Hic modus, quem ſeruat Eccleſia de confeſſ. facienda, ſit nouiter inuentus? Reſpo. hunc modum expreſſiſſe Dionyſ. Epl. 8. ſupra. Clemens. ſup. & lib. 8. Apoſt. cõſtit. c. 8. Caſtro. verbo. cõfeſſio. Roſenſ. & Eckius ſupra. Vega li. 13. in Cõcil. Trid. c. 27. canus. de pœn. 5. par. Sot. 4. d. q. 1. ar. 7. & d. 18. q. 3. ar. 3. & de natura & gratia. c. 16. Couar. in c. Alma mater. 1. p. n. 6. multa adducẽs.

V. Modus confitẽdi ſit nouiter inuẽtus

8 QVæritur. Quis tenetur confiteri? Cõcluſio generalis. Omnis vtriuſque ſexus fidelis, habens aliquod mortale, tenetur confiteri ex præcepto Diuino, quia tenetur recipere hoc Sacramentũ (vt ſupra dictũ eſt) & probat benè Sot. 4. diſtin. 18. q. 1. ar. 6. 1. concl. 4. Nauar. in Sum. in prin. de pœn. d. 5. maximè Sotus ſupra concl. 5. hanc ponis con-

Quis teneatur cõfiteri.

concluſionem: confeſſio ſacramentalis ſemper ab Orbe redempto, fuit neceſſaria Iure Diuino, & cõtrarium ſemper Hæreticum.

9 AN adultus baptizatus, vel baptizãdus, teneatur confiteri? vide de baptiſmo. nu. 63.

10 AN Papa teneatur confiteri ſemel in anno: vide latè Couar. c. Alma. de ſenten. excom. 6. 1. par. §. 1. nu. 5.

Quãdo tenetur quis confiteri.

11 QVæritur. Quando teneatur habens mortale peccatum confiteri? vel quando obliget præceptum confeſſionis, ſub nouo mortali peccato? Reſpon. Cum diſtinctione. Aut iure Diuino, aut poſitiuo. per tex. c. omnis.

V. ſtatim poſt peccatũ

12 ET Primo. Vtrum iure Diuino teneatur quis confiteri ſtatim, cum mortale commiſit? Reſp. 1. ſecundum communẽ, quã ex S. Th. Inno. Pan. & alijs, reſoluit Nauar. c. 2. nu. 9. nullum etiam Sacerdotem, vel Monachum, etiam ſi peccatum fuerit publicum, ad id ſtatim confitendum teneri. quamuis Innoc. cõtrarium voluerit contra communem, & alij quos citat Silu. infrà.

Quibus caſibus tenetur quis confiteri iure diuino.

Tenetur autem quis iure Diuino cõfiteri his ſeptem caſibus. Primo quando eſt in articulo mortis naturaliter propter infirmitatem, vel violenter, quando à iudice punitur. S. Tho. quodl. 1. ar. 11. Palud. 4. d. 17. q. 2. & d. 9. q. 1. Sot. d. 18. q. 1. ar. 4. cõcl. 3. Canus de pœnit. ad fi. Ledeſma. 2. p. q. 5. ar. 5. dub. 2. Silueſt. Cõfeſſio. 1. §. 2. Adria. & alij, quos ſequitur Couar. in c. Alma mater. 1. par. §. 1. Nauar. c. 2. nu. 9. Quod eſt verum, cũ qs etiam eſt in periculo mortis probabili, quale habet qui ingreditur bellũ. Qui vult facere longã maris nauigationẽ, & timetur naufragiũ, & ſcit quod tunc nõ erit copia confeſſoris. Et mulier grauida, quæ experta eſt in alijs parturitionibus (vt ſic dicã) pati mortis periculũ. & alia huiuſmodi. Hi omnes, ſi adſit mortale peccatũ tenentur confiteri. Nauar. ſup. vbi nullam facit diſtinctionẽ de artic. & periculo mortis. tenet Bartol. Medin. Summa. lib. 1. §. 41. Sot. ſup. cõcl. 5.

Secundo. Quando homini conſcientia dictat per ſtimulos, & inſpirationẽ, vt conuertatur in Deum, Nauar. d. nu. 9. Palud. Silu. ſup. vbi dicit cõmunem & S. Antõ. 3. par. tit. 14. §. 13. c. 19. Ang. Confeſſio. 1. §. 31. Alcocer. c. 7. Maior. 4. d. 17. q. 2. Durã. q. 10. Adria. de Confeſſ. q. 3. Petrus Soto de inſtitutione Sacerdotũ Sot. 4. d. 18. q. 1. ar. 4. Canus. de pœn. 5. par. Couar. c. Alma. 1. par. §. 1. n. 7. concl. 5. Io. Med. de confeſſione. cap. 16. Ledeſma. 2. par. q. 5. ar. 5. dub. 5.

Tertio. Quando aliquis voto ſe obligauit, vel iuramento in aliquibus diebus confiteri. Nauar. cap. 1. nu. 10. Bart. Med. ſup. Vel quando acceptauit in pęnitentiam, in remedium ſuorum peccatorum quater. Decies, vel omni menſe confiteri. Medin. ſupra.

Quarto. Quando pęnitens probabiliter credit ſe per totũ annum non habiturũ oportunitatem confitendi. Silu. ſupra, ver. Quartus. Nauar. nu. 10. ſup.

Quinto. Quando quis eſt in mortali, & vult communicare, vel celebrare, vt ex illo. 1. Corint. 11. Probet autem ſeipſum homo, &c. colligit Conc. Trid. ſeſ. 13. c. 7. & can. 11. & tenet D. Th. 3. pa. q. 80. ar. 4. Sot. d. 12. q. 1. ar. 4. & d. 18. q. 1. ar. 4. Coue. 6. Ledeſ. 1. par. q. 2. ar. 4. Victor. Sum. n. 146. Cordub. li. 1. q. 16. verſi. 4. Petrus Soto. de Euchariſtia. lectione 12. can. de pęn. 5. par. Couar. ſup. Caſtro. verbo Euchariſtia; Hęreſi. 10. ſi cõmunis in 4. d. 9. & 17. vt teſtatur Sot. d. 12. q. 1. ar. 4. ver. contraria tamen opinio. de qua latè Vorrenſ. 3. Confeſ. c. 6. §. 9. Bar. Med. ſup. Nauar. c. 4. nu. 10.

Ex quo infertur, illud oppoſitũ quod ante tenuit Caiet. verbo: Communio. & ſumma confeſſorum. fol. 195. cui fauet Ricar. d. 17. q. 6. ar. 3. Palud. q. 2. Adria. q. 3. de Confeſ. propendet. Roſenſ. art. 15. dicit probabile. Armil. verbo cõmunio. nu. 1. eſſe iam pluſquam falſum, & temerarium. Quamuis quidam Doctores recentiores nondum audent dicere illud fuiſſe erroneum, & tanquam tale damnare. vt Cordub. Petrus Soto. & Couar. & D. Guerrero. Archiep. Granatẽ. qui de hoc viua voce fuerunt conſulti.

Sexto quando quis vult recipere aliquem Ordinem ſacrũ in cuius receptione

ne debet communicare, ſecundum laudabilem, & approbatam cõſuetudinem, ex opinione S. Thom. quodl. 1. art. 11. quem refert, & ſequitur Nauar. c. 1. nu. 9. & tenet Sot. diſt. 18. q. 1. art. 4. concl. 6. Et habetur in Põtificali, Epiſcoporum omnes ordinatos Ordine Sacro debere communicare. Catechiſ. Rom. pag. 373.

Septimo. Quando quis probabiliter timet periculum obliuionis. Quod tenuerunt aliqui procedere ante tex. c. omnis vtriuſque. de pœnit. & remiſ. Poſt eius autem inſtitutionẽ, quia ſatis obliuioſis prouiſum eſt eum præcepto de ſemel in anno; tantum nunc eſt de conſilio. Nauar. c. 21. num. 35. Bart. Med. d. §. 41. Sot. ſup. concl. 7.

13 *Iure poſitiuo quando tenetur quis cõfiteri?* IVre autem poſitiuo, Quæritur quando tenetur quis, habens mortale, confiteri? Reſpo. quod ſemel quolibet anno. Vt ait tex. in c. omnis. de pœn. & remiſſ. confirmatus è ſacro Trid. Conc. ſeſſ. 14. cap. 8. communis omnium.

14 AN Papa teneatur confiteri ſemel in anno tractat Nauar. in Gloſ. in Sũma. de pœnit. diſt. 5. nu. 32. vide etiam ſup. nu. 10. fui enim oblitus.

15 *Quę ętate teneatur quis confiteri?* SEd cum in d. c. Omnis requiratur ætas diſcretionis ad hoc præceptum, Quæritur. Qua ætate teneatur quis ad hoc præceptum? Reſ. ꝙ licet Viguer. de Conf. verſicu. 14. & alij, tenuerint quòd etiam ſi puer, vel puella poſt ſeptenniũ, peccent mortaliter: non tenentur confiteri ex præcepto poſitiuo d. c. omnis, ſed ex iure Diuino, quia licet habeant annos diſcretionis ad peccandum; non habent annos diſcretionis quos Eccleſia requirit ad communicandum, (qui cenſentur in puella. 12. in puero. 14. & tũc ligantur præcepto annalis confeſſionis) Silueſt. tamen, cum quo communis, & vſus, tenet contrarium, immo quod teneãtur poſt ſeptennium, cum diſcretionem, & rationis vſum habebunt. declarat Sot. diſt. 18. q. 1. art. 3. ad fin. & omnes moderni communiter.

16 *Quo tẽpore?* QVæritur. Qua parte anni debeat hoc præceptum impleri? Reſp. Quod præceptum de annua confeſſione finiri videtur in fine Quadrageſimæ, in qua pius mos confitendi obligat, ſecundum quoſdam. Quibus fauet Concil. Trid. Seſſ. 14. c. 5. & can. 8. Sixtus. IIII. in quadam Extrauag. D. Thom. 4. diſt. 17. q. 3. art. 1. q. 4. & Clarius quodl. 1. ar. 11. Ioã. Medin. de confeſſ. q. 20. refert Vict. nu. 192. ex Renano ſuper Tertull. Quibus non obſtantibus Dico, ſatis impleri hoc præceptum in quolibet tempore totius anni, quod finitur in Paſcha. Victor. nu. 137. Canus de pœnitentia. 5. par. Sot. 4. d. 18. q. 1. ar. 4. Ledeſma. 2. par. q. 5. art. 6. dub. 6. facit Nauar. c. 21. nu. 35. & 45. cum Silu. & S. Anto. Bart. Med. Sum. li. 1. §. 41.

VTrum. Qui hoc anno non fuit confeſſus, tranſacto anno, illi currat præceptum confitendi? Reſpon. quod licet S. Anto. 2. par. tit. 9. cap. 2. §. 3. & Sil. verbo Euchariſtia. 3. q. 15. & alij dicant, quod non teneatur confiteri. Quia iam non currit præceptum anni præteriti: Contrarium eſt verius, & tenendum. Immo quod ille, qui pręterito anno non eſt confeſſus, etiam tranſacto tempore pręcepti, tenetur ad confeſſionẽ: tenet Ioan. Medin. c. de cõfeſſione. q. 1. art. 4. ad fin. Bartol. Med. ſumma lib. 1. §. 41. tenet & probat latiſſime Nauar. Mã. cap. 21. nu. 45. & Victor. Summa. numero 147. 17 *Quid ſi annus trãſit?*

¶ Quod etiam procedere in eo qui non communicauit in Paſchate probat latè Nauar. ſupra. & tenet eſſe verius; licet teneat cõtrarium. S. Anto. Syl. ſupra, & Sot. innuat. & tenet expreſſe Victor. num. 148. & Ioan. Med. ſupra, & Bartol. Med. lib. 1. §. 42. verſi. La quinta coſa, & Armil. ver. communio. nu. 6. Sed re vera mihi placet Nauar. opinio propter eius fortiſſima fundamenta, atq; autoritatẽ.

In euius confirmationem facit communis vſus Orbis vniuerſi. Nam omnes illi, qui non communicarunt in Paſcha, adimplere procurant illud præceptum poſtea, licet peccauerunt illud tempore debito non ſeruantes. Secundo facit; ꝙ à prælatis, pœnis, & cenſuris conſtringuntur illud poſt Paſcha implere: Quod eſt maximum argumentum.

QVæritur. Vtrum ille qui confeſſus fuit in paſchate, & cõmunicauit, 18 *V. tenea*

tur quis confiteri peccatū oblitū. eſtque oblitus alicuius peccati mortalis, quod poſtea venit in memoriam, teneatur, cōfiteri illud, pro illo anno; vel poſſit aliam expectare. Quadrageſimam? Reſpo. ꝙ Vict. num. 137. abſolute ait; quod non tenetur illud ſtatim, ſed quòd poteſt aliam expectare confeſſionem an ni proximi futuri. Sotus autem. 4 d. 18. q 1. ar. 4. verſi. ex his aſſertis. idem aſſerit; modo obliuio non fuerit ex culpa ſua. Itaque, qui ſufficientem ſuæ conſciē tiæ fecit examinationem, ſi aliquorum peccatorum fuit oblitus; nō tenetur vſque ad ſequentem annum illa confiteri Barto. Med. d. §. 41. probat, quòd ſi infra eundem annum recordatur, tenetur illa confiteri: ſi autem tranſacto anno non, & hoc videtur rationabile.

19 *Confeſſio qualiter facienda.* QVaritur. *Qualiter debeat fieri Confeſſio vt perfecta ſit? Pro cuius explicatione, propoſita diffinitionis Cōfeſſionis ſingulares voces, particulaſq; declarare oportet, vt promiſimus. Primo enim diximus: Confeſſio eſt legitima.*

PRIMO DIXI, Legitima,

NOta quòd aliud eſt interrogare: quot ſunt conditiones validę confeſſionis? aliud quot ſunt conditiones perfectæ confeſſionis? Reſpon. Conditiones omnes ſunt numero ſexdecim. Quas ponit, & explicat Nauar. licet breuiter. c. 2. nu. 5. S. Th. 4. diſt. 17. q. 3. ar. 3. D. Anton. 3. par. tit. 14. ca. 1. & 2. Caiet. & Armil. verbo confeſſio. 1. §. 2. melius. Sotus 4. diſt. 18. q. 2. ar. 2. & alij.

Cōditiones neceſſaria. Quo ſuppoſito, datur cōcluſio. Conditiones (abſolute) neceſſariæ ad validitatē confeſſionis ſunt tantum quatuor, ſcilicet.

Accuſans, integra, nuda, parere parata.

Sot. ſupra in prin. Corona, in conditionibus. Secunda concluſio. Omnes aliæ duodecim non requiruntur ad validitatem, ſed ad perfectionem (V. G.) In conſecratione, quædam verba ſunt omnino neceſſaria, ſine quibus cōſecratio inualidatur, alia licet ſint de præcepto, tamen ſi ge eis ſtaret conſecratio, & ſic de alijs. (vt ſuo loco, dicemus) Hac omnes ſexdecim conditiones Doctores, oēs his verſibus, cōprehendunt.

Sit ſimplex, humili Confeſſio, pura, fidelis.
Atque frequens, nuda, & diſcreta, libens, verecunda.
Integra, ſecreta, & lachrymabilis, accelerata.
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

Quòd ſi quis voluerit breuius illas ſummare poterit, dicere omnes in vna tantum comprehendi, ſcilicet, quòd ſit perfecta.

SEd antequam dictas conditiones declaremus; aduertere ſummopere eſt neceſſarium: aliam eſſe conditionem, vel præambulum ante ingreſſum confeſſionis, videlicet examen conſcientię: Quare ergo.

QVæritur. Qualem examinationem peccatorum tenetur pœnitens facere, vt accedat diſpoſitus ad confeſſionē legitimè? Reſpon. ꝙ Armil. confeſſ. nu. 9. Catech. Rom. Conc. Colon. de pœniten. §. Quòd generalis. Et alij dicunt, ꝙ tenemur facere, qualem in rebus arduis ſolemus adhibere. Nauar. autem, cap. 9. num. 16. ait: tantam debere eſſe, ac ſufficere, quanta viro prudenti, & æſtimatori humano, videbitur neceſſaria hominibus eiuſdem qualitatis, & conditionis, cuius eſt pœnitens ille, attenta ſaltē ipſius volūtate, qua cupit interrogari a confeſſario, & de interrogatis reſpondere, Victoria etiam nu. 161. (poſt multa) concludit in hæc verba: Sufficit autē taliter examinare, quòd etiam ſi amplius examinaſſem per aliquod aliud tempus, non recordarer aliorum & hæc ſufficit. Hæc ille. 20 *Qu. exa minatio peccatorum req ratur?*

Ex quibus omnibus patet, quam culpabiles ſunt pœnitentes, qui cum per totum annum quo fuerint peccata ſua cō feſſi, accedunt in ſeptimana Sancta, qua ſi inuiti ad confeſſionem cum parua, vel quaſi nulla animarum ſuarum præparatione. Longe tamen culpa digniores confeſſarij, qui cum tali periculo perditionis

ditionis vtriuſque, eoſq́ ſic impræparatos, indigeſtaque peccatorum mole onuſtos, admittunt. Caueant obſecro, ne ambo in foueam cadant, aduertantque quòd Concil. Trid. ſeſſ. 14. ca. 5. dicit: poſt diligentem diſcuſſionem. Et paulo inferius: vt poſtquam quiſque diligentius ſe excuſſerit. Nunc conditiones declaremus.

Prima & ſexta Conditio. Simplex. & Nuda. ideſt. Ne ex ſuaui eloquentiâ delectet. Ne ſit verboſa, narrans hiſtorias, vel peccata aliena. Ne ve excuſet ſe, potius quàm declaret. Ne ſit veſtita colore obſcurante peccati turpitudinē, & grauitatem, ſed ita nudè proponantur peccata, vt facile poſſit Confeſſor quale ſit mortali, venialeuè peccatum diſcernere, cum omnibus ſuis circunſtantijs, vt ſunt coram Deo manifeſta, Vt in c. conſideret. de pœnit. d. 5. Vbi latiſſime Nauarr.

Secunda Humilis. ideſt, vt in modo locutionis appareat reus confuſus, genuflexus, & diſcooperto capite, ſicut proditor, vel uxor in adulterio deprehēſa, & cū ſignis animi ſubmiſſi; quia ex abundantia cordis os loquitur.

Tertia. Pura. Ideſt ſine mixtione rerum impertinentium. Nec indicet aliquid vnde Confeſſor veniat in notitiā peccati alieni, vel complicis. (vt infra latius.)

Quarta. Fidelis. i. Vera. Non eſt dicēdum mendacium in Confeſſione circa materiam neceſſariam. Quid autem de eo qui dicit mendacium veniale? vide infra.

Quinta. Frequens. Confeſſio ex conſilio debet frequentari: quæ fieri poteſt de peccatis iam alias abſolutis, contra Scot. contrarium dicentem. Item poteſt fieri de conſcientia ſcrupuloſa & dubia. Verum qui re vera eſt nimis ſcrupuloſus, debet ex conſilio docti Confeſſoris, dum anguſtias ſentit ſuorum ſcrupulorum; incliuare in extremum magis amplum, contra illam anxietatem, & facilius quam alij excuſatur à Confeſſione ſcrupulorum, niſi quando ita certus eſſet, vt poſſet veraciter affirmare hæc duo: Primum quòd illud nō ſit ſcrupulus. Secundum quòd ſit dubium verè practicum rationabiliter cōceptum. Ita conſulti Salamanticæ grauiſſimi Magiſtri. Ledeſ. 2. par. q. 5. dub. 4. ar. 4. Vict. num. 130. Caiet. ſum. verbo. ſcrupulus. Naua. c. 21. num. 42. Cord. lib. 3. q. 14. in princ. & §. 5. col. 6. cum Gerſone. Probatur. Scrupuloſus conformat ſe recto & prudenti dictamini Sapientum catholicorum per quos Chriſtus nos docet; ſemper, enim habet lucem, Duces. ſ. & Doctores in Eccleſia: hi autem dicunt ita ſuaue eſſe iugum Chriſti, vt concedat hanc amplam libertatem homini timorato, & ſcrupuloſo: ergo voluntas huic iudicio conformis, eſt recta.

Cōfeſſio quando frequentanda?

Nota ſcrupuloſis.

Item, Frequens, ſi quando ſit periculum reincidendi, maximè ob conſuetudinem, quia peccatum primum ſuo pōdere trahit in aliud. ſecundum omnes.

21 QVæritur. Quam frequentius teneatur parochus audire ſubditorum Confeſſiones, & alias Sacramēta adminiſtrare? Reſp. hac concluſione. Parochus tenetur, ſub mortali, adminiſtrare omnia ſacramēta, quotienſcunque ſub ditus illa: ſub eodem peccato, tenetur recipere. Ricard. quem refert & ſequitur Silue. Euchariſtia. 3. q. 7. Ioā. Med. c. de Confeſſione. Nauar. ca. 21. nu. 56. So. infra. & omnes.

Parochus an teneatur audire confeſſiones &c.

22 SEd an teneatur ſub dicto peccato, vltra dictos caſus. (V. G.) cū aliqui volunt confiteri ſingulo menſe, vel aliquibus feſtiuitatibus? Reſp. quòd licet dictam concluſionem procedere in illis caſibus, teneant ſupra dicti autores, Sotus tamen. 4. diſt. 13. q. 2. ar. 2. verſi. Dubium autem. quem ſequutus fuit in publica lectura grauiſſimus quidam Doctor Salmantinus, tenet; Parochum teneri ſub mortali audire ſuos ſubditos petentes Confeſſionem aliquoties, vltra dictos caſus.

V. teneatur ſub peccato?

Quod Ego Probo. Primo. Argumentum valet de medico corporali ad ſpiritualem, vt facit tex. cap. Omnis. de pœnit. & remiſ. ſed Medicus corporalis, etiam ſi particulariter propter ſtipendium non eſſet obligatus, tenetur ſub

mortali curare infirmũ, quẽ nullus alius poteſt curare,& ſanare; ut tenẽt omnes: Ergo & parochus, cum ad id maiori ſit adſtrictus vinculo, quia ſibi principaliter cura ſuorum parochianorũ vel ſubditorum eſt cõmendata. Et eum quis ſit infirmus mortali infirmitate ſpirituali; videtur ad illum ſanandum teneri, cùm nullus alius ſine priuilegio id poſſit.

Secundo. Argumentum valet de Paſtore ouium, ad Curatum animarum (ita ſiquidem in ſacris literis & Concilijs vocantur Paſtores animarum) cum ergo Paſtor ouium, maximè ſibi commiſſarũ, teneatur ex lege iuſtitię prouidere ſua rum ouium neceſſitatibus, & de paſcuis, ne fame vel infirmitate pereant; alioquin tenebitur de damno ex malitia, negligentia ve ſua dato; ſequitur, ꝙ maiori vinculo ſit adſtrictus paſtor ſpiritualium ouiũ ſibi à Chriſto commiſſarum, maxime ſi videat eas lupum rapacem, ideſt mortale aliquod peccatum, poſſidere.

Tertio. Probatur quia in d. ca. Omnis, non præcipitur fidelibus, ne ſæpius confiteantur, vel communicent; ſed dicit, ꝙ teneantur ad minus, ſemel. Vnde (ponderando verbum; Ad minus,) datur intelligi ꝙ Parochi teneantur ea Sacramenta ſæpius adminiſtrare petentibus. vide etiã tex. c. Et ſi, non frequentius. de Conſecr. diſtinct. 2.

Septima. Diſcreta. Id eſt verbis honeſtis. maximè in 6. præcepto. de quo vide. Nauar. cap. 5. nu. 4. & c. 16. nume. 4. non deſcendendo ad particularia.

Item, ut vno verbo, dicat numerum peccatorum eiuſdẽ ſpeciei. Sotus addit: non oportet vt pęnitens noſcat quæ ſint maiora, vel minora peccata. Nec verò requiritur magna diſcretio rationis, ſed ſufficit ut puer, uel Parum cordatus habeat rationis vſum, quamuis debilẽ Alexand. D. Th. Gabr. Caiet. Victor. Sot. d. 12. q. 1. att. 9. concluſio. 1.

Octaua Libens. Ex amore ſalutis ſpiritualis, & actu humano libero. Neque verò malum eſt, quòd imperfectus ſeipſum trahat, uel in uitum, uel per metum, ſi modo intendit ritè confiteri. Addit Armill. Si tamẽ (quia uenit inuitus) decreuerat non confiteri aliqua, niſi confeſſarius veluti extraheret de corde; tenetur ſimul fateri hoc propoſitum fictionis.

Nona. Verecunda. De qua ſupra. conditione. 2. iuxta id ad Roma. 6. Quẽ fructum habuiſtis tũc in illis, in quibus nũc erubeſcitis? erubeſcat ergo & non tanquam glorioſè iactãs, facinus confiteatur. Et ſatius eſt, ut ipſe prius incipiat verbo aperire peccata, prout nouit; quàm vt confeſſor omnia roget, uel per ſcriptum legat uide Sot. 4. diſt. 18. q. 2. art. 4. in fi. Conc. Triden. Seſſ. 14. ca. 5. Dicat omnia cũ aperta & clare cõfeſſione. Et interim, memento non interrumpere accuſantem ſe. Caietanus in Summa. Caueat autem, ne prauus pudor, verecundiaue diabolicam impediat fateri omnia, etiam ſi erubeſcat. Erubeſcentia enim ipſa partẽ habet remiſſionis. D. Augu. & habetur. c. Quem pœnit. de pœnit. d. 1.

Decima. Integra. Vide in 4. conditione. Debet fateri omnia de quibus habet conſcientia, ſaltem dubiam peccati mortalis, alias non abſolui, Et circunſtantias neceſſarias, de quibus infra ita vt dubia dubiè, certa dicat certò Caiet. verbo. Confeſſio. Quare, ſi deſit integritas ſcienter & ſine cauſa, nil valet abſolutio, & eſt reiteranda confeſſio. Nauarr. cap. 9. & infra, & Concil. Trident. Seſſ. 14. cap. 5. & Can. 6. At ſi vnum, uel multa peccata obliuiſcatur, abſque notabili negligentia diſcuſſionis, integra eſt confeſſio. Vel ſi quid omittat ex ignorantia iuris, vel facti etiam culpabili vel dũ ſola reſeruata confitetur Epiſcopo vel habet circunſtantiam, quam, ex cauſa, expedit non fateri huic confeſſori.

Vndecima. Secreta. Quia nõ tenetur, niſi vni Sacerdoti vice Dei, ſecretiſsime fateri. Dixi: nõ tenetur, quia ſecus ſi vult. (vt infrà.) Ex traditione autem conſtat hunc modum ſecretè confitendi, eſſe à D. N. Ieſu Chriſto inſtitutũ: Cõcil. Trid. Seſſ. 14. c. 5. Vbi aduerte. Quod licèt confeſſio Sacramentalis, ſecreta, fuerat D. noſtro inſtituta, & præcepta: non tamen vetuit vel prohibuit, quin aliquis in Eccleſiæ ædificationem, vel in ipſius maiorem abnegationem vel alia iuſta cauſa, poſſit

V. mod' confiten di ſecrete ſit iure Diuine Inſtitutis.

ſa, poſſit publicã ſuorũ peccatorũ ſacramentalẽ confeſſionem facere. Cõc. Trid. c. 5. declarat Nauarr. c. 2. nu. 8. & ita ſe explicat Caiet. opuſc. ad Articulos Pariſienſes ſibi impoſitos. art. 5. & colligitur ex Tripartita hiſt. li. 9. ca. 34. Nicephor. lib. 12. ca. 28. Taper. artic. 5. pag. 213. & 197. Aiala, de traditionibus. Caſtro. verbo. Confeſſio. Vega. lib. 13. ca. 28. Oſius in Inſtitutione. cap. 46. & 47. Sot. 4. diſtin. 18. q. 1. art. 1. & q. 2. ar. 6.

V fit de eſſentia quod ſecreta?

Item Not. q etiam publica, quæ antea confeſſor (vt homo) nouerat, tenetur ei pænitens in ſacramentali confeſſione reuelare tanquã iudici. Sot. diſt. 18. q. 2. ar. 4. cũ S. Tho. 4. 16. q. 3. ar. 3. q. 1. ad 2.

Not. etiam, q quocunq; modo cõfeſſio non ſit ſecreta, vel quia aliquis inuenit ſchedulam in qua erant peccata, vel quia pœnitens, vel confeſſor eſt ſurdus, & locutus fuit ſic altè, vt alij circunſtantes audirent peccata, vel quia q malitioſe ſe abſcondit vt audiret peccata pœnitentis, vel quia in hoſpitalibus, vbi nõ eſt commoditas ſic ſub miſſa voce confitendi, vel quando pœnitens data opera propter infirmitatem, neceſſitatẽ, ædificationem, vel aliam iuſtam cauſam confitetur peccata publicè; eſt valida & Sacramentalis confeſſio. Vt probat Nauar. c. 2. nu. 8. (& dicetur infra de abſolutione.) & Nauar. c. 21. nu. 36.

Decimaſecunda. Lachrymabilis. i. cũ lachrymis cordis interioribus, de quibus Nauarr. c. 1. nu. 23. & 35. & c. 2. nu. 8. exteriores autem lachrymæ (vt ſupra dictum eſt) licet ſanctiſſimæ, laudabiles, & procurandæ; non tamen ſunt neceſſariæ omnes.

Confiteri ſtatim poſt peccatũ quã vtile?

Decimatertia. Accelerata. i. q peccator confiteatur mox vt peccatum cõmiſit, de cõſilio tamẽ. Ille autem, qui ſtatim vt peccauit confitetur, multa bona conſequetur; magis quàm ſi contritionem tantum cõciperet. Per confeſſionẽ enim fit ſecurior de venia. Fortificatur contra recidiuum peccati; Opera bona quæ facit ſunt viua, quia in Charitate facta: cõſequitur etiam alios fructus pœnitentiæ, quos ſupra poſuimus; & illos confeſſionis, quos infra dicemus.

Decimaquarta. Fortis. Ne quid ſileat timore, & pudore prauo. vide ſup. conditione. 9.

Decimaquinta. Accuſans. Vt ſibi, & non Dæmoni, vel alijs, imputet peccatum. Et quando deceat, vel non, confiteri circunſtantias excuſantes. vide infra.

Decimaſexta. Parere parata. In quibus teneatur pœnitens obedire; vide de Satisfactione.

SECVNDO, DIXI. Coram.

QVæritur. Si cõfeſſor reperit ſe non potuiſſe abſoluere à certis caſibus & tamen poſtea obtinet facultatem abſoluendi, nec reperire poteſt pœnitentem, quem tamen reputat adhuc manere in gratia: An poſſit abſoluere illum in abſentia? Et ſi poſſit quis confiteri abſenti Sacerdoti, per literas, & ab illo abſolui?

V. poſſit quis Sacerdoti, abſenti cõfiteri, ab illoque abſens abſolui?

Reſpõ. q per dictum S. Aug. & habetur in c. Quem pœnitet. de pœnit. d. 1. & per Catech. Ro. pag. 312. videtur quod non. Quæ ſententia eſt probabilis, quia eam etiam refert Ric. Scot. & cõmunis Theologorũ. in 4. diſt. 17. Gabr. Ri. Caie. Summa, verbo. Confeſſio, cõditione. 11. Sot. 4. diſt. 18. q. 2. ar. 6. verb. Secundum membrum. Victor. nu. 171. Simon Maiol. de irregul. lib. 1. c. 16. nu. 2.

Sed licet hæc ſit communis opinio, verior, & mitior, cõformiorque Dei miſericordiæ, videtur mihi contraria; immo in caſibus ſupradictis; & cum quis eſt incarceratus, vel aliquo alio loco detentus, cui non cõceditur Sacerdotis copia, vel quando quis eſt infirmus, qui nõ poſſit adire, vel portari ad Sacerdotem, etiã ægrotantem: & ſimilibus, poſſe quẽ confiteri per literas, & in abſentia abſolui. ſecundum Palud. 4. diſt. 17. q. 2. ar. 1. & Adria. in 4. de cõfeſſ. q. 1: quos refert, & ſequitur (multis adductis fundamentis) Nauar. c. 21. nu. 36. & c. 27. nu. 268. fine. Tenet Syl. Confeſſio. 1. nu. 16. vbi dicit: ſic cõfeſſum fuiſſe. D. Thomã Archiepiſ. Cantuarienſem. Item q Nauar. c. 26. nu. 14. refert ex D. Anton. quòd ipſe, & multi grauiſſimi Theologi ſuper

hoc

hoc congregati iit quodã Cõc. idẽ tenuero tenet & Syl. Confeſſor. 3. §. 4. & confeſſor. 4. §. 6. Petrus Soto. de Cõfeſſione lect. 11. Taper. ar. 5. pag. 210. dicit probabiliſſimũ Ledeſ. Med. Cordub. in Summa. q. 19. fauet D. Cypr. li. 3. epiſtolarũ. epiſt. 13. Leo Papa. in c. Qualis. 30. q. 5. I ſi. Et tenet expreſſe Horozco. in Opuſculis inſinuat Couar. li. 2. Variarũ. c. 13. n. 6. dũ ait; niſi iuſta eã adſit, q̃ rem hanc, & actum iuſtum licitum reddat, nẽpe infirmitas corporalis aliudue ſimile impedimentũ. Ad c. Quẽ penitet. Reſ. ꝙ eſt verũ, quãdo poteſt penitens ipſi Sacerdoti confiteri. ita Nauar. in d. c. Quẽ penitet.

V. teneatur quis ſic confiteri vel &c.

24 SEd An teneatur quis dicto modo, vel per nuntium vel interpretem, vel mutus per illam diligentiam, quam ponit Caiet. & refert Sot. ſupra? Reſp. reſolutiue ſecũdum omnes, ꝙ licet quis poſſit dictis modis cõfiteri (eſt enim in ſua poteſtate) non tamen ad hoc tenetur, etiã in articulo mortis. Scot. Ricar. Palud. Sot. ſupra. Adr. Caie. quos refert, & ſequitur Couar. ſupra. Ratio eſt, quia (aiunt) interpres non tenetur ſigillo Confeſſionis, cũ ſe teneat ex parte penitentis, contra Sylu. qui multos pro ſe citat verbo Confeſſio. 3. num. 2. & 3. Canum de penitentia. Viguer. de Confeſſione. verſi. 20. Quorũ opiniones diuerſæ poterunt in hunc modum cõcordari: ſcilicet, quòd interpres, & alij, qui quouis modo audiunt peccata, nõ teneantur ad ſigillum, videlicet ſacramentale; nec ſi frangerent illud, punirentur vt Sacerdos; Sed tenẽtur ſub mortali peccato ad ſigillum naturali iure. Et ita poſſunt intelligi omnes caſus, quibus laicus audit peccata alterius. Tradit late Nar. c. 8. nu. 4. cum S. Thom. & alijs, & Sot. 4. diſt. 18. q. 4. art. 1. verſ. Occaſione autem, & art. 6. in fine. Iure autem diuino ſolo attento, teneri quem confiteri tali modo ſemel ante mortem. ſ. per interpretem &c. tenet S. Tho. Suplem. Piſan. Archid. quos ſequitur Sylu. Cõfeſſio, 1. nu. 16. Palud. d. 17. q. 2. Maior. q. 1. Quia Deus præcepit abſolutè confeſſionem, q̃ aliquo ex dictis modis, fieri poteſt. Quæ opinio mihi videtur vera: licèt Scot. Ricard. Ang. & Roſella contradicant. & Caietan. vt refert Victor. nu. 173. qui loquitur ſine diſtinctione.

Interpres quo præcepto teneat ad ſigillum.

TERTIO DIXI. Idoneo.

QVæritur. Quot requiruntur vt qs idoneus dicatur confeſſor? Reſpon. tria requirunt. Duo eſſentialia, ſiue quibus nullla eſſet abſolutio. Aliud non ſic neceſſarium, ꝙ inualidet abſolutionem. Primum ꝙ requiritur eſt, quòd habeat poteſtatem Ordinis, & iuriſdictionis. Tunc dicetur habere poteſtatem ordinis; cũ quis fuerit Sacerdos ritè & recte ordinatus. Quia in ipſa ordinatione datur omni Sacerdoti poteſtas abſoluendi; quæ dicitur, vt habetur in Conc. Trid. Seſſ. 23. cap. 5. & declarat Nauarr. ca. 4. nu. 7. Sot. in 4. d. 20. q. 1. ar. 5. Poteſtas; autem iuriſdictionis confertur cùm aliquod ei parochiale datur beneficium, vel quando eligitur ratione alicuius priuilegij, vel bullæ. Vel quando ab Epiſcopo approbatur ad audiendas confeſſiones. ſecundum Concil. Trid. ſupra vide Batt. Medin. Summa li. 1. c. 12. §. 1. Couarru. li. 1. Var. c. 10. n. 11. & omnes. 25

Quis ſit idoneus Cõfeſſor?

Secundum quod requiritur eſt debita ſcientiã ad diſcernendum inter peccata venialia, & mortalia; & eorum circunſtancias, & remedia adhibẽda. Vide Specu. tit. de Aduoc. §. 6. verſi. Sed nunquid. quem refert, & ſequit Additionator Alberi. in verbo Iudex. Vbi interrogat. An ignorãs, vel illiteratus poſſit eſſe iudex.

Quæ ſcientia requiratur in Confeſſore?

QVanta ſcientia requiratur in confeſſore? Reſpõ. ſcientiã in cõfeſſore tripliciter conſiderari. Primo, quo ad perfectionem. Secundo, quo ad ſufficientiã. Tertio, quo ad validitatẽ actus, & peccatum vitãdum. Pro quo ſequentes nota aſſertiones. Prima. Cõfeſſor perfectus ille dicitur, qui omnibus ſibi confiteri volentibus, ſatisfacere poterit per ſeipſum. Talis autem iudicabitur qui moralem Theologiam, vtriuſq; iuris peritiam, atque conſtitutiones Synodales illius regionis ꝓbè nouerit. Vt notat Nauarr. c. 4. nu. 8. Et talis eſt ſufficiẽs vbicunque, & pro quacunque perſona. 26

E 2 vide

vide tex. in cap. 1. & per totam diſt. 38.

Secunda. Qui in ciuitate aliqua, vel magno loco, exponitur ad omniũ perſonarum Cõfeſſiones audiendas; erit ſufficiens Confeſſor, ſi ſciat vel intelligat libros caſuũ conſcientiæ, vel Sũmas, quas lingua latina, vulgari, vel alia, ad hoc munus habere debet. Et intelligat peccata cõmunia quæ committũt, vel committere ſolẽt illi, quos audit, cum ſuis circũſtantijs. Et quibus criminibus ſit excommunicatio annexa: Peccata reſeruata: Et quando facienda ſit reſtitutio. Vel saltẽ ſciat de ſupradictis dubitare, vt alios cõſulat. Reſoluit Nau. c. 4. n. 8. ex S. Th. 4. d. 17. & ex c. Omnis. §. Sacerdos, de pœnit. & remiſ. Caiet. & alijs. Med. infra. Et ſuper omnia vide tex. in c. Quę ipſi⁹. 38. diſ. vbi habet ea, q̃ Sacerdos ſcire debet.

Tertia: Cõfeſſarius, qui neſcit in quibus caſibus poſſit, vel non, abſoluere; neque differentiã inter maiorẽ, & minorẽ excommunicationẽ, neq; peccata mortalia communia; cum debitis circunſtantijs; & ſaltem circa dubios cõtractus, neſcit dubitare, nõ ſolum non abſoluit; ſed peccat taliter officium exercens. Victor. nu. 168. Nauar. c. 4. nu. 12. Sot. 4. d. 18. q. 4. ar. 3. & late Armil. Confeſſor. nu. 2. Reſoluit ex S. Th. D. Bonau. Alberico, & alijs; Syl. Confeſſor. 3. §. 2. Quia ſi ille ignorat peccata, quæ pœnitens dixit, facit Confeſſionẽ nullam. Ideo talis eſt reiteranda Confeſſio. (vt infrà dicet) & tradit ſub. 12. documentis bene Bart. Med. Sũ. li. 1. c. 6. & c. 12. §. j. Et qualiter teneat dimittere officiũ; vide Nau. c. 25. n. 133.

Quarta ſi pęnitens eſt vir doctus, qui poteſt inſtruere, vel docere talem inſufficientem Confeſſorem de ſuis peccatis, circunſtãtijs, & contractibus: tunc Sacerdos nõ peccabit, confidens de ſufficiẽtia ſui pęnitentis; & confeſſio tali facta, erit valida; quia in hoc caſu, ſufficientia pœnitentis ſupplet inſufficientiam Confeſſoris: ſicut ſępè diligentia Cõfeſſoris (in examinando pęnitentem) ſupplet defectum examinis debiti. Tradit D. Anton. Nauar. c. 4. nu. 13. Vbi alios caſus vide.

Quinta. Quod eſt maxima differẽtia, inter illum qui eligit virum idoneum in Cõfeſſorem, & inter illum, qui non idoneum. Quòd ille qui ex conſilio idonei Confeſſoris aliquid facit; licèt erret, excuſatur, quia cõſuluit virum doctũ: Aliter autem, ſi errauerit, nõ excuſabit quia eligit inſufficientẽ. Secundo. Quod inſufficiens inducit pęnitẽtẽ in deſperationem. Idoneus autem conſulatur illũ per remedia quæ ſcit adhibere, infundendo vinum & oleum ſecundum text. c. Omnis. de pęnit. & remiſ. Sic Iudas deſperationem paſſus eſt, quia (relictis Apoſtolos) abijt ad Phariſæos. Vt tradit Sylu. verbo Confeſſio. 1. §. 12. Qui ergo vult confiteri peccata, vt inueniat gratiã, quęrat Sacerdotem ſcientẽ ligare, & ſoluere; nè, cùm negligẽs circa ſe extiterit, negligatur ab illo, qui eum miſericorditer monet, & petit, ne ambó in foueam cadant, quam ſtultus euitare noluit tex. c. Quem pęnitet. de pęnit. dif. 1. in medio.

Sexta. Prælati omnes tam Sęculares, quàm Regulares præficiẽdo ad Confeſſiones audiendas, taliter inſufficiẽtes; illos approbando, vel tolleratos, & approbatos ab alijs, tollerando; peccãt grauiſſimè. Vt ex S. Bonau. Alex. & alijs. probat Nau. ca. 4. nu. 12. verſi. Et quod ille. & nu. 14. verſi. Superior autem.

Septima. Illi autẽ, qui examinatis ab Epiſcopis, & approbatis, ſecundum Cõcil. Trid. Seſſ. 23. ca. 15. confeſſi fuerint, videtur mihi (ſaluo meliori iudicio) q in foro conſcientiæ ſint excuſati coram Deo, etiam ſi tales cõfeſſatij errauerint. Epiſcopi autem, ſi illos abſq; neceſſaria approbarunt ſciẽtia, luent pœnas negligentiæ ſuæ: quia Sanctum Concilium, hoc illis commiſit in ædificationem, nõ in animarum perditionem, & deſtructionem. Quòd colligitur ex l. Barbarius, ff. de Officio præt. & Nau. c. 9. nu. 11. Talium autem Sacerdotũ imperitia minimè excuſatur. c. Si in Laicis. 38. d.

Octaua. Quòd quotieſcunque (maximè poſt d. Cõc. Trid. ſupra) in bullis, vel priuilegijs conceditur facultas eligendi Confeſſorẽ idoneum; debet intelligi, de approbatis ab Epiſcopo, ſecundum formam d. c. 15. Conc. Trid. Ita tenent omnes Doctores.

Quibus

Proprius Sacerdos, & idoneus Sacerdos differũt & qui dicat ꝓprius.

27 QVibus viſis, Nota quòd alius dicitur proprius Sacerdos, alius idoneus Sacerdos. Proprius Sacerdos eſt Papa in vniuerſum. Epiſcopus in Diœceſi ſua. Parochus in Parochia: eſt cõmunis omnium. ¶ Proprius autem Sacerdos Papæ, eſt ille, quem ipſe eligit in Confeſſorem: Qui auctoritate Diuina habet poteſtatem non ab ipſomet Papa cõceſsã. Vt latè ꝓbat Nauar. ca. 27. nu. 260. licèt contra teneant Sot. 4. d. 18. q. 4. ar. 2. & Victor. nu. 154. Et tenetur Papa tali ſuo cõfeſſario obedire, & pœnitentiam implere, etiam ſi præcipiatur renunciare Papatui. Bald. in ca. Dilectus. col. 2. de Appellat.* Quòd procedit etiã tenẽdo ſententiã Soti, quia ſecundum tex. in l. lege receptum eſt. ff. de iuriſ. om. iud. quẽ allegat, & declarat. Ludo. Ro. ſingul. 143. cum ſua additione. maior poteſt ſe ſubmittere iuriſdictioni minoris iudicis. Et qualiter Cardinales, Epiſcopi, eorumq; familiæ, poſſint eligere confeſſorẽ vide Sũmiſtas, & clarius Victor. ſup. Idoneus autem (vltra ſupradictos qui ordinariã habent iuriſdictionem) ille dicitur, qui per priuilegia Religionum, vel alia quæcunque, vel per expoſitionem Epiſcoporum ad audiendas confeſſiones, illã habet delegatam. ¶ Sed Nota, quod quamuis inueniatur in libris, quod Parochus põt dare licentiã alicui Sacerdoti, vt audiat Parochianos ſuos, eſt intelligẽdum, dummodo talis Sacerdos ſit idoneus, & ab Epiſcopo approbatus. Et ſic, cùm alicui concedit licentiã Ordinarius, ponit ſine Parochorum præiudicio, Quod melius explicatur in licentijs conceſſis Bononiæ ab Illuſtriſſimo, atque Reuerendiſſimo D. Cardin. Paleoto, primo Archiepiſcopo meritiſſimo.

Quis dicat confeſſor idoneus, per bullas eligibilis.

28 SEd cum in Bulla Confraternitatis S. Trinitatis (quam quo ad hoc ponit Nauar. c. 27. nu. 263.) & in Bulla Corrigiæ S. Aug. vt in ipſa patet: & in Bulla Cruciatæ, ꝓ Hiſpanijs, & in multis ſimilibus habeatur, quòd tales poſſint eligere confeſſariũ ex approbatis ab Epiſcopo, qui eos poſſit abſoluere ab omnibus peccatis, & cenſuris etiam Papæ reſeruatis, etiã in Bulla cœnæ, ſemel in vita &c. Quæritur Quis cenſeatur talis, vt per hanc Bullam poſſit iuſtè eligi?

Pro cuius reſolutione Not. Primo; quòd Papa poteſt, & ſolet dare licentiã eligendi confeſſorẽ ſine Epiſcopi, vel Parochi licẽtia. Ludou. Rom. conſ. 266. Ripa de peſte. n. 35. Mãdoſius ĩ praxi ſignaturæ gratiæ, titulo. cõfeſſio. fol. 75. col. 2.

Secundo Not. quod dupliciter approbat Epiſcopus. Primo modo diſcernẽdo ꝙ iſte ſit idoneus confeſſor, abſque hoc, quòd ei vllã tribuat Iuriſdictionem. Secundo, Tribuendo ei, non ſolũ approbationem; ſed etiam iuriſdictionem. Et cõſtat quòd eam iuriſdictionem poſſet Epiſcopus ſubdelegatis reſtringere ad certa loca, vel ꝑſonas. Perpẽdi verò oportet an Epiſcopus concedat approbtionẽ, vel iuriſdictionem in perpetuũ, vel ad tempus. Quibus ſuppoſitis ad quæſtionem his Reſpon. concluſionibus.

Parochus ſẽper eſt idoneus, confeſſor.

Prima concluſio. Parochus, quamdiu habet beneficium curatũ; Vicariam perpetuam alicuius parrochiæ; Vel quid ſimile, eſt idoneus: atq; ideo eligibilis virtute bullarũ dictarum, vel priuilegiorũ. Et hoc ubicunq; fuerit; Probatur. Quia Concil. Trid. Seſ. 23. c. 15. ita abſolutè dicit. Nec exprimit vt Parochus reputetur idoneus ab hoc, vel ab alio Epiſcopo. Et ſic eſt vſus in cõfinio diuerſarũ Diœceſum, vt vnus Parochus viciniũ Parochũ alterius Diœceſis reuocet, vt illũ adiuuet in confeſſionibus ſuorum audiendis. Ita multi Magiſtri dixerunt cõſulti Salmãticæ. & alij. vt D. Franciſcus Blanco Archiepiſcopus Compoſtellæ.

Secunda concluſio. Quamuis Epiſcopus ad libitum poſſit Presbyteris ſæcularibus ſuæ Diœceſis, & dare approbationẽ idonei confeſſoris, vel auferre datã: quãdo tamen confert eam Regularibus, nõ poteſt ſemel approbatum confeſſorẽ reprobare, niſi forte, ſuperueniret noua, & grauis cauſa. Quòd (vltra motum proprium Pij V. quem confirmauit Grego. XIII. per Hieronymum Mathæum Prothonot. Apoſt. anno 1584.) probat Nauar. c. 27. nu. 266. & fuit declaratum ſic ab Illuſtriſſ. Cardinalibus congr. Conc. Trid. menſe Iun. 1587.*

Tertia Concluſio. Confeſſor ſæcularis, uel regularis, (quãdiu retinet dictam approbationẽ ab aliquo Epiſcopo) eſt ita eligibilis per dicta priuilegia, & bullas, ubicũq; terrarũ fuerit, ſicut de Parocho dictũ eſt, cõcl. 1. Ita Magiſtri Salamãticę in publica lectura. Mantius, Gallo Frat. Bar. Med. D. Archiepiſc. Blanco. Et probatur, quia ante Cõcil. Trid. quilibet Sacerdos non impeditus, erat eligibilis per tales bullas, & priuilegia: ut tenet communis opinio, quã refert & ſequitur Sot. 4. d. 18. q. 4. ar. 3. & ar. 2. col. 2. S. Anto. 3. p. tit. 17. c. 7. Gab. 4. d. 17. q. 2. ar. 3. dub. 2. ibi. Palu. q. 3. ar. 2. Adriã. de cõfeſſione, q. 5. dub. 1. Sylue. cõfeſſor. 1. §. 5. & excõmunicatio. 7. caſu. 14. §. 12. Ioan. Medin. de confeſſione, §. Si quæras Hoſtienſ. in c. omnis de pœnitẽ. & remiſ. Nauar. mã. ca. 4. n. 3. & in c. Placuit de pęn. d. 6. n. 8. 40. & 49. Abb. in clemen. 1. de priuil. Sicul. Fely. Ripa. de peſte, pag. 36. n. 41. & in Hiſpania conſultus de hoc commiſſarius Bullæ Cruciatę, D. Frãciſcus à Freſneda Epiſcopus Conchenſis, reſpondit ſic hoc Papam declaraſſe.

Contrarium tamen tenet Can. par. 5. relectionis. de pœnitentia, & Archiepiſcopus Granatenſis Guerrero. & D. Delgado Epiſcopus Gienẽſis. D. Torres Epiſcopus Canariæ. & alij Doctores Cõplutenſes, quibus uidetur fauere tex. in clemẽ. Dudum. de Sepul. Vbi habetur: quod Religioſi ab uno Epiſcopo approbati, non poſſunt audire cõfeſſiones extra loca, ad quæ ſunt approbati, & deſignati, quòd abſolutè tenet Sot. d. 18. q. 4. ar. 3. verſic. Ad. Glo. Sed Reſ. quod dicta cle. nõ negat eſſe idoneũ: ſed tãtũ quod iuriſdictionem, quam Mendicãtes recipiunt ab Epiſcopo, non poſſunt exercere extra loca illius Diœceſis: At talis bullam vel priuilegiũ confert iuriſdictionẽ à Papa. Vnde Sylueſ. & Sot. qui fatetur, ꝙ quilibet Sacerdos non impeditus cenſura, erat eligibilis per bullam; loquebantur ante Concil. Trident. nõ autem poſt. De hac re vide Nauarr. cap. 27. nume. 265. Poteſt tamen Epiſcopus iuriſdictionem ab eo fluentem in confeſſores, etiã Regulares reſtringere ad certa loca perſonas, & tempora. ut dixi. notab. 2.

Quarta concluſio. Presbyter ſæcularis, adhuc retinet facultatem, ex conſuetudine ſibi cõceſſam, eligẽdi in ſui cõfeſſorẽ quẽlibet ex cõfeſſoribus approbatis idq; abſque bulla, vel priuilegio aliquo. Vide Sot. d. 18. q. 4. ar. 2. Probatur; quia Concil. Trid. id non ſubſtulit, ſed ſolum reſtrinxit, ne quis eligatur niſi approbatus, & hæc conſuetudo rationabiliter eſt inducta. Quia ſacerdos quotidie celebrans, tenetur iure Diuino præmittere confeſſionem peccati mortalis, ante celebrationẽ, ſi ſit copia confeſſoris ex Cõc. Trid. Seſ. 13. c. 7. & canon 11. in fi. vt facile reperiret confeſſorem ad implendũ præceptum. *Sacerdos põt cõfiteri cuicũq; approbato.*

Quinta cõcluſio. Regularis, etiam ſacris initiatus, ſi habet facultatem à Papa per aliquam bullam, vel à ſuperiore (dũ fortè iter agit.) eligendi cõfeſſorem, poſſet eligere Sacerdotem ſæcularem idoneum, uel regularem, Nauar. ca. 4. num. 2. & clarè, num. 7. & quidam Magiſtri Salmanticæ, Bartol. Medin. & communiter Dominicam probatur quia ante Concil. id poterat, ut patet ex approbatione Canon. 3. ſed circa Regulares, nihil innouat. ergo? *Regularis iter agẽs cui cõfiteri debeat.*

VTrum Sacerdos qui peccauit cũ filia ſua ſpirituali ex confeſſione ſit 29
idoneus Sacerdos, & poſſit illa audire, & abſoluere, S. Thom. in addition. 3. p. q. 20. art. 2. Syl. confeſſio. 1. nu. 16. Angel. confeſſ. 5. num. 8. Victor. q. vlt. de clauibus dicunt: quod non debet illam audire ſed ad alium amittere, Adrian. 4. de confeſſo. quòd in ſua Diœceſi fuit prohibitum ſub excõmunicat. Si tamen illã audiat, & abſoluat, erit abſoluta, modo ad hoc ſit benè diſpoſita. ita Victor. & omnes ſup. & tangit Sot. 4. d. 20. q. 2. ar. 5. Imo Sacerdos Orientalis non debet audire vxorẽ. Glo. ca. Omnes, 30. q. 1. * Et quæ pęnitentia ſit talibus taxata in Can. pęnitentialia; Vide Canon. 2. in fine Decreti, & habetur in c. Si quis Sacerdos, 30. q. 1. & c. non debet. ubi etiam de Epiſcopo. & de ipſamet muliere, & de hac q. Vtrum Parochus poſſit audire illam cũ qua peccauit, uide latè Hẽric. quodl. 9. q. 24. *Sacerdos an poſſit audire concubinã ſuam in confeſſione?*

9.q.24. Vide etiam infra. de cognatione ſpirituali, nu. 246.

Sacerdos in mortali quid ſi abſoluat?

Tertium. Quod diximus requiri in confeſſore, ſed non de eſſentia eſt probitas confeſſoris, ſcilicet, quod ſit abſque mortale peccato ad conferendum Sacramẽtum. Si autem, in mortali adminiſtret licet ipſe peccet mortaliter; ueram tamẽ confert abſolutionem. Ideo uera ſacramentalis eſt confeſſio. Quod (vltra communem) determinatur in Concil. Trident. Seſſ. 14. c. 6. & Can. 10.

De illo qui habet impeditam iuriſdictionem per cenſuras &c. vide de abſolutione, infra. in quibus caſibus poſſit uel non, abſoluere.

QVARTO DIXI: Sacerdote.

Vtrum poſſit quis confiteri Laico.

30 QVæritur. Vtrum in neceſſitate teneatur quis (abſente Sacerdote) confiteri laico. Et ſi confiteatur, an illum poſſit abſoluere? Reſ. quòd licèt aliqui quod refert Ang. verbo confeſſio. 3. num. 1. & alij Summiſtæ dicant, quod in neceſſitate, tenetur quis confiteri laico de præcepto, ut mos eſt laicis nautis in procella maris, quib. fauet Magiſter 4. d. 17. Vbi D. Tho. Palud. q. 3. Durand. q. 3. Maior, Gabriel. Marſil. text. D. Aug. in c. Quem pœnitet. de pen. d. 1. & text. in c. 1. de pœnit. diſt. 6. Glo. in c. Cepit. verbo Percipere, 24. q. 1. Beda in Iacob. 5. Confitemini. Vide de Diacono audiente confeſſionem apud D. Cypriã. lib. 3. Epiſtola 17. His tamen nõ obſtantibus, ſequentes pono aſſertiones, vel dicta.

31 PRimo. Dico Nullũ tale de hoc eſſe præceptum. Et ſi fieret tali laico, nõ eſſe ſacramentalem. Nauar. c. 2. nu. 4. cũ communi 4. diſt. 17. Ange. confeſſio. 3. nu. 1. Vbi cũ Scot. Rich. & alijs. dicit cõmunẽ. Sot. 4. d. 18. quæſt. 4. ar. 14. Vict. nu. 143. Nec Magiſter, & D. Tho. contrarium tenet.

32 SEcundo. Dico. Licebit tamen in articulo mortis aperire peccata quædã optimo, & fideli amico laico non vt abſoluat, quia nõ poteſt; ſed primo, vt amiſſa (fortè) loquela, ille ea confeſſionẽ referat Sacerdoti venienti, ut illum priuatum loquela abſoluat, dummodo ipſe infirmus Sacerdoti abſoluturo, ſigna oſtendat contritionis. Nauar. c. 27. num. 269. (Et dicetur latius. infra de abſolutione) Secundo. Quia clericus nõ Sacerdos poteſt illum abſoluere ab excõmunicatione reſeruata, & concedere indulgẽtias ſuarum bullarũ, S. Th. & S. Anto. & alij quos refert & ſequitur Naua. c. 27. n. 41. Tertio vt oret Pro illo etiam cum preca tione illa Eccleſiæ: Miſereatur tui & Indulgentiam. Quarto, vt moneat illum ad contritionẽ, conſilium, & ſatisfactionẽ. Et hoc tantum volunt Doctores ſupra citati: tenet Armil. verbo Abſolutio. 5. 9. Victor. ſupra. Ledeſm. 2. par. q. 7. ar. 3. Mantius & alij Magiſtri.

TErtio. Dico, Habent peccata enormia, uel ualde infamia: non debet in eo neceſſitatis articulo laico aperire. Scot. & Cõmunis, in 4. diſt. 17. Sot. diſ. 18. q. 4. ar. 1. cõc. 3. Turre Cre. in c. Quẽ pœnitet de penit. d. 1. Vict. ſup. Immo ſecundum communem, quam refert. & ſequitur. Nauar. c. 21. nu. 41. eſſet peccatũ mortale, ſic imprudenter ſua peccata ſecreta detegere laico, ſine fructu abſolutionis; & cum graui periculo, ut ait Sot. ſupra. 33

Vtrum duo poſſint ſimul confiteri uni?

SEd. Vtrum poſſint duo pœnitentes, ſimul uni confiteri Sacerdos? vel cõtrà, unus poſſit confiteri duobus Sacerdotibus ſimul? R. 1. nullum ad ſic confitendum teneri. Quia talis cõfeſſio eſſet aliquo modo publica, ad quam nũl lus tenetur, qu ãuis liceat illã facere, vt ſupra. Reſ. 2. quòd talis confeſſio poteſt dicto modo fieri, ex cauſa; & erit ſacramẽtalis, ſecũdũ Richar. quẽ refert, & ſequitur Silueſt. confeſſio. 1. nume. 23. Sot. diſtin. 18. q. 2. ar. 6. fin. licèt contra dixerint Angel. & Scot. 4. diſtinctio. 17. 34

QVINTO, DIXI: proprium peccatorum.

Quæ peccata cõfitenda?

QVæritur. Quæ peccata teneatur quis confiteri? Reſp. Primo. Quod tenetur confiteri omnia ſua, tã interna, quã externa: & non aliena, niſi quatenus 35

aliquo modo licèt: tex. in ca. Omnis de
penitent. & remiſſ. ibi ſua. Et habetur in
Concil. Trid. Seſſ. 15. ca. 5. ibi: ſui.

Secundo quòd mortalia omnia, quæ
aliquando peccator rectè non fuerit cõ-
feſſus. Et de quibus dubitat probabiliter,
quod non fuerint confeſſa. Et de quibus du-
bitat, an ſint venialia, vel mortalia. com-
munis omnium, deciſa in c. Omnis. Vbi
Gloſ. verbo peccata & determinatur de
fide in Concil. Trid. ſupra & Can. 7. Te-
netur etiam cõfiteri circunſtantias, quas
infra neceſſario eſſe cõfitẽdas dicemus.

Tertio. (contra Hæreticos) etiam
peccata cõmiſſa contra duo vltima De-
calogi præcepta. de fide in Conci. Trid.
dict. Can. 7.

DE CIRCVNSTANTIIS peccatorum.

36 QVæritur. Quot ſunt circunſtantię
vniuſcuiuſq; actus? Reſpõ. eſſe
Septem, comprehendiq; in illo
verſiculo: Quis, Quid, Vbi, Quibus au-
xilijs, Cur, Quomodo, quando, Quas ex
plicat S. Th. in 4. d. 17. q. 7. articu. 3. Sũ-
miſtę. verbo. Confeſſio. Nauar. ca. 6. nu.
2. & latiſſimè in c. Conſideret. de penit.
diſt. 5. Sot. 4. d. 18. q. 2. ar. 4. Quis pecca-
uit, an vxoratus, ſolutus, vel Religioſus
&c. Quid ſcilicet furaſti, rẽ ſacrã vel nõ.
&c. Vbi ſcilicet fuit commiſſum pecca-
torũ in loco Sacro, publico, vel ſecreto.
Quibus auxilijs, an ſcilicet peccauit ſo-
lus, vel induxit alium ad peccandũ. Cur
ſcilicet reliquit audire Miſſam, vel occi-
dit hominẽ, vel furtũ fecit. Quõ an pec-
cauit naturali vaſe, vel non &c. Quãdo
ſcilicet laborauit in feſto, vel facit alios,
laborare, manducauit prohibita. &c.

Quot ſunt circunſtantiæ?

Sed pro maiori intelligentia, nota, nõ
omnes has circunſtantias, ſemper, in om
ni peccato poſſe inueniri; Quædã enim
conueniunt vni peccato, aliæ alijs: vt (V.
G.) fregit quis ieiunium, hic dicetur cir
cunſtantia. Quis, an. ſ. habeat ætatẽ, vel
non. Et Cur, an propter gulam, vel iuſtã
cauſam? Non audiuit quis Miſſam, hic
eſt interrogandus: quam ob cauſam, an
propter negligentiam, vel iuſtam cau-
ſam. Furatus fuit. Interrogandus, quid?
an ſ. rem Sacram? Vbi, an, à loco Sacro?
Cur, an propter extremam neceſſitatẽ?
Quomodo, an freg. t oſtium &c. & ſic de
alijs. Habuit quis cogitationem, plenũ
deſiderium, vel copulam cum muliere,
hic interrogandus; Quis. ſ. ſit ille, ſolu-
tus, vxoratus, vel Religioſus, vel cum vo
to caſtitatis? Secundo. Quę. ſ. ſit illa: nu-
pta, virgo, ſolutã, conſanguinea, affinis,
Deo dicata voto ſolẽni, vel ſimplici. V-
bi an in loco Sacro, vel non; in publico
vel nõ. Quib9 auxilijs; an ſolus vel indu-
xit alium vt portaret literas, munera, vel
vt ſeruaret portã, (vt dicit) dum peccatũ
perpetrabatur. Cur? an iniquo alio ani-
mo, præter libidinẽ. Quo, quõ? an in va-
ſe naturali, vel nõ, extra, vel non, modo
ſolito vel non? Quando an in feſto ſolẽ-
ni vel non? ſed hoc non eſt neceſſarium,
ut infra dicetur.

Not. Omnes circunſtantias triplici-
ter diuidi, Quædam ſunt mutantes ſpe-
ciem, quædam aggrauantes, aliæ autem
minuentes.

QVæritur. Quæ circunſtantiæ ſint
neceſſario cõfitendæ? Reſpon. quod 37
neceſſario confitẽdæ circunſtan-
tiæ, quæ ſpeciẽ peccati mutãt. Vt in actu
luxuriæ, cũ nupta fit adulteriũ. Furtũ in
loco Sacro fit Sacrilegium, &c. Quòd
hodiè determinatum eſt de fide in Con-
cil. Tri. Seſ. 14 c. 5. & Can. 7. Quòd Cõ-
ciliũ (etiam poſt eius editionẽ ſcripſerint)
ignorarunt Vict. nu. 176. & Scrutinium
Sacerdotale. Vel vitio ſtampatoris factũ
eſt, vt vterque autor dictum Concilium
de fide hoc decidiſſe, non allegauerit.
Tenet, dicens communem, Couar. 1.
par. de Sponſ. c. 1. nu. 14.

Quæ circunſtantię neceſſario cõfitendæ?

SEd An ſit confitenda talis circũſtan-
tia, cum tantũ peccatum mente per 38
petratur, vt cum quis deſiderat accedere
ad nuptam, Sacratã &c.? Reſp. tales cir-
cunſtantias etiã voluntatis eſſe confiten
das, vt probat latè Nauar. c. 6. nu. 8. con-
tra Sotum. 4. diſt. 18. q. 2. art. 4. dicentẽ:
non eſſe neceſſarium confiteri circun-
ſtantiam Virginitatis, ſi peccatum non
fuit actu, ſed voluntate cõmiſſum. Quẽ
& carpit ſuus Barto. Mediu. in Sum. c. 9.

Circunſtantia, an confitenda in peccatis mentalibus.

Sed

Sed quia Conc. Trid. ſupra (ſtatuendo, de fide, ſupradictas mutantes ſpeciem eſſe neceſſario confitendas) non loquitur negatiue, id eſt non prohibet alias non confitendas eſſe, ſ. aggrauantes, vel minuentes, &c. adhuc de iſtis ſunt opiniones inter Doctores.

V. circũ ſtantia alleuiãs peccatũ ſit confi tenda.

40 Quæritur ergo. Vtrum circunſtantia, quia peccatum alleuiatur, vel aliquo modo excuſatur, ſit confitenda? puta: Mulier iuuenis ſola in quodam loco, multis blanditijs, perſuaſionibus, actibus impudicis, doniſque allicitur, vt peccet; & peccat. Item, famem patiens in neceſſitate, non extrema, furatur, &c. Reſpon. quod licet multi quos Nauar. c. 6. nu. 5. citat, (cum quibus olim idem Nauar.) tenuerint nõ eſſe confitendam; nũc tamen idem Nauar. contrariũ tenet; immò quod ſit confitenda. Quam opinionẽ veriſſimam credo. Quod eſt dicendum, quando peccatũ alleuiatur, vel extenuatur remanendo mortale. Quando autem circunſtantia ita extenuat peccatum, ꝙ de mortali illud veniale faciat, vel nullum; vt qui ob magnã infirmitatem non ieiunauit, vel non dixit officium Diuinum &c. tenetur quis illam confiteri, ſecundum communem Theologorum in 4. & S. Bonau. diſt. 16. & Nauar. c. conſideret, de pœn. diſt. 5. & in d. cap. 6. nu. 5. Victo. nu. 175. Sot. 4. diſt. 18. q. 2. ar 4.

V. circũ ſtantia. Confidẽ tia ſit cõ fitenda?

41 Vtrum peccans hac circunſtantia, ſ. confido de miſericordia Dei, quod per confeſſionem remittetur mihi peccatum; teneatur confiteri hanc circunſtantiam? Reſp. quod non, ſecundum Caiet. 2. 2. q. 121. art. 2. Nauar. c. 6. nu. 3. fi. *Et quamuis Abb. in cap. Ex tranſmiſſa. de eo qui cogn. cõſang. vxoris ſuæ. dicat ꝙ peccans ſub ſpe veniæ grauius peccat, ſecundum aliquos, & eſt peccatum contra Spiritumſanctum: non ſic rigide eſt intelligendum vt ſonat.

Peccans in cõfidẽ tia bullæ an gau deat illo priuile gio?

42 Vnde infertur ad quæſtionem V. qui peccat in confidentia Bullæ, vel priuilegij, quod habet; poſſit per illam bullam, vel priuilegium abſolui? Pro Reſponſione ſit concluſio. Qui ex confidẽtia Bullæ accipiendæ, vel acceptæ, vel alterius priuilegij, facilius ſe præcipitat in caſum reſeruatum, etiã cum excommunicatione, poteſt nihilominus per tale priuilegiũ, vel bullam abſolui. tenet D. Xuarez. de indulgen. q. 5. Silueſt. verbo Indulgentia, q. 10. verſic. 5. Nauar. in §. in Leuitico. notab. 30. nu. 7. Ledeſ. 2. p. q. 29. art. 1. Cordub. lib. 5. de Indulgen. q. 34. in fi. & q. 37. propoſition. 3. licèt in Summ. de caſibus. quæſtio. 22. videatur hoc negare. Nec obſtat, quod priuilegiũ meretur amittere, qui ſpe priuilegij, peccat, vt probat Couar. lib. 2. variarum, ca. 20. nu. 15. ſignificat. D. Anton. 1. par. titulo 10. c. 3. §. 4. Silueſt. ſupra. ſed explicatur ibi: ſi hoc exprimatur in indulto. Ioannes Lupi. Margarita Confeſſorum. Doctores tamen Sandoual. & Manuel Coſta Catedrarij primarij vtriuſq; Iuris Salman. hoc limitatur ſic; ſi bulla ſcilicet, vel priuilegium fuit cauſa finalis delinquẽdi, vt qui peccat propè Eccleſiam ſpe immunitatis, non fruitur immunitate. Nauar. c. 25. nu. 21. Et qui deliquit cũ conſanguinea, ſpe Matrimonij; difficilius obtinet priuilegium, vel diſpenſationem; & illa non gaudet niſi id exprimat. Nauar. c. ſi quando, de reſcr. Sed hi limitandi ſunt pro foro exteriori tantum, vnde vera eſt concluſio prima.

V. circũ ſtantia quæ pec catũ au getur in tra eandem ſpe ciẽ ſit cõ fitenda?

Vtrum circunſtantia quæ peccatum auget, intra eandem ſpeciem, vel ex magno, facit maximum; ſit confitenda, vt (verbi gratia) furtum viginti ſcutorũ, eſt mortale. Et centum ſcutorum eſt mortale. Et mille ſcutorum eſt mortale. 43 Vtrum ſufficiat dicere: commiſi furtum quod eſt mortale: vel ſit neceſſarium dicere quantitatẽ? Reſp. quod licèt olim, in quodam literatio cõgreſſu, tenuerim eſſe neceſſariũ; quia videtur rationi cõformius, & tenet Marſ. 4. diſt. 17. q. 12. ar. 1. Armil. Sot. 4. diſt. 18. q. 2. ar. 4. & Bar. Medin. Sum. c. 9. §. 1. Maior. Gabr. 4. diſt. 17. Victo. nu. 179. in fi. tamen, quia contraria opinio eſt cõmunior, & probabilior. & eam tenent, S. Tho. & S. Bonau. vt ait Vict. ſup. & colligitur ex Cõc. Tri. ſeſſ. 14. c. 4. & 5. & can. 7. ſecũdũ Nauar. c. 6. nu. 6. per eiuſdẽ Nauar. rationes, videtur ab ea non eſſe recedendũ: niſi quãdo tali peccato fuiſſet annexa aliqua particularis

ticularis circunſtantia, vt ſi eſſet impoſita in aliqua Diœceſi excommunicatio furanti tãtam quantitatem, & cum alijs limitationibus; de qbus Naua. ibid. n. 9.

44 *V. circũſtã. diei feſti, ſit neceſſario confitenda?*

VTrum Circunſtantia diei feſti, ſit neceſſario confitenda. vt blaſphemare, fornicare, iuramentum falſum dicere, furari in die Dominica, &c.? Reſ. antiquos quoſdam, quos citat Silue. verbo confeſſio. 1. nu. 11. tenere eſſe confitendam. Nauarrus autem cap. 6. nu. 10. cum S. Tho. Caieta. Almain. Silue. verbo Circunſtantia q. 3. & verbo. Dies Dominica, q. ſi. & verbo. confeſſio. 1. num. 11. & Sot. infra, & idem Silu. in Roſa aurea, caſu. 36. cum doctiſſimis Dominicanis, tenent non eſſe neceſſario confitendam. Ratio eſt, Quia licet qui peccat fiat ſeruus peccati; in feſtis tamẽ prohibitum tantummodo eſt opus ſeruile manuum. S. Th. Silueſt. ſupra Sot. 4. d. 18. q. 2. ar. 4. Medin. infra nõ autem ſpirituale. Bart. Medin. tamen, in Sum. c. 9. §. 1. dicit circunſtantiã diei feſti tantum duobus caſibus eſſe confitẽdam. Primo quando quis fornicatus eſt in die Iouis, vel Veneris ſancti. Secundo quando, cum quis iret ad confitendum ſua peccata, committeret aliquod peccatũ graue. Hoc autem licet ſit laudabile & conſulendum, Ego dicerem talem circunſtantiam confitendam de conſilio, non de neceſſitate.

Qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati?

45 *V. circũſtantia loci ſit neceſſario confitenda.*

VTrum. Circunſtantia loci ſit neceſſario confitenda, vt blaſphemare in Eccleſia, iurare, mentiri, murmurare, vel falſum teſtimonium dicere? Reſp. ꝙ licet aliqui abſolutè dicant circunſtantiã loci ſacri eſſe neceſſario confitendam, ſine aliqua diſtinctione; tantum tamen in quatuor caſibus debet neceſſario confiteri. Primo. Quando quis commiſit furtum in loco ſacro. Secundo. In effuſione ſanguinis humani violenter, in loco ſacro. Tertio. In effuſione ſeminis humani in loco ſacro, cũ eſt mortale illud effundere. ſ. ĩ pollutione, copula mortali, vel cũ propria vxore. Nauar. latiſſimè. c. 16. nu. 12. Quarto. Quando frangitur immunitas Eccleſiæ, malefactorem ab ea iniuſtè extrahendo. In alijs autẽ peccatis minimè eſt neceſſaria; vt blaſphemare, iurare falſum mendacium dicere, murmurare, falſum teſtimonium dicere in Eccleſia. Nauar. (vbi probat) c. 6. nu. 11. & 12. Syl. confeſſio. 1. num, 11. & alij Sot. 4. d. 18. q. 2. ar. 4. Bart. Med. c. 9. §. 1. & De hoc particulari, & quomodo Eccleſia polluatur ſex caſibus, Vide Naua. c. 27. nume. 256. & infra in 2. par. de interdicto.

SEd Vtrum cogitationes horum quatuor caſuum ſint confitendæ: vt (verbi gratia) cogitauit quis in Eccleſia furtum facere, occidere, adulterare, ſemen emittere? &c. Reſp. ꝙ licet S. Th. quem refert, & ſequitur Syl. ſupra, dicat abſolutè tales cogitationes eſſe confitendas: Debet tamen intelligi cum hac diſtinctione. ſ. exiſtens in Eccleſia cogitans furari, adulterari, occidere aliquem, extrahere aliquẽ ab Eccleſia, habere pollutionem, &c. extra Eccleſiam; nõ tenetur hãc circunſtantiam loci ſacri confiteri. Si autem exiſtens extra Eccleſiam, cogitauit eadem in Eccleſia committere; tenetur hanc circunſtantiam confiteri Sot. 4. d. 18. q. 2. art. 4. Nauar. c. 6. nu. 12. 46

V. talia peccata cum tãtum mẽte perpetrãtur, ſint confitenda cum dicta circunſtantia?

CIrcunſtantia propria perſonæ an ſit neceſſario, & quæ confitenda? Pro Reſponſione Nota; vniuſcuiuſque perſonæ duplices eſſe circunſtantias. Quædam dicuntur velut accidentales, vt Dignitas. Quia, cęteris paribus, plus peccat qui eſt aliqua Dignitate ſublimis, quam qui illa caret. c. Homo. 40. d Et Prælatus magis quam ſubditus. c. Pręcipuè. 1. q. 3. Doctus, pluſquam ignorans. c. Sicut dignum. de Homici. & multo plus ille, qui affectat ignorantiam, vt liberius peccet, quam peccaret ſciens. c. pen. 37. d. & bonus pluſquam malus & tales circunſtantiæ, quæ aliquando peccatum augent, nõ ſunt neceſſario confitendæ, licet ſit vtile, quia, vt plurimum, ſpeciem nõ mutant. Quando autem talis eſt circunſtantia, quæ mortale vnius ſpeciei, facit alterius, eſt confitenda neceſſario, vt quando fit contra votum, vel ſtatim alium voto annexum; vnde Nauar. c. 6. nu. 13. 47

V. circũſtantia Propria perſonæ ſit confitenda?

VTrum Circunſtantia ſcandali ſit neceſſario confitenda? Reſ. triplex eſſe ſcanda- 48

V. circũ-

ſtantia ſcãdali ſit neceſſario cõfitendat

ſcandalum. Primũ dicitur formale. ſ. quãdo aliquid eſt dictum, vel factum eo animo, vt aliũ ad mortale quis inducat. Et hæc circunſtantia eſt neceſſario confitẽda. Secũdum. Cũ opus ſuo genere bonũ, aut indifferens eſt, ſed ſecundũ ſpeciem, & apparentiam malã præbetur, occaſio peccandi mort. & hæc etiã eſt confitẽda. Tertium eſt. Cum quis corã alijs peccat mortaliter, abſq; vllo animo alios inducendi ad peccandũ. Et tunc, diuerſę ſunt Doctorũ opiniones: an ſit talis circunſtãtia cõfitẽda? S. Th. 2. 2. q. 43. ar. 3. negat: quẽ ſequitur Caiet. Sum. verb. Scandalũ. Adrian. tamen. 4. de Sacram. Cõfeſſ. q. 4. Maior. 4. d. 38. q. 3. Syl. verbo. Scandalũ. q. 3. ſentiunt ꝙ ſic. Quę opiniones (ſecũdũ Nauar. c. 6. nu. 19.) concordãtur hoc modo; vt neceſſario ſit confitenda, quando verſimiliter peccando corã talibus, eſt pręſumẽdũ, ꝙ peccarent mortaliter, licet hoc non intenderet peccans, alias non.

49 *Quid de circũſtãtia qua ſocius criminis detegit.*

QVæritur. De illa tam cõtrouerſia quęſtione. Vtrum qui habet circunſtantiam neceſſario confitendam, quam ſi confiteatur, detegit ſocium criminis, teneatur illam confiteri, vt Confeſſo fiat integra, vel illam tacere, ne proximum infamet? Vt cum quis habuit rem cũ propria matre, vnica filia, vel ſorore? Reſp. Primo, Quod loquimur de illo, qui abſque illo interpoſito remedio debet confiteri illi qui ſocium agnoſcit. Secundo. Reſp. Quod licet communis opinio quã fatetur Nauar. c. 7. per totũ, & reſoluit Vict. nu. 174. & ex S. Tho. S. Bonau. & multi alijs reſoluit Sot. 4. d. 18. q. 2. ar. 5. ad 4. & (latiſſimè omnium) Cordub. in Sum. de caſibus conſcientiæ. q. 1. teneant talem circunſtantiam eſſe confitendam: contrarium tamen, immo non eſſe confitendã, etiã in articulo mortis, tenet (citãs Canum) Bar. Med. Sum. lib. 2. c. 4. §. j. del Cõplice. Et quo ad articulũ mortis fatetur Sot. ſup. tenent Armil. verb. circũſtãtia. nu. 11. in fi. Viguer. de Confeſ. verſi. 27. §. Quod ſi nõ poſſunt: allegantes pro hoc Caiet. verbo confeſſio. cõditione. 3. & hæc ſunt verbo Viguerij: Dominus Caieta. dicit quod peccator poteſt confiteri alia peccata, & ſubticere illud, quod abſq; alterius infamia nõ poteſt cõfiteri. licet Sot. interpretetur aliter Caietanũ.

Quid quando duo præcepta ſunt contraria?

Hanc opinionem, contra communẽ. cum Inn. & Hoſt. (grauiſſimis auctoribus) tenet, & grauiſſimis argumentis defendit Nau. ſup. illo pręcipuè, ꝙ quando duo pręcepta concurrunt ſeruanda, ſi ſimul vtrunq; nõ poteſt ſeruari, minus tenetur maiori præcepto cedere. Probat Vict. nu. 127. ſibi cõtrarius. At præceptũ de non infamando proximum, eſt Diuinum naturale, quod eſt maius; præceptũ autẽ de integritate confeſſionis eſt tantũ Diuinũ poſitiuũ, quod eſt minus. ergo.

Immo (meo Iudicio) in caſu quo quis haberet rem cum matre, vel filia cum Patre, ſunt duo præcepta; primum, de non lædendo famam proximi. & Secundum de honorandis parentibus, nè ſicut Chã filius Noe, verenda detegat Patris ſui.

Not. tamen hic, quod Victor. ſupra. in hoc particulari, contrariũ tenet. ſ. eſſe maius pręcepiũ de integritate confeſſionis, quã de ſeruanda fama, ꝙ nõ videtur verum, & vltra Nauar. poſſet multis probari exemplis. Vlterius, fundat Nauarr. ſuã opinionẽ per iura, quibus cauetur, ꝙ quando contra communẽ eſt tex. vel ratio cui nõ poteſt bene reſponderi, poteſt à communi recedere. vt ipſe & alij recedunt, cũ quibus & ego. Primo. quia eius opinio rationi conformior. Secũdo quia dicto fundamento nullus reſpondere poteſt. Illuſtris tamẽ I. V. Doctor Vera Salmant. Migiſter meus, toto Orbe celebratiſſimus, has concordauit opiniones ſic; vt communis procedat quãdo ſocius eſſet perſona vilis, & plebeia, paruiſq; honoris; ita quod ferè nihil noui attulerit Confeſſori illud ſcire. Contraria autem, quãdo eſſet nobilis, & honorata pſona.

50 *V. ſit cõfitenda circũſtãtia filia ſpiritualis.*

VTrum ſit confitenda circunſtantia, quãdo quis Sacerdos peccauit cum filia ſpirituali ex confeſſione? Reſ. quod ſic, ſecũdum S. Th. 2. 2. q. 154. ar. 10. ad ſecundum Armil. verbo: Circunſtãtia, & Sacrilegium. nu. 1. & alij. vide tex. in c. Omnes quos, cum ſeq. 30. q. 1.

51 *V. venialia ſint cõfitẽda*

VTrum. Teneatur quis cõfiteri venialia peccata? Reſpon. quòd quãuis aliqui abſolutè dicant quod ſic. Alij, quòd

quòd tantum tenetur quis venialia con fiteri, quando in Quadrageſima vult Cõ municare; & habet venialia tantum, vt ait Caiet. t. tom. Opuſc. de confeſſione; tractatu. 5. & Angel. cum alijs, quos ci- tat. verbo: confeſſio. 1. nu. 17. & confeſ- ſio. 2. nu. 4. & alij. De his tamen ſequen- tes nota Concluſ. Prima. Nullo iure te- netur quis ad confeſſionem venialium, etiam ſi venialia mixta ſint mortalibus, vel ſeparata. Victor. nume. 129. Nauar. c. 21. num. 34. Sot. d. 18. q. 1. ar. 3. vbi ex Conc. Triden. & ca. omnis. de pœn. & re miſſ. probant.

Secunda Concluſio. Peccata venialia ſunt legitima materia confeſſionis, & eſt laudabile illa confiteri; & contrarium eſt hæreſis, damnata in Concil. Triden. Seſſ. 14. c. 5. & can. 7. Nauar. cap. 2. nu- mero, 11.

Tertia Concluſio. Qui tempore Qua drageſimæ, non habet niſi venialia; ad communicandum non tenetur confiteri venialia in particulari, vel in generali, ſed tantum ſe præſentare Sacerdoti, & dicere: quod ille non habet quid confi- teatur, & tenetur illi credere. Vict. ſupra in fine Sot. ſupra. & S. Tho. 4. d. 17. q. 1. quæſtiun. 4. ad 1. quamuis aliqui contra rium dixerint.

Quarta Concluſio. Conſtitutio, qua Monachi Benedictini tenentur ſub mor tali quolibet menſe confiteri, non exten ditur ad alios Monachos vel Moniales. Quod (cum eſſet olim ſub opinione) ho- die tamen Concil. Triden. ſeſſ. 25. de Re gul. cap. 10. tantum aſſerit conſulendum vide Glo. in Clemen. 1. de ſtatu Monac. verbo Singulis. Sot. diſtin. 18. q. 1. ar. 3. quamuis Syluef. verbo. Religioſus. 7. §. 11. verſi. 2. putet ad alios extendi. vide Naua. cap. Placuit. de pœn. diſtin. 6. nu. 110. cum ſeq. Patet per regulam, Odia. de regu. iur. 6. Et ſic hoc ſtatutum, cum ſit grauiſſimum, tantum debet extendi ad illos Nigros, de quibus loquitur. Ex- tenditur tamẽ ad Canonico Regulares, quia de eis loquitur etiam Rubrica Ti- tuli. Et tenet Oldradus Conſ. 222. Nec credo Nauarro (ſalua pace) dicẽti. c. 21. nu. 59. Moniales ſub mortali ad hoc te- neri, quia Conc. Trid. tantum dicit: ad- moneantur.

52 Vtrum Tales Monachi non haben- tes niſi venialia, teneantur quolibet menſe confiteri, cum nullum mortale habeant? Caiet. quem refert Sot. infra. Innocent. Ricard. Alexand. & alij quos citat Angel. ſupra, & Syluef. infra. tenet quod ſic, Nihilominus tamen, contrariũ eſt tenendum, immo, quòd ille, qui tan- tum habet venialia, non obligatur præ- cepto Diuino, vel humano Eccleſiæ, vel Religionis. Sot. dicto ar. 3. verſiculo: De Monachis. D. Thom. ſupra. Scot. & Ga- briel. q. 1. Palud. Duran. q. 9. Ledeſma. 2. par. q. 5. ar. 5. & q. 22. ar. 1. Et in hoc incli nat Nauar. ſup. Quod (vltra omnes) pro bo clariſſimè, per Gloſ. verbo. Menſibus in dicta Clemen. 1. de Stat. Monac. vbi hæc verba habentur: Arctantur ergo Monachi ſingulis menſibus, ad quod fi- deles arctantur ſingulis annis. de pœn. & remiſſ. omnis: ergo cum per dictum. cap. omnis. & Concil. Triden. Seſſ. 14. c. 5. & c. 7. & communem opinionem, nul lus fidelium teneatur venialia quolibet anno confiteri: nec Monachi ſemel quo- libet menſe? quid clarius. Quod etiam tenet Sylu. confeſſio. 1. §. 14. Tega. libr. 13. introduction. c. 30. *V. Monachi nõ habẽtes, niſi venialia teneantur illa confiteri*

53 Sed quid quando in Iubileo requiri- tur cõfeſſione facienda intra certum tempus publicationis. V. qui tantum ha bet venialia, teneatur confiteri? Reſpon. quòd licet Nauar. §. in Leuitico. notab. 18. nume. 17. cum S. Anton. dicat: non requiri: Contrarium tamen eſt tutius, cum Cordub. lib. 5. quæſtionarij. quæſt. 28. Sufficit autem tunc confiteri in po- ſtrema Dominica Iubilei. Sot. quarta, d. 21. quæſtio. 2. articulo. 3. columna. 5. & alij Magiſtri, & Mantius publicce. *V. quando in Iubileo requiritur confeſſio requiratur de venialibus.*

SEXTO DIXI:

54 Quæritur. Qualiter ſint confitenda peccata, & declaranda? Reſpon. quod ſic ſunt peccata declaranda, vt Confeſſor duo rectè calleat: peccata. ſ. (cum ſuis circunſtantijs) an ſint morta lia, vel venialia. Et quantum fieri pote- *Qualiter declarãda peccata*

rit, peccatorum numerum certum, vel veriſimilem, ſicut ipſe pœnitens habet in mente. Quia cum ſit Iudex, & ſecundum allegata, & probata debeat proferre ſententiam; debet omnium notitiam habere. Catech. Ro. pag. 321. & omnes communiter in ca. omnis. de Pęnit. & remiſ. & in c. Conſideret de Pęnit. diſt. 5.

55 *V. numerus peccatorũ ſit neceſſario cõfitẽdus?*

VTrum Numerus peccatorum ſit neceſſario aperiendus? Reſpo. q̀ facta ſufficienti conſcientię diſcuſſione (vt ſupra diximus) tenetur pœnitens declarare numerum certum peccatorum mortalium, cum debitis circunſtantijs (de quibus ſupra,) ſi ſcit certum: ſi autem nõ poteſt dicere certum; quia punctualiter nõ recordatur; dicat quem putat eſſe veriſimilem; vt, peccaui vigeſies, plus minus vè. vel fui in tali peccato per annum, ter vel quater peccans qualibet heddomada, & addat poſtea: vel toties, quoties Dominus ſcit me illũ offendiſſe. Quod multum prodeſt, vt infra dicetur.

Pro quo Not. Primo quod non eſt ſatis dicere commiſi tale peccatum ſæpè; vel ſæpiſſimè, quia eſt numerus indeterminatus, ſecundum omnes.

Quid quando oblita ſunt peccata in confeſſione.

Secundo quòd ſi quis confitetur peccatũ ſub hoc dubio, ſcilicet commiſi fornicationẽ decies, paulo pluries, aut paucioribus vicibus. ſi poſtea recordatur alicuius peccati eiuſdem ſpeciei; non tenetur illud confiteri, quia illo numero primo, incluſum fuit illud peccatũ oblitũ. Secus, ſi recordaretur multorũ peccatorum, vt ſi confeſſus fuit peccaſſe decies, vel duo decies; & poſtea recordatur peccaſſe vigeſies (quia error magnus fuit in primo numero) tenetur illa peccata confiteri. tenet expreſſe Sot. 4. d. 18. q. 2. art. 4. Vide Nauar. c. 6. nu. 14. eſt communis. vide Vict. nu. 178. Sed verè (ſalua pace) mihi videtur, quòd ſi quis dixit: peccaui decies in hoc peccato: & de omnibus alijs quæ Deus ſcit me comiſiſſe in hoc caſu, quorum nón recordor, dico meam culpam: non teneri amplius confiteri, ſi poſtea aliqua venérint in memoriam, dummodo ſufficiens examen, ac debitum prius fecerit.

Diligentia ad confitendũ qualis?

Tertio. Not. quod Sot. ſupra. & Victor. ſupra. (ex Caietano) dicunt nõ eſſe faciendã nimiam, anxiam, vel ſcrupuloſam peccatorum circa numerum diligẽtiam, vel diſcuſſionẽ, ſed ſufficit mediocris, adhibita diligenti cura. Quod maximè procedit, cùm quis vult cõfeſſionẽ generalem facere de omnibus ſuis peccatis alias confeſſis ſecundum omnes.

56 *V. mentiri in confeſſione ſit mortale peccatum?*

VTrum Mentiri in confeſſione, ſit mortale peccatum? Reſp. quod licet Victor. num. 130. dubitet (vbi nullus eſt dubitandi locus) dicens eſſe probabile, quod qui confitetur peccatum mortale: quod non fecit; peccet mortaliter: Sine dubio tamen eſt dicendum, quod quotieſcunque quis cõfitetur peccatum mortale quod non fecit: aut ſine iuſta cauſa tacet aliquod mortale, quod cõmiſit, peccat mortaliter. Quia in iudicio confeſſionis, & grauiſſimè eſt mẽtitus. Et tenetur, vt illa confeſſio ſit valida, confiteri idipſum mendaciũ mortale, quod prius fuerat confeſſus: alias, non eſt integra cõfeſſio. Quod ipſe Vict. probat. & benè Armilla. uerbo: Confeſſio. 1. nu. 9. vbi alios citat. & Sotus d. 19. q. 2. ar. 4. cõcluſio 3.

57 *De mendacio veniali.*

ESt autem dubium de illo, qui mẽtitur venialiter in confeſſione, vel confitetur veniale peccatum, quod non fecit, an peccet mortaliter? Cõis Magiſtrorũ, 2. 2. q. 69. ar. 2. tenet, dicere mẽdacium in cõfeſſione, circa materiam non neceſſariã; ſi modo ſimul præbeat ſufficientem materiã, non eſſe mortale. Caiet. autẽ ibidẽ cõtrarium tenet. ar. 1. dicens: mendaciũ leue dictum in confeſſione, eſſe mortale peccatum. quem refutat Sot. ſup.

Sed licet ipſemet Caiet. poſtea in Sũma, verbo, confeſſio. conditione 4. Sot. ſup. Victor. nu. 141. Bart. Med. Sum. lib. 1. §. 35. voluerint hoc dubiũ declarare; non tamen ad plenũ ſatisfecerunt. Quapropter. Not. pro clariori diſtinctione: quod quando quis confitetur aliquod peccatum veniale, quod non fecit, inter alia peccata mortalia; vel inter alia venialia, quæ ad materiã, vel pro materia ad abſolutionẽ aſſumpſit; tunc tantũ erit veniale peccatũ illud mendaciũ veniale quod dixit. Si autẽ nullum aliud peccatum confiteretur; niſi illud quod finxit

ſe

ſe feciſſe; tunc eſſet mortale peccatum, quia accipit abſolutionem ſine materia, quia illa materia, quam præbuit, fuit falſa ſcilicet peccatum veniale fictum. Ita tãgit Armil. ſupra, clariſſimè Nauar. c. 21. num. 37. Corona Confeſſorum de cõfeſſ. in 4. conditione. & tenuerunt Magiſtri Salmanticæ.

ET hoc modo eſt intelligendus Bar. Med. cap. 12. §. 2. lib. 1. quando dicit: quod qui confiteri venialia, tenetur ſub mortali habere propoſitum cauendi ab illis in futurum, ſcilicet, quod debeat intelligi; quòd ſi Ego confiteor decem peccata venialia, ſatis erit quòd habeam propoſitum cauendi ab aliquibus, quia eſſet onus importabile, cauere ab omnibus.

59 QVæritur. Qualiter teneatur declarare ſua peccata meretrix, vel alius peccator, qui longo tempore fuit peccatis inuolutus? Victor. nume. 178. & Nauar. cap. 6. num. 15. ex Caiet. tom. 1. opuſc. opuſc. 18. q. 3. & alijs, concludunt ſatis eſſe declarare ſuum ſtatum in communi, ſcilicet fui in lupanari per decem annos, admittentes homines cuiuſcunque ſtatus, ſeu conditionis. Sotus tamen. 4. d. 18. q. 2. ar. 4. ait (bene quidem) hanc generalitatem, cum grano ſatis eſſe intelligẽdam Quapropter.

Qualiter meretrix vel alius inueteratus peccator teneatur peccata cõfiteri.

Ad huius quæſtionis reſolutionem, Dico, me audiſſe pluſquam triginta confeſſiones generales iſtarum meretricum: & ex hac experiẽtia, & modo: quem ſeruant in confitendo ſua peccata: videtur mihi (ſalua pace) aliter dicendum.

Nota omnia põdera.

Pro quo dico Primo. Quod quaſi ſemper (etiam ſi per decennium fuerint in tali loco) recordantur, in certo numero, de peccatis grauioribus, & habent in mente ſemper (puta) commiſi toties cum Preſbytero, vel Religioſo, (de ijs, quos nouerunt eſſe tales) & de illo gloriantur aliquando, cum ſodalibus ſuis. Et vlterius illorum peccata ſecreta publicant illos nominando. Vel admiſi, contra naturam toties. Quod ſemper vidi dixiſſe in certo numero, niſi quando vtroq; vaſe ita frequẽter vtebantur, ꝙ nulla eſſet differentia. Et ita de iſtis peccatis tenentur dicere certum numerum, ſi ſciunt.

Admoneo lectorem, me ſic poſſe de auditis in confeſsione hic liberè loqui, quia audiui in diuerſis Regionibus totius mundi; & multis ab hinc annis. Ideo impoſsibile omnino eſt in alicuius cognitionem, quem poſſe venire.

Secundo dico, quòd non omnes in lupanari exiſtentes ęqualiter peccant; erit enim aliqua mulier, per annum integrũ vel amplius in quadam villa, vel ciuitate, quæ certo poſsit dicere: per totum annum, vel duos, ter, quaterve peccaui quotidie. Vnde Confeſſor numerum ſciet.

Tertio dico, ꝙ in eodẽ lupanari vna mulier (quia alijs pulchrior) committit, etiam actu viginti peccata quotidie, alia (quia non ſic pulchra) forſan per vnum menſem, totidem, non committet.

Vnde ad audiendas talium confeſsiones aliqua aduertenda ſunt.

I. Quod non tantum ſunt peccata carnis naturalia, quæ tales mulieres perpetrantur, ſed multoties vna cum altera turpiſsimè coniunguntur.

II. Quod etiam poſt vnumquenq; carnalem actum, ne ſequatur conceptio, ſemen foras emittunt. quod eſt grauiſsimum ſcelus contra naturam.

III. Quòd ſi aliquando cõtingit (licet raro) vt fiat grauida; procurat abortum, ne ab iniquiſsimis actibus impediatur.

IIII. Quod ſæpiſſimè, in ipſo actu turpi, furantur quicquid poſſunt ab homine, ſecum concumbenti.

V. Quod in principio noctis faciunt peccatum cum aliquibus, vt donetur ſibi quãtitas, vel ſtipendium quoddã, vt illam noctem ſimul tranſigant, & accepta pecunia, fugiunt; nec adimplent turpem fidem quam promiſerant; nil de accepta pecunia reſtituentes.

VI. Quod cauſa inuidiæ, aliquando faciunt aliarum mulierum amatores interficere.

VII. Quod multoties permittunt ſe contra naturam, cauſa lucri, miſerabiliter cognoſci.

VIII. Quod multoties, (etiam in confeſſione) negant nomen, patriam, & ſtatum, ne agnoſcantur, & ad meliorem vitam reducantur.

IX. Quod

IX. Quod inueniuntur multæ, quæ ſæpe cauſa lucri contraxerunt matrimonium cum vno eodemq; viro (verbi gratia) Eſt prius mos in aliquibus Ciuitatibus, vt in hebdomada ſancta deducantur ad cõciones, & diuina officia; vt cõuertãtur a via ſua peſſima. Fingit quędã ſe velle cõuerti, & ciues, vel nobiles procurant colligere dotẽ ex eleemoſynis, vt tradat viro. Tunc amator iſtius mulieris (quaſi extraneus, & qui nunquam talem cognouiſſet) dicit ſe propter Dei amorem illam velle ducere in vxorem. Donatur illis dos, cõiunguntur in Matrimonium (& ſæpiſſimè contingit, illam eſſe alij legitimè nuptam) & tranſacta Quadrageſima, fugiunt in aliam ciuitatem, vbi ſequenti anno idipſum facinus perpetrarunt. Quod (iuum mentior Deus ſcit) fecit quædam ſepties, & poſtea ceſſauit ab hac iniquitate, quia fuit depræhenſa, & caſtigata: illeque ad Triremes perpetuo miſſus.

X. Quod multoties vtuntur veneno, & maleficijs: ne deſerantur ab amatoribus ſuis.

XI. Quod tenentur reſtituere, quod ſibi in magna quantitate donatum eſt ab illis, qui alienare nõ poterant; vt ſunt filij fam. & Religioſi. Vt ex communi, reſoluit Silueſt. verbo, Meretrix. Et illud, quod per fraudem, vltra ſibi debitũ, acceperunt. Ange. verbo, Meretrix. Armil. & latiſſimè Nauar. cap. 17. nu. 33.

XII. Quod nunquam adimplent præcepta confeſſionis, communionis, ieiuniorum, & audiendi Miſſam rato, & male.

Cum ergo hæc, & alia multa in diſcurſu ſuæ vitæ commiſerint peccata; quomodo poterit dici ſatisfactum, ſi dicat: fui per decem annos, vel vlterius in lupanari?

Et ita mihi videtur, quod qui tales audit in confeſſione, tenetur ad particularia peccata deſcendere, quæ illæ perpetrarunt, & neſciunt illa cognoſcere, nec confiteri (obcæcatum enim eſt illarum cor.) Omitto diuerſus mulierum ſtatus, q̃ in talibus locis (mirabile dictu;) inueniuntur, ne proximis meis ſcandalo ſim.

Facit ad hoc illud quod ex D. Chryſ. adducit Viguer. de confeſſione, verſi. 14. qui ſic ait: Sicut non ſufficiebat leproſis dicere Sacerdotibus: Ego ſum leproſus remitte me ad caſtra; ſed tenebãtur oſtẽdere locum lepræ, vnde ſacerdotes poſſent ſumere iudicium ſeparandi ad tempus, vel remittendi, ſic peccatores peccata in particulari, & circunſtantias, ex quibus Confeſſor poſſit iudicare.

Hinc infertur ad quæſtionem quam nullus (quòd Ego ſciam) facit. 60 *V. meretrices incurrant cenſuras?*
Virum. In locis, vbi per Conſtitutiones Synodales ſunt excommunicati, qui præceptum de ſemel in anno confitendo, & in Paſchate communicando, non adimplex, cenſeantur omnes hæ meretrices excommunicatæ: quæ nec præceptum confeſſionis, nec communionis adimplerunt?

Pro parte affirmatiua, facit tex. in c. omnis. Vbi indiſtinctè præceptum illud omnes obligat fideles; & excipitur iuſta cauſa, qua ſtante arbitrio Confeſſoris, poteſt communio differri. At iſtæ mulieres nullam iuſtam, immo peſsimam habent cauſam non cõmunicandi, ergo?

Secundo facit. Quia in omnibus conſtitutionibus Synodalibus diuerſarum Diœceſum (quas ego vidi) nulla iſtarũ mulierum fit exceptio; cùm alij fideles inobedientes excommunicantur. Vnde videtur, quòd ſint excommunicatæ.

Pro cõtraria parte facit. Primo, quòd nullus autor tales excommunicatas eſſe dicit. Secundo, quod nunquam publicantur, vel denunciantur pro excommunicatis, in eccleſia, vt alij denunciantur. Nec vſum vnquam fuit, quem hac de cauſa ab earum participatione fugiſſe.

Quare nõ incurrant?
Reſp. Pro reſolutione, quòd licèt tales teneantur ad dicta præcepta, ſicut alij fideles per dictum c. omnis. Si autem dicta præcepta frangant (vt verè frangunt per decem & viginti annos, vt ego reperi, non confitendo, nec communicando) non ideo incurrunt pœnas Eccleſiæ, in deteſtationem ſui peſsimi ſtatus, quia meretrices non ſunt dignæ laqueis legum. tex. in l. quæ adulterium. C. de adulterijs.

61 EXaminata conſcientia, ſciat pœnitẽs oportet,ſe poſſe uno verbo, mille mortalia peccata confiteri.ut(uerbi gratia)commiſi fornicatione millies, adulterium toties &c. fregi ieiunium ſine cauſa milles &c.quo intellecto,& pęnitenti,& confeſſori pariter,erit ſuauior confeſſio. Nau.c.6.nu.19.

Mille peccata poßunt uno uerbo confiteri?

SEPTIMO DIXI: vt detur abſolutio.

Quia multi accedens ad confeſſiones alio iniquo animo; Vt infra dicetur.

62 QVæritur. Quando quis accedit ad confeſſionem, non vt abſoluatur, quia habet animum dubium, vel indeterminatum non dimittendi offenſam, uel relinquendi occaſionem: ſed accedit vt Eccleſiæ præcepto uideatur ſatisfacere; quid faciendũ? Reſp. quod de talibus loquitur tex.in c.Quod quidam. de pœnitent.& remiſs. Vbi habetur: ꝙ etiam ſi talem animum pœnitens habeat,eſt ad cõfeſſionem admittendus.Quia in ipſa cõfeſſione.Dei miſericordia, confeſſoriſq; conſilijs adiutus, forſan mutabit animũ & conuertetur. Si tamen animum nõ mutauerit,dimittendus eſt ſine abſolutione; & imponenda illi aliqua pœnitentia; orationes, ſcilicet, ut Deus illum illuminet. Et ſacerdos nihilominus tenetur ad ſigillum. De hoc uide Couar.c. Alma.de ſent.excom.li.6.1.par. §. 4. nu. 12. & S. Thom.in addit.3. par.q.14. art. 4. Bart. Med.Sum.lib.2.c.; 7. fin.

Quid quando pœnitẽs nõ accidit diſpoſitus?

63 VTrum confiteri propter uanam gloriam,infamiam vitandam, pœnas temporales incurri ſolitas vitandas, ſit peccatum mort.? Ad quod per ſequentes Reſpõ.concluſiones.Prima cõfiteri, audire Confeſſiones,prædicare, Miſſam dicere,Sacram ſcripturã legere, ob mortalem finem: mortale peccatum eſt. Naua.1.& Sot.4.d.18.q.3.a r.3.verſ.Tertio.

Quid quando confeſſio fit ꝓpter finẽ temperalẽ.

Secunda concluſio: confiteri, audire confeſſiones,prædicare,docere, Miſſam dicere,vel audire, tãtum propter vanam gloriam,vel alium venialem finem, vel honorem, & æſtimationem acquirendam, tãtùm eſt ueniale peccatum. reſoluit Nauar.(contra Ang.)c.21.nu.40.Sot.ſup. Tertiam concluſio.Cõfiteri.Communicare,orare, Miſſam audire propter tẽporalem iuſtam obtinendam, non inualida confeſſionem &c. vt ſi quis confiteatur ob victoriam iuſtam,ſalutem, famam, honorem iuſtè acquirendum, vel litem iuſtam,quia hoc de ſe licitum Sot. 4.diſtinct.18.q.2.ar.2.

Quarta concluſio: Si quis animo fallẽdi confeſſorem,confitetur vni confeſſori frequenter peccata leuia tantum,& alteri etiam frequẽter confitetur grauia peccatá,quæ committit;& hoc facit vt appareat bonus cùm talis non ſit:uidetur peccare mortali.Victor.196.Silu. verbo cõfeſſio.1.q.6.Si autem talis hoc facit bis, ter,vel quater, ne ſuam exiſtimationem honeſtam amittat,non erit mortale. Vt ait Nauar.c.21.nu.40.verſi.Vnde ſequitur.immo aliquando expedit mutare talem confeſſorem ob multas cauſas.

QVid Quando mulier quædam, vel alius quiſquam accedit ad Confeſſionem,ut Confeſſorem in ipſamet cõfeſſione inducat ad ſecum peccandum? Reſp. quod tunc non eſt vera confeſſio, ſed peſſima malignitatis ſimulatio. (Et, an tunc teneatur confeſſor ad ſigillum.) dicetur infra,de ſigillo.Eſſet autem vera, & fructuoſa talis confeſſio,ſi pęnitens a Deo, & Confeſſore adiutus mutaſſet propoſitum,& confiteretur integrè,& debitè omnia ſua peccata,ſimul cum peccato illius fictionis. Vt patet ſupra.in 8.conditione,videlicet.Libens. 64

Quid quando pœnitẽs vult inducere cõfeſſorẽ ad peccatum?

QVid quando accedit quis ad cõfeſſionem,non eo animo, vt peccata defleat prætetita; ſed ad conſulendum confeſſarium de peccato futuro,quod integro animo, atque deliberato perpetrare cupit? Reſp. quod hæc non eſt vera cõfeſſio,ſed diabolica calliditas, & inuẽtio. Et an teneatur confeſſor ad ſigillum, dicetur.infra de Sigillo. 65

Quid? ſi pœnitẽs tantum vult conſulere cõfeſſorem de peccato futuro?

CONFESSIO QVANdo iteranda.

DEclaratis diffinitionibus Confeſſionis particulis:cum omnibus ſupradictis,quæ ad veram & perfectam Confeſſionem ſpectant.

Quæri-

66 *De Confeſſione generali.* Quæritur. Quibus caſibus Confeſſio ſit inualida, & per cōſequens, iteranda? Reſpon. Primo ab omnibus eſſe receptum (vt ait Nauar. c. 9. in principio, & c. 21. nu. 38.) peccatum ſemel ritè confeſſum, & abſolutum, non indigere alia confeſſione, & addit Nauar. nullam humanam legem ad hoc poſſe obligare, ſecundum S. Tho. & alios quos citat, niſi de conſenſu pœnitentis.

Secundo. Reſpon. quòd quando quis vult confeſſionem generalē facere ſuorum peccatorū; eſt maximopere notandū, q aut vult illā facere propter neceſſitatē, quia (V.G.) aliquando, (data opera) aliquod omiſit peccatum, propter q omnes confeſſiones factæ, fuere inualidæ. Aut illam vult facere ob ſuam deuotionem ad cōſecutionem alicuius gratiæ aut Iubilei. In primo caſu tenetur facere neceſſariam omnium peccatorū diſcuſſionem à tempore quo peccatum in cōfeſſione celauit, quo diligenti facto examine, (vt ſupra de examine diximus) tenet omnia mortalia peccata, in alijs talibus confeſſionibus confeſſa, reconfiteri. Nec poteſt aliquod omittere. Tenetur etiam confiteri quoties in illo intermedio confeſſus fuit, & cōicauit. Quia toties peccatum grauiſſimum compuſit, ſacramenta in peccato ſuſcipiens.

In ſecundo autem caſu, quando quis ex deuotione, confitetur generaliter; poteſt arbitrio ſuo quædam peccata confiteri, alia tacendo. Sot. 4. d. 18. q. 2. ar. 5. col. 3. Nauar. c. 9. n. 1. & c. 21. nu. 28. Victor. nu. 266. Si autem quis dixiſſet Sacerdoti ſe velle confiteri omnia peccata mortalia totius vitæ ſuæ, &, data opera, aliquod mortale tacuiſſet, eſſet decipere confeſſarium in re graui, ideò peccatum mortale, ſecundum Vict. ſup. Silu. Confeſſio. 1. §. 9. Ledeſ. 2. par. q. 8. ar. 2. dub. 15. Henricus Gand. quodl. 10. q. 1. & alij.

V. aliquando teneatur quis cōfiteri peccata iā cōfeſſa. Tertio Reſpon. quòd licèt verum ſit, neminem poſſe aliqua humana lege obligari ad confitendum peccata, alias legitimè confeſſa: benè tamen poteſt, per legē Diuinā mediatè, vel immediate. Immediate, quando quis in periculo aliquo conſtitutus, fecit votum, vel iurauit face re confeſſione generalem omnium peccatorum. Quia tūc ratione voti, vel iuramēti ad hoc tenet de iure diuino: Vt ſupra diximus. Mediatè, quando. ſ. vouet ſeruare regulam alicuius Religionis, in qua habetur, q teneatur ſub dicto voto facere confeſſionē generalem omnium peccatorum; quia tunc etiam ratione voti tenetur. Quod intelligo, ſi antequā votum emiſiſſet, hoc præceptū ſciuiſſet de confeſſione generali facienda, alias non.

67 *Quid de Regula præcipienti cōfiteri iā confeſſa.* Hinc ſequitur, quod quamuis in Religione Ciſtercienſiū, Regula pręſcribat, vt elapſo anno repetat quilibet omnia mortalia, etiam ritè abſoluta, in ſuperioribus confeſſionibus, nemo tamē ad id tenetur ſub peccato mortali. Eandem regulam habent Fratres S. Benedicti, & Ieſuitę: ita Sot. d. 18. q. 2. ar. 5. Dionyſ. Ciſtercienſis in 4. d. 18. vbi dicit: Regulā ſuæ Religionis in hoc ſibi nō placere. Ioan. Medina. C. de confeſſione. quæſtione de confeſſione reſeruatorū, prope finē. Armil. Cōfeſſio. §. 6. de quo vide latiſſimè, & benè p Nauar. in c. placuit. de pœnit. d. 6. à nu. 106. vſque ad 120.

Confeſſio quādo inualida. Quarto autem Reſpōdēdo ad Quęſt. Dico: Confeſſionē inualidam, eſſeq; iterandā, propter defectum ſubſtantialem ex parte Sacerdotis, vel ex parte pęnitētis. Vt probant omnes (licèt longiorem faciant diſtinctionem) & Nauar. c. 9. nu. 2. Sot. 4. d. 18. q. 3. ar. 3.

68 *Quot caſibus ex defectu confeſſoris.* Quæritur. Ex defectu cōfeſſoris quot caſibus fiat irrita confeſſio? Reſpon. in tribus: Primo. Quando non habet iuriſdictionem, vel habet illam impeditam. vt infra dicetur: Secundo. Quādo non habet requiſitā ſcientiam. Tertio. Quando confeſſor non habuit intentionē actualem, vel virtualē abſoluendi. De 1. & 2. defectu vide ſupra de Idoneo cōfeſſore. Scilicet, quā poteſtatem & ſcientiā dēt habere. Et qualiter abſolutio taliſit valeat, vel nō: infra, De Abſolutione.

Quid q̄n confeſſor non habuit itētionē abſoluēdi. De Tertio, ſcilicet, Quando non habuit intētionem abſoluendi; Quæritur, Vtrū ſit cōfeſſio iterāda? Reſpō. Primo. Ad euitādos, extinguendoſq; ſcrupulos, ſemper eſſe præſumendum, & credendum confeſſorem talem habuiſſe intentionem,

tionem, ſaltem virtualẽ, quæ ſufficit; niſi cōtrariū manifeſtiſſimè appareret. Secūdo Reſpō. ꝙ ſi hoc vera poſſit ſciri, nulla eſſet confeſſio, & iteranda: ſcdm omnes. Quia intentio, ſaltem faciendi quod Eccleſia facit, eſt neceſſaria in omni Sacramentorū adminiſtratione. Vt ex Conc. Flor. & Trid. diximus ſupra de ſacramẽtis i genere, & tradit Vic. & Medin. ĩfrà.

69 *Quid ſi dormiebat.* Quid ſi cōfeſſor dormitabat, & nō aduertit? Reſpō. ꝙ ſi audiuit eſſētialia peccata mortalia, & circūſtantias neceſſarias, licèt aliqua venialia, vel omnia; vel circunſtantias non neceſſarias non audierit; valet, & tenet cōfeſſio. Secus, ſi non aduertit. Vnde Regula eſt generalis: qđ quótieſcunque confeſſor cauſa ſomni, vel alterius occupationis, aut exercitij, nō aduertit ad ſupra dicta, eſt nulla, & iterāda confeſſio. Ang. Confeſſio. 1. nu. 22. Armil. eodem; num. 18. Vict. nu. 169. Sot. & Bat. Medin. Sūma li. 1. c. 12. § 1. Nauar. c. 9. nu. 14.

70 *Ex parte pœnitentis q. bus caſibus ſit irrita confeſſio.* Ex parte etiam pęnitentis inualidatur confeſſio aliquibus caſibus. Quapropter Quæritur, qđ quādo pęnitens accedit ad confeſſionem, nō animo cōfitēndi, ſed illudendi, aut decipiendi confeſſorem, vel vt illum in aliquod inducat mortale, vel vt cōſulat de aliquo mortali perpetrando? Reſp. In nullo iſtorū caſuum, & ſimilium eſſe validā confeſſionem, etiam ſi aliqua confiteatur peccata: ſed eſſe iterandam. Nec pęnitēs tunc poteſt abſolui. Silueſt. Armil. Medin. ſupra. Sot. 4. diſtin. 18. q. 3. art. 3. & omnes. Quia tunc accedit ſine contritione, & alia præparatione.

71 *Quando abſq; iuſta cauſa omittitur peccatū cōfeſſio eſt iterāda.* Vtrum Quando pęnitens, data opera, ob verecundiam, timorem vel aliam iniuſtam cām, aliquod tacuit mortale peccatum in confeſſione, vel circunſtantiā neceſſario cōfitēdā nō expreſſit, teneatur confeſſionem iterare? Reſpō. Quod talis confeſſio eſt nulla, & iteranda Nauar. c. 9. nu. 14. S. Th. & Viguerius. Sot. diſtin. 18. q. 3. ar. 3. Catechiſ. Rom. pag. 321. Medin. d. §. 3. Silu. Confeſſio. 1. nu. 4. & omnes.

72 *Quando* Quid de illo, quem pęnitet peccaſſe, confiteturque integrè omnia peccata; nō tamen ſtatuit in corde ſuo occaſionē relinquere. Vel dicit ſe non poſſe illam relinquere, iuxta tex. c. Quod quidā. de pęnit. & remiſ. Reſpō. Talẽ cōfeſſionẽ inualidā eſſe, atque iterandā. Vt ſupra dicta eſt. Silue. Confeſſio. 5. Naua. c. 9. nu. 13. Sot. ſupra. Med. d. §. 2. & 3. Angelus. Victoria. & omnes Canoniſtæ. in d. c. Quod quidam. *non proponit ex corde, eſt confeſſio iteranda.*

73 *Confeſſio omniū peccatorū, vni integrè facienda.* Vtrum. Confeſſio illius qui dimidiauit cōfeſſionem, vnam peccatorum partẽ confitendo vni ſacerdoti, & alteram alteri, ſit valida? Reſpon. Talem eſſe iterandam. Quia, cùm omnia peccata mortalia interna, & externa, reſeruata, & non reſeruata, ſint vni integrè confitenda ſacerdoti, vt, de quibus poteſt, abſoluat; de quibus verò non, mittat ad illum qui abſoluere poteſt; ſecundū S. Th. 4. d. 17. q. 3. ar. 4. quẽ Scot. Sot. 4. d. 18. q. 2. ar. 5. Nauar. c. 9. n. 14. & communis per tex. in c. Omnis. de pęnit. & remiſ. & per c. 1. §. Cautus. de pęnit. d. 5. & Cōc. Flor. ſequuntur: cū contra hæc iura fecerit, tenetur iterare confeſſionem apud vnum. Vide Vict. nu. 158. qui alios citat. & Vig. de confeſſione. verſic. 27.

74 *Confeſſio dimidiata in neceſſitate valet.* Hinc infertur ad q. Vtrùm cōfeſſio dimidiata in neceſſitate ſit valida, puta, qs habet decẽ peccata, & quinq; cōfeſſis, priuatur iudicio ratione mortis iminētis, vtrū poſſit abſolui? Reſpō. ꝙ ſic. & ita piè credēdū eſt, ꝙ ſi habuit ſufficiētẽ attritionẽ, cū abſolutione Deus dimittat illi omnia. Vict. nu. 164.

75 *Confeſſio iterāda propter defectū examinis* Vtrū confeſſio illius, qui non confeſſus fuit aliqua peccata mortalia, qa non fecit ſufficiētẽ ſuorum peccatorū examinationẽ, ſit valida? Reſpō. talẽ confeſſionẽ eſſe nullā, ob defectum eſſentialẽ, præuium. ſ. neceſſariū examen; ob quod non fuit integra culpabiliter: ideo iterāda vt ſupra. Nauar. in Man. c. 9. nu. 16. Victor. n. 160. Catech. pag. 321. Sot. ſup. ¶ Et quales examen, vel peccatorū diſcuſſio ſufficiat, dictum eſt ſupra, in prima conditione confeſſionis. Quòd intellige de illo qui nullū, vel quaſi nullum examen fecit. Secus de illo q mediocre, maximè cōſideratis memoria,

ria, indicioque pœnitentis, & tempore, quòd fuit ab vltima confeſſione. vt rectè declarat DD. ſup.

Nota. Propter quod eſt notandũ valde; memoriæque perpetuo retinendũ illud, ꝙ dicitur infra, de abſolutione nu. 81.

76 *V. Qui non adimplevit pœnitentiã teneatur iterare confeſſionem.*

AN qui non impleuit pęnitentiam præcedentis confeſſionis, teneatur illam iterare? Reſpon. ꝙ quamuis S. Ant. Ang. Silu. & Armil. verbo cõfeſſio. nu. 10. teneat ꝙ ſic, dicẽs eſſe communem opinionẽ: Contrarium tamẽ eſt verius, & tenẽdum: immo quod licèt pęnitens omiſerit illam, per obliuionẽ, negligentiam, vel contemptum expreſſũ, vel illam adimpleuerit in peccato mortali, vel quando petit vt idem confeſſor, vel alius minuat, vel mutet pęnitentiam non eſt iteranda confeſſio. S. Tho. quodlib. 1. ar. 12. & in 4. diſtin. 16. q. 3. ar. 3. q. 5. ad 4. Caiet. Summ. verbo. Cõfeſſionis iteratio. verſi. Ex ſatisfactione. Iõ. Maior. 4. d. 27. q. 6. Palud. q. 5. Adrian. 4. de confeſſione. col. pen. in fin. Nauar. c. 9. n. 17. Vict. nu. 167. Armil. ſupra. Sot. 4. d. 20 q. 2. ar. 2. ad 3. Ledeſ. q. 20. ar. 4. dub. 2. in fi. & Bart. Med. Sum. li. 2. c. 6. verſi. Prima che ſe benè. Et eſt cõmunis omnium Magiſtrorum Salmanticę, & tenẽda; niſi in caſu ſatis extraordinario, quẽ ponit idem Nauar. ſup. Quando. ſi impo neretur pęnitenti pęnitentia: & ante abſolutionem, poſt acceptationem, conciperet animum illam nõ implendi. Quia tunc peccaret nouum peccatum, ꝙ inualidat Confeſſionem; quia in peccato accepit abſolutionem.

78 *V. Confeſſio informis, ſit iterãda.*

VTrum Confeſſio informis, illius, ſ. qui omnia cõfeſſus fuit peccata, cum propoſito cauẽdi ab omnibus; ſed quia non habuit ſufficientem attritionẽ, ad conſequendã gratiã cũ ſacramento, ſit iterãda? Reſpõ. ꝙ licèt Gratianus in c. fi. de pęn. d. 3. & Glo. ibidem, cum multis alijs, teneant, ꝙ ſic: Contraria tamen ſententia eſt omnino tenẽda. Immo, qđ non debeat iterari. tenet Nauar. c. 9. nu. 13. & in c. Iuratus. nu. 33. de. Pęn. d. 5. & S. Th. 4. d. 17. q. 3. ar. 4. & latè Caie. q. 5. ĩ materia cõfeſſionis. Sot. 4. d. 18. q. 3. ar. 3. Vict. nu. 157. vbi quaſdã facit diſtinctiones, quæ rariſſimè, vel nũquam contingent.

EX quo infertur ad quęſtionẽ. V. cõfeſſio hæc informis habeat illũ effectum, quẽm habet Baptiſmus in mortali acceptus. ſ. ꝙ remoto impedimẽto, incipit valere ad gratiam, ſic cõfeſſio recedẽte informitate? Reſpõ. ꝙ licèt Vic. & alij tenuerint, hoc tantum habere locum in Baptiſmo; idipſum concediũt quidam in confeſſione. ſ. S. Anton. 3. par. tit. 14. c. 19. §. 5. vbi citat. D. Th. Palud. Ric. in 4. & Ioan. & Bernar. in Gl. & Gratianum. in c. Menſurã. de pęnit. d. 1. §. His. Quòd mihi placet. Immo Bart. Med. Sũ. li. 2. c. 6. locũ (ait) habere, in omnibus ſacramentis cum obice ſuſceptis, vide de ſacramentis in genere ſupra. nu. 10. verſic. vel differentia. 13. 79 *Quid de Sacramẽto cũ obice ſuſcepto*

AD complementum ſupradictorũ, ſunt duo conſiderãda. Primum: Quod in omnibus caſibus, in quibus reiteranda eſt Cõfeſſio; ſi reiteretur cũ eodẽ ſacerdote, qui recordatur de peccatis in alia confeſſione confeſſis; vel tãtum de pęnitentia impoſita; ſatis erit cõfiteri peccatum omiſſum in ſpeciei, & alia in genere. vt ait Nauar. c. 9. nu. 19. & communis opinio, ſecundum S. Anton. 3. par. tit. 14. c. 19 § 4. & Syl. Confeſſio. 1. q. 3. verſi. Si tamen confiteatur alteri; Secundum. Quòd debet pęnitens ſimul confiteri peccata, quæ fecit poſt dictam Cõfeſſionem inualidam in ſpecie, & addere nouum peccatum, ſcilicet Sacrilegium quod commiſit, tacẽdo peccatũ ob quod inualida fuit Confeſſio, vel inualidæ, ſi pluries confeſſus fuit, & quoties communicauit in tali ſtatu. ſecundum omnes. quod nota. 80 *Confeſſio qualiter, & cũ quo reiteranda?*

VTrum Peccata aliàs rectè, & legitimè cõfeſſa, & abſoluta, poſſint iterum confiteri? Reſpõ. ꝙ quãuis Scot. 4. d. 18. ad 1. dicat; quando peccata iterum confitentẽ; non eſſe ibi Sacramentũ: contrarium tamen eſt tenẽdum cum cõmuni Doctorũ Schola. immò, ꝙ quotieſcunque peccatum mortale iã confeſſum, & abſolutum; vel veniale nunquam vel iam confeſſum, accipiatur ꝓ materia, ad aliam confeſſionem; eſt vo- 81 *V. Peccata legitime confeſſa poſſint iterũ confiteri.*

 rum

rum ſacramentum. Et, ſi iam ſit tale peccatum dimiſſum; datur pęnitenti augmẽtum gratiæ. Ita S. Th. Bonauen. Marſil. Alexand. Aleſſ. Gabr. & Ioann. Maior. quos refert, & ſequitur Victor. Summa. nu. 170. Et probat communis conſuetudo virorum Religioſorum, qui ſæpè ſæpius confitentur peccata iam legitimè cõfeſſa. Et tenet cõmunis Catholicorũ, vt tradit Nauar. c. 21. nu. 98. Barto. Med. Sum. li. 2. c. 12. § Et ad quid proſit. vide Nauar. ſupra, nu. 34. & 42.

Ad quid proſit.

81 *V. Qui facit cõfeſſionẽ, inualidã aliqua culpa ſua ſatisfaciat præcepto?*

VTrũ. Qui confitetur in Quadrageſima omnia ſua peccata, ſed propter culpam ſuã non abſoluitur; Vel confitetur iuxta formã tex. in cap. Quod quidam. de pęnit. & remiſ. Vel facit confeſſionẽ inualidam, malitiosè, ſine iuſta cã mortale aliquod nunquam cõfeſſum, vel circumſtantiam neceſſariã omittẽdo, ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ, de ſemel in anno confitendo? Reſpõ, quòd licèt Syluel. Verbo Confeſſor. 4. q. 2. verſi. Et hoc quidem. & alij dicãt quòd ſic; & in eandem opinionẽ ſuccumbat Vict. in Summa. nu. 163. Contrarium tamen eſt tenendum. ſ. quòd non adimpleat pręceptum, quicunque, culpa ſua, non fuit abſolutus? Vel qui male fuit abſolutus ex culpa ſua (idẽ enim eſt) tenet Adrian. 4. de Cõfeſſ. q. 4. §. Sed quid ſi crassa ignorantia, & probat latè Ioan. Med. C. de pęnit. c. de Confeſſione ſine pęnitentia. & Nauar. c. 10. n. 4. per text. in c. Omnis. de pęnit. & remiſ. Sot. 4. d. 18. q. 3. ar. 3. concl. 6. & alij, quos refert, & ſequitur Bart. Med. Sum li. 1. c. 14. §. 41.

82 *V. Sanctiſſ. Virgo, fuerit aliquando cõfeſſa Sacramentaliter.*

QVæritur. (licèt curioſè) Vtrũ Beatiſſ. Virgo Maria adimpleuerit præceptum Diuinum de Confeſſione? Reſpon: Primo, quòd præceptum poſitiuũ de ſemel in anno non potuit adimplere, cùm tale præceptum fuerit ſtatutum ab Eccleſia in c. Omnis. de Pęnit. & remiſ. poſt eius Sanctiſſimam Aſſumptionem. Secundo Reſpon: De præcepto Diuino, quòd licèt Albert. Magnus ſuper Miſſus eſt. c. 69. & 70. quem refert, & ſequitur Ioan. Lud. Viual. in Opus Regale; in vita S. Io. Euang. (& ſentit. D. Tho. 3. par. q. 37. ar. 4.) dicant, quòd Beatiſſima Virgo, (quamuis nullũ vnquam habuit peccatum originale, vel actuale) confitebatur tamen. S. Ioan. Euãgeliſtæ, certo modo; quem ponit Alex. ſup. c. 74. Contrarium mihi videtur probabilius, cum Viguerio de Pęnitentia, & Victoria nu. 15. dicentibus, eſſe falſiſſimum tale dictum. Imò Beatiſſ. Virginem fuiſſe incapacem huius Sacramenti pęnitentiæ.

83 *V. Confeſſor tenetur interrogare pœnitentem.*

VTrum. Cõfeſſor teneatur interrogare pęnitentẽ? Reſpõ. per ſequentes propoſitiones. Prima. Confeſſor tenetur interrogare pęnitẽtiam quando percipit, nõ eſſe ita benè præparatũ, nec feciſſe diligentiã in examine faciẽdo neceſſariũ; & illum inſtruere, & docere vt conteratur, & confiteatur integrè, maximè ſi viderit eũ timidũ, vel verecũdũ eẽ.

Secunda. Si percipit confeſſor à principio pęnitẽtem eſſe ſobrium, & diſeretum, examinaſſeque rectè ſuam cõſcientiam; nõ tenetur illum interrogare; quãuis erit ſalutare conſilium (ſecundũ omnes) vt interroget, & inſtruat in eo quod pœnitens deficit.

Tertia in vtroque caſu, non debet cõfeſſor eſſe imprudens, interrogando ea, quæ minime pęnitens cogitauit, ſed vnũquemq; ſecundum ſuum ſtatum, officiũ, ætatem; & tempus à quo non eſt confeſſus, interrogare. Nec in hoc ſit nimius, ne multum emungens eliciat ſanguinẽ. Hæc omnia colliguntur ex ijs quæ affert Victor. nu. 193. Armill. Confeſſor. num. 5. & Nauar. cap. 10. nu. 1. & 2. & alij.

84 *Quot ſunt effectus legitimę cõfeſſiõis?*

QVæritur. Quot ſunt effectus legitimę cõfeſſionis? Reſpõ. eſſe nonẽ ſecundum Viguer. de cõfeſſione. verſi. 15. Primus quod liberat à culpa. Secundus à pęna aliqua, vel aliquando à tota. vt ſuprà de pęniten. diximus. Tertius. Aperit portam Cęli, quia per eã ſubditur homo clauib⁹ per quas aperit. Quartus. Confeſſio tribuit ſpem ſalutis, quia homo per eam fit humilior, & qui ſe humiliat, expectat meritò exaltari. Quintus. Pacificat conſcientiã. Sextus. Dat ſui cognitionem, quia ibi cognoſcit homo ſcelera ſua. Septimus cõfeſſio eſt cã facilioris curationis, Qui enim cõfitetur ſæpè,

facilius

facilius reducit ad memoriam peccata, & curatur. Octauus. Præſeruat à malis, quia homo non eſt ita procliuis ad cadendum, ſicut antea. Nonus. Fortificat potentias per peccatum debilitatas. Vide etiã Catechiſ. Ro. pag. 313. Vide etiã S. Aug. lib. de Pœnitentia, dicentemem: cõfeſſio eſt ſalus animarum, diſſipatrix vitiorũ; reſtauratrix virtutum; expugnatrix Dęmonum. Quid plura? Obſtruit os Inferni; & Paradiſi portas portas aperit.

85 *Magnũ beneficiũ confeſſio.* VNde ſequitur Chriſtũ D. N. hanc ſacram inſtituendo Confeſſionẽ, mirabile nobis beneficium cũululiſſe: tantũ abeſt, quòd ſit confeſſio carnificina hominum (ut quidam peſſimi dixerunt) vide Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 5.

86 *Cõfeſſio à quib. oneribus nos liberet.* QVæritur. A quibus oneribus nos liberat Sacramentalis confeſſio? Reſp. a multis, maximè à tribus. Primo à lęgę Moyſi, in qua tot erant modis, & ritus ad expianda peccata. Secũdo eſt onus remorſus conſcientiæ, quæ, facta legitima cõfeſſione, quietatur, ut vnuſquiſque in ſeipſo experitur. Tertium onus à quo liberat eſt timor, & incertitudo. Et per confeſſionem ſæpè timor ſeruilis conuertitur in timorem, vel amorem filialẽ. Vnde immenſas gratias Domino noſtro Ieſu Chriſto pro tanto in nos collato beneficio agere debemus. Qui cũ Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hæc de Confeſſione ſufficiant.

DE SATISFACTIONE
Tertia parte Sacramenti Pœnitentiæ.

1 *Satisfactio accipitur dupliciter.* NOta ſatisfactionẽ dupliciter accipi. Primo modo largè, in genere, de qua loquitur text. in l. 1. ff. Qui ſatisdare cogãtur. & in l. Rem. §. Omni. ff. de Pignorat. actio. Secũdo modo ſtrictè, ſeu in ſpecie, ſiue propriè dicta: de qua tex. in c. Perfecta. de pœn. diſtin. 1. & c. Satisfactio. de pęnit. diſt. 3. Satisfactio autem, largo modo ſumpta, comprehendit reſtitutionem. Scot. 4. diſt. 15. q. 1. art. 1. Nauar. c. 3. nu. 1. Et in quo differat Satiſfactio a Reſtitutione: vide Sot. 4. diſt. 18. q. 1. art. 1. concluſione 3. & latius lib. 4. de Iuſtitia. q. 6. artic. 1. vbi ponit ſeptem differentias. *Satisfactio differt à reſtitutione.*

Secundo. Rurſus, Satisfactio, propriè dicta diuiditur in illam excellentiſſimã, & generaliſſimam, qua, Dominus noſter Ieſus Chriſtus Deo Patri, in ara Crucis pro nobis ſatisfecit. Quæ tantùm ſemel fuit facta, vt ait Apoſtolus. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. De quo, vide Catech. Ro. pag. 329. Et in illã peculiarem, & particularẽ, qua, vnuſquiſque noſtrum quotidie, confeſſoris præcepto, Deo ſatisfacere procurat: Quam tertiam Sacramenti pœnitentiæ partem eſſe determinatur de fide in Conc. Trid. vt ſupra dictum eſt. Alia eſt etiã Satisfactio, illa. ſ. qua quis propria voluntate, abſque confeſſoris conſilio, Deo, pro ſuis peccatis aliquid retribuere conatur, Quę non eſt pars Sacramenti pęnitentię, vt infra, dicetur. *Satisfactio propriè dicta quamlicet diuidatur. Satisfactio particularis eſt duplex ſcilicet tertia pars Sacramenti et quam quiſque facit.*

2 *Satisfactio q. ſ.* QVæritur. Quid ſit Satisfactio? Multæ diffinitiones in Iure, & Doctoribus inueniuntur. vide cap. pęnitentia. & ca. Satisfactio. de pœnitent. diſt. 3. Aliam ponit S. Thom. ex D. Anſel. ſ. Satisfactio eſt offenſæ præteritæ compenſatio ad ęqualitatem iuſtitiæ. tradit Victor. n. 199. & Summiſtę communiter, & Sot. 4. diſt. 19. q. 1. ar. 2. Tres, vel quatuor alias ponit Catech. Ro. pag. 329. Melior tamẽ & compẽdioſior eſt quam tradit Nauar. c. 3. nu. 1. Satisfactio (ait) eſt paſſio volũtaria pœnæ pro peccato, ad placandum Deum, cum propoſito eum amplius nõ offendendi. Tangit Sylu. verbo Satisfactio. nu. 1, quã explicat Nauar. ſupra & in d. c. Satisfactio. nu. 2. Sed licèt hæc diffinitio ſit bona: uidentur mihi, illi duo eſſe addenda verba, in hunc modum. Satiſfactio ſacramentalis eſt paſſio volũtaria pœnę pro peccato à confeſſore impoſitę ad placandum Deum, cum propoſito eũ amplius nõ offendendi. Moueor ad hoc; quia auſteritates, & pœnę voluntariæ, quas homo, ſua ſponte facit pro peccatis, licèt poſſit per eas Deo ſatisfacere, non tamen dicuntur ſatisfactio tertia pars ſacramenti Pœnitentiæ, pro ut

imponi debet à Confeſſore, & tangit Catech. Rom. pag. 330. verſi. Eodem verò nomine.

Illa quæ vñiter dicitur pænitentia non eſt niſi effectus pænitẽtia.

3 NOTA quòd licèt Satisfactio quã Confeſſor imponit, vel alia quælibet quam per ieiunia, cilicia, & cætera, voluntariè quis Deo offert, communiter ab omnibus, vulgariter, appelletur pęnitentia: non eſt niſi effectus, & ſignum pęnitentiæ, quã quis in corde habet. vt ſequentibus patebit exemplis: Cùm qs videt fumũ, certò cognoſcit, ex igne proceſſiſſe. Sic cùm quis flagellat, caſtigatq; carnẽ ſuã, induitur cilicio, ieiunat &c. eſt ſignum, ꝙ in corde fit dolor, & pęnitentia, ex qua radice indignatio illa ſancta, contra ſeipſum procedit. Similiter. Cùm quis videt inimicum, quẽ capitali proſequitur odio; propter rancorem, & odiũ, quòd in corde contra illum habet, accipit euaginatũ gladium, lapidem, vel fuſtem, vt illum percutiat. Sic cùm homo conſiderat inimicũ ſuum, carnem. ſ. ſuã, propter odium, quòd propter Deum, cõtra ſeipſum concipit; accipit arma, nempè ieiunia, cilicia, & alias mortificationes, vt de inimico tali vindicari poſſit, ꝙ tetigit Catech. Ro. pag. 333. illis verbis: Accedit vt teſtificationes quædam, &c. Sot. 4. diſ. 14. q. 1. ar. 1. verſi. Pari modò.

Satisfactio propter qđ facienda?

4 QVæritur Propter quòd tenetur homo ſatisfacere? Reſp. quòd ſatisfactio eſt facienda pro pœna Purgatorij, quam (dimiſſa culpa) tenebatur quis ſoluere in Purgatorio, pro reatu mortaliũ, & pro venialibus peccatis, cũ quibus cõſtitutus in gratia, diſceſſit. Concil. Trid. Seſſ. 6. c. 14. vt ex Dauid. & Paul. ad Roma. 6. & alijs tradit Victor. de Satisfactione. in prin. nu. 189. vbi ꝓbat eſſe de fide. & tradit latiſſimè Catechc. Roman. pag. 331.

Quãdo tenetur, homo ſatisfacere? Tribus modis põt ſatisfa-

6 QVærit. Qñ teneat homo ſatisfacere Deo? Reſpõ. vno ex trib⁹ modis teneri hominẽ Deo ſatisfacere. Primo per pęnalia opera in hoc mũdo, à ſacerdote impoſita, vel à ſeipſo volũtariè aſſũpta. Secũdo ẽt in hoc mũdo, per Indulgẽtiarũ conceſſiones. Cõcil. Trid. Seſ. 14. Canon. 13. & c. 8. & 9. Tertio modo. in alio Sęculo acerbiſſimo illo purgatorij igne.

cere pœnitens.

Vnde ſequitur, quod pœnitens non tenetur acceptare pœnitentiam, quam pro peccatis confeſſis, Confeſſor vult imponere: ſed ſatis eſt quòd habeat animum, Deo ſatisfaciendi aliquo ex tribus dictis modis. Nauar. capit. 26. num. 20. vbi alios citat grauiſſimos auctores. Sot. 4. diſtin. 20. quæſt. 2. art. 2. ad tertiũ Ledeſm. 2. par. quæſt. 20. ar. 3. fol. 292.

V. Pænitens teneat acceptare pęnitentiam?

DE SATISFACTIONE
In hac vita facienda per opera pœnalia.

QVæritur. Per quæ opera pęnalia debeat ſatisfieri? Reſpon. Tria eſſe opera ſatisfactoria: tẽporalia, corporalia, & ſpiritualia. Tẽporalia, vt eleemoſynę. Et ad hęc reducunt omnia alia opera miſericordiæ tẽporalia, vt viſitare incarceratos, ſepelire mortuos, &c. Corporalia, vt ieiunia. Et ad hæc reducuntur omnes corporales afflictiones vt diſciplinæ, cilitia, peregrinatio &c. Spiritualia, vt orationes. Et ad hæc coniungunt omnia alia, vt ꝙ pęnitens cõfiteat aliquoties, vel cõmunicet infra annum. Ita habet cõmunis opinio, Gabriel, Dur. Scot. Adrian. Ioan. Medin. C. de ſatisfactio. Sot. Ledeſ. ſup. Nauar. c. 3. nu. 3. Cõc. Tri. Seſ. 6. c. 14. & 83. 14. c. 8. & 9. 7

Per quæ opera ſit ſatisfaciẽ.

SEd quare per hęc opera eſt ſatisfaciẽdum? Reſpõ. quòd eſt iuſtũ, vt in eo, quo quis deliquit, etiã puniatur. Et quia homo tria poſſidet bona, Animã, ſcilicet corpus, & rem familiarẽ, & in vno quoque iſtorum deliquit, ſic in vnoquoq; eſt puniendus. Vel, Quia per hæc tria opera impugnantur concupiſcentia carnis, cõcupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Catechiſ. Roma. pagina 337. Victor. nu. 208. & bene Conc. Colon. de Satisfactione. §. Ex prædictis ergo. 8

Quare per hæc ſatisfaciendũ?

QVæritur. Quod horum trium operum ſit magis ſatisfactorium? Reſpon. quod cum in ſacra ſcriptura multæ inueniantur auctoritates de eleemoſyna: vt illa: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum, & Daniel. Peccata tua eleemoſynis redime: eleemoſyna videtur magis ſatisfactoria, 9

Quod horum trium plus ſatisfactoriũ.

tisfactoria, vt tradunt Doctores. 4. diſtin. 15. & Arnil. verbo Satisfactio.nu. 3 Sylu.eod.nume. 8. Sed quia omnes ſupradicti nullam ponunt rationem, quare eleemoſyna ſit magis ſatisfactoria: Sic in contrarium argumentor: Homo tria habet bona, ſpiritualia, quæ ſunt primi ordinis: corporalia, quæ ſunt ſecũdi: temporalia quæ ſunt tertij. Videt̃ ergo, quòd cum Oratio ſit bonum ſpirituale primi Ordinis; erit plus ſatisfactoriũ.

Secundo. Sic probatur. Illud videtur plus ſatisfactorium; & meritoriũ in quo quis plus patitur, & affligitur; Cũ ergo quis plus patiatur ieiunando maximè in pane, & aqua: & multo magis ſi corpus ſuum verberibus caſtiget: videtur quod ſit plus meritorium, & ſatisfactoriũ quã Oratio in qua facienda, vel eleemoſyna, parum laboris impenditur, Maximè ſi eleemoſyna ab homine liberali fiat, ſimul, & Diuite. Confirmatur. Quia ſi qs eſſet obligatus voto, vel alia obedientia ad ieiunium, vel ad accipiendam diſciplinam, maximè per tertiam perſonam: donaret libentiſſimo animo, largiſſimã eleemoſynam ob dictarum pœnarum redemptionem.

Tertio. Quia quilibet meretur plus faciendo illud, quòd magis ſuæ naturali contrariat̃ inclinationi. Cũ ergo plus deuiet à naturali inclinatione flagellare, & percutere quem ſeipſum: maximè ſi flagelletur ab alio tertio: Ergo magis meritorium, & ſatisfactorium &c.

Quarto. Quia omnis qui ex præcepto tenetur ieiunare Quadrageſimam, cùm poſſit, libentiſſime donaſſet quamcunq eleemoſynam, vel orationẽ, vt liberaret̃ à ieiunio maximè ſi ei concederetur eſus carnis.

Quinto. Quia qui tenetur ex p̃cepto ieiunare, cum poſſit; etiam ſi largiſſimã largiatur eleemoſynam, non poteſt liberari à præcepto, vel ieiunium in eleemoſynã commutare, ſi alia iuſta non ſit cauſa. Propter has, & alias rationes niſi communis eſſet in contrarium, tenerem non eſſe magis ſatisfactoriam eleemoſynam. Et licèt Ange. verbo Satisfactio. nu. 9. adducat rationẽ; non plenè ſatisfacit, bene tamen Sotus diſt. 19. quæſtione 2. artic. 3. ad 3.

VTrũ Hæc Satisfactio poſſit fieri per opera aliàs debita, puta, ꝙ Cõfeſſor imponat pro ſatisfactione ieiunia quatuor temporũ, ad q̃ aliàs de p̃cepto tenet̃? Reſpõ. Primo. Quod quando Cõfeſſor imponit ſatisfactionem, intelligitur de operibus, alias nõ debitis, niſi aliud explicauerit, vt ſi imponat ꝙ ieiunet tribus diebus; nõ ſatisfacit ieiunans ijs diebus, quibus, de præcepto tenetur. Et ita eſt intelligendus. S. Tho. 4. 15. & ibid. Scot. Palud. Capreol. Dur. Maior. Silue. verbo ſatiſfactio. nu. 8. bene explicat Naua. c. 26. nu. 42. & Victor. nu. 205. 10

V. ſatisfactio fieri poſſit per opera alias debita.

Secũdo. Reſp. ꝙ ſi imponat Cõfeſſor, vt detur eleemoſynã ſatisfacio dãdo illã pauperi extremè egẽti; licèt ſub mortali, ſine ſatisfactione ad id teneret. Sot. 4. d. 20. q. 2. a. 2. Ledeſ. & Vict. ſupra.

Tertio. Reſpõ. ad quæſtionem, quòd Confeſſor poteſt imponere opera alias debita & pœnitens ſatisfaciet cũ illis operibus. Adrian. de Satisfaction. Ioã. Medin. de ſatisf. Sot. & Ledeſ. ſupra. Ricard. Ægidius. Albert. Pygius. Roſenſis. Latomus cõtra Lutherum. Caie. 1. tom. opr. opuſ. 6. q. 1. D. Anton. 3. par. ti. 14. c. 9. Vict. nu. 203. dicẽs oppoſitũ eſſe erroneum. Naua. c. 3. nu. 4. quãuis Palud. diſt. 15. q. 1. ar. 2. Maior. quæſtio. 2. Sil. dicat quod nõ, quos refert Vict. n. 205.

Confeſſor põt ĩponere opera alia debita.

VTrũ poſſit homo ſatisfacere per flagella, à Deo inflicta puta infirmitates, amiſſionẽ honoris, parentũ, bonorũ, vel per mortẽ propriã naturaliter vel violenter cauſatam? Reſpon. ꝙ per hæc omnia, ſi homo patiẽter ſe habeat, & ad Deũ cor ſuũ dirigat, poteſt ſatisfacere, doctores ſupra citati, & S. Tho. 4. d. 15. q. 1. ar. 4. Victor. nu. 207. Sot. d. 18. q. 2. ar. 2. Nauar. c. 3. nu. 4. & c. 26. nu. 22. quòd jam de fide eſt à Cõcil. Trid. determinatũ Seſ. 14. c. 9. & Cã. 13. 11

V. poſſit homo ſatisfacere p flagella à Deo miſſa?

12 VTrum poſſit quis pro alio hãc ſatisfactionẽ facere? Reſpõ. quòd Confeſſor duplicem ſatisfactionẽ poteſt pœnitẽti imponere. Vnã in pœnam & ſatisfactionẽ pro peccatis præteritis.

V. poſſit vnus p alio ſatisfacere?

aliquo modo licèt: tex. in ca. Omnis de pęnitent. & remiſſ. ibi ſua. Et habetur in Concil. Trid. Seſſ. 15. ca. 5. ibi: ſui.

Secundo, quòd mortalia omnia, quæ aliquando peccator rectè non fuerit cõfeſſus. Et de quibus dubitat probabiliter, quod non fuerint confeſſa. Et de quibus dubitat, an ſint venialia, vel mortalia. communis omnium, deciſa in c. Omnis. Vbi Gloſ. verbo peccata & determinatur de fide in Concil. Trid. ſupra & Can. 7. Tenetur etiam cõfiteri circunſtantias, quas infra neceſſario eſſe cõfitẽdas dicemus.

Tertio. (contra Hæreticos). etiam peccata cõmiſſa contra duo vltima Decalogi præcepta. de fide in Conci. Trid. dict. Can. 7.

DE CIRCVNSTANTIIS peccatorum.

36 *Quot ſunt circunſtantiæ?* QVæritur. Quot ſunt circunſtantię vniuſcuiuſq; actus? Reſpõ. eſſe Septem, comprehendiq; in illo verſiculo: Quis, Quid, Vbi, Quibus auxilijs, Cur, Quomodo, quando, Quas explicat S. Th. in 4. d. 17. q. 7. articu. 3. Sũmiſtę. verbo. Confeſſio. Nauar. ca. 6. nu. 2. & latiſſimè in c. Conſideret. de pęnit. diſt. 5. Sot. 4. d. 18. q. 2. at. 4. Quis peccauit, an vxoratus, ſolutus, vel Religioſus &c. Quid ſcilicet furaſti, rẽ ſacrã vel nõ. &c. Vbi ſcilicet fuit commiſſum peccatũ in loco Sacro, publico, vel ſecreto. Quibus auxilijs, an ſcilicet peccauit ſolus, vel induxit alium ad peccandũ. Cur ſcilicet reliquit audire Miſſam, vel occidit hominẽ, vel furtũ fecit. Quõ an peccauit naturali vaſe, vel non &c. Quãdo ſcilicet laborauit in feſto, vel facit alios, laborare, manducauit prohibita. &c.

Sed pro maiori intelligentia, nota, nõ omnes has circunſtantias, ſemper, in omni peccato poſſe inueniri; Quædã enim conueniunt vni peccato, aliæ alij. vt (V. G.) fregit quis ieiunium, hic dicetur circunſtantia. Quis, an. ſ. habeat ætatẽ, vel non. Et Cur, an propter gulam, vel iuſtã cauſam? Non audiuit quis Miſſam, hic eſt interrogandus: quam ob cauſam, an propter negligentiam, vel iuſtam cauſam. Furatus fuit. Interrogandus, quid? an. ſ. rem Sacram? Vbi, an, à loco Sacro? Cur, an propter extremam neceſſitatẽ? Quomodo, an freg. oſtium &c. & ſic de alijs. Habuit quis cogitationem, plenũ deſiderium, vel copulam cum muliere, hic interrogandus; Quis. ſ. ſit ille, ſolutus, vxoratus, vel Religioſus, vel cum voto caſtitatis? Secundo. Quę. ſ. ſit illa: nupta, virgo, ſoluta, conſanguinea, affinis, Deo dicata voto ſolẽni, vel ſimplici. Vbi an in loco Sacro, vel non, in publico vel nõ. Quib⁹ auxilijs; an ſolus vel induxit alium vt portaret literas, munera, vel vt ſeruaret portã, (vt dicit) dum peccatũ perpetrabatur. Cur? an iniquo alio animo, præter libidinẽ. Quo, quõ? an in vaſe naturali, vel nõ, extra, vel non, modo ſolito vel non? Quando an in feſto ſolẽni vel non? ſed hoc non eſt neceſſarium, vt infra dicetur.

Not. Omnes circunſtantias tripliciter diuidi, Quædam ſunt mutantes ſpeciem, quædam aggrauantes, aliæ autem minuentes.

37 *Quæ circunſtantię neceſſario cõfitendæ?* QVæritur. Quæ circunſtantiæ ſint neceſſario cõfitendæ? Reſpon. quod neceſſario confitẽdæ circunſtantiæ, quæ ſpeciẽ peccati mutãt. Vt in actu luxuriæ, cũ nupta fit adulteriũ. Furtũ in loco Sacro fit Sacrilegium, &c. Quòd hodie determinatum eſt de fide in Concil. Tri. Seſ. 14 c. 5. & Can. 7. Quòd Cõciliũ (cùm poſt eius editionẽ ſcripſerint) ignorarunt Vict. nu. 176. & Scrutinium Sacerdotale. Vel vitio ſtampatoris factũ eſt, vt vterque autor dictum Concilium de fide hoc decidiſſe, non allegauerit. Tenet, dicens communem, Couar. 1. par. de Sponſ. c. 1. nu. 14.

38 *Circunſtantia, an confitenda in peccatis mentalibus.* SEd An ſit confitenda talis circũſtantia, cum tantũ peccatum mente perpetratur, vt cum quis deſiderat accedere ad nuptam, Sacratã &c.? Reſp. tales circunſtantias etiã voluntatis eſſe confitendas, vt probat latę Nauar. c. 6. nu. 8. contra Sotum. 4. diſt. 18. q. 2. art. 4. dicentẽ: non eſſe neceſſarium confiteri circunſtantiam Virginitatis, ſi peccatum non fuit actu, ſed voluntate cõmiſſum. Quẽ & carpit ſuus Barto. Medin. in Sum. c. 9.

Sed

39 SEd quia Conc. Trid. ſupra (ſtatuendo, de fide, ſupradictas mutantes ſpeciem eſſe neceſſario confitendas) non loquitur negatiue, id eſt non prohibet alias non confitendas eſſe, ſ. aggrauantes, vel minuentes, &c. adhuc de iſtis ſunt opiniones inter Doctores.

V. circũſtantia alleuiãs peccatũ ſit confitenda.

40 QVæritur ergo. Vtrum circunſtantia, quia peccatum alleuiatur, vel aliquo modo excuſatur, ſit confitenda? puta: Mulier inuenta ſola in quodam loco, multis blanditijs, perſuaſionibus, actibus impudicis, doniſque allicitur, vt peccet; & peccat. Item, famem patiens in neceſſitate, non extrema, furatur, &c. Reſpon. quod licet multi quos Nauar. c. 6. nu. 5. citat, (cum quibus olim idem Nauar.) tenuerint nõ eſſe confitendam; nũc tamen idem Nauar. contrariũ tenet; immò quod ſit confitenda. Quam opinionẽ veriſſimam credo. Quod eſt dicendum, quando peccatũ alleuiatur, vel extenuatur remanendo mortale. Quando autem circunſtantia ita extenuat peccatum, ꝙ de mortali illud veniale faciat, vel nullum; vt qui ob magnã infirmitatem non ieiunauit, vel non dixit officium Diuinum &c. tenetur quis illam confiteri, ſecundum communem Theologorum in 4. & S. Bonau. diſt. 16. & Nauar. c. conſideret, de pœn. diſt. 5. & in d. cap. 6. nu. 5. Victo. nu. 175. Sot. 4. diſt. 18. q. 2. ar 4.

V. circũſtantia. Confidẽtia ſit cõfitenda?

41 VTrum peccans hac circunſtantia, ſ. confido de miſericordia Dei, quod per confeſſionem remittetur mihi peccatum; teneatur confiteri hanc circunſtantiam? Reſp. quod non, ſecundum Caiet. 2. 2. q. 121. art. 2. Nauar. c. 6. nu. 3. fi. *Et quamuis Abb. in cap. Ex tranſmiſſa. de eo qui cogn. cõſang. vxoris ſuæ. dicat ꝙ peccans ſub ſpe veniæ grauius peccat, ſecundum aliquos, & eſt peccatum contra Spiritumſanctum: non ſic rigide eſt intelligendum vt ſonat.

Peccans in cõfidẽtia bullę an gaudeat illo priuilegio?

42 VNde infertur ad quæſtionem V. qui peccat in confidentia Bullæ, vel priuilegij, quod habet; poſſit per illam bullam, vel priuilegium abſolui? Pro Reſponſione ſit concluſio. Qui ex confidẽtia Bullæ accipiendæ, vel acceptæ, vel alterius priuilegij, facilius ſe præcipitat in caſum reſeruatum, etiã cum excommunicatione, poteſt nihilominus per tale priuilegiũ, vel bullam abſolui. tenet D. Xuarez. de indulgen. q. 5. Silueſt. verbo Indulgentia, q. 10. verſic. 5. Nauar. in §. in Leuitico. notab. 30. nu. 7. Ledeſ. 2. p. q. 29. art. 1. Cordub. lib. 5. de Indulgen. q. 34. in fi. & q. 37. propoſition. 3 licèt in Summ. de caſibus. quæſtio. 22. videatur hoc negare. Nec obſtat, quod priuilegiũ meretur amittere, qui ſpe priuilegij, peccat, vt probat Couar. lib. 2. variarum, ca. 20. nu. 15. ſignificat. D. Anton. 1. par. titulo 10. c. 3. §. 4. Silueſt. ſupra. ſed explicatur ibi: ſi hoc exprimatur in indulto. Ioannes Lupi. Margarita Confeſſorum. Doctores tamen Sandoual. & Manuel Coſta Catedrarij primarij vtriuſq; Iuris Salman. hoc limitarunt ſic; ſi bulla ſcilicet, vel priuilegium fuit cauſa finalis delinquẽdi, vt qui peccat propè Eccleſiam ſpe immunitatis, non fruitur immunitate. Nauar. c. 25. nu. 21. Et qui deliquit cũ conſanguinea, ſpe Matrimonij; difficilius obtinet priuilegium, vel diſpenſatio nem; & illa non gaudet niſi id exprimat. Nauar. c. ſi quando, de reſcr. Sed hi limitandi ſunt pro foro exteriori tantum, vnde vera eſt concluſio prima.

V. circũſtantia quæ peccatũ augetur intra eandem ſpeciẽ ſit cõfitenda?

43 VTrum circunſtantia quæ peccatum auget, intra eandem ſpeciem, vel ex magno, facit maximum; ſit confitenda, vt (verbi gratia) furtum viginti ſcutorũ, eſt mortale. Et centum ſcutorum eſt mortale. Et mille ſcutorum eſt mortale. Vtrum ſufficiat dicere: commiſi furtum quod eſt mortale: vel ſit neceſſarium dicere quantitatẽ? Reſp. quod licèt olim, in quodam literario cõgreſſu, tenuerim eſſe neceſſariũ; quia videtur rationi cõformius, & tenet Marſi. 4. diſt. 17. q. 12. ar. 1. Armil. Sot. 4. diſt. 18. q. 2. ar. 4. & Bar. Medin. Sum. c. 9. §. 1. Maior. Gabr. 4. diſt. 17. Victo. nu. 179. in fi. tamen, quia contraria opinio eſt cõmunior, & probabilior. & eam tenent, S. Tho. & S. Bonau. vt ait Vict. ſup. & colligitur ex Cõc. Tri. ſeſſ. 14. c. 4. & 5. & can. 7. ſecũdũ Nauar. c. 6. nu. 6. per eiuſdẽ Nauar. rationes, videtur ab ea non eſſe recedendũ: niſi quãdo tali peccato fuiſſet annexa aliqua par-

ticularis

ticularis circunſtantia, vt ſi eſſet impoſita in aliqua Diœceſi excommunicatio furanti tãtam quantitatem, & cum alijs limitationibus; de qbus Naua. ibid. n. 9.

44 *V. circũſtã. diei feſti, ſit neceſſario confitenda?*

VTrum Circunſtantia diei feſti, ſit neceſſario confitenda. vt blaſphemare, fornicare, iuramentum falſum dicere, furari in die Dominica, &c.? Reſ. antiquos quoſdam, quos citat Silue. verbo confeſſio. 1. nu. 11. tenere eſſe confitendam. Nauarrus autem cap. 6. nu. 10. cum S. Tho. Caieta. Almain. Silue. verbo Circunſtantia q. 3. & verbo. Dies Dominica, q. 6. & verbo. confeſſio. 1. num. 11. & Sot. infra, & idem Silu. in Roſa aurea, caſu. 36. cum doctiſſimis Dominicanis, tenent non eſſe neceſſario confitendam. Ratio eſt, Quia licet qui peccat fiat ſeruus peccati; in feſtis tamẽ prohibitum tantummodo eſt opus ſeruile manuum. S. Th. Silueſt. ſupra Sot. 4. d. 18. q. 2. ar. 4. Medin. infra nõ autem ſpirituale. Bart. Medin. tamen, in Sum. c. 9. §. 1. dicit circunſtantiã diei feſti tantum duobus caſibus eſſe confitẽdam. Primo quando quis fornicatus eſt in die Iouis, vel Veneris ſancti. Secundo quando, cum quis iret ad confitendum ſua peccata, committeret aliquod peccatũ graue. Hoc autem licet ſit laudabile & conſulendum, Ego dicerem talem circunſtantiam confitendam de conſilio, non de neceſſitate.

Qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati?

45 *V. circũſtantia loci ſit neceſſario confitenda.*

VTrum. Circunſtantia loci ſit neceſſario confitenda, vt blaſphemare in Eccleſia, iurare, mentiri, murmurare, vel falſum teſtimonium dicere? Reſp. ꝙ licet aliqui abſolutè dicant circunſtantiã loci ſacri eſſe neceſſario confitendam, ſine aliqua diſtinctione; tantum tamen in quatuor caſibus debet neceſſario confiteri. Primo. Quando quis commiſit furtum in loco ſacro. Secundo. In effuſione ſanguinis humani violenter, in loco ſacro. Tertio. In effuſione ſeminis humani in loco ſacro, cũ eſt mortale illud effundere. ſ. I pollutione, copula mortali, vel cũ propria vxore. Nauar. latiſſimè. c. 16. nu. 32. Quarto. Quando frangitur immunitas Eccleſiæ, malefactorem ab ea iniuſtè extrahendo. In alijs autẽ peccatis minimè eſt neceſſaria; vt blaſphemare, iurare falſum mendacium dicere, murmurare, falſum teſtimonium dicere in Eccleſia. Nauar. (vbi probat) c. 6. nu. 11. & 12. Syl. confeſſio. 1. num. 11. & alij. Sot. 4. d. 18. q. 2. ar. 4. Bart. Med. c. 9. §. 1. & De hoc particulari, & quomodo Eccleſia polluatur ſex caſibus, Vide Naua. c. 27. nume. 256. & infra in 2. pat. de interdicto.

46 *V. talia peccata cum tãtum mẽte perpetrãtur, ſint confitenda cum dicta circunſtantia?*

SEd Vtrum cogitationes horum quatuor caſuum ſint confitendæ: vt (verbi gratia) cogitauit quis in Eccleſia furtum facere, occidere, adulterare, ſemen emittere? & c. Reſp. ꝙ licet S. Th. quem refert, & ſequitur Syl. ſupra, dicat abſolutè tales cogitationes eſſe confitendas: Deber tamen intelligi cum hac diſtinctione. ſ. exiſtens in Eccleſia cogitans furari, adulterari, occidere aliquem extrahere aliquẽ ab Eccleſia, habere pollutionem, & c. extra Eccleſiam; nõ tenetur hãc circunſtantiam loci ſacri confiteri. Si autem exiſtens extra Eccleſiam, cogitauit eadem in Eccleſia committere; tenetur hanc circunſtantiam confiteri Sot. 4. d. 18. q. 2. art. 4. Nauar. c. 6. nu. 12.

47 *V. circũſtantia Propria perſona ſit confitenda?*

CIrcunſtantia propriæ perſonæ an ſit neceſſario, & quæ confitenda? Pro Reſponſione Nota; vniuſcuiuſque perſonæ duplices eſſe circunſtantias. Quædam dicuntur velut accidentales, vt Dignitas. Quia, cęteris paribus, plus peccat qui eſt aliqua Dignitate ſublimis, quam qui illa caret. c. Homo. 40. d. Et Prælatus magis quam ſubditus. c. Pręcipuè. 1. q. 3. Doctus, pluſquam ignorans. c. Sicut dignum. de Homici. & multo plus ille, qui affectat ignorantiam, vt liberius peccet, quam peccaret ſciens. c. pen. 37. d. & bonus pluſquam malus & tales circunſtantiæ, quæ aliquando peccatum augent, nõ ſunt neceſſario confitendæ, licet ſit vtile, quia, vt plurimum, ſpeciem nõ mutant. Quando autem talis eſt circunſtantia, quæ mortale vnius ſpeciei, facit alterius, eſt confitenda neceſſario, vt quando fit contra votum, vel ſtatim alium voto annexum; vnde Nauar. c. 6. nu. 13.

48 *V. circũ-*

VTrum Circunſtantia ſcandali ſit neceſſario confitenda? Reſ. triplex eſſe

ſcanda-

ſtantia ſcãdali ſit neceſſario cõ ſitendat ſcandalum. Primũ dicitur formale. ſ. quã do aliquid eſt dictum, vel factum eo animo, vt aliũ ad mortale quis inducat. Et hæc circunſtantia eſt neceſſario confitẽda. Secũdum. Cũ opus ſuo genere bonũ, aut indifferens eſt, ſed ſecundũ ſpeciem, & apparentiam malã præbetur, occaſio peccandi mort. & hæc etiã eſt confitẽda. Tertium eſt. Cum quis corã alijs peccat mortaliter, abſq; vllo animo alios inducendi ad peccandũ. Et tunc, diuerſę ſunt Doctorũ opiniones: an ſit talis circunſtãtia cõfitẽda? S. Th. 2. 2. q. 43. ar. 3. negat: quẽ ſequitur Caiet. Sum. verb. Scandalũ. Adrian. tamen. 4. de Sacram. Cõfeſſ. q. 4. Maior. 4. d. 38. q. 3. Syl. verbo. Scandalũ. q. 3. ſentiunt ꝙ ſic. Quę opiniones (ſecũdũ Nauar. c. 6. nu. 19.) concordãtur hoc modo; vt neceſſario ſit confitenda, quando verſimiliter peccando corã talibus, eſt prẹſumẽdũ, ꝙ peccarent mortaliter, licet hoc non intenderet peccans, alias non.

49 *Quid de circũſtãtia qua ſocius criminis detegit.* QVæritur. De illa tam cõtrouerſia quę ſtione. Vtrum qui habet circunſtantiam neceſſario confitendam, quam ſi confiteatur, detegit ſocium criminis, teneatur illam confiteri, vt Confeſſio fiat integra, vel illam tacere, ne proximum infamet; Vt cum quis habuit rem cũ propria matre, vnica filia, vel ſorore? Reſp. Primo, Quod loquimur de illo, qui abſque illo interpoſito remedio debet confiteri illi qui ſocium agnoſcit. Secundo. Reſp. Quod licet communis opinio quã fatetur Nauar. c. 7. per totũ, & reſoluit Vict. nu. 174. & ex S. Tho. S. Bonau. & multi alijs reſoluit Sot. 4. d. 18. q. 2. ar. 5. ad 4. & (latiſſimè omnium) Cordub. in Sum. de caſibus conſcientiæ. q. 1. teneant talem circunſtantiam eſſe confitendam: contrarium tamen, immo non eſſe confitendã, etiã in articulo mortis, tenet (citãs Canum) Bar. Med. Sum. lib. 2. c. 4. §. j. del Cõplice. Et quo ad articulũ mortis fatetur Sot. ſup. tenent Armil. verb. circũſtãtia. nu. 11. in fi. Viguer. de Confeſ. verſi. 27. §. Quod ſi nõ poſſunt: allegantes pro hoc Caiet. verbo confeſſio. cõditione. 3. & hæc ſunt verbo Viguerij: Dominus Caieta. dicit quod peccator poteſt confiteri alia peccata, & ſubticere illud, quod abſq; alterius infamia nõ poteſt cõfiteri. licet Sot. interpretetur aliter Caietanũ.

Quid quando duo præcepta ſunt contraria? Hanc opinionem, contra communẽ. cum Inn. & Hoſt. (grauiſſimis auctoribus) tenet, & grauiſſimis argumentis defendit Nau. ſup. illo pręcipuè, ꝙ quando duo pręcepta concurrunt ſeruanda, ſi ſimul vtrunq; nõ poteſt ſeruari, minus tenetur maiori præcepto cedere. Probat Vict. nu. 127. ſibi cõtrarius. At præceptũ de non infamando proximum, eſt Diuinum naturale, quod eſt maius; præceptũ autẽ de integritate confeſſionis eſt tantũ Diuinũ poſitiuũ, quod eſt minus. ergo.

Immo (meo Iudicio) in eaſu quo quis haberet rem cum matre, vel filia cum Patre, ſunt duo præcepta; primum, de non lædendo famam proximi. & Secundum de honorandis parentibus, nè ſicut Chã filius Noe, verenda detegat Patris ſui.

Not. tamen hic, quod Victor. ſupra. in hoc particulari, contrariũ tenet. ſ. eſſe maius pręceptũ de integritate confeſſionis, quã de ſeruanda fama, ꝙ nõ videtur verum, & vltra Nauar. poſſet multis probari exemplis. Vlterius, fundat Nauarr. ſuã opinionẽ per iura, quibus cauetur, ꝙ quando contra communẽ eſt tex. vel ratio cui nõ poteſt bene reſponderi, poteſt à communi recedere. vt ipſe & alij recedunt, cũ quibus & ego. Primo. quia eius opinio rationi conformior. Secũdo quia dicto fundamento nullus reſpondere poteſt. Illuſtris tamẽ I. V. Doctor Vera Salmant. Magiſter meus, toto Orbe celebratiſſimus, has concordauit opiniones ſic; vt communis procedat quãdo ſocius eſſet perſona vilis, & plebeia, paruiſq; honoris; ita quod ferè nihil noui attulerit Confeſſori illud ſcire. Contraria autem, quãdo eſſet nobilis, & honorata pſona.

50 *V. ſit cõfitenda circũſtãtia filiæ ſpiritualis.* VTrum ſit confitenda circunſtantia, quãdo quis Sacerdos peccauit cum filia ſpirituali ex confeſſione? Reſ. quod ſic, ſecũdum S. Th. 2. 2. q. 154. ar. 10. ad ſecundum Armil. verbo: Circunſtãtia, & Sacrilegium. nu. 1. & alij. vide tex. in c. Omnes quos, cum ſeq. 30. q. 1.

51 *V. venialia ſine cõfitẽda* VTrum. Teneatur quis confiteri venialia peccata? Reſpon. quòd quãuis aliqui abſolutè dicant quod ſic. Alij, quòd

quòd tantum tenetur quis venialia confiteri, quando in Quadrageſima vult Cõmunicare; & habet venialia tantum, vt ait Caiet. 1. tom. Opuſc. de confeſſione; tractatu. 5. & Angel. cum alijs, quos citat verbo: confeſſio. 1. nu. 17. & confeſſio. 2. nu. 4. & alij. De his tamen ſequentes nota Concluſ. Prima. Nullo iure tenetur quis ad confeſſionem venialium, etiam ſi venialia mixta ſint mortalibus, vel ſeparata. Victor. nume. 129. Nauar. c. 21. num. 34. Sot. d. 18. q. 1. ar. 3. vbi ex Conc. Triden. & ca. omnis. de pœn. & remiſſ. probant.

Secunda Concluſio. Peccata venialia ſunt legitima materia confeſſionis, & eſt laudabile illa confiteri; & contrarium eſt hæreſis, damnata in Concil. Triden. Seſſ. 14. c. 5. & can. 7. Nauar. cap. 2. numero, 11.

Tertia Concluſio. Qui tempore Quadrageſimæ, non habet niſi venialia; ad communicandum non tenetur confiteri venialia in particulari, vel in generali, ſed tantum ſe præſentare Sacerdoti, & dicere: quod ille non habet quid confiteatur, & tenetur illi credere. Vict. ſupra in fine Sot. ſupra. & S. Tho. 4. d. 17. q. 1. quæſtiun. 4. ad 1. quamuis aliqui contrarium dixerint.

Quarta Concluſio. Conſtitutio, qua Monachi Benedictini tenentur ſub mortali quolibet menſe confiteri, non extenditur ad alios Monachos vel Moniales. Quod (cum eſſet olim ſub opinione) hodie tamen Concil. Triden. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 10. tantum aſſerit conſulendum vide Glo. in Clemen. 1. de ſtatu Monac. verbo Singulis. Sot. diſtin. 18. q. 1. ar. 3. quamuis Syluеſ. verbo. Religioſus. 7. §. 11. verſi. 2. putet ad alios extendi. vide Naua. cap. Placuit. de pœn. diſtin. 6. nu. 110 cum ſeq. Patet per regulam; Odia. de regu iur. 6. Et ſic hoc ſtatutum, cum ſit grauiſſimum, tantum debet extendi ad illos Nigros, de quibus loquitur. Extenditur tamẽ ad Canonico Regulares, quia de eis loquitur etiam Rubrica Tituli. Et tenet Oldradus Conſ. 222. Nec credo Nauarro (ſalua pace) dicẽti. c. 21. nu. 59. Moniales ſub mortali ad hoc teneri, quia Conc. Trid. tantum dicit: admoneantur.

52 Utrum Tales Monachi non habentes niſi venialia, teneantur quolibet menſe confiteri, cum nullum mortale habeant? Caieta. quem refert Sot. infra. Innocent. Ricard. Alexand. & alij quos citat Angel. ſupra, & Syluеſ. infra. tenet quod ſic; Nihilominus tamen, contrarium eſt tenendum, immo, quòd ille, qui tantum habet venialia, non obligatur præcepto Diuino, vel humano Eccleſiæ, vel Religionis. Sot. dicto ar. 3. verſiculo: De Monachis. D. Thom. ſupra. Scot. & Gabriel. q. 1. Palud. Duran. q. 9. Ledeſma. 2. par. q. 5. ar. 3. & q. 22. ar. 1. Et in hoc inclinat Nauar. ſup. Quod (vltra omnes) probo clariſſimè, per Gloſ. verbo. Menſibus in dicta Clemen. 1. de Stat. Monac. vbi hæc verba habentur: Arctantur ergo Monachi ſingulis menſibus, ad quod fideles arctantur ſingulis annis. de pœn. & remiſſ. omnis: ergo cum per dictum cap. omnis. & Concil. Triden. Seſſ. 14. c. 5. & c. 7. & communem opinionem, nullus fidelium teneatur venialia quolibet anno confiteri: nec Monachi ſemel quolibet menſe? quid clarius. Quod etiam tenet Sylu. confeſſio. 1. §. 14. Tega. libr. 13. introduction. c. 30.

V. Utrum Monachi nõ habẽtes, niſi venialia teneantur illa confiteri

53 Sed quid quando in Iubileo requiritur cõfeſſione facienda intra certum tempus publicationis. V. qui tantum habet venialia, teneatur confiteri? Reſpon. quòd licet Nauar. §. in Leuitico. notab. 18. nume. 17. cum S. Anton. dicat: non requiri: Contrarium tamen eſt tutius, cum Cordub. lib. 5. quæſtionarij. quæſt. 28. Sufficit autem tunc confiteri in poſtrema Dominica Iubilei. Sot. quarta, d. 21. quæſtio. 2. articulo. 3. columna. 5. & alij Magiſtri, & Mancius publice.

V. quando in Iubileo requiritur confeſſio requiratur de venialibus.

SEXTO DIXI:

54 Quæritur. Qualiter ſint confitenda peccata, & declaranda? Reſpon. quod ſic ſunt peccata declaranda, vt Confeſſor duo rectè calleat: peccata. ſ. (cum ſuis circunſtantijs) an ſint mortalia, vel venialia. Et quantum fieri poterit,

Qualiter declarãda peccata

rit, peccatorum numerum certum, vel veriſimilem, ſicut ipſe pœnitens habet in mente: Quia cum ſit Iudex, & ſecundum allegata, & probata debeat proferre ſententiam; debet omnium notitiam habere. Catech. Ro. pag. 321. & omnes communiter in ca. omnis. de Pœnit. & remiſ. & in c. Conſideret de Pœnit. diſt. 5.

55 *V. numerus peccatorũ ſit neceſſario cõfitẽdus?*

Utrum Numerus peccatorum ſit neceſſario aperiendus? Reſpo. q facta ſufficienti conſcientię diſcuſſione (vt ſupra diximus) tenetur pœnitens declarare numerum certum peccatorum mortalium, cum debitis circumſtantijs (de quibus ſupra,) ſi ſcit certum: ſi autem nõ poteſt dicere certum; quia punctualiter nõ recordatur; dicat quem putat eſſe veriſimilem; vt, peccaui vigeſies, plus minus vè. vel fui in tali peccato per annum, ter vel quater peccans qualibet heddomada, & addat poſtea: vel toties, quoties Dominus ſcit me illũ offendiſſe. Quod multum prodeſt, vt infra dicetur.

Pro quo Not. Primo quod non eſt ſatis dicere commiſi tale peccatum ſæpè; vel ſæpiſſimè, quia eſt numerus indeterminatus, ſecundum omnes.

Quid quando oblita ſunt peccata in confeſſione.

Secundo quòd ſi quis confitetur peccatũ ſub hoc dubio, ſcilicet commiſi fornicationẽ decies, paulo pluries, aut paucioribus vicibus. ſi poſtea recordatur alicuius peccati eiuſdem ſpeciei; non tenetur illud confiteri, quia illo numero primo, incluſum fuit illud peccatũ oblitũ. Secus, ſi recordaretur multorũ peccatorum, vt ſi confeſſus fuit peccaſſe decies, vel duo decies; & poſtea recordatur peccaſſe vigeſies (quia error magnus fuit in primo numero) tenetur illa peccata confiteri. tenet expreſſe Sot. 4. d. 18. q. 2. art. 4. Vide Nauar. c. 6. nu. 14. eſt communis. vide Vict. nu. 178. Sed verè (ſalua pace) mihi videtur, quòd ſi quis dixit: peccaui decies in hoc peccato: & de omnibus alijs quæ Deus ſcit me comiſiſſe in hoc caſu, quorum nón recordor, dico meam culpam: non teneri amplius confiteri, ſi poſtea aliqua venerint in memoriam, dummodo ſufficiens examen, ac debitum prius fecerit.

Diligentia ad confitendũ qualis?

Tertio. Not. quod Sot. ſupra. & Victor. ſupra. (ex Caietano) dicunt nõ eſſe faciendã nimiam, anxiam, vel ſcrupuloſam peccatorum circa numerum diligẽtiam, vel diſcuſſionẽ, ſed ſufficit mediocris, adhibita diligenti cura. Quod maximè procedit, cùm quis vult cõfeſſionẽ generalem facere de omnibus ſuis peccatis alias confeſſis ſecundum omnes.

56 *V. mentiri in confeſſione ſit mortale peccatum?*

Utrum Mentiri in confeſſione, ſit mortale peccatum? Reſp. quod licet Victor. num. 130. dubitet (vbi nullus eſt dubitandi locus) dicens eſſe probabile, quod qui confitetur peccatum mortale: quod non fecit; peccet mortaliter: Sine dubio tamen eſt dicendum, quod quotieſcunque quis cõfitetur peccatum mortale quod non fecit: aut ſine iuſta cauſa tacet aliquod mortale, quod cõmiſit, peccat mortaliter. Quia in iudicio confeſſionis, & grauiſſimè eſt mẽtitus. Et tenetur, vt illa confeſſio ſit valida, confiteri idipſum mendatiũ mortale, quod prius fuerat confeſſus: alias, non eſt integra cõfeſſio. Quod ipſe Vict. probat. & benè Armilla. uerbo: Confeſſio. 1. nu. 9. vbi alios citat. & Sotus d. 19. q. 2. ar. 4. cõcluſio 3.

57 *De mendacio veniali.*

Eſt autem dubium de illo, qui mẽtitur venialiter in confeſſione, vel confitetur veniale peccatum, quod non fecit, an peccet mortaliter? Cõis Magiſtrorũ, 2. 2. q. 69. ar. 2. tenet, dicere mẽdacium in cõfeſſione, circa materiam non neceſſariã; ſi modo ſimul præbeat ſufficientem materiã, non eſſe mortale. Caiet. autẽ ibidẽ cõtrarium tenet. ar. 1. dicens: mendaciũ leue dictum in confeſſione, eſſe mortale peccatum. quem refutat Sot. ſup.

Sed licet ipſemet Caiet. poſtea in Sũma, verbo, confeſſio. conditione 4. Sot. ſup. Victor. nu. 141. Bart. Med. Sum. lib. 1. §. 35. voluerint hoc dubiũ declarare; non tamen ad plenũ ſatisfecerunt. Quapropter. Not. pro clariori diſtinctione: quod quando quis confitetur aliquod peccatum veniale, quod non fecit, inter alia peccata mortalia; vel inter alia venialia, quæ ad materiã, vel pro materia ad abſolutionẽ aſſumpſit; tunc tantũ erit veniale peccatũ illud mendatiũ veniale quod dixit. Si autẽ nullum aliud peccatum confiteretur; niſi illud quod finxit

ſe

ſe feciſſe; tunc eſſet mortale peccatum, quia accepit abſolutionem ſine materia, quia illa materia, quam præbuit, fuit falſa ſcilicet peccatum veniale fictum. Ita tãgit Armil. ſupra. clariſſimè Nauar. c. 21. num. 17. Corona Confeſſorum de cõfeſſ. in 4. conditione. & tenuerunt Magiſtri Salmanticæ.

ET hoc modo eſt intelligendus Bar. Med. cap. 12. §. 2. lib. 1. quando dicit: quod qui confiteri venialia, tenetur ſub mortali habere propoſitum cauendi ab illis in futurum, ſcilicet, quod debeat intelligi; quòd ſi Ego confiteor decem peccata venialia, ſatis erit quòd habeam propoſitum cauendi ab aliquibus, quia eſſet onus importabile, cauere ab omnibus.

59 *Qualiter meretrix vel alius inueteratus peccator teneatur peccata cõfiteri.*

QVæritur. Qualiter teneatur declarare ſua peccata meretrix, vel alius peccator, qui longo tempore fuit peccatis inuolutus? Victor. nume. 178. & Nauar. cap. 6. num. 15. ex Caiet. tom. 1. opuſc. opuſc. 18. q. 3. & alijs, concludunt ſatis eſſe declarare ſuum ſtatum in communi, ſcilicet fui in lupanari per decem annos, admittentes homines cuiuſcunque ſtatus, ſeu conditionis. Sotus tamen. 4. d. 18. q. 2. ar. 4. ait (bene quidem) hanc generalitatem, cum grano ſatis eſſe intelligẽdam Quapropter.

Ad huius quæſtionis reſolutionem, Dico, me audiſſe pluſquam triginta confeſſiones generales iſtarum meretricum: & ex hac experiẽtia, & modo: quem ſeruant in confitendo ſua peccata: videtur mihi (ſalua pace) aliter dicendum.

Nota omnia põdera.

Pro quo dico Primo. Quod quaſi ſemper (etiam ſi per decennium fuerint in tali loco) recordantur, in certo numero, de peccatis grauioribus, & habent in mente ſemper (puta) commiſi toties cum Preſbytero, vel Religioſo, (de ijs, quos nouerunt eſſe tales) & de illo gloriantur aliquando, cum ſodalibus ſuis. Et vlterius illorum peccata ſecreta publicant illos nominando. Vel admiſi, contra naturam toties. Quod ſemper vidi dixiſſe in certo numero, niſi quando vtroq; vaſe ita frequẽter vtebentur, ꝙ nulla eſſet differentia. Et ita de iſtis peccatis tenentur dicere certum numerum, ſi ſciunt.

Admoneo lectorem, me ſic poſſe de auditis in confeſsione hic liberè loqui, quia audiui in diuerſis Regionibus totius mundi; & multis ab hinc annis. Ideo impoſsibile omnino eſt in alicuius cognitionem, quem poſſe venire.

Secundo dico, quòd non omnes in lupanari exiſtentes æqualiter peccant; erit enim aliqua mulier, per annum integrũ vel amplius in quadam villa, vel ciuitate, quæ certo poſsit dicere: per totum annum, vel duos, ter, quater ve peccaui quotidie. Vnde Confeſſor numerum ſciet.

Tertio dico, ꝙ in eodẽ lupanari vna mulier (quia alijs pulchrior) committit, etiam actu viginti peccata quotidie, alia (quia non ſit pulchra) forſan per vnum menſem, totidem, non committet.

Vnde ad audiendas talium confeſsiones aliqua aduertenda ſunt.

I. Quod non tantum ſunt peccata carnis naturalia, quæ tales mulieres perpetrantur, ſed multoties vna cum altera turpiſsimè coniunguntur.

II. Quod etiam poſt vnumquenq; carnalem actum, ne ſequatur conceptio, ſemen foras emittunt. quod eſt grauiſsimum ſcelus contra naturam.

III. Quòd ſi aliquando cõtingit (licet raro) vt fiat grauida; procurat abortum, ne ab iniquiſsimis actibus impediatur.

IIII. Quod ſæpiſſimè, in ipſo actu turpi, furantur quicquid poſſunt ab homine, ſecum concumbenti.

V. Quod in principio noctis faciunt peccatum cum aliquibus, vt donetur ſibi quãtitas, vel ſtipendium quoddã, vt illam noctem ſimul tranſigant, & accepta pecunia, fugiunt; nec adimplent turpem fidem quam promiſerant; nil de accepta pecunia reſtituentes.

VI. Quod cauſa inuidiæ, aliquando faciunt aliarum mulierum amatores interficere.

VII. Quod multoties permittunt ſe contra naturam, cauſa lucri, miſerabiliter cognoſci.

VIII. Quod multoties, (etiam in confeſſione) negant nomen, patriam, & ſtatum, ne agnoſcantur, & ad meliorem vitam reducantur.

IX. Quod

IX. Quod inueniuntur multæ, quæ ſæpe cauſa lucri contraxerunt matrimonium cum vno eodemq; viro (verbi gratia) Eſt prius mos in aliquibus Ciuitatibus, vt in hebdomada ſancta deducantur ad cōciones, & diuina officia; vt cōuertātur a via ſua peſſima. Fingit quędā ſe velle cōuerti, & ciues, vel nobiles procurant colligere dotē ex eleemoſynis, vt tradat viro. Tunc amator iſtius mulieris (quaſi extraneus, & qui nunquam talem cognouiſſet) dicit ſe propter Dei amorem illam velle ducere in vxorem. Donatur illis dos, cōiunguntur in Matrimonium (& ſæpiſſimè contingit, illam eſſe alij legitimè nuptam) & tranſacta Quadrageſima, fugiunt in aliam ciuitatem, vbi ſequenti anno idipſum facinus perpetrarunt. Quod (num mentior Deus ſcit) fecit quædam ſepties, & poſteà ceſſauit ab hac iniquitate, quia fuit depræhenſa, & caſtigata: illeque ad Triremes perpetuo miſſus.

X. Quod multoties vtuntur veneno, & maleficijs: ne deſerantur ab amatoribus ſuis.

XI. Quod tenentur reſtituere, quod ſibi in magna quantitate donatum eſt ab illis, qui alienare nō poterant, vt ſunt filij fam. & Religioſi. Vt ex communi, reſoluit Silueſt. verbo, Meretrix. Et illud, quod per fraudem, vltra ſibi debitū, acceperunt. Ange. verbo, Meretrix. Armil. & latiſſimè Nauar. cap. 17. nu. 39.

XII. Quod nunquam adimplent præcepta confeſſionis, communionis, ieiuniorum, & audiendi Miſſam raro, & malè.

Cùm ergo hæc, & alia multa in diſcurſu ſuæ vitæ commiſerint peccata: quomodo poterit dici ſatisfactum, ſi dicat: fui per decem annos, vel vlterius in lupanari?

Et ita mihi videtur, quod qui tales audit in confeſſione, tenetur ad particularia peccata deſcendere, quæ illæ perpetrarunt, & neſciunt illa cognoſcere, nec confiteri (obcæcatum enim eſt illarum cor.) Omitto diuerſus mulierum ſtatus, q̄ in talibus locis (mirabile dictu;) inueniuntur, ne proximis meis ſcandalo ſim.

Facit ad hoc illud quod ex D. Chryſ. adducit Viguer. de confeſſione, verſi. 14. qui ſic ait: Sicut non ſufficiebat leproſis dicere Sacerdotibus: Ego ſum leproſus remitte me ad caſtra; ſed tenebātur oſtēdere locum lepræ, vnde ſacerdotes poſſent ſumere iudicium ſeparandi ad tempus, vel remittendi, ſic peccatores peccata in particulari, & circunſtantias, ex quibus Confeſſor poſſit iudicare.

HInc infertur ad quæſtionem quam nullus (quòd Ego ſciam) facit. Vtrum. In locis, vbi per Conſtitutiones Synodales ſunt excommunicati, qui præceptum de ſemel in anno confitendo, & in Paſchate communicando, non adimplex, cenſeantur omnes hæ meretrices excommunicatæ: quæ nec præceptum confeſſionis, nec communionis adimplerunt? 60 *V. meretrices incurrant cenſuras?*

Pro parte affirmatiua, facit tex. in c. omnis. Vbi indiſtinctè præceptum illud omnes obligat fideles; & excipitur iuſta cauſa, qua ſtante arbitrio Confeſſoris, poteſt communio differri. At iſtæ mulieres nullam iuſtam, immo peſsimam habent cauſam non cōmunicandi, ergo?

Secundò facit: Quia in omnibus conſtitutionibus Synodalibus diuerſarum Dioeceſum (quas ego vidi) nulla iſtarū mulierum fit exceptio; cùm alij fideles inobedientes excommunicantur. Vnde videtur, quòd ſint excommunicatæ.

Pro cōtraria parte facit. Primo, quòd nullus autor tales excommunicatas eſſe dicit. Secundo, quod nunquam publicantur, vel denunciantur pro excommunicatis, in eccleſia, vt alij denunciantur. Nec vſum vnquam fuit, quem hac de cauſa ab earum participatione fugiſſe.

Reſp. Pro reſolutione, quòd licèt tales teneantur ad dicta præcepta, ſicut alij fideles per dictum c. omnis. Si autem dicta præcepta frangant (vt verè frangunt per decem & viginti annos, vt ego reperi, non confitendo, nec communicando) non ideo incurrunt pœnas Eccleſiæ, in deteſtationem ſui peſsimi ſtatus; quia meretrices non ſunt dignæ laqueis legum. tex. in l. quæ adulterium. C. de adulterijs. *Quare nō incurrant?*

Exami-

61 EXaminata conſcientia, ſciat pœnitẽs oportet, ſe poſſe uno verbo, mille mortalia peccata confiteri. ut (uerbi gratia) commiſi fornicatione millies, adulterium toties &c. fregi ieiunium ſine cauſa milles &c. quo intellecto, & pęnitenti, & confeſſori pariter, erit ſuauior confeſſio. Nau. c. 6. nu. 19.

Mille peccata poſſunt uno uerbo confiteri?

SEPTIMO DIXI: vt detur abſolutio.

Quia multi accedens ad confeſſiones alio iniquo animo; Vt infra dicetur.

62 QVæritur. Quando quis accedit ad confeſſionem, non vt abſoluatur, quia habet animum dubium, vel indeterminatum non dimittendi offenſam, uel relinquendi occaſionem: ſed accedit vt Eccleſiæ præcepto uideatur ſatisfacere; quid faciendũ? Reſp. quod de talibus loquitur tex. in c. Quod quidam. de pœnitent. & remiſs. Vbi habetur: ꝙ etiam ſi talem animum pœnitens habeat, eſt ad cõfeſſionem admittendus. Quia in ipſa cõfeſſione. Dei miſericordia, confeſſoriſq; conſilijs adiutus, forſan mutabit animũ & conuertetur. Si tamen animum nõ mutauerit; dimittendus eſt ſine abſolutione; & imponenda illi aliqua pœnitentia; orationes, ſcilicet, ut Deus illum illuminet. Et ſacerdos nihilominus tenetur ad ſigillum. De hoc uide Couar. c. Alma. de ſent. excom. li. 6. 1. par. §. 4. nu. 12. & S. Thom. in addit. 3. par. q. 14. art. 4. Bart. Med. Sum. lib. 2. c. 7. fin.

Quid quando pœnitẽs nõ accidit diſpoſitus?

63 VTrum confiteri propter uanam gloriam, infamiam vitandam, pœnas temporales incurri ſolitas vitandas, ſit peccatum mort.? Ad quod per ſequentes Reſpõ. concluſiones. Prima cõfiteri, audire Confeſſiones, prædicare, Miſſam dicere, Sacram ſcripturã legere, ob mortalem finem: mortale peccatum eſt. Naua. 1. & Sot. 4. d. 18. q. 3. ar. 3. verſ. Tertio.

Quid quando confeſſio fit ꝓpter finẽ temperalẽ.

Secunda concluſio: confiteri, audire confeſſiones, prædicare, docere, Miſſam dicere, vel audire, tãtum propter vanam gloriam, vel alium veniale finem, vel honorem, & æſtimationem acquirendam, tãtùm eſt ueniale peccatum. reſoluit Nauar. (contra Ang.) c. 21. nu. 40. Sot. ſup.

Tertiam concluſio. Cõfiteri. Communicare, orare, Miſſam audire propter rẽ temporalem iuſtam obtinendam, non in ualida confeſſionem &c. vt ſi quis confiteatur ob victoriam iuſtam, ſalutem, famam, honorem iuſtè acquirendum, vel litem iuſtam, quia hoc de ſe licitum Sot. 4. diſtinct. 18. q. 2. ar. 2.

Quarta concluſio: Si quis animo fallẽdi confeſſorem, confitetur vni confeſſori frequenter peccata leuia tantum, & alteri etiam frequẽter confitetur grauia peccatã, quæ committit; & hoc facit vt appareat bonus cùm talis non ſit: uidetur peccare mortali. Victor. 196. Silu. verbo cõfeſſio. 1. q. 6. Si autem talis hoc facit bis, ter, vel quater, ne ſuam exiſtimationem honeſtam amittat, non erit mortale. Vt ait Nauar. c. 21. nu. 40. verſi. Vnde ſequitur. immo aliquando expedit mutare talem confeſſorem ob multas cauſas.

QVid Quando mulier quædam, vel alius quiſquam accedit ad Confeſſionem, ut Confeſſorem in ipſamet cõfeſſione inducat ad ſecum peccandum? Reſp. quod tunc non eſt vera confeſſio, ſed peſſima malignitatis ſimulatio. (Et, an tunc teneatur confeſſor ad ſigillum.) dicetur infra, de ſigillo. Eſſet autem vera, & fructuoſa talis confeſſio, ſi pęnitens a Deo, & Confeſſore adiutus mutaſſet propoſitum, & confiteretur integrè, & debitè omnia ſua peccata, ſimul cum peccato illius fictionis. Vt patet ſupra in 8. conditione, videlicet. Libens. 64

Quid quando pœnitẽs vult inducere cõfeſſorẽ ad peccatum?

QVid quando accedit quis ad cõfeſſionem, non eo animo, vt peccata defleat præterita; ſed ad conſulendum confeſſarium de peccato futuro, quod integro animo, atque deliberato perpetrare cupit? Reſp. quod hæc non eſt vera cõfeſſio, ſed diabolica calliditas, & inuectio. Et an teneatur confeſſor ad ſigillum, dicetur infra de Sigillo. 65

Quid ſi pœnitẽs tantum vult conſulere cõfeſſorem de peccato futuro?

CONFESSIO QVANdo iteranda.

DEclaratis diffinitionibus Confeſſionis particulis: cum omnibus ſupra dictis, quæ ad veram & perfectam Confeſſionem ſpectant.

Quæri-

66 *De Confeſſione generali*

QVæritur. Quibus caſibus Confeſſio ſit inualida, &, per cõſequens, iteranda? Reſpon. Primò ab omnibus eſſe receptum (vt ait Nauar. c. 9. in principio; & c. 21. nu. 38.) peccatum ſemel ritè confeſſum, & abſolutum, non indigere alia confeſſione, & addit Nauar. nullam humanam legem ad hoc poſſe obligare, ſecundum S. Tho. & alios quos citat, niſi de conſenſu pœnitentis.

Secundo. Reſpon. quòd quando quis vult confeſſionem generalẽ facere ſuorum peccatorũ; eſt maximopere notandũ, quod aut vult illã facere propter neceſſitatẽ, quia (V. G.) aliquando, (data opera) aliquod omiſit peccatum, propter quod omnes confeſſiones factæ, fuere inualidæ. Aut illam vult facere ob ſuam deuotionem ad cõſecutionem alicuius gratiæ aut Iubilei. In primo caſu tenetur facere neceſſariam omnium peccatorũ diſcuſſionem à tempore quo peccatum in cõfeſſione celauit, quo diligenti facto examine, (vt ſupra de examine diximus) tenetur omnia mortalia peccata, in alijs talibus confeſſionibus confeſſa, reconfiteri. Nec poteſt aliquod omittere. Tenetur etiam confiteri quoties in illo intermedio confeſſus fuit, & cõicauit. Quia toties peccatum grauiſſimum compſit, ſacramenta in peccato ſuſcipiens.

In ſecundo autem caſu, quando quis ex deuotione, confitetur generaliter; poteſt arbitrio ſuo quædam peccata confiteri, alia tacendo. Sot. 4. d. 18. q. 2. ar. 5. col. 3. Nauar. c. 9. n. 1. & c. 21. nu. 28. Victor. nu. 266. Si autem quis dixiſſet Sacerdoti: ſe velle confiteri omnia peccata mortalia totius vitæ ſuæ; &, data opera, aliquod mortale tacuiſſet, eſſet decipere confeſſarium in re graui: ideò peccatum mortale; ſecundum. Vict. ſup. Silu. Confeſſio. 1. §. 9. Ledeſ. 1. par. q. 8. ar. 2. dub. 15. Hẽricus Gand. quodl. 10. q. 1. & alij.

V. aliquando teneatur quis cõfiteri peccata iã cõfeſſa.

Tertio Reſpon. quòd licèt verum ſit, neminem poſſe aliqua humana lege obligari ad confitendum peccata, alias legitimè confeſſa: benè tamen poteſt, per legẽ Diuinã mediatè, vel immediatè. Immediatè, quando quis in periculo aliquo conſtitutus, fecit votum, vel iurauit facere confeſſione generalem omnium peccatorum: Quia tũc ratione voti, vel iuramenti ad hoc tenet de iure diuino: Vt ſupra diximus. Mediatè, quando ſe vouet ſeruare regulam alicuius Religionis, in qua habetur, quod teneatur ſub dicto voto facere confeſſionẽ generalem omnium peccatorum; quia tunc etiam ratione voti tenetur. Quod intelligo, ſi antequã votum emiſiſſet, hoc præceptũ ſciuiſſet de confeſſione generali facienda, alias non.

67 *Quid de Regula præcipienti cõfiteri iã confeſſa.*

HInc ſequitur, quod quamuis in Religione Ciſtercienſiũ, Regula præſcribat, vt elapſo anno repetat quilibet omnia mortalia, etiam ritè abſoluta, in ſuperioribus confeſſionibus; nemo tamẽ ad id tenetur ſub peccato mortali. Eandem regulam habent Fratres S. Benedicti, & Ieſuitæ: ita Sot. d. 18. q. 2. ar. 5. Dionyſ. Ciſtercienſis. in 4. d. 18. vbi dicit: Regulã ſuæ Religionis in hoc ſibi nõ placere. Ioan. Medina. C. de confeſſione. quæſtione de confesſione reſeruatorũ, prope finẽ. Armil. Cõfesſio. §. 6. de quo vide latisſimè, & benè p Nauar. in c. placuit. de pœnit. d. 6. à nu. 106. vſque ad 120

Confeſſio quãdo inualida.

Quarto autem Reſpõdẽdo ad Quæſt. Dico: Confesſionẽ inualidari, eſſeq; iterandã, propter defectum ſubſtantialem ex parte Sacerdotis, vel ex parte pœnitẽtis. Vt probant omnes (licèt longiorem faciant diſtinctionem) & Nauar. c. 9. nu. 2. Sot. 4. d. 18. q. 3. ar. 3.

68 *Quot caſibus ex defectu confeſſoris.*

QVæritur. Ex defectu cõfeſſoris quot caſibus fiat irrita confesſio? Reſpon. in tribus: Primo. Quando non habet iuriſdictionem, vel habet illam impeditam. vt infra dicetur: Secundo. Quãdo non habet requiſitã ſciẽtiam. Tertio. Quando confeſſor non habuit intentionẽ actualem, vel virtualẽ abſoluendi. De 1. & 2. defectu. vide ſupra. de Idoneo cõfeſſore. Scilicet, quã poteſtatem & ſcientiã dẽt habere. Et qualiter abſolutio taliũ valeat, vel nõ: infra, De Abſolutione.

Quid qñ confeſſor non habuit itẽtionẽ abſoluẽdi.

De Tertio, ſcilicet, Quando non habuit intẽtionem abſoluendi; Quæritur, Vtrũ ſit cõfesſio iterãda? Reſpõ. Primo. Ad euitãdos, extinguendoſq; ſcrupulos, ſemper eſſe præſumendum, & credendum confeſſorem talem habuiſſe inten-

F tionem,

tionem,ſaltem virtualẽ,quæ ſufficit;niſi cõtrariũ manifeſtiſſimè appareret. Secũdo Reſpõ.ꝙ ſi hoc vera poſſit ſciri, nulla eſſet confeſſio,& iteranda:ſedm omnes. Quia intentio,ſaltem faciendi quod Eccleſia facit, eſt neceſſaria in omni Sacramentorũ adminiſtratione. Vt ex Conc. Flor. & Trid.diximus ſupra de ſacramẽtis ĩ genere,& tradit Vic. & Medin.ĩfrã.

69 *Quid ſi dormiebat.* QVid ſi cõfeſſor dormitabat, & nõ aduertit? Reſpõ. ꝙ ſi audiuit eſſẽtialia peccata mortalia, & circũſtantias neceſſarias, licèt aliqua venialia,vel omnia;vel circunſtantias non neceſſarias non audierit;valet, & tenet cõfeſſio. Secus,ſi non aduertit. Vnde Regula eſt generalis: qđ quótieſcunque confeſſor cauſa ſomni,vel alterius occupationis,aut exercitij,nõ aduertit ad ſupra dicta,eſt nulla,& iterãda confeſſio. Ang. Confeſſio. 1.nu.22. Armil.eodem;num. 18. Vict.nu. 169. Sot. & Bat.Medin.Sũma li.1.c.12.§ 1.Nauar.c.9.nu.14.

70 *Ex parte pœnitentis quibus caſibus ſit irrita confeſſio.* EX parte etiam pœnitentis inualidat̃ confeſſio aliquibus caſibus. Quapropter Quæritur, qđ quãdo pœnitẽs accedit ad confeſſionem, nõ animo cõfitendi,ſed illudendi, aut decipiẽdi confeſſorem, vel vt illum in aliquod inducat mortale,vel vt cõſulat de aliquo mortali perpetrando? Reſp.In nullo iſtorũ caſuum, & ſimilium eſſe validã confeſſionem, etiam ſi aliqua confiteatur peccata:ſed eſſe iterandam. Nec pœnitẽs tunc poteſt abſolui. Silueſt. Armil. Medin. ſupra. Sot.4.diſtin.18.q.3.art.3.& omnes. Quia tunc accedit ſine contritione,& alia præparatione.

71 *Quando abſq; iuſta cauſa omittitur peccatũ cõfeſſio eſt iterãda.* VTrum Quando pœnitens, data opera,ob verecundiam, timorem vel aliam iniuſtam cãm,aliquod tacuit mortale peccatum in confeſſione, vel circunſtantiã neceſſario cõfitẽdã nõ expreſſit,teneatur confeſſionem iterare? Reſpõ.Quod talis confeſſio eſt nulla, & iteranda Nauar.c.9.nu.14.S.Th.& Viguerius. Sot. diſtin. 18. q. 3. ar.3.Catechiſ. Rom. pag.321.Medin. d.§.3.Silu. Confeſſio.1.nu.4.& omnes.

72 *Quando* QVid de illo,quem pœnitet peccaſſe, confiteturque integrè omnia peccata;nõ tamen ſtatuit in corde ſuo occaſionẽ relinquere. Vel dicit ſe non poſſe illam relinquere, iuxta tex.c.Quod quidã.de pœnit.& remiſ. Reſpõ. Talẽ cõfeſſionẽ inualidã eſſe,atque iterandã. Vt ſupra dicta eſt.Silue. Confeſſio.5.Naua.c.9.nu.13.Sot.ſupra.Med.d.§.2.& 3.Angelus.Victoria.& omnes Canoniſtæ. in d.c.Quod quidam.

non proponit ex corde, cõfeſſio iteranda.

VTrum. Confeſſio illius qui dimidiauit cõfeſſionem, vnam peccatorum partẽ confitendo vni ſacerdoti, & alteram alteri, ſit valida? Reſpon. Talem eſſe iterandam. Quia,cùm omnia peccata mortalia interna, & externa, reſeruata, & non reſeruata, ſint vni integrè confitenda ſacerdoti, vt, de quibus poteſt, abſoluat; de quibus verò non, mittat ad illum qui abſoluere poteſt; ſecundũ S.Th.4.d.17.q.3.ar.4.quẽ Scot. Sot.4.d.18.q.2.ar.5.Nauar.c.9.n. 14.& communis per tex.in c.Omnis de pœnit.& remiſ.& per c.1.§.Cautus.de pœnit.d.5.& Cõc. Flor.ſequunt̃:cũ contra hæc iura fecerit, tenetur iterare confeſſionem apud vnum. Vide Vict. nu.158. qui alios citat.& Vig.de confeſſione.verſic.27. 73

Confeſſio omniũ peccatorũ, vni integrè facienda.

HInc infertur ad q.Vtrũm cõfeſſio dimidiata in neceſſitate ſit valida,puta, qs habet decẽ peccata, & quinq; cõfeſſis,priuat̃ iudicio ratione mortis iminẽtis,vtrũ poſſit abſolui? Reſpõ.ꝙ ſic. & ita piè credẽdũ eſt, ꝙ ſi habuit ſufficiẽtẽ attritionẽ, cũ abſolutione Deus dimittat illi omnia. Vict.nu.164. 74

Confeſſio dimidiata in neceſſitate valet.

VTrũ confeſſio illius, qui non confeſſus fuit aliqua peccata mortalia, qa non fecit ſufficiẽtẽ ſuorum peccatorũ examinationẽ,ſit valida? Reſpõ.talẽ confeſſionẽ eſſe nullã,ob defectum eſſentialẽ, prærium.ſ.neceſſariũ examen; ob quod non fuit integra culpabiliter: ideo iterãda vt ſupra.Nauar.in Man.c.9.nu.16. Victor.n.160.Catech. pag.321. Sot. ſup. ¶ Et quales examen, vel peccatorũ diſcuſſio ſufficiat, dictum eſt ſupra,in prima conditione confeſſionis. Quòd intellige de illo qui nullũ,vel quaſi nullum examen fecit. Secus de illo q mediocre,maximè cõſideratis memoria, 75

Confeſſio iterãda propter defectũ examinis.

ria, indicioque pœnitentis, & tempore, quòd fuit ab vltima confeſſione. vt rectè declarat DD. ſup.

Nota. Propter quod eſt notandũ valde, memoriæque perpetuo retinendũ illud, ꝙ dicitur infra, de abſolutione. nu. 81.

76 *V. Qui non adimpleuit pęnitentiã teneat iterare confeſſionem.* AN qui non impleuit pęnitentiam præcedentis confeſſionis, teneat illam iterare? Reſpon. ꝙ quamuis S. Ant. Aug. Silu. & Armil. verbo cõfeſſio. nu. 10. teneat ꝙ ſic, dicẽs eſſe communem opinionẽ: Contrarium tamẽ eſt verius, & tenẽdum: immo quod licèt pęnitens omiſerit illam, per obliuionẽ, negligentiam, vel contemptum expreſsũ, vel illam adimpleuerit in peccato mortali, vel quando petit vt idem confeſſor, vel alius minuat, vel mutet pęnitentiam non eſt iteranda confeſſio. S. Tho. quod lib. 1. ar. 12. & in 4. diſtin. 16. q. 3. ar. 3. q. 5. ad 4. Caiet. Summ. verbo. Cõfeſſionis iteratio. verſi. Ex ſatisfactione. Iõ. Maior. 4. d. 27. q. 6. Palud. q. 5. Adrian. 4. de confeſſione. col. pen. in fin. Nauar. c. 9. n. 17. Vict. nu. 167. Armil. ſupra. Sot. 4. d. 20. q. 2. ar. 2. ad 3. Ledeſ. q. 20. ar. 4. dub. 2. in fi. & Bart. Med. Sum. li. 2. c. 6. verſi. Prima che ſe benè. Et eſt cõmunis omnium Magiſtrorum Salmanticę, & tenẽda; niſi in caſu ſatis extraordinario, quẽ ponit idem Nauar. ſup. Quando. ſ. imponeretur pęnitenti pęnitentia: & ante abſolutionem, poſt acceptationem, conciperet animum illam nõ implendi. Quia tunc peccaret nouum peccatum, ꝙ inualidat Confeſſionem; quia in peccato accepit abſolutionem.

78 *V. Confeſſio informis, ſit iterãda.* VTrum Confeſſio informis, illius, ſ. qui omnia cõfeſſus ſunt peccata, cum propoſito cauẽdi ab omnibus; ſed quia non habuit ſufficientem attritionẽ, ad conſequendã gratiã cũ ſacramento, ſit iterãda? Reſpõ. ꝙ licèt Gratianus in c. fi. de pęn. d. 3. & Glo. ibidem, cum multis alijs, teneant, ꝙ ſic: Contraria tamen ſententia eſt omnino tenẽda. Immo, qđ non debeat iterari. tenet Nauar. c. 9. nu. 13. & in c. Iuratus. nu. 33. de. Pęn. d. 5. & S. Th. 4. d. 17. q. 3. ar. 4. & latè Caie. q. 5. ĩ materia cõfeſſionis. Sot. 4. d. 18. q. 3. ar. 3. Vict. nu. 157. vbi quaſdã facit diſtinctiones, quæ rariſſimè, vel nũquam contingent.

79 *Quid de Sacramẽto cũ obice ſuſcepto* EX quo infertur ad queſtionẽ. V. cõfeſſio hæc informis habeat illũ effectum, quem habet Baptiſmus in mortali acceptus. ſ. ꝙ remoto impedimẽto, incipit valere ad gratiam, ſic cõfeſſio recedẽte informitate? Reſpõ. ꝙ licèt Vic. & alij tenuerint, hoc tantum habere locum in Baptiſmo; idipſum concedũt quidam in confeſſione. ſ. S. Anton. 3. par. tit. 14. c. 19. §. 5. vbi citat. D. Th. Palud. Ric. in 4. & Ioan. & Bernar. in Gl. & Gratianum. in c. Menſurã. de pęnit. d. 1. §. His. Quòd mihi placet. Immo Bart. Med. Sũ. li. 2. c. 6. locũ (ait) habere, in omnibus ſacramentis cum obice ſuſceptis, vide de ſacramentis in genere ſupra. nu. 10. verſic. vel differentia. 13.

80 *Confeſſio qualiter, & cũ quo reiteranda?* AD complementum ſupradictorũ, ſunt duo conſiderãda. Primum: Quod in omnibus caſibus, in quibus reiteranda eſt Cõfeſſio; ſi reiteretur cũ eodẽ ſacerdote, qui recordatur de peccatis in alia confeſſione confeſſis; vel tãtum de pęnitentia impoſita; ſatis erit cõfiteri peccatum omiſſum in ſpeciei, & alia in genere. vt ait Nauar. c. 9. nu. 19. & communis opinio, ſecundum S. Anton. 3. par. tit. 14. c. 19. § 4. & Syl. Confeſſio. 1. q. 3. verſi. Si tamen confiteatur alteri; Secundum. Quòd debet pęnitens ſimul confiteri peccata, quæ fecit poſt dictam Cõfeſſionem inualidam in ſpecie, & addere nouum peccatum, ſcilicet Sacrilegium quod commiſit, tacẽdo peccatũ ob quod inualida fuit Confeſſio, vel inualidæ, ſi pluries confeſſus fuit, & quoties communicauit in tali ſtatu. ſecundum omnes. quod nota.

81 *V. Peccata legitime confeſſa poſſint iterũ confiteri.* VTrum Peccata aliàs rectè, & legitimè cõfeſſa, & abſoluta, poſſint iterum confiteri? Reſpõ. ꝙ quãuis Scot. 4. d. 18. ad 1. dicat; quando peccata iterum confitent; non eſſe ibi Sacramentũ: contrarium tamen eſt tenẽdum cum cõmuni Doctorũ Scholã. immò, ꝙ quotieſcunque peccatum mortale iã confeſſum, & abſolutum; vel veniale nunquam vel iam confeſſum, accipiatur ꝓ materia, ad aliam confeſſionem; eſt ve-

rum ſacramentum. Et, ſi iam ſit tale peccatum dimiſſum; datur pęnitenti augmẽtum gratiæ. Ita S. Th. Bonauen. Marſil. Alexand. Alenſ. Gabr. & Ioann. Maior. quos refert, & ſequitur Victor. Summa. nu. 170. Et probat communis conſuetudo virorum Religioſorum, qui ſæpè ſæpius confitentur peccata iam legitimè cõfeſſa. Et tenet cõmunis Catholicorũ, vt tradit Nauar. c. 21. nu. 98. Barth. Med. Sum. li. 2. c. 12. § Et ad quid proſit. vide Nauar. ſupra. nu. 34. & 42.

Ad quid proſit.

81 *V. Qui facit cõfeſſionẽ, inualidã aliqua culpa ſua ſatisfaciat p̃cepto?*

VTrũ. Qui confitetur in Quadrageſima omnia ſua peccata, ſed ꝓpter culpam ſuã non abſoluitur; Vel confitet̃ iuxta formã tex. in cap. Quod qdam. de pęnit. & remiſ. Vel facit confeſſionẽ inualidam, malitiosè, ſine iuſta cã mortale aliquod nunquam cõfeſſum, vel circumſtantiam neceſſariã omittẽdo, ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ, de ſemel in anno confitendo? Reſpõ, quòd licèt Syluеſ. Verbo Confeſſor. 4. q. 2. verſi. Et hoc quidem. & alij dicãt quòd ſic; & in eandem opinionẽ ſuccumbat Vict. in Summa. nu. 163. Contrarium tamen eſt tenendum, ſ. quòd non adimpleat pręceptum, quicunque, culpa ſua, non fuit abſolutus? Vel qui male fuit abſolutus ex culpa ſua (idẽ enim eſt) tenet Adrian. 4. de Cõfeſſ. q. 4. §. Sed quid ſi craſſa ignorantia, & probat latè Ioan. Med. C. de pęnit. c. de Confeſſione ſine pęnitentia. & Nauar. c. 10. n. 4. per text. in c. Omnis. de pęnit. & remiſ. Sot. 4. d. 18. q. 3. ar. 3. concl. 6. & alij, quos refert, & ſequitur Bart. Med. Sum li. 1. c. 14. §. 41.

82 *V. Sanctiſſ. Virgo, fuerit aliquando cõfeſſa Sacramentaliter.*

QVæritur. (licèt curiosè) Vtrũ Beatiſſ. Virgo Maria adimpleuerit p̃ceptum Diuinum de Confeſſione? Reſpon: Primo, quod præceptum poſitiuũ de ſemel in anno non potuit adimplere, cùm tale præceptum fuerit ſtatutum ab Eccleſia in c. Omnis. de Pęnit. & remiſ. poſt eius Sanctiſſimam Aſſumptionem. Secundo Reſpon: De præcepto Diuino, quòd licèt Albert. Magnus ſuper Miſſus eſt. c. 69. & 70. quem refert, & ſequitur Ioan. Lud. Viual. in Opus Regale; in vita S. Io. Euang. (& ſentit. D. Tho. 3. par. q. 37. ar. 4.) dicant, quod Beatiſſima Virgo, (quamuis nullũ vnquam habuit peccatum originale, vel actuale) confitebatur tamen. S. Ioan. Euãgeliſtæ, certo modo; quem ponit Alex. ſup. c. 74. Contrarium mihi videtur probabilius, cum Viguerio de Pęnitentia, & Victoria nu. 15. dicentibus, eſſe falſiſſimum tale dictum. Imò Beatiſſ. Virginem fuiſſe incapacem huius Sacramenti pęnitentiæ.

83 *V. Confeſſor tenea. interrogare pœnitentem.*

VTrum: Cõfeſſor teneatur interrogare pęnitentẽ? Reſpõ. p ſequentes propoſitiones. Prima. Confeſſor tenet̃ interrogare pęnitẽtiam, qñ percipit; nõ eſſe eum benè præparatũ, nec feciſſe diligentiã in examine faciẽdo neceſſariũ; & illum inſtruere, & docere vt conteratur, & confiteat̃ integrè, maximè ſi viderit eũ timidũ, vel verecũdũ eẽ.

Secunda. Si percipit confeſſor à principio pęnitẽtem eſſe ſolicitum, & diſeretum, examinaſſeque rectè ſuam cõſcientiam, nõ tenetur illum interrogare; quãuis erit ſalutare conſiliũ (ſecundũ omnes) vt interroget, & inſtruat in eo quod pœnitens deficit.

Tertia in vtroque caſu, non debet cõfeſſor eſſe imprudens, interrogando ea, quæ minime pęnitens cogitauit; ſed vnũquemq; ſecundum ſuum ſtatum, officiũ, ætatem, & tempus à quo non eſt confeſſus, interrogare. Nec in hoc ſit nimius, ne multum emungens eliciat ſanguinẽ. Hæc omnia colliguntur ex ijs quæ affert Victor. nu. 193. Armill. Confeſſor. num. 5. & Nauar. cap. 10. nu. 1. & 2. & alij.

84 *Quot ſint effectus legitimę cõfeſſiõis?*

QVæritur. Quot ſunt effectus legitimę cõfeſſionis? Reſpõ eſſe nouẽ ſecundum Viguer. de cõfeſſione. verſi. 5. Primus ꝙ liberat à culpa. Secundus à pęna aliqua, vel aliquando à tota. vt ſuprà de pęniten. diximus. Tertius. Aperit portam Cęli, quia per eã ſubditur homo clauib⁹ ꝑ quas aperit̃. Quartus. Confeſſio tribuit ſpem ſalutis; q̃a homo per eam fit humilior, & qui ſe humiliat, expectat meritò exaltari. Quintus. Pacificat conſcientiã. Sextus. Dat ſui cognitionem, quia ibi cognoſcit homo ſcelera ſua. Septimus cõfeſſio eſt cã facilioris curationis. Qui enim cõfitetur ſæpè,

facilius

facilius reducit ad memoriam peccata, & curatur. Octauus. Præſeruat à malis, quia homo non eſt ita procliuis ad eadẽ dum, ſicut antea. Nonus. Fortificat potẽtias per peccatum debilitatas. Vide etiã Catechiſ. Ro. pag. 315. Vide etiã S. Aug. lib. de Pœnitentia, dicentem: cõfeſſio eſt ſalus animarum, diſſipatrix vitiorũ; reſtauratrix virtutum; expugnatrix Dæmonum. Quid plura? Obſtruit os Inferni, & Paradiſi portas aperit.

85 *Magnũ beneficiũ confeſſio.*

VNde ſequitur Chriſtũ D. N. hanc ſacram inſtituendo Confeſſionẽ, mirabile nobis beneficium cõtuliſſe: tantũ abeſt, quòd ſit confeſſio carnificina hominum (ut quidam peſſimi dixerunt) vide Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 5.

86 *Cõfeſſio à quib. oneribus nos liberet.*

QVæritur. A quibus oneribus nos liberat Sacramentalis confeſſio? Reſp. à multis, maximè à tribus. Primo à lege Moyſi, in qua tot erant modi, & ritus ad expianda peccata. Secũdo eſt onus remorſus conſcientiæ, quæ, facta legitima cõfeſſione, quietatur, ut vnuſquiſque in ſeipſo experitur. Tertium onus à quo liberat eſt timor, & incertitudo. Et per confeſſionem ſæpè timor ſeruilis conuertitur in timorem, vel amorem filialẽ. Vnde immenſas gratias Domino noſtro Ieſu Chriſto pro tanto in nos collato beneficio agere debemus. Qui cũ Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hæc de Confeſſione ſufficiant.

DE SATISFACTIONE Tertia parte Sacramenti Pœnitentiæ.

1 *Satisfactio accipitur dupliciter.*

NOta ſatisfactionẽ dupliciter accipi. Primo modo largè, in genere, de qua loquitur text. in l. 1. ff. Qui ſatisdare cogãtur. & in l. Rem. §. Omni. ff. de Pignorat. actio. Secũdo modo ſtrictè, ſeu in ſpecie, ſiue propriè dicta: de qua tex. in c. Perfecta. de pœn. diſtin. 1. & c. Satiſfactio. de pœnit. diſt. 3. Satisfactio autem, largo modo ſumpta, comprehendit reſtitutionem. Scot. 4. diſt. 15. q. 1. art. 1. Nauar. c. 3. nu. 1. Et in quo differat Satiſfactio a Reſtitutione: vide Sot. 4. diſt. 18. q. 1. art. 1. concluſione 3. & latius lib. 4. de Iuſtitia. q. 6. artic. 1. vbi ponit ſeptem differentias.

Satisfactio differt à reſtitutione.

Secundo. Rurſus, Satiſfactio, propriè dicta diuiditur in illam excellentiſſimã, & generaliſſimam, qua, Dominus noſter Ieſus Chriſtus Deo Patri, in ara Crucis pro nobis ſatisfecit. Quæ tantùm ſemel fuit facta, vt ait Apoſtolus. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. De quo, vide Catech. Ro. pag. 329. Et in illã peculiarem, & particularẽ, qua, vnuſquiſque noſtrum quotidie, confeſſoris præcepto, Deo ſatisfacere procurat: Quam tertiam Sacramenti pœnitentiæ partem eſſe determinatur de fide in Conc. Trid. vt ſupra dictum eſt. Alia eſt etiã Satiſfactio, illa. ſ. qua quis propria voluntate, abſque confeſſoris conſilio, Deo, pro ſuis peccatis aliquid retribuere conatur, Quę non eſt pars Sacramenti pœnitentię. vt infra, dicetur.

Satisfactio propriè dicta qualiter diuidatur. *Satisfactio particularis eſt duplex ſcilicet tertia pars Sacramenti et quam quiſque facit.*

2 *Satisfactio quid?*

QVæritur. Quid ſit Satisfactio? Multæ diffinitiones in Iure, & Doctoribus inueniuntur, vide cap. pœnitentia. & ca. Satiſfactio. de pœnitent. diſt. 3. Aliam ponit. S. Thom. ex D. Anſel. ſ. Satiſfactio eſt offenſæ præteritæ compenſatio ad ęqualitatem iuſtitiæ. tradit Victor. n. 199 & Summiſtę communiter, & Sot. 4. diſt. 19. q. 1. ar. 2. Tres, vel quatuor alias ponit Catech. Ro. pag. 329. Melior tamẽ & compẽdioſior eſt quam tradit Nauar. c. 3. nu. 1. Satisfactio (inquit) eſt paſſio volũtaria pœnæ pro peccato, ad placandum Deum, cum propoſito eum amplius nõ offendendi. Tangit Sylu. verbo Satiſfactio. nu. 1, quã explicat Nauar. ſupra & in d. c. Satiſfactio. nu. 2. Sed licèt hæc diffinitio ſit bona: uidentur mihi, illi duo eſſe addenda verba, in hunc modum. Satiſfactio ſacramentalis eſt paſſio volũtaria pœnę pro peccato à confeſſore impoſitę ad placandum Deum, cum propoſito eũ amplius nõ offendendi. Moueor adhoc; quia auſteritates, & pœnę voluntariæ, quas homo, ſua ſponte facit pro peccatis, licèt poſſit per eas Deo ſatisfacere, non tamen dicuntur ſatiſfactio tertia pars ſacramenti Pœnitentiæ, pro ut

imponi debet à Confeſſore, & tangit Catech. Rom. pag. 330. verſi. Eodem verò nomine.

Illa quæ vulgariter dicitur pænitentia non eſt niſi effectus pænitẽtia.

3 NOTA quòd licèt Satiſfactio quã Confeſſor imponit, vel alia quælibet quam per ieiunia, cilicia, & cætera, voluntariè quis Deo offert, communiter ab omnibus, vulgariter, appelletur pęnitentia: non eſt niſi effectus, & ſignum pęnitentiæ, quã quis in corde habet. vt ſequentibus patebit exemplis: Cùm qs videt fumũ, certò cognoſcit, ex igne proceſſiſſe. Sic cùm quis flagellat, caſtigatq; carnẽ ſuã, induitur cilicio, ieiunat &c. eſt ſignum, ꝙ in corde fit dolor, & pęnitentia, ex qua radice indignatio illa ſancta, contra ſeipſum procedit. Similiter. Cùm quis videt inimicum, quẽ capitali proſequitur odio; propter rancorem, & odiũ, quòd in corde contra illum habet, accipit euaginatũ gladium, lapidem, vel fuſtem, vt illum percutiat. Sic cùm homo conſiderat inimicũ ſuum, carnem. ſ. ſuã, propter odium, quòd propter Deum, cõtra ſeipſum concipit; accipit arma, nempè ieiunia, cilicia, & alias mortificationes, vt de inimico tali vindicari poſſit, ꝙ tetigit Catech. Ro. pag. 333. illis verbis: Accedit vt teſtificationes quædam, &c. Sot. 4. diſ. 14. q. 1. ar. 1. verſi. Pari modo.

Satisfactio propter qđ facienda?

4 QVæritur Propter quòd tenetur homo ſatiſfacere? Reſp. quòd ſatiſfactio eſt facienda pro pœna Purgatorij, quam (dimiſſa culpa) tenebatur quis ſoluere in Purgatorio, pro reatu mortaliũ, & pro venialibus peccatis, cũ quibus cõſtitutus in gratia, diſceſſit. Concil. Trid. Seſſ. 6. c. 14 vt ex Dauid. & Paul. ad Roma. 6. & alijs tradit Victor. de Satiſfactione. in prin. nu. 189. vbi ꝓbat eſſe de fide. & tradit latiſſimè Catechec. Roman. pag. 331.

Quãdo tenetur, homo ſatiſfacere? Tribus modis põt ſatisfa-

6 QVærit. Qñ teneat homo ſatiſfacere Deo? Reſpõ. vno ex trib⁹ modis tenetur hominẽ Deo ſatiſfacere. Primo per pęnalia opera in hoc mũdo, à ſacerdote impoſita, vel à ſeipſo volũtariè aſſũpta. Secũdo ẽt in hoc mũdo, per Indulgẽtiarũ conceſſiones. Cõcil. Trid. Seſ. 14. Canon. 13. & c. 8. & 9. Tertio modo. in alio Sęculo acerbiſſimo illo purgatorij igne.

cere pænitens. V. Pænitens teneat acceptare pęnitentiam?

Vnde ſequitur, quod pœnitens non tẽnetur acceptare pœnitentiam, quam pro peccatis confeſſis, Confeſſor vult imponere: ſed ſatis eſt quòd habeat animum, Deo ſatiſfaciendi aliquo ex tribus dictis modis. Nauar. capit. 26. numi 20. vbi alios citat grauiſſimos auctores. Sot. 4. diſtin. 20. quæſt. 2. art. 2. ad tertiũ Ledeſm. 2. par. quæſt. 20. ar. 3. fol. 292.

DE SATISFACTIONE
In hac vita facienda per opera pœnalia.

Per quæ opera ſit ſatisfaciẽn.

7 QVæritur. Per quæ opera pęnalia debeat ſatiſfieri? Reſpon. Tria eſſe opera ſatiſfactoria: tẽporalia, corporalia, & ſpiritualia. Tẽporaliã, vt eleemoſynę. Et ad hęc reducunt omnia alia opera miſericordiæ tẽporalia, vt viſitare incarceratos, ſepelire mortuos, &c. Corporalia, vt ieiunia. Et ad hæc reducuntur omnes corporales afflictiones vt diſciplinæ, cilitia, peregrinatio &c. Spiritualia, vt orationes. Et ad hæc coniungunt omnia alia, vt ꝙ pęnitens cõfiteat aliquoties, vel cõmunicet infra annum. Ita habet cõmunis opinio, Gabriel, Dur. Scot. Adrian. Ioan. Medin. C. de ſatiſfactio. Sot. Ledeſ. ſup. Nauar. c. 3. nu. 3. Cõc. Tri. Seſ. 6. c. 14. & 83. 14. c. 8. & 9.

Quare per hæc ſatisfaciendũ?

8 SEd quare per hęc opera eſt ſatiſfaciẽdum? Reſpõ. quòd eſt iuſtũ, vt in eo, quo quis deliquit, etiã puniatur. Et quia homo tria poſſidet bona, Animã, ſcilicet corpus, & rem familiarẽ, & in vno quoque iſtorum deliquit, ſic in vnoquoq; eſt puniendus. Vel, Quia per hæc tria opera impugnantur concupiſcentia carnis, cõcupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Catechiſ. Roma. pagina 337. Victor. nu. 208. & bene Conc. Colon. de Satiſfactione. §. Ex prædictis ergo.

Quod horum trium plus ſatisfactoriũ?

9 QVæritur. Quod horum trium operum ſit magis ſatiſfactorium? Reſpon. quod cum in ſacra ſcriptura multæ inueniantur auctoritates de eleemoſyna: vt illa: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum, & Daniel. Peccata tua eleemoſynis redime: eleemoſyna videtur magis ſatiſfactoria,

tiſfactoria, vt tradunt Doctores. 4. diſtin. 15. & Armil. verbo Satiſfactio.nu. 3. Sylu.eod.nume. 8. Sed quia omnes ſupradicti nullam ponunt rationem, quare eleemoſyna ſit magis ſatiſfactoria: Sic in contrarium argumentor: Homo tria habet bona, ſpiritualia, quæ ſunt primi ordinis: corporalia, quæ ſunt ſecũdi: temporalia quæ ſunt tertij. Videt ergo, quòd cum Oratio ſit bonum ſpirituale primi Ordinis; erit plus ſatiſfactoriũ.

Secundo. Sic probatur. Illud videtur plus ſatiſfactorium; & meritoriũ in quo quis plus patitur, & affligitur; Cũ ergo quis plus patiatur ieiunando maximè in pane, & aqua: & multo magis ſi corpus ſuum verberibus caſtiget: videtur quod ſit plus meritorium, & ſatiſfactoriũ quã Oratio in qua facienda, vel eleemoſyna, parum laboris impenditur, Maximè ſi eleemoſyna ab homine liberali fiat, ſimul, & Diuite. Confirmatur. Quia ſi qs eſſet obligatus voto, vel alia obedientia ad ieiunium, vel ad accipiendam diſciplinam, maximè per tertiam perſonam: donaret, libentiſſimo animo, largiſſimã eleemoſynam ob dictarum pœnarum redemptionem.

Tertio. Quia quilibet meretur plus faciendo illud, quòd magis ſuæ naturali contrariatẽ inclinationi. Cũ ergo plus deuiet à naturali inclinatione flagellare, & percutere quem ſeipſum: maximè ſi flagelletur ab alio tertio: Ergo magis meritorium, & ſatiſfactorium &c.

Quarto. Quia omnis qui ex præcepto tenetur ieiunare Quadrageſimam, cùm poſſit, libentiſſime donaſſet quamcunq eleemoſynam, vel orationẽ, vt liberarẽ à ieiunio maximè ſi ei concederetur eſus carnis.

Quinto. Quia qui tenetur ex pρcepto ieiunare, cum poſſit; etiam ſi largiſsimã largiatur eleemoſynam, non potet liberari à præcepto, vel ieiunium in eleemoſynã commutare, ſi alia iuſta non ſit cauſa. Propter has, & alias rationes niſi communis eſſet in contrarium, tenerem non eſſe magis ſatiſfactoriam eleemoſynam. Et licèt Ange. verbo Satiſfactio. nu. 9. adducat rationẽ: non plenè ſatiſfecit, bene tamen Sotus diſt. 19. quæſtione 2. artic. 3. ad 3.

10 VTrũ Hæc Satiſfactio poſſit fieri per opera aliàs debita, puta, quòd Cõfeſſor imponat pro ſatiſfactione ieiunia quatuor temporũ, ad quæ aliàs de pρcepto quis tenet? Reſpõ. Primo. Quod quando Cõfeſſor imponit ſatiſfactionem, intelligitur de operibus, alias nõ debitis, niſi aliud explicauerit, vt ſi imponat quòd ieiunet his tribus diebus, nõ ſatiſfacit ieiunando ijs diebus, quibus, de præcepto tenetur. Et ita eſt intelligendus. S.Tho. 4. 15. & ibid. Scot. Palud. Capreol. Dur. Maior. Silue. verbo ſatiſfactio. nu. 8. vbi bene explicat Naua. c. 26. nu. 42. & Victor. nu. 205.

V. ſatiſfactio fieri poſſit per opera alias debita.

Secũdo. Reſp. quòd ſi imponat Cõfeſſor, vt detur eleemoſynã ſatiſfacio dãdo illã pauperi extremè egẽti; licèt ſub mortali, ſine ſatiſfactione ad id teneret. Sot. 4. d. 20. q. 2. a. 2. Ledeſ. & Vict. ſupra.

Tertio. Reſpõ. ad quæſtionem, quòd Confeſſor poteſt imponere opera alias debita & pœnitens ſatiſfaciet cũ illis operibus. Adrian. de Satiſfaction. Ioã. Medina. de ſatiſf. Sot. & Ledeſ. ſupra. Ricard. Ægidius. Albert. Pygius. Roſenſis. Latomus cõtra Lutherum. Caie. 1. tom. opu. opuſ. 6. q. 1. D. Anton. 3. par. ti. 14. c. 9. Vict. nu. 203. dicẽs oppoſitũ eſſe erroneum. Naua. c. 3. nu. 4. quãuis Palud. diſt. 15. q. 1. ar. 2. Maior. quęſtio. 2. Sil. dicat quod nõ, quos refert Vict. n. 205.

Confeſſor põt imponere opera alia debita.

11 VTrũ poſſit homo ſatiſfacere per flagella, à Deo inflicta puta infirmitates, amiſſionẽ honoris, parentũ, bonorũ, vel per mortẽ propriã naturaliter vel violenter cauſatam? Reſpon. quòd per hæc omnia, ſi homo patiẽter ſe habeat, & ad Deũ cor ſuũ dirigat, poteſt ſatiſfacere, doctores ſupra citati, & S.Tho. 4. d. 15. q. 1. ar. 4. Victor. nu. 207. Sot. d. 18. q. 2. ar. 2. Nauar. c. 3. nu. 4. & c. 26. nu. 22. quòd iam de fide eſt à Cõcil. Trid. determinatũ Seſ. 14. c. 9. & Cã. 13.

V. poſſit homo ſatiſfacere per flagella à Deo miſſa?

12 VTrum poſſit quis pro alio hãc ſatiſfactionẽ facere? Reſpõ. quòd Confeſſor duplicem ſatiſfactionẽ poteſt pœnitẽti imponere. Vnã in pœnam & ſatiſfactionẽ pro peccatis præteritis.

V. poſſit vnus pro alio ſatiſfacere?

ritis.(& de hac [a]getur infra,an teneatur illam acceptar[e]) Alteram in ſatisfactio nem iniuriæ alte[ri i]llatæ: vel in remediū, & medicinam [f]uturis, vt caueat [pecca]tum. Et de hac [seci]unda non eſt dubiū, ſed certum eſt quo[d d]ebeat per ſe ipſum ſatisfacere,nec po[ſſit] per alium. S. Tho. & alij relati à Sylu. Satisfactio.nu.3. Ang.nu.3.Armil.[o]mnes Sot. 4. diſt. 19.q.1.art.4.concl.

Pœnitens articulo mortis, pōt committere, ſatiſfactionem. Eſt ergo quæſtio [de] ſatisfactione accepta,pro præteritis [pec]catis? Reſp. per ſequentes propoſition[es]. Prima. Pœnitēs in articulo mortis [co]nſtitutus,poteſt cuicunque ſuam comm[it]tere ſatisfactionem,abſq; vlla auctorita[te];& cū hoc ſatisfaciet, dūmodo accep[tor] adimpleat in gratia: Syl.ſupra. A[r]mil.[Sa]tisfactio.nu. 6.Vict.nu.200. S.Th.in l[ib.3.] contra Gentes.c.55.vbi Ferratienſis.S.ſup.

Quid extra articulum mortis. Secunda. Quando Cōfeſ[so]r, extra articulum mortis, impoſuit [pœ]nitenti pœnitentiam,dicens: quòd p[o]ſit illam adimplere per ſeipſum vel per [a]lium,etiā ſi pœnitens poſſit poteſt illam [p]er alium adimplere Sylu. ſupra Ang. Sa[ti]sfactionem.nu.3.allegans pro hoc Ric.& D. Bonau.in 4.diſt.20.

Tertia.Quando autem Confeſ[so]r im poſuit vt tātùm per ſeipſum ſatisfacia[t], potens per ſe, non poteſt per alium ſecus ſi non poſſit ſecundū ſupra dicta, li cèt Armil.ſupra dicat, quod ſiue poſ[ſit], ſiue non;poteſt per alium.

Vide de differentibus cō miſſa de functorum. Quarta. In omni caſu requiritur quòd adimplēs ſit in gratia,ſecundum omnes. Sot.ſupra. Aduertat tamē oportet qui in articulo mortis ſatisfactionem alteri cōmittit, & is cui cōmittitur, quod anima defuncti non ſtatim in cœlum euolabit, ſed in purgatorio erit, donec adimpleta ſit talis ſatisfactio.S.Tho.relatus, & ſecutus ab omnib[us], maximè Sylue.ſupra. nu.4.Quod eſt notādum pro ijs,qui differūt defunctorū ſatisfactiones.i.pœnitētias,nam aliter eſt de reſtitutione.

13. *V. iniuncta opera ſint maioris* VTrum pœnalia opera,quæ Confeſſor pro ſatisfactione iniungit,ſint maioris valoris, & meriti, quā illa quæ quilibet ſuā ſpōte facit?Reſpon.quòd ſic. Primo quia ſatisfactio impoſita à Confeſſore eſt magis ſatisfactoria,quia pars virtutis eſt tertia ſacramenti pœnitentiæ. Secundo. Quia ſatisfactio impoſita à Confeſſore,licèt impleatur in mortali peccato, valet,& eſt ſatisfactoria,ſaltem pro tempore quo peccator ſurrexit à peccato: alia vero non.iuxta S.Tho. & alios,quos citat Nauar. c. 3.nu. 5. (ſed non ſecundum omnes, vt ipſe ait) illud tamen tenent Ioā.Medin.C.de ſatisfactione.Angel.Scot.Maior.Almain.Gabr.& Canus in relectione de Pœnitentia. & Caieta. (quem refert Sot. diſt. 19. q.1.art.5.tenens cōtrarium cum alia magis communi) & Bar.Medi.Summa.li.1.c.6. verſiculo. Prima, che ſe. Victor.nu.201.Ratio eſt. Quia talis pœnitentia, & ſatisfactio,eſt pars ſacramēti,& eſt opus Chriſti,& habet effectū ex opere operato,remoto obice. Doctores ſup. Probatur: Baptiſmus,& Abſolutio Sacramētalis reuiuiſcit,quo ad effectum, in quem per ſe ordinantur,vt tenet ferè communis. Ergo,& ſatisfactio,vt pars Sacramēti? Doctores autem oppoſitum tenentes exponēdi ſūt,quòd pœnitētia in mortali adimpleta,etiam per ſequentem gratiam, nō reuiuiſcit ad meritū gloriæ,æternę.quod tenet ſic Sot.ſupra Adr.D.Th.Enricus, Turre Cremata Alcocer.Couarr. Caiet. verbo.ſatisfactio.

quā voluntariè accepta.

VTrum poſſit quis ſatisfacere recitādo pœnitentiam dū audit Miſſam de præcepto? Reſp. quòd quicquid dicāt Ang.verbo Feriæ. nu. 42. Gabr. Maior. Caieta.& alij multi.& quicquid Victor. (ſine diſtinctione) dicat.nu.204.Ita eſt diſtinguendū.ſ.quòd ſi ita recitat pœnitentiam, quòd non omittat debitā Miſſa auditionē,vel ita audit Miſſam, q̄ ſine notabili defectu auditionis recitat: vtrunque adimplet præceptum de Miſſa audenda,& de pœnitētia implēda.Quòd hoc modo,in tali caſu (& cum quis horas canonicas debitas,in Miſſa de præcepto, recitat) faciendum eſt: videlicet, quòd audiat illa cum attentione, q̄ Sacerdos alta voce profert, Gloriam.ſ.Orationes,Epiſtolam,Euangelium,Præfationem, & cætera. Et dum alia facit, & Memēto, & omnia ſecreta;recitet quod 14 *V. teneat ſatisfactio adimpleta audiendo Miſſam.*

pœnitenti

pęnitenti placuerit, & ſic vnicuique ſatisfaciet obligationi. Ita tangit (licèt nõ diſtinctè) Nauar.c.21.nu.8. Bart.Med. Summ.lib.1.c.14.§.6.

15 *V. ſatiſfaciat quis dicendo officium, vel pęnitentiam dum veſtit ſe?*

VNde infertur, An ille, qui dicit pœnitentiam, dum induit ſe, ſatisfaciat? Reſp. quòd ſic. vt de illo qui ſic recitat officium diuinũ, vel horas canonicas, ad quas obligatione officij, vel voti tenetũ, tradit Bar.Med.li.1.c.14.§.11.ĩ medio.

16 *Quanta pęnitentia imponenda p quolibet peccato?*

QVæritur. Quanta pęnitentia ſit pro quolibet peccato imponẽda? Reſpon. Primo, ꝙ pęnitẽtia iuſta eſſet illa, quę correſponderet peccatis cõfeſſis, in Purgatorio luendis, nec maior, nec minor. argumento tex. in l.Iuſtitia. ff.de iuſtit. & iure, & Proemium Gregorianũ.

17 *Solus Deꝰ ſcit iuſtam.*

SEcundo. Reſpon. Solum Deum noſſe, quæ ſit iuſta pęnitẽtia, ſolus enim ipſe ſcit, quanta pœnitentia dignum ſit mortale peccatum; cum ſit offenſa infinita; & quantum ſit diminutum pœnæ per Contritionem, & Confeſſionem, & cæteros pœnitentis actus. Nauar.c.26. num.16.& 19.

18 *Pœnitẽtia ſemper arbitraria.*

TErtio. Quod verum eſt, & ſemper fuit illud quod communiter Doctores dicunt. ex.c. Menſuram. de pœn. diſt.1.& c.Deus qui. de pœnit.& remiſ. & ca. Tempora. 26.q.7. ſ. pęnitentias eſſe arbitrarias. ideſt relinqui iudicio prudentis Confeſſoris, vt eas ponat, quas, penſata qualitate, valetudine, ſtatu, ætate, peccatis, & alijs circunſtantijs pœnitentis, magis in Domino, ad eius animæ ſalutem tuendam, videtur expedire. Nauar.c.26. nu.18. & omnes. Non tamen onerando pęnitentes prolixis, & faſtidioſis ſatisfactionibus; ſed eos ad ſalutares accipiendas monendo.

Aduertat confeſſor.

Pro quo duo ſunt notanda. Vnũ ad ſalutem Confeſſoris. ſcilicet ne ita leues imponat pęnitẽtias, vt quaſi nihil videãtur; quod, in ſequentia verba, monet ſanctũ Concil.Trid.Seſſ.14.c.8.dicẽs: Debent ergo ſacerdotes Domini, quantum ſpiritus, & prudẽtia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, ſalutares, & conuenientes ſatiſfactiones iniungere, ne ſi forte peccatis conniueant, & indulgentius cum pęnitentibus agant leuiſſima quædam opera pro grauiſſimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Quod fit, vt de talibus dicat Victor de Clauibus.nu.12. quod videntur ridiculæ pęnitentiæ huius temporis.

19 *Aduertat pęnitens.*

SEcundum ad ſalutem pęnitentis neceſſarium eſt, quod non putet pœnitens, ꝙ ſi faciat quamcunq; pęnitentiã, etiam leuem impoſitã à confeſſore erit liber à Purgatorio, ſi illa pęnitentia nõ fuit iuſta. Quia poſtea debet luere ĩ Purgatorio, quod hic deficit; etiã ſi pęnitens eſſet paratus maiorem ſuſcipere: vt contra Gl. in d.c.Menſuram, & Panor. in d. c.Deus qui; num.4.& Anton. Burgenſ. in c.2.de emptio.& vendit. probat Magiſt.ſenten.4.diſt.20. Nauar.c.26.num. 17. Thomas de Argentina.4.diſt.26.q. 1.art.3.S.Tho.diſt.20.q.1. Vbi omnes, poſt Glo.8. in extrauag.1.de pęn. & remiſſ.in cõibus, concludũt, quod ex quacunq; cauſa, & ob imminentem mortẽ, ignorantiam aut errorem, etiam ſi pęnitens paratus ſit maiorẽ ſuſcipere; ſacerdos impoſuerit illi minorem, quã peccata exigunt; nõ liberabitur à Purgatorio, niſi totaliter ſoluerit, aut ſatisfecerit ipſe, aut alius pro eo. Vide Glo. verb. Diſpenſare. in §. De adulterijs. de Iudicijs. *Nota.*

20 *Pęnitẽs faciat ſibi imponere maiorẽ pœnitẽtiã.*

VNde ſapientiſſime faciunt illi pęnitentes (quos ego vidi) qui, etiã Confeſſore volente imponere paruam; faciunt ſibi maiorem imponi pęnitẽtiam; volentes hic potius ſatisfacere, quàm in illo horribili Purgatorij igne.

21 *Falſa pęnitentia quæ dicatur.*

QVarto. Reſp. ꝙ quando Confeſſor imponit minorem pęnitentiã dicitur imponere falſam, vt appellat Greg. in c.Falſas, de pęn.diſt.5. nõ quia Cõfeſſio ſit falſa; eſt enim veriſſima, & valida; ſed quia videtur fallere poſſe pœnitentem, ſi credat per illam minimam ſatiſfactionem plenè ſatisfeciſſe. Vt notat Nauar.c.26. num.15. Per quod intelliges dictum c. Falſas licèt alij contra.

22 *Pœnitentia ſeptẽ annorũ pro quo-*

QVinto. Reſp. ꝙ communiter dicitur pro vno quoq; peccato mortali, eſſe pęnitentiã ſeptem annorum imponendã, iuxta Canones Pęnitentiales, vt probat Gratianus. in c. Hoc ipsũ. §.1.33. q.2.

libet peccato, quomodo intelligatur.

q.2.& Gloſſ. in c.Admonere.33.q.2. & in c.Prædicandum.22.q.1 & in c.Sunt plures. de pœn.d.3. Quæ omnes Gloſæ (communiter receptæ)id dicũt. vt tenet communis cum Hoſtienſi in Summ. de pœnit.& remiſ.§. Quæ pœna. Palud.4.d.2. S.Anton.3.par.tit.17.c.10.

Sed quicquid hęc Communis opinio teneat; Contrarium putat verius, & tenendum Naua.c.[illegible]u. 17.Primo,quia nullus text.eſt, quo tale præceptum inueniatur. Secundo. Quia S.Th.diſt.20. q.2.id tenet. & ante eum hoc ſentit. S. Hieron.in c.Menſuram. de pœn.diſt.1. Tertio.Quia Gratianus non dicit talem pœnitentiam ſeptem annorum, iuſſam fuiſſe imponi ab Eccleſia; ſed tantum ait: Eccleſiam,pro grauiſſimis peccatis, talem ſolitam fuiſſe imponere. Eſt ergo dicendum cum Nauarr.ſupra. & in d.c. Falſas. de pœnit.diſt.5.num.14. Canones pœnitentiales, quos Hoſt.ſupra. & alij Summiſtæ colligunt, intelligendos eſſe pro foro Eccleſiaſtico exteriori;non pro Sacramentali; in quo omnes pœnitentiæ ſunt, & ſemper fuerunt arbitrariæ; prout ſupra dictum eſt. Et debet Confeſſor,quam putat iuſtam,imponere: aduertendo pęnitentem,quod ſi hic non ſatisfecerit plenè, per bona opera, vel indulg.ſatisfaciet plene in purg.

23 *V. pęnitens teneatur acceptare pęnitentiã?*

VTrum Pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam iniunctã? Ratio dubitandi oritur ex eo, ꝙ videtur præceptum naturale, & Diuinum de ſatisfaciẽdo pro pœnis temporalibus in præſenti vita; quod inſinuat Concil. Tri.Seſ.6.c.14.& Can.30. & Veg.ĩ Cõcil.Trid.lib.13.à c.36. Et ſanè ante ingreſſum Gloriæ debet quis ſatisfacere, hic vel in Purgatorio, vt probat Sot.4. diſt.19.& 20.q.2.ar.11. Sed vt quæſtio declaretur:ſequẽtes Nota concluſiones.

Prima Concluſio. Excepta Satisfactione, quæ à Confeſſore imponitur, & à pęnitente acceptatur, non conſtat eſſe præceptum ſub mortali, quod nunc in præſenti vita teneatur homo ſatisfacere pro pœna temporali culpæ remiſſæ, ita Cordub.lib.5.q.1.& 5.ad 2.& q.10. Adria.4.de ſatisfactione. Ioan.Medin.C. de pœnitentia.tractatu de ſatisfactione. Sot.diſt.20. Ledeſma 2.par.q.20.art.3. fol.299.col.2. Nauar.c.26.num.20.

Secunda Concluſio.Sacerdos tenetur pœnitenti imponere aliquam pœnitentiam,quia vice Chriſti eſt Iudex,ad vindicandum iniuriam Deo illatam. Confirmatur.Quia alias faceret ſacramentũ Confeſſionis mutilum, ſine tertia eius parte, quæ eſt ſatisfactio. Quare, etiam in articulo mortis Confeſſor debet pœnitenti aliquam imponere ſatisfactionem,quamuis leuem, vt ait Ledeſ.d.ar. 3.& Nauar.c.26.nume.33. *Cõfeſſor V. tenetur imponere aliquã pęnitentiam.*

Cæterum, quia pœnitentia eſt arbitraria,debet Confeſſor in mitiorem partem inclinare, ex D.Chryſo. in id Matth.6.Alligant onera importabilia, & ex c.Alligant.26.q.7.& Nazian.Oratione. 16. Simanc.de Catholicis inſtitut.c.47. & 49.& omnes. *Cõfeſſor debet in mitiorẽ partem inclinare.*

Tertia Concluſio. Si Confeſſor imponeret pœnitentiam, quam plane conſtaret eſſe intollerabilem, vel indiſcretam & improportionatam peccatori, vel peccato; non tenetur pęnitens acceptare. S.Thom.q.18.in addition.art.4. Ledeſm.ſupra. & alij. *Quid ſi pęnitentia eſt indiſcreta.*

HInc multi Doctores reſpõdent ad quæſtionem dicentes:pęnitentem nũquam teneri acceptare pęnitentiam. tenet Scot.4.diſt.17.& 19.ad fin. Gabr. diſt.16.q.2.Silu.Confeſſio.1.§.29.Caie. opuſc.de Satisfactione.q.2. & in Summa verbo.Satisfactio. Ioann.Medin.C. de pœn.fol.75.& 99. Armil.verbo Cõfeſſio.§.29.Hoſt.Panor. & alij. reſoluit late Nauar.c.26.num.20.dicens ita eſſe tenendum, ſeruari quæ Romæ,& in toto Orbe.& reſpondet ad contraria. 24 *Cõfeſſor habet claues.*

Quarta Concluſio. Hæreticum eſt negare Confeſſarium habere claues, & poteſtatem ad ligandum, ideſt,ad imponendam iuſtam pęnitentiam pro peccatis.colligitur aperte ex Concil.Lateran. & Triden.Seſſ.14.c.8.& Canon.15.ita colligit Nauar.c.26.num.20.Imò, hinc infert Ledeſm. q.20.ad 3.fol.299.col. 3.ſententiam eſſe Catholicam quod pęnitens tenetur acceptare pœnitentiam iniunctam. & fol.300. col.3. dicit oppoſitum

poſitum

poſitum eſſe hæreticum.& Victor.209.

Cæterum non eſt credibile quod ſi id conſtaret eſſe hæreticum, tot Catholici, poſt dictum Conci.ſcripſerint quod pœnitens non tenetur acceptare.

25 EX quibus omnibus colligitur, quod licèt aliqui grauiſſimi autores tenuerint pœnitentem teneri acceptare iuſtam pœnitentiam iniunctam Roſenſis cõtra Luterum. Magiſt.4.diſt.16.& 18. & vtrobique S.Tho.& additione.3.par. q.18.ar.3.Hugo de ſancto Victore.Maior. diſt.17. vbi Duran.q.3.Almai.diſt. 18.vbi Ricar.Palud.q.20. Sot.part.20. q.2.art.2.Cano.de pœnitentia.5.par.in fi.Petrus à Soto de inſtitutione Sacerdotis: de ſatisfactione lectione 2. Victor. num.209. vbi dicit eſſe communem ſanctorum omnium antiquorum.& de clauibus num.11. Quia tamen multi illorum non ſic claiè, & diſtinctè loquuntur, quod poſſit colligi dicta ſententia: quia Sot.ſupra, tantum dicit quod tenetur parere, nec dicit in quibus: tenendũ eſt cum Nauar.c.26.num.20. & alijs, ſupra:& diſtinguendum, quod opinio Soti, Victor. & aliorum procedat de pœnitentia reſtitutoria, vel medicinali. Quod etiam ipſe Nauar. concedit.

26 *Vtrũ ſit mortale pecc. pœnitent. accepta tam nõ adimple re?*

AN peccet mortaliter acceptatã pœnitentiam nõn adimplens? Reſp. quòd licet Caieta. q.2. de ſatisfactione, quem refert Nauar.& Sot. infra teneat, quod non: contrarium eſt tenendum, imò quod peccet mortaliter. Sco.4.diſt.18. & 19.Gabr.diſ.16.q.2.dub.1.& 5. Silu. Confeſſio.1.nume.25.& 29. Magiſt.4. diſt.18.vbi S.Tho.& in addition.3.par. q.98. art.3.Palud.4. diſt.20.q.2. Maior & alij quos refert, & ſequitur Victor. num.209.Naua.c.21.num.43.Sot.diſt. 20.q.2.art. 2.concl.2.Bart. Medin.Sum. lib.2.c.6.§. La quarta domanda. Quod eſt verum quando pœnitentia fuit impoſita pro mortalibus.

Pœnitentiam pro venialibus.

Nam illam, quę pro venialibus tantum datur, non tenetur quis ſub mortali. Medina ſupra. Angel. verbo Confeſſio.1.nu.13.& ſuus cõmẽtator ibid. allegans Bonauenturam.

27 AN qui non adimplet pœnitentiam, teneatur Confeſſionem reiterare. Vide ſupra, de Confeſſione. nume.76.

28 *V. vnus cõfeſſor poſſit pœnitentiã ab alio iniũctã minuere &c.*

VTrum Vnus Confeſſor poſſit minuere, vel commutare pœnitentiam ab alio Confeſſore iniunctam? Pro reſponſione, Not. quod ſicut in voto vel iuramento datur commutatio in æquale, & diſpenſatio, ſeu relaxatio, qua minuitur, vel tollitur prorſus: ita, Si Confeſſor mutet pœnitentiam in aliam prorſus ęqualem, vel maiorem, quæ ſuauius impleatur à pœnitente, benefaciet. Eſt vero Prima ſententia Nauar.c.26. nume.22. quod non ſolum æqualis Confeſſor, ſed etiam inferior, poteſt minuere pœnitentiam, ab alio iniunctam. puta Epiſcopus impoſitam à Papa, & Parochus ab Epiſcopo. Secunda ſententia extrema, quod nemo etiam ſuperior poteſt mutare pœnitentiam; niſi pœnitens reconfiteatur eadem peccata. quare aiunt Doctores iſti quod oblitus pœnitens tenetur reconfiteri eadem peccata Ang.Confeſſio.1.nu.13. D.Anton.3.par.tit 14.§.fi. c.19.Syl.Confeſſio.1.nu.3.& 27.& pro hac citatur S.Tho.Ricard.& Palud.

29 *Nullus tenetur reiterare cõfeſſionem in his caſibus.*

PRima Cõcluſio. Nemo ex eo quòd non impleuerit pœnitentiam, vel vt illa minuatur, aut commutetur à Confeſſario, tenetur reconfiteri eadem peccata, eſt communis Palud.diſt.17. q.5. Sot.4. diſt.20.q.2.art.2. verſic. Ad tertium.Sylu.Ledeſm.q.20.art.4.dub.2.in fin.Victor.num.167.Caiet.Summ.verbo Confeſſio.2.propè finem. Adrian.4. de Confeſſione.col.pen.in fine. Nauar. c.9.nu.17.& omnes Magiſtri. ſentit D. Tho.4.diſt.16.q.3.ar.3.quæſtion.5. ad 4.Rich.diſt.17.q.2.art.8.

30 *Quis poſſit pœnitentiam commutare?*

SEcunda Concluſio. Pœnitentiam iniunctam à Parocho, poteſt Epiſcopus diſpẽſando minuere; vel propriam. Prob. Quia licèt Confeſſor à Chriſto habeat auctoritatem imponendi præceptũ pœnitentiæ; id tamen præceptum dependet ab homine, ſicut & lex poſitiua, vel votum pendet ex voluntate hominis. Sed Papa, vel Epiſcopus poteſt diſpenſare in omni præcepto per hominem inferiorem poſito; ergo. Item ſi pœnitens intra breue tempus recurrat ad eundem Cõfeſſorem, poteſt commutare, vel minuere

nuere pęnitentiam. Sot. dicta q.2.a t 3. facit Ledeſma. q.20. art. 4. fol. 301. col. 2. in fin. Sotus dicit intra triduum, Mancius intra octo dies. imo quamuis plures tranſierint, ſi modo cenſeatur idem iudicium, & moraliter præſens.

Dices. Iam Iudex functus eſt officio ſuo, ergo non poteſt reuocare pœnitentiam? vide Couar. lib. 3. variarum. cap. 7. nume. 4. fin. Item Victoria de clauibus. nume. 13. dicit, quòd alius ſacerdos æqualis nõ poteſt commutare, quia par in parem non habet imperium. c. Placuit de pœnit. diſt. 6.

31 *V. æqualis vel inferior poſſit cõmutare.* Tertia Concluſio. Non ſolum æqualis, ſed inferior Confeſſor, poteſt, ex iuſta cauſa, minuere, vel commutare pœnitentiam ab alio impoſitam, etiam ſine reiteratione Confeſſionis. Victor. nume. 21. Nauarr. cap. 26. numero 22. cum alijs quos ibid. citat.

Ad tex. in d. c. Placuit. reſpondet Sot. quod loquitur de pęnitentia publica, vel parochiano alieno.

32 *V. pœnitens peccet mortaliter reuelando ſuam pęnitentiam.* De Pœnitentia publica, quando, & pro quibus peccatis, & an pœnitens poſſit ad illam cogi &c. vide de pęnitentia in communi, ſupra, in principio. num. 17. cum ſequentibus.

Vtrum Pœnitens peccet mortaliter, dicendo alijs pœnitentiam ſibi impoſitam à Confeſſore? Reſpon. quòd regulariter nõ, ſed tantùm ſi propter eius manifeſtationem pœnitens, vel Confeſſor incurreret aliquod graue damnum animæ, corporis, vel famæ. Angel. verbo. Confeſſio. vlt. nume. 18. cum Ricard. Sylu. Confeſſio. 3. nume. 23.

33 *Qualiter pœnitentia imponẽda in Iubilæis?*

34 Vtrum Per Iubilæum poſſint tolli, commutari, vel abſolui omnes pœnitentiæ impoſitæ in retro actis Cõfeſſionibus?. Reſpon. quòd omnes poſſunt, & ſunt abſoluendæ, & conſumandæ, exceptis pœnitentijs præſeruatiuis, quas Nauarr. cap. 26. nume. 20. & Barth. Medin. Summ. lib. 2. cap. 6. verſi. Prima che ſe bene ponunt.

DE INDVLGENTIIS.

Et, quia ſupra diximus hominem, qui in hoc ſæculo per opera pœnalia impoſita, vel voluntaria, ſatisfacere non vult; per indulgentias ſatisfacere poſſe: & quia Concilium Trid. (contra hæreticorum inſaniam: indulgentias negantium) de illis Seſſ. 21. c. fin. & Seſſ. 25. in fine: particularem tractatum facit; ideo. 1

Indulgẽtia quid eſt? Quæritur. Quid ſit indulgentia? 2 Reſpon. (quod omiſſis varijs ſignificationibus traditis à Gloſſ. 1. in c. Indulgentiæ. de pœniten. & remiſſ. in 6. & ab Angelo, Sylueſt. verb. Indulgentia. & alijs) quantum ad noſtrum attinet propoſitum, Indulgentia, eſt remiſſio pęnæ temporalis pro peccatis actualibus pęnitentium, remiſſis in abſolutione ſacramentali, facta à Prælato Eccleſię ex cauſa rationabili. S. Tho. 4. diſt. 20. art. 5. & ibid. Doctores. Sot. diſt. 21. q. 1. ar. 1. Syl. & Summiſtæ. verbo, Indulgentia. Naua. in §. In Leuitico. Fely. latè, in ſermone, de Indulgẽtia, & alij multi, maxime Caiet. de Indulgen. ad Iulium Medicem.

Quo iure ſit indulgentia? Quæritur. Quo iure Indulgentia 3 conceſſa ſit in Eccleſia? Reſpon. ſecundum Concil. Triden. Seſſ. 25. in fi. poteſtatem concedendi indulgentias eſſe traditam Eccleſiæ iure Diuino à Domino noſtro Ieſu Chriſto quando. Ioan. 20. Appoſtolis dixit: Quorum remiſeritis peccata &c. & habetur in c. Audiuimus. c. Quodcunque. 24. q. 1. & per totum. de pęnit. & remiſ. in 6. & in Clem. Quia in illis verbis non tantum intelligitur abſolutio à culpa; ſed pęna eius, etiam extra Confeſſionem. Vnde in Concil. Conſtantien. Seſſ. 6. Condemnatus fuit quartus error Vuiclef. damnantis indulgentias.

Ex quo conceditur indulgentia? Quæritur. Ex quo fit, vel concedatur 4 indulgentia? Reſp. q̃ licèt Franciſcus Maironius, & Angel. indulgentia. num. 9. dicant: Indulgentias tantum concedi, ex meritis Chriſti; & non ſanctorum. Et licèt Scrutinium ſacerdotale

tres

tres diuerſos faciat Theſauros, vnum ſcilicet Chriſti, ſecundum B. Mariæ Virginis, tertium vero ſanctorum: Communis tamen opinio Theologorum. in 4. d. 20. vbi S. Tho. & Sot. ſup. ar. 2. & communis Canoniſtarum. in c. Indulgentię. de Pœniten. & remiſſ. in 6. & in Clem. 1. de reliq. & Vener. Sanct. Palu. maximè in 4. diſtin. 20. Armill. verbo Indulgentia; tenēt contrarium, imo indulgentias concedi ex theſauro Eccleſiæ, meritis

Theſaurus Eccleſiæ ex quibus conſtet?

Chriſti, Beatiſſimæ Virginis, omniumque Sanctorum coadunato. De quo, neſcio quo pacto dubitent illi, qui poſt Extrauag. Vnigenitus. de pœniten. & remiſſ. ſcripſerunt: cum ibidem hoc ſit determinatum. Quia cum Chriſtus infinitè, (abſque eo quod peccatum haberet vllum, pro quo debuiſſet ſatisfacere) & Beatiſſima Virgo nullum etiam haberet; etiam Originale, & multa ſit paſſa: & ſancti (licet aliquando peccauerint) multa tormenta, paſſioneſque & flagella paſſi ſint, maiora multo quam meruerint, & ſatisfecerint plus quam debuerint; ex ſuperabundantia etiam meritorum ipſorum, cum meritis infinitis Chriſti, congregatur theſaurus Eccleſiæ infinitus. Vide S. Thom. ſup. Syl. Indulgen. nume. 4. & latiſſimè Fely. Sor. ſupra. Viguer. late & bene de Sacramento Ordinis. verſi. 19. & ſequentibus, & Nauar. §. in Leuitico, notab. 13. num. 1. cum ſeq.

5 *Quis poteſt cōcedere indulgentias.*

QVis poteſt concedere indulgentias? Reſpon. Indulgentiam plenariam, & Iubileum, Papam per totum Orbem poſſe concedere tantum ex propria autoritate. S. Thom. relatus & ſecutus ab Angel. Indulgentia. nume. 5. Silu. nume. 11. Armill. nume. 3. probat Sot. diſtin. 21. q. 1. ar. 4. vbi citat text. in c. Ex eo. de pœnit. & remiſ. c. Accidentibus, de Exceſſib. prælat. patet etiam in c. Quodcunque. 24. q. 1. Et quomodo Concilium, Legati, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij poſſint: vide Sotum, & alios ſup. maximè Nauar. §. in Leuitico. notab. 31. per multos numeros.

6 *V. Cōfeſſor poſſit cōcedere indulgētias?*

SEd V. Sacerdos Confeſſor poſſit Indulgentias concedere? Reſpon. quod in foro exteriori minime. In foro autem Confeſſionis, licèt Directorium, Sotus, & alij tenuerint quod non; Contrarium videtur verius: imo quòd omnis Confeſſor approbatus, in foro pœnitentiæ poſſit indulgentias concedere, ſcilicet, dicendo pœnitenti in impoſitione pœnitentiæ: Diſpenſo te eum ſuper reſiduo pœnitentiæ ſi maior tibi eſſet imponenda. Tenet Silueſt. Indulgentia. num. 11. cum Roſel. Angel. num. 5. Armil. num. 3. Card. in Clemen. Religioſi. de Priuileg. citans alios. Tenet Gloſ. in c. Menſuram. de pœniten. diſtinct. 1. verbo. Sacerdotis. ibi: Et Diſpenſandi animo hoc facit. Tenet etiam Panor. in c. Sicut dignum. de homicid. allegans tex. in cap. Quem pœnitet. de pœnit. diſtin. 1. Innocentius & Bernar. in dicto cap. Quod autem. & refert & ſequitur Archidia. in c. Indulgentiæ. de pœniten. & remiſſ. in 6. Marſil. 4. q. 12. quem refert Sot. diſtinct. 21. q. 1. art. 2. ad fi. tenet Caſtro aduerſus hæreſes verb. Abſolutio, ad fin. ibi: Infimus autē ſacerdos. Quod aliquo modo concedit Nauar. §. in Leuitico notab. 31. nume. 9.

7 *Cōfeſſor quas indulgentias concedere poteſt.*

SEd quantas poterit concedere? Reſpon. quod quantitas non eſt determinata; niſi quod vt refert Ang. ſupra. Aluarus, Innoc. Archi. & alij dicunt, q̄d poteſt talis Confeſſor dare indulgentiam, annorum vel dierum, ſicut ei videbitur, dummodo diſcrete faciat.

Quam opinionem, cum eam teneant tot, tantiq; autores tam theologi, quam Canoniſtæ, maximè Innocentius Papa IIII. & Pan. Silu. & alij, & poſſit probari ex D. Auguſt. in d. c. Quem pœnitet, Ego etiam amplecterer, licet non practicetur, nec ſit in vſu, forſan propter ignorantiam, vel Confeſſorum negligentiā, niſi S. Tho. & Nauar. ſupra cum communi, tenerent contrarium.

8 *Ad quid valent indulgētiæ?*

QVæritur. Ad quid, & in quo foro valent indulgentiæ? Reſpon. omiſſis opinionibus quas S. Th. 4. diſt. 20. art. 5. Glo. in c. Quod autem. de pœnit. & remiſſ. citant, quod indulgētiæ valent, & quantum ad forum Eccleſiæ & quātum ad forum Dei, ad remiſ-

ſionem

ſionem pœnæ reſiduæ poſt Contritionẽ, Confeſſionem, & Abſolutionem, ſiue ſit iniuncta, ſiue non, ideſt, ſiue ſit iniuncta per ſacerdotem, vel Canones, ſiue nõ ſit ab eis iniuncta, ſed à Deo iniungenda. Et hæc eſt vera opinio, & communis, quam ſequitur Goffr. Io. Andr. Panor. & communiter Canoniſtæ in d. cap. Quod autem, & communis Theologorum 4. diſt. 20. Silu. Indulgentia. num. 5. maximè S. Thom. 4. Theſaur. Sacerdotalis. 2. par. fol. 21.

9 *Bulla tãtum valeat quãtum ſonant?*

QVæritur Vtrum Indulgentiæ tãtum valeant, quantum ſonant? Reſp. quod licet Altiſiodorenſis quem refert Sot. infra, tenuerint quod ſic, dummodo ſeptem concurrant conditiones; Reſolutiue tamen tenendum eſt, q̃ Indulgentiæ tantum valent quantum ſonant: ſi quatuor concurrant, Auctoritas. ſ. in concedente, gratia in accipiente, cauſa iuſta cõcedendi, & quod faciat homo illud, opus pro quo imponitur. Communis opinio, & tradit Glo. 1. regula. Peccati venia. de reg. iur. 6. Gl. verbo Confeſſis in Extrauagan. 1. de pœn. & remiſ. Silu. num. 7. S. Th. in additio. ad 3. par. q. 25. art. 2. Sot. 4. diſt. 21. q. 1. art. 2. concl. 1. & communiter omnes.

10 *V. Cauſa quæ in bullis indulgentiarũ ponitur ſit iuſta cauſa.*

SEd, vt hęc quatuor aliquo modo, explicemus. Quæritur: Vtrum cauſa, quæ in conceſſione indulgentiarum ſolet apponi, vt eleemoſyna duorum argenteorum, quæ in Regnis Hiſpaniæ, pro Bulla Cruciata dantur, ſit iuſta cauſa ad tot, tantaſque Indulgentias concedendas?

V. concedenda pro temporali ſubſidio.

Pro Reſponſio. Not. Quòd pro temporali ſubſidio poteſt concedi Indulgentia, Sed ratò, & cautè faciendum, propter vitandum quorundam ſcandalum. De quo vide Concil. Triden. Seſſ. 25. ad fi. S. Tho. in additio. ad 3. par. q. 25. art. 3. & facit 2. 2. q. 100. art. 1. ad ſecũdum. Communis in 4. diſt. 20. Sot. diſt. 21. q. 2. Guillier. Pariſ. de ſacramen. Nau. §. in Leuitico. no. 31. num. 47.

Eſt ergo prima ſententia quòd diſpẽſatio Indulgentiarum, facta ab habente, auctoritatem, eſt valida: quamuis ſine cauſa ſufficiente fiat. Requiri vero cauſam, ne conſciens peccet (ſicut Papa vel Epiſcopus diſpenſat beneficium, vel facit diſpenſationem in lege poſitiua etiã ſine cauſa, & cum culpa, tenet factum) Argomanes de Indulg. conſideratione. 9 Palud. diſt. 20. Maironius; vbi Durãd. q. 4. Ciſterciẽſis. q. 3. ad ſupplementũ; Gabr. diſt. 25. q. 2. art. 5. propoſition. 2. col. 2. S. Anton. 1. par. tit. 10. Tabien. Indulg §. 10. Turrecrem. in cap. Quis aliquando. §. Item in Leuitico. de pœnit. diſ. 1. num. 22. Michael Medin. de Indulgentia. diſputatione 9. c. 43. ad 6.

Secunda ſententia extrema ait: quod quamuis ad generalem indulgentiam; habeat Papa magnam cauſam; nemo tamen eam lucratur, niſi iuxta facultatẽ, proportionem, & diſpoſitionem cuiuſcunque perſonæ. Habet Altiſiod. Alexan. de Ales. D. Bonauen. & clarius Ricard. diſt. 29. Gerſon. 2. par. de Indulgẽt. alphabeto 25. litera. 23. Aug. de Ancho na. De poteſt. Eccleſiæ. q. 23. ar. 4. & q. 32. Gab. in Canone Miſſæ. Lectione. 57.

Quæ ſententia eſt vera, quando Papa in conceſſione præſcribit aliquid indeterminatum, vt quiſque porrigat manũ adiutricem, vel orationes pro cuiuſcunque facultate, ita Nauarr. ſup. Not. 15. nume. 34. Cordub. lib. 5. q. 29. Pro cuius maiori intelligentia, ſequentes nota concluſiones.

V. Faciẽs quæ Papa pręcipit cõſequat indulgẽtias?

Prima Concluſ. Quando Papa præſcribit omnibus certum opus, graui cauſa, vt peregrinationem ad limina Petri & Pauli; quicunque implet illud opus, conſequitur totum indulgentię effectũ. S. Tho. q. 25. ar. 2. in corpore, & ad 4. in addition. 3. par. Guillier. Pariſ. Durand. q. 4. dicit communiorem Mairon. Palud. Ciſtercien. q. 3. col. 5. Ioan. Andr. & Panor. in Extrauag. Quod autem de pœnit. & remiſ. Angel. Indulgentia. §. 2. Syl ueſt. §. 3. Supplemen. Gabr. ſup. Cordub. q. 29. oppoſition. 4. Armil. Indulgentia. §. 10. & 11. Maior. diſtin. 20. q. 1. col. 4. Gerſon. de Indulgentia cõſiderat. 9. Caiet. opuſc. de cauſa Indulgentiarum. q. 1. fol. 24. & in tractatu ad Iulium. ca. 3. fol. 43. Sot. diſt. 21. q. 2. art. 2. conclu. 4. Ledeſ. 2. par. q. 27. ar. 2. Naua. ſup. Quare,

re, qui tunc ex proximo oppido, uel domo venit ad limina SS. Petri, & Pauli, ita lucratur totam indulgentiam, ſicut qui è longinquo venit; & hoc modo eſt prima ſententia vera.

V. dare ſtipēdiū &c. eſſe ſufficiēs cauſa.

Hinc ſequitur primo. Quod dare ſtipendium in ſubſidium Bullæ & ſimul facere alia opera quæ talis Bulla præſcribit. ſ. ieiunium voluntarium, & orationes ad quinq; Altaria; eſſe idoneam cauſam ad indulgentias quas concedit. Probatur. Quia contritio, etiam, eſt parua diſpoſitio, qua remittuntur innumeræ mortales culpæ, & aliquando cum tota earum pœna Purgatorij, vt ſupra dictū eſt. Ergo prædicta diſpoſitio eſt ſufficiēs ad remittendas pœnas temporales, quod facit indulgentia. Probatur conſequentia: Quia vtrunque fit ex Claue Chriſti, liberaliſſimè concedentis Eccleſiæ infinitum theſaurum. Secundo. Quia hinc fideles animantur, vt ſint in gratia, & ad ſuſceptionem ſacramenti pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, & profitentur ſanctorū merita; auctoritatem Papæ, & Purgatorium: quod (hæc tempeſtate, contra impios hæreticos) immēſum fructū affert.

Grani benedicti ſummopere æſtimandi.

Vnde, non mihi placet doctrina Sot. diſ. 21. q. 1. ar. 2. verſiculo: Noſtris enim temporibus. Qui indulgentias calculo benedicto alligatas, vel vni altari, vel loco affixas, quibus conceditur indulgentia plenaria, vel liberatio animæ à Purgatorio; non magni pendet. Immo magni æſtimandæ, ſummaque reuerentia ſuſcipiendæ ſunt. Quæ rationes dictæ, probant cauſam, in generali, eſſe grauē; & ſaltem pro ſunt pro magna parte, iuxta qualitatem deuotionis, vt fatetur idē Sot. Ledeſ. Caieta. Gabr. Angel. Anchora. Nauar. not. 25. nu. 9. & 12.

Iubileus pleniſſimus tutior.

Secundo. Sequitur quod quando datur Iubileus anni 100. (qui nunc, vigeſimoquinto quoque anno conceditur) cū onere viſitandi quatuor Eccleſias, per quindecim dies & cōfitendi &c. eſt res, ſecundum omnium ſententiam tutior, ob grauiorem cauſam. Poſſunt autem tunc viſitari Altaria, etiam nocturno tēpore: vt colligitur ex Iubileo anni 1575. Quando tamen datur indulgentia pro tali die: intelligitur à Veſperi vſque ad occaſum Solis ſequentis diei.

AN oporteat quod lucrans indulgētias ſit in gratia per Cōfeſſionem? 12

V. Requiratur gratia in lucrante indulgētias.

(conſtat enim quod oportet eo tempore quo conſummat vltimum opus, ob quod indulgentia conceditur, ſit in gratia, vt ei proſit remiſſio pœnæ temporalis per indulgentias. vide Cordu. q. 23.) Reſp. quod multi dicunt quod quando Bulla, vel Iubileus, explicat eas indulgētias, concedi contritis, & confeſſis, intelligitur de confeſſione facta tēpore Quadrageſimæ per Eccleſiam præſcripto. Ille enim cenſetur eſſe confeſſus ſecūdum Ius. Dum vero obtinet indulgentias, ſufficit quòd habeat Cōtritionem, cum voto Sacramenti. Hæc ſententia eſt communior, & valde probabilis, pro qua multos refert Cordub. q. 27. oppoſitione. 1. & 2. Turre Crem. D. Anto. Suplē. Gabr. Roſel. Palud. Panor. Fely. Gerſon. & addit. Syl. Indul. q. 7. num. 20. id fuiſſe declaratum ita à Patribus Concilij Conſtantien. Et eſſe probabile fatetur Ang. indulgentia. §. 17. & tenuit olim Nauar.

V. requiratur cōfeſſio ſtatim facienda &c.

SEcunda Concluſio. Quando in Bulla, vel Iubileo exprimitur Cōfeſſio, tutius eſt, vt infra tempus quo durat publicatio Iubilei confiteatur. Ang. ſupra. Nauar. §. in Leuitico. notab. 18. Caieta. ad Iuliū. c. 10. Cord. q. 27. & 28. Adr. 4. de Indulgen. quod tanquam rem manifeſtam, videtur ſupponere Sot. diſt. 21. q. 2. ar. 3. col. 5. in principio. Quia indulgentiæ explicandæ ſunt, vt ſonant. Intendit verò Papa inducere Chriſtianos ad fructum ſacramentorum, vt certius ſint in gratia, quo facilius impetrent id pro quo datur indulgentia. 14

Quid ſi tantum ſint venialia, an teneatur confiteri? vide ſupra. de Confeſſione. num. 53.

VTrum in Iubileo anni 100. ante omnia ſit præmittenda Confeſſio? Reſpon. complures Doctores, qui de hoc fuerunt conſulti, tenere quod non; quod clarius exprimitur in Extrauag. 1. de pœnit. & remiſſ. 15

De Iubileo 100. anni.

AN opera, quæ perſcribit, pro lucrāda indulgentia, oporteat fieri in gratia, 16

An ope-

ra faciẽda ſint ĩ gratia? gratia, & abſque circumſtantijs? Adr. quodl. lib. 1. de indulg. q. 2. Nauar. ſup. notab. 19. nume. 6. affirmat, quod Papa commutat pœnas, quas peccator debet, in eam ſatisfactionem, quæ correſpondet illis operibus.

17 HInc Nauar. ſup. nu. 20. infert quod pauci fruuntur indulgentijs, Sed num. 19. quod quamuis ſoluat in peccato mortali eleemoſynam pro Bulla, nõ lucrabitur indulgentiam plenariam vitæ, vel mortis, quæ datur pro eleemoſynæ: ſin poſtea contritus viſitet altaria, lucrabitur illas.

18 *V. ſufficiat eſſe ĩ gratia in vltimo opere.* TErtia Concluſio Communior. Sufficit, vt tempore operis principaliter iniuncti, vel certè, tempore vltimi operis, quo poſito, ſequitur indulgẽtia, homo ſit in gratia. Priora vero opera iniunguntur, vt diſpoſitio remote præparans ad gratiam, & effectum indulgẽtiæ. Et eam eſſe Papæ intentionem, declarat communis conceptio, & vſus populi Chriſtiani: Tenet S. Anto. 2. par. ti. 10. §. 3. c. 5. Fely. Sermone de Indulgẽt. col. 7. contra Tabien. verbo: Indulg. q. 7. tenet Syl. q. 10. verſi. 9. Sot. diſt. 21. q. 1. 2. art. 3. Pœnitentia, & communiter Magiſtri Salman. ſuper. q. 27. ar. 1. additio. 3. par. Ledeſ. 2. par. q. 29. ar. 1. S. Th. quodl. 2 ar. 16. ad 3. Cordub. q. 21. cõcl. 2. & melius, concl. 25. Facit quod affert Nauar. in d. §. 11. quare. nume. 17. dicit (cum Caieta.) ſufficere vt opus fini proximum impleatur in gratia, vt Romam peregrinans, ſufficit, quod dum peruenit, & viſitat templum ſit in gratia.

19 *V. oporteat qđ fuerit ſolicitus &c.* QVæritur Vtrũ oporteat quod lucraturus indulgentias, fuerit ſolicitus, vt ipſe ſatisfaceret? Caiet. opus de Indulg. de recipiente indulgentiam. q. 1. affirmat, & 3. par. q. 52. art. 8. cui fauet. D. Aug. Inchirid. c. 100.

Quarta Concluſio. Id fieri eſt optimum conſilium; non tamen eſt neceſſarium ad conſequendum indulgentiam, eſt communis D. Th. Sot. Nauar. ſupra. not. 22. nu. 46. & 48. Cord. q. 80. Ricard. 3 diſt. 23. Doctores multi. 4. diſt. 43.

19 *Quid ſit Iubileꝰ.* QVæritur. Quid ſit Iubileus? Reſp. quod, ſecundum quod colligitur ex tex. in Extrauag. 1. 2. & 4. de pęni. & remiſſ. Iubileus eſt pleniſſima omniũ peccatorum remiſſio, quo ad pęnam. vide Cordub. q. 11. & 32. Michaelem Medi. diſputatione. 9. fol. 125. Nauar. ſupra notab. 9. 11. & 31. Sot. diſt. 21. q. 2. ar. 1. & alios multos.

QVæritur. Quando incepit Iubileus in Eccleſia concedi? Reſp. quod à primitiua Eccleſia conſuetudo fuit antiquiſſima, concedendi Iubileũ centeſimo quoque anno, viſitantibus Eccleſias SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli Romæ. Quod poſtea Boniſac. VIII. in Extrauag. 1. de pęnit. & remiſ. ratificauit: & de nouo conceſſit Centeſimo quoq; anno, per rationes quas ibi ponit Gloſa. 20 *Quãdo incepit in Eccleſia.*

¶ Poſtea verò Clemẽs VI. in Extrauag. Vnigenitus. eod. tit. (ob multas rationes ibi expreſſas) hanc indulgentiã ad Quinquageſimum quemq; annum reduxit; inter quas, vna fuit breuitas vitæ humanæ, quæ vix Centeſimum attingit. Succedente, autem tempore, cum viderent Pont. Maximi hominum vitas ſic breuiari, vt multi etiam annum non adimplerent Quinquageſimum: Paulus II. in quadã Bulla, ad annum 25. hoc reſtrinxit. Quam reſtrictionem poſtea Sixtus IIII. in Extrauag. Quemadmodum, de pœnit. & remiſ. confirmauit. Et hæc cõſuetudo ſeruatur hodie in Eccleſia. Vt vidimus ſeruari in conceſſione Iubilei anni 1575. per Gregorium XIII. *Iubileus reductꝰ ad 50. annum.* *Poſtea ad 25. annum.*

Sed quia hominũ creuit malitia, eorumque vitæ in dies magis breuiantur; & quia impij Lutherani, ore ſacrilego, indulgẽtias auſi ſunt negare. iam Summi Pont. crebrius, quam 25. quoque anno, indulgentias mirabiles, innumeraſque tam pro viuis, quam pro defunctis, (vt fidelium fides, deuotioq; augeatur, hæreticorumq; temeraria audacia obruatur) concedunt. Sot. diſt. 21. q. 2. ar. 1.

Pro quo aduerte, quod anno Iubilei 25. ſuſpenduntur, ipſo Iure, omnes indulgentiæ plenariæ, ne quis illas lucretur extra Romam, & ne publicentur, vt hac ratione, (ſicut olim, vt patet in d. Extrau.) omnes Romam confluant. Sed non ſuſpenduntur reliquæ minores indulgentiæ. *Quæ indulgẽtiæ ſuſpendantur anno Iubilæi.*

dulgentiæ. Nauar. §. in Leuitico. not. 25. nu. 1. & 3. & not. 28. nu. 3.

21 *Abſolutio à culpa, & pęna quomodo intelligit.* QVæritur: Quomodo intelligatur illud, quod communiter dicitur ſcilicet abſolutio à culpa, & pęna? Reſp. Ex Syl. verbo. Indulgentia: n. 24. Armil. nu. 21. Felyn. in Sermone de Indulg. Viguerio, de Sacramento Ordinis; verſicu. 22. quod talis tenor Bullæ nunquam emanat à Papa, ſed eſt falſus, cauſa ignorantiæ ſcriptorum. Quia à culpa ſolus Deus liberat, & abſoluit. Vel dicitur ſic: (vt ait Syl. ſupra) quod liberatur ibi homo à culpa per contritionem, quæ præexigitur, & à pœna, per Papã in indulgentia.

22 *In quo differt indulgentia plenior, & pleniſſima?* SEd cum in Extrau. 1. de pęn. & remiſ. dicatur ſic; Non ſolũ plenam, & largiorẽ, imo pleniſſimam: & colligatur ꝙ ſit indulgentia plenaria; plenior, & pleniſſima: Quæritur in quo differant indulgentia plenaria, plenior, pleniſſima, & Iubileus? Reſp: ſecundum S. Anton. 1. par. ti. 10. c. 3. §. 3. & Palud. 4. diſt. 20. Viguerium, de ſacramento Ordinis, verſic. 22. Adriã. & Sũmiſtas, & Nauar. §. in Leuitico, notab. 9. nu. 7. & 5. quos refert Sot. 4. d. 21. q. 2. ar. 1. ꝙ Indulgentia plenaria, eſt quę datur quo ad remiſſionem pęnarum, de mortalibus peccatis, ſit ſiue iniũcta, ſiue iniũgẽda. Plenior qua remittitur pęna mortalium. venialium. Pleniſſima verò, qua non ſolum remittuntur pęne mortalium; & venialium; ſed etiã ipſa culpa venialium. Et in hac pleniſſima poteſt verificari illud, quod dicitur; abſolutio à culpa, & pęna: ſcilicet à tota pœna, & culpa venialium. Quod clarè ſentit Caiet. Sũma verbo: Excommunicatio. c. 64. dum ait: quod abſolutio à culpa, & pœna importat pluſquam indulgentia plenaria.

Quare, cum in dicta Extrauag. repeniantur hę voces plenior, plena, & pleniſſima; & tot, tamque Illuſtres autores, ſic interpretentur; malè ait Sot. ſupra, tãtũ eſſe indulgentiã plenariam, cęteras autem eſſe fictiones. Quid autem ſignificet vnaquęque indulgentia vide Cord. q. 11. & 32. Mich. Med. diſput 9. fo. 125. Nauarr. notab. 9. 11. & 31. De Iubileo: vide Ioſephũ li. 3. antiq. c. 1. uocat Iobelũ D. Hieron. in Iſa. c. 58. in Ezech. 46. ad Galat. 1. Nauar. not. 1. nume. 9.

Iubileus vniuerſalis in quo differt à reliquis indulgentijs. Sed hæc differẽtia eſt inter dictas indulgẽtias, & Iubileũ vniuerſalẽ anni 25. ꝙ per dictas indulgẽtias tãtũ fit abſolutio à pęna, & culpa, ut ſupra. Per dictũ autẽ Iubileũ, & per omnẽ aliũ, qui ad formã eius cõceditur, nõ ſolũ remittitur omnis pęna, & venialiũ culpa, vt in alijs indulgẽtijs; ſed iuris autoritate, poſſũt cõmutari omnia vota, exceptis Caſtitatis, Religionis, & Hieroſolomitanis. vt patet in Glo. magna nu. 4. in dicta Extrauag. vbi Papa id diffiniuit.

23 *Quid eſt meliꝰ ſatisfacere per opera pœnalia uel per indulgẽtias.* QVarto. Quid eſt melius homini, ſatisfacere per pęnalia opera (vt ſupra) vel per indulgẽtias? Reſ. ꝙ cũ per bona opera impoſita maximè à Confeſſore ſi digne exequãtur, quatuor mirabiles ſequãtur effectus. Primus quia tale opus, (vt his vtar verbis) bonificat operãtẽ, & ad alia bona opera diſponit. Secundus. Medetur ex eo quod eſt tale, opus, ut ieiunij, quod eſt medicina contra carnis cõcupiſcẽtiã, iuxta illud D. Hiero. Curat ęgrotos, curatoſq; sãctificat ieiuniũ. Tertius. Ex eo quod tale opus ex charitate procedit, meritoriũ eſt vitę ęternę. *Effectus pęnitentia impoſita.* Quartus. Ex eo quod pęnale eſt ſatisfactoriũ, etiam pro pęna tẽporali pro peccato debita. Indulgentia autẽ non ſuccedit loco ſatisfactionis temporalis, & pęnitentialis niſi quo ad quartum effectum, ſcilicet ſatisfactionis: videtur multo melius, & tutius eſſe, ſatisfacere vnumquemque, pro peccatis, per bona opera maximè impoſita a cõfeſſore, & in gratia impleta, vt ait Armil. indulgentia. n. 12. & Sot. diſt. 21. q. 2. ar. 1. ad 3.

Vnde doctores conſulunt à lucrantibus indulgentias adimpleri nihilominus ſuas pœnitentias.

24 *V. Pęnitens per indulgẽtias poſſit ſe liberare à pœnitentijs.* AN Pęnitẽs qui lucratur indulgẽtias Bullę alicuius, uel Iubilei; poſſit propria auctoritate ſe eximere à pęnitentijs iniũctis per confeſſariũ? D. Th. additione. 3. p. q. 25. art. 1. ad 4. & ar. 2. ait: ob indulgẽtias nõ eſſe omittẽdas pęnitentias.

Prima ſententia affirmat illud poſſe propria autoritate, quia Papa eſt qui, dũ concedit bullas, liberat à pœnitentijs

iniunctis per modum abſolutionis. ita Syl. Indulg. q. 9. cũ Abbate. Caieta. opuſ. de Indulg. ad Iulium. capi. 7. & opuſ. 27. quæſtionum. q. 4. Ledeſ. q. 27. ar. 2. dub. 4. in ſi. Albert. Mag. diſt. 20. ar. 17. ad. 6. Michi. Medin. diſputatione. 5. c. 25. Ang. indulgentia. §. 10. Suplem. Gabr. d. 45. q. 3. ar. 2. cõcl. 11. inſinuat. D. Th. ſupra. & clarius. q. 16. ar. 1. Nauar. §. in Leuitico. notab. 31. nu. 43. Et probatur. Quia in c. Cũ ex eo. de pœn. & remiſſ. dicitur quod per in indiſcretas indulgentias eneruatur pœnitentialis ſatisfactio. Tenet etiam Ang. Medin. ſupra.

25 PRima Concluſio. Si Papa, uel Epiſcopus, dum concedit indulgentias, intenderet abſolutè eximere à penitentijs iniunctis factũ teneret. Probatur quia diſpẽſatio in precepto poſitiuo per hominẽ poſitiuo, valet etiam ſine cauſa. Sed quia nõ eſt preſumẽdum, quòd Papa indiſcretè agat, & quod abſque cognitione cauſę velit auferre eas pęnitẽtias, quę ſæpè ſunt neceſſariæ, & medicina in remedium peccati futuri.

26 SEcunda concluſio tuta, & in praxi ſeruanda. Penitens, licèt lucretur indulgentias plenarias, nõ debet propterea ſe liberum reputare ab impletione penitentiæ. ita innuit S. Tho. ſup. q. 25. Bonau. diſtin. 20. Adrian. in 4. de indulg. §. argumenta viæ tertiæ. Guillier. Patil. de Sacram. Cor dub. lib. 5. q. 20. col. 4. dicit per indulgẽtias nõ liberatur homo à pœnitẽtia, ut eſt medicinalis. Probatur, Quãdo lex imponitur ob multos fines, licèt vnus ceſſet, nõ deobligatur homo à lege. Sed pęnitẽtia iniũgitur à Sacerdote ob varios fines. Ergo licèt pœnitens, per indulgentias liberetur à pęnis Purgatorij, tenetur tamẽ implere illam pęnitentiã? Maiorẽ probat Caiet. 2. 2. q. 147. de præcepto ieiunij, ad quod tenetur etiã ille, in quo ceſſat ratio caſtigandi corpus, &

27 macerandi carnẽ. Minor patet ex Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 8. vbi explicat varios fines pœnitentiæ.

Cõfeſſor ſemp imponat aliquam pęnitentiam ?

COnfirmatur. Licèt Confeſſario conſtaret, facienti generalem confeſſionẽ, remiſsã eſſe omnem penã, debet imponere aliquam penitentiam. Ergo non tantum imponitur propter remiſſionem penæ, à qua liberat indulgentia, ſed etiam in medicinam, & auxilium ad [illegible] bonorum operum, & imitationem Chriſti, & Sacramenti, perfectionem.

28 *Indulg. non liberat à pęna capitali.*

TErtia concluſio. Indulgentia non liberat à pęna Capitali, nec à pęnis for. exterioris, ſecundum omnes.

29 *V. indulgẽtia expirẽt cũ concedẽte?*

VTrum indulgentiæ expirent, mortuo Papa concedente? Reſp. q. non. Ang. verbo indulgentia. nu. 7. Syl. q. 11. verſic. 6. Cordub. lib. 5. q. 36. Nauar. §. in Leuitico. notab. 31. num. 25.

VTrum Qui cum attritione tantum lucratur Indulgentiam plenariam, fiat de attrito contritus, ſicut per abſolutionem Sacramentalẽ? Reſp. q. quamuis Palud. (ut refert Nauar. §. in Leuitico, not. 10.) teneat quòd ſic, falſum eſt, & tenendum eſt contrarium cum Nauar. ibid.

30 *V. ſufficiat attritio ad indulgẽtia.*

QValiter, autẽ intelligitur annus vel numerus certus dierum de Indulgentijs, uide Sot. 4. diſt. 21. ar. 1. Nauar. ſup. notab. 31. nu. 39. cum ſequentibus.

31 *Nota.*

PRo huius materiæ complemento, Quęritur. Vtrum anni antiqui quãdo homines uiuebant 300. 500. 600. aut octingentis annis, in principio mundi, & poſtea tẽpore primitiuę Eccleſię cum dabatur annus Iubilei, cẽteſimo quoq; anno, eſſent anni ita grandes 12. Menſium ſicuti nũc: & an mẽſis haberet 30. dies, ſicuti nunc habet? Reſp. Quęſtionẽ eſſe curioſam, quam multis ab hinc annis vidi reſolutam in quodã libro, quem de Expertẽtijs, cõpoſuit Doctor Lodonicus Auila de Lobera medicus Imperatoris Caroli V. Vbi ex diuerſis Hiſtorijs, maxime ſacrę Scripturę, probat annos antiquos, eiuſdẽ fuiſſe mẽſurę qua nũc ſunt. Quod patet clare Gen. 8. vbi ad minus dicitur: quod requieuit Arca mẽſe ſeptimo, vigeſimaſeptima die mẽſis. Et paulo inferius Quod aquę ibãt, & reuertebãtur vſq; ad decimũ mẽſem. Cũ ergo habeamus decimũ mẽſẽ, & 27. diẽ mẽſis. clarum eſt annum fuiſſe tunc 12. menſium, & menſem 30. dierum, ſicut nunc ſunt.

32 *V. Anni antiqui erant ut nũc ſũt.*

DE

DE PVRGATORIO.

QVia in ſuperioribus dictũ eſt, illum, qui in hac vita, per pœnalia opera, vel indulgentias, non ſatisfecerit, debere in Purgatorio ſatisfacere. Quæritur: Vtrũ

1 *V. Sit Purgatorium?*

ſit Purgatoriũ? Reſp. quod licèt impij hæretici Purgatorium eſſe negant (quorũ argumenta ponit, & diluit Sotus infra.) Eccleſia tamẽ Catholica Spiritu ſãcto edocta, ex ſacris literis, antiquorumque Patrum traditione, in ſacris Cõcilijs. 4. Cartagin. Ca. 65. & 79. Toletan. 11. Ca. 12. Triburicen. can. 31. Brachar. 1. can. 34. Flor. & nouiſſimè in Tri. ſeſ. 25. in principio Purgatoriũ eſſe aſſerit. Quod cõfirmat vniuerſa Catholicorũ Theologorũ, & Canoniſtarũ Schola. Vide D. Aug. li. 18. de ciuit. Dei, & lib. de cura agẽda pro mortuis. Diu' Ambroſi', de obitu Theodoſij. S. Damaſcenus, & S. Dionyſius dicũt vſum orandi pro mortuis eſſe à tempore Apoſtolorum. vide tex. cum Gl. in c. Qualis. diſt. 25. c. fin. de pœnit. diſ. 7. Et aliter dicere eſſet hæreticũ, vide Ang. Sil. Armil. Tab. & alios verbo Purgatoriũ. Doctores in 4. maximè Sot. diſt. 19. q. 3. ar. 1. &c. Catechi. Ro. pag. 68. Caniſium in doctrina de Satisfactione. §. 9. vide cõplura ſacræ ſcripturæ loca, Concilia, Sãctorum auctoritates, quæ ex profeſſo, cõtra Hæreticos cõgerit Paulus Gryſal. in lib. Deciſiones Catholicæ. verbo: Purgatorium.

2 *V. per ſacrã ſcripturam poſſit probari purgatoriũ eſſe.*

QVæritur. Vtrum per Diuinã Scripturã poſſit probari, eſſe Purgatoriũ? Reſ. quòd ſic planiſſimè, in multis locis, maximè. 1. Cor. 3. Si quis (inquit) ſuper ædificat ſuper fundamentũ hoc aurum, argentũ, lapides pretioſos, ligna, fœnũ, ſtipulam, vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit, dies enim declarabit qui in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit. Si cuius opus arſerit detrimẽtum patietur, ipſe autem ſaluus erit quaſi per ignem. Quod clarè de Purgatorio intelligit D. Auguſt. Ambro. S. Thom. & omnes Catholici Patres, vt ait liber, qui dicitur Modus examinandi. fol. 109. quia de igne inferi nullus ſaluatur. Item Matth. 12. qui dixerit verbũ in Spiritum ſanctum, vt ibid. Grego. Itẽ 2. Mach. 12. Sancta ergo &c. & alijs multis locis, quæ ponit dictus liber, & alij Doctores, vide Mag. 4. diſt. 21. & Compendium Theol. verit. lib. 7. c. 2. Quod ex multis Concilijs, & communi Doctorum, atque Eccleſiæ Catholicæ vniuerſali conſuetudine, probat latè Petrus à Soto. de Inſtit. Sacer. lect. prima. de Purgatorio.

2 *Vbi eſt Purgatorium?*

QVæritur. Vbi eſt Purgatoriũ? Reſpõ. Quatuor eſſe ſub terra receptacula in quibus animæ, quæ ab hoc ſæculo diſcedunt (exceptis ijs, quæ ſtatim in Cœlum volant) includuntur: Sed diuerſo modo, ſunt talia receptacula conſtituta. Primum, ſcilicet eſt teterrimus ille, perpetuuſque carcer, in quo animæ illorũ, qui in aliquo peccato mortali decedunt, cum Lucifero, & Angelis eius, in æternum patientur. Qui carcer, in Diuinis literis multipliciter, videlicet, Tartarus, Fouea ignis, Bararrum, Abiſſus, Gehenna, Profundum, Lacus, & denique (communius) Infernus nuncupatur. Vbi nulla eſt redemptio, & hoc eſt profundius omnibus.

Quot animarũ receptacula? Inferni nomina.

4 *De Limbo atque eius ſi.*

SEcundum eſt Limbus puerorum, qui ex hac vita ſine Baptiſmo decedunt. De cuius ſitu tres ſunt opiniones contrariæ, quarum verior mihi videtur. S. Thom. quem citat Flores Theol. quæſtionum in 4. diſtin. 45. ſic dicens; Iuxta infernum damnatorum, non Limbus paruulorum, ſed Purgatorium exiſtit, ſed ſuperius. Sentit idem Sot. diſt. 45. q. 1. art. 1. vide etiam S. Thom. 4. diſt. 45. & 46. in q. diſputatis de malo. & S. Vincentium in ſermonibus, & alios refert, & ſequitur Speculum Peregrinarum quæſtionum. cap. 3. Decadis primæ per totum, & hæc eſt communior & ſanior opinio, ſecundum Petrum à Soto. de inſtit. Sacerd. lect. 2. de Purgatorio. verſiculo: ſequentia itaque. De ſitu limbi, de pœna puerorum, & de eo, quod poſt iudicium de eis fiet. &c. Vide Sotum, & alios, ſupra.

5 *De ſinu Abrahę* TErtium eſt receptaculũ quod dicitur Sinus Abrahæ: à quo Dominus noſter, animas omniũ Sãctorũ Patrum, qui eũ à Mundi principio expecta bant, extraxit. Vbi Animę nullã pœnã, tormentaue patiebantur ſenſus, ſed tantum damni, ideſt carebant Dei viſione.

6 QVartum eſt quod ad noſtrum facit propoſitum.ſ.Purgatoriũ,ubi Animæ,quæ ex hoc ſeculo,non ita purę, ut neceſſe eſt ad gloriam acquirendam,exierunt,purgantur.

Animę aliquando purgantur extra purgatorium. Et licèt omnia iſta receptacula in uiſceribus terrę ſint; nõ tamẽ ſemper animę in Purgatorio purgantur. Sæpiſſimè enim Deus cõſtituit aliquibus alia loca, vbi propter occulta eius iudicia. purgentur,ut patet in Dialogus D.Grego.libr. 4 & in alijs multis exemplis antiquorũ Patrum. De his receptaculis,uide Conc. Florent.& de omnibus eorum particularitatibus, uide Viguer.de Sacramento pœnit.uerſiculo 29.cum ſequentibus,& Cathechiſ.Ro.pag.68.& latiſſimè Sot. 4.diſtin.44 & 45. & quantum ad quæſtionem noſtram vide eundem.diſt. 19. q.3.ar. 1.* Sacramẽtale autẽ Neapolitanũ.fol.8.col.4.ſic ait: Et poteſt dici probabiliter, quòd cum animæ iuſtorum ſint in cœlo,animæ malorũ in inferno, ꝙ animę quæ indigẽt purgatione ſint in medio,ſed vbi hoc ſit neſcimus. Verũtamen, quia magis pertinent ad cœlum, quia iam ſunt ibi ſpe,poteſt dici probabiliter,quòd in ſuperiori rigore,ideſt in aere, ſit locus Purgatorij, ſecundum Archid.in c.Tempus.13.q.2. ſuper Gloſ. 2.ibi etiam Gloſ.1.

7 *Quid purgač in purgatorio.* QVæritur.Quid purgatur in Purgatorio? Reſpond.quod omnes qui ex hac uita decedunt, in triplici ſunt differentia. Quidam valdè boni. Alij valde mali. Alij medioc ris ſtatus. Valde boni ſunt illi, qui cùm moriuntur, ſtatim in cœlum portantur. Valde mali, qui cũ ab hac luce diſcedunt, in profundum deſcendũt,quaſi lapis. Alij autem ſunt,qui & ſi innumera commiſerunt peccata, pęnitentiam tamen de illis fecerunt. Sed quia, nõn plenè, iuſtitiæ Dei ſatisfecerunt per bona opera a Confeſſore impoſita, uel à ſe ipſis ſuſcepta, eſt ignis Purgatorius in alio ſeculo, ubi animæ dilectorum purgantur, ut ad patriam (vbi nihil coinquinatũ introire poteſt) perducantur. De hoc uide D.Aug.& habetur in capit.Cum Marthę.§.Tertio loco.de celebr.Miſ.Conc.Florentinum.

Purgãtur autem. Primo Pro reatu pęnę de peccatis mortalibus, de quibus nõ plenè ſatisfecerunt. Secũdo,pro uenialibus,in quibus hinc diſceſſerunt. De quo latè per D.Aug.& habetur in c. Qualis. & ſequẽtibus.25.diſt.& in c.ſi.de pęnit. diſt.7. Beda.in c. 11. Prouer. & Aug. in Pſal.37.& lib.21.de Ciuit.Dei. c.26.& de fide & operib.c.16.& in Pſal.80.Orig.homil.12.& 13.in Hierem.25.ſ Nu. c.6.Greg.li.4.Dial.c.39. Petrus Soto de Inſtitutione Sacerd.lectione ſecunda,de Purgat.verſiculo. Dubitetur.

SEd (vt homines à mortalibus per Contritionem,& Confeſſionem liberati animentur ad Deo ſatisfaciendũ in hac vita,per fructus dignos pęnitentię, nec differant in aliud ſeculum;) Quæritur quanta ſit pœna Purgatorij? Reſ.ex D. Aug. & habetur in c.ſi.de pœniten. diſtin.7.in hæc uerba: Hic autem ignis, etſi ęternus nõ ſit,miro tamen modo eſt grauis. Excellit.n. omnem pęnam,quã vnquam paſſus eſt aliquis in hac vita. Nunquam in carne tanta inuenta eſt pęna, licèt mirabilia paſſi ſint Martyres tormenta,& multi nequiter iniqui tanta ſubſtinuerũt ſupplicia, & in c.Qui in aliud 25.d.plus exageratur ſic: Excellit enim omnẽ pęnã, quam unquam aliquis paſſus eſt in hac uita,uel pati poteſt. Eſt enim ignis Purgatorij idem, qui in inferno, vt D.ait Greg.eodem igne rutilat aurum,& fumat palea.& S.Aug.eodem igne purgatur electus, & crematur damnatus.S.Tho.4.diſt.21.q.1.ar.1.D.Anton.1.par.tit.8.c.1.§.4. Viguer. de pœn. verſ.31.Sot.4.diſt.19.q.3.ar.2. Cauſ.in Doctrina de peccatis. §. 8. Cõpendium Theol.Verit.li.7.c.1.Petrus à Soto ſup. verſic.2. 8 *Quanta ſit pœna Purgatorij. Nota.*

9 *Quanto tempore cruciač anima pro uno mortali dimiſſo.* QVæritur.Quãto tẽpore cruciatur anima in Purgatorio pro uno mortali iam dimiſſo? Reſpon. ꝙ licet in libro quodam

quodam dicto Scrutinium Sacerdotale, in materia de confeſſione, ad fin: uel ſi eu quandiu habeatur, animam cruciari pluſquam per duo mille annos, fundamētū, & dictū eſt falſū: ait enim vnicuique peccato deberi in hac vita pœnitentiā ſeptem annorum, & quia in hac vita nō fecit illam pœnitentiam, debet in Purgatorio cruciari tot annis, quot dies ſūt in ſeptem annis, ita quod reſpondeat annus unus pro quolibet die. Cum autem annis conſter. 365. diebus videtur (ſecundum ſuam opinionem, & autoritatem Sacræ Scripturæ ibidē malè applicatam; allegat enim illud Ezechiel. c. 4. Diem pro anno dedit tibi) quod pro uno peccato mortali, ſit anima purganda 2556. annis. Quod, vt eſt falſum, ita eſt abſurdū, alienumq; ab infinita Dei miſericordia & bonitate. Hoc autē primū eſt uerū; ſecūdū Nauar. & alios (& diximus ſupra) ſolum Deum ſcire, quanta pœnitentia ſit imponēda pro uno peccato. Vt ibid. probat; & animā debere eſſe in Purgatorio ſecūdum diuinā uolūtatē plus minuſuè.

Secundo. Hoc eſt uerum, quod, vt Sotus piiſſimus & Catholicus autor. 4. diſtin. 21. q. 2. ar. 1. ait; Vix credo animam ullam eſſe viginti, imo nec decem annis in grauiſſima pœna Purgatorij. Quod ego etiam credo, (etiam ſi nulla eſſet indulgentia,) propter immenſam Dei erga ſuos miſericordiam, & propter tormentorum acerbitatem.

Nota.

QVæritur: Quot modis liberatur Anima à Purgatorio? Reſp. duobus modis. Primo per meram iuſtitiam, quando ſcilicet plenè fuerit diuinæ iuſtitiæ ſatisfactum. Cum enim anima purgata fuerit, & vſque ad ultimum quadrantem ſoluerit, tunc cūm nullum habet impedimētum ſtatim ad cœlum uolat. Secundo liberātur animę, etiam ante tempus determinatum, per ſuffragia uiuorum, & hoc quatuor modis. ut habetur in cap. Animæ. 13. q. 2. vbi dicitur; Animæ defunctorum quatuor ſoluūtur modis. Qui quatuor modi, ad duos redu cūtur. Primo per modū meriti. Secundo, per modum ſuffragij. Per modū meriti. 1. quando opera facta a uiuis, exiſtētibus in gratia, applicantur animę Purgator. Quia per illam applicationem, opera iſt uorum fiunt defunctorū. S. Th. in addit. 3. par. q. 71. ar. 1. Viguer. de pœnit. uerſi. 33. Quia cum quis exiſtens in gratia, ieiunat, facit eleemoſynam, uel aliud ſatisfactoriū opus, pro eo qui eſt in Purgatorio, ſatisfacit, & expiat pęnam ab eo, ſicut ſi ſatisfaceret pro ſe.

10 Quot modis liberatur anima à Purgatorio.

Imo Nota. Quod etiam ſuffragia Eccleſiæ, ordinata fieri ab ijs, qui ſunt in gratia, proſunt defunctis, etiā ſi exequātur per eos, qui ſunt in peccato mortali. Non quidem in quantum ſunt opera peccatorum, ſeu à peccatoribus applicāta, ſed in quantum ſunt Miniſtri Eccleſiæ, cuius perſonā gerūt, ut tradit D. Dionyſ. de Eccleſiaſt. Hierar. & Magiſt. 4. diſt. 45. S. Thom. 2. lib. ſent. diſt. 41. q. 1. artic. 4. & alij quos refert Nauar. capit. 3. nume. 7. Viguer. de pœniten. verſiculo 53. Quod notabile plenum eſt diuina Dei miſericordia. * Quod non tantum in ſuffragijs eccleſiæ habere locum, ſed etiam in eleemoſyna data & accepta ab eo qui eſt in mortali, pro anima in Purgatorio, tradit optime Henricus. de Gandano, quodl. 9. quæſt. 20.

Opera facta ab eo, q eſt ī morta li. V va lent de functis.

SEd Quæritur quomodo indulgentiæ proſunt defunctis? Guilhelmus de Ruuione. in 4. diſt. 19. q. 2. negat prodeſſe defunctis. Sed hic eſt error. de quo vide Concil. Tridē. Seſſ. 25. ad fi. Cordub. q. 15. ar. 2. vſque ad 19. & 26. Leo Decimus in defenſione, quem citat Caiet. 3. par. q. 48. ar. 3. & in Cōcilio Salēguſtadien. c. 18. adnotatione. 1023. cuius rei meminit quīā Antiquiſſim. Epiſcopus ī epiſtolis ad Domū Papam. annotatione. 679. vt refert Boſtauus. Latinus. lib. 12. commentariorum. de Repub. Rom. Nauar. in Sū. in Leuitico. nor. 22. nume. 9. refert Pium IIII. In Extrauaganti. Caliſtum III. Paſchaſium V. qui pro defunctis conceſſere indulgentias per modum ſuffragij. Et nume. 33. refert ex Magiſtro in 4. diſtin. 20. quod quidam Papa Magiſtro cuidam, qui publicè Pariſijs defenderat hanc ſententiam, ei obijlet, conceſſit indulgentiam plenariam. & Gabr. in Canō lectione. 57. iu ſi. affirmat,

11 Quomodo indulgentia ꝓſunt defunctis.

vt certum licèt in principio dubitauerit. Caie.opuſc.27.q.95.& 6.Ledeſm.q.29. art.3.Sotus.diſt.21.q.2.& 3. & probat benè (licèt non compendioſè) Paul. Gryſal.verbo.Indulgentia.num.6.

12 PRima Conclufio. Ex dictis colligitur, eſſe erroneum, & Hæreticum, (vt Paul. Gryſ. ſupra probat) negare: quod Papa poſſit cõcedere indulgẽtias, etiã pro defunctis. Patet ex cõmuni conſenſu doctorũ, & populi Chriſtiani: videturq; eſſe traditio eccleſię.

13 *Papa quid affert pro defunctis?* SEcunda concluſio. Papa, per indulgẽtias offert ex Chriſti, & ſanctorum meritis ſatisfactionem æquiualentem ei, quam debet defunctus; ſicut iuſtus viuus cum offert pro defuncto ſuo ſatisfactionem, & pręſertim Miſſas, fit cõmutatio æqualis pro eo quod defunctus debet in Purgatorio.

14 SEd hinc uidetur quod indulgẽtię defunctis proſint per modũ abſolutionis, & de iuſtitia, ſicut & viuis, & nõ tantum per modũ ſuffragij, nimirum quia anima defuncti poteſt abſolui ab excõmunicatione, quam viuus incurrerat & quia nondũ plenè eſt in terra, & gloria, ſubditur, aliquo modo Papæ, ſecundum plenitudinem ſuæ poteſtatis. Quare Epiſcopus non poteſt concedere indulgentias defuncto, vt ait Nauarr. in § Leuitico. notab.4. cum Innocen. & Cardin. in cap. Quod autem. & hanc ſententiam ſequitur. S.Tho. additione. 3 par. q.71. ar.3. ad 3. & ar.12. in corpore. ad 2. & 4. diſtin.45.q.1. artic. poſt 3. concluſionẽ. Ledeſm.2.par.q.16.at.14.fol.186. Nauarr. notab.22.nu.20. & tamen dicunt: nõ eſſe propriè auctoritatiuã abſolutionẽ, ſed iuſtam, & ęquiualentem ſolutionem, pro defuncto: idem probabile dicit Ricard. diſtin.43.ar.3.q.3.ad vltimum.

V. Epiſcopi poſſint concedere indulgẽtias defunctis.

15 *Anima non liberetur per modum abſolutionis uel per modum ſuf* TErtia Concluſio. Probabilius eſt, ꝙ quamuis res oblata per indulgentias ſit ęquiualens; applicatio tamẽ pro defuncto fiat per modum ſuffragij, id eſt nõ ex certa lege, & auctoritatiua abſolutione, quam Deus ſemper acceptet; ſed per modum deprecationis, & impetrationis offerendo auxilium quod Deus, communiter, ex liberali miſericordia, acceptat pro defunctis.

Probatur, Quia ita loquuntur Pontifices, & Concilia citata ante primam concluſionẽ, tenet Caiet. Ricar. Gabr. ſupra. Ledeſma.q.29.ar.3.Sot.diſt.21. q.2.ar. 3. & quidam Doct. diſt.20.S. Bonauent. q.5. Petrus Tarãtaſia. Albertus. diſt.45. art.18. videtur Duran.q.4. Alex. 4. par. memb.5. & omnes communiter, & Paulus Gryſal. ſup. *Pag.39.*

Probatur; quia forum præſentis vitę, eſt multo mitius, & velut Eccleſiaſticũ, & pro debito ciuili. Forum vero Purgatorij, eſt velut criminale & ſanguinis: a quo de iuſtitia Iudex non tenetur liberare, propter pecuniam. tex. in l. In ſeruo rũ.ff. de pęnis. Sic, Clericus brachio ſęculari traditus, ut degradetur; nõ liberatur per forum Eccleſię. cap. Cum non ab homine de iudic. cap. Degradatio; de pœnis in 6. Item, quia mereri animæ, tollendo pęnam damni temporalis, & accelerando infinitum theſaurum, & bonum glorię; non videtur obtineri, niſi per modum deprecationis, & impetrationis. Et tamẽ Deus infinitæ miſericordiæ, cõmuniter acceptatur, præſertim pro ijs qui ſolicitè curarũt pro ſe ſatisfacere, & alios iuuare. Sic. n. Rex dupliciter redimit captiuos, Primo modo, per auctoritatẽ, & iuſtitiam redimit eos, qui vincti ſub eius ditione tenẽtur. Secundo. Si tẽtaret ex auctoritate ſoluere eos, qui ſub alieno tenentur imperio conſtricti, nihil faceret. Sed opus eſt vt alterius liberalitati innitatur, & ab eo impetret, ut velit cõpenſationem admittere. Vt ſi Papa per modum auctoritatis tentaret euacuare totũ purgatoriũ, non cõſtat ꝙ accideret. vt ſi Epiſcopus ſubditos abſolueret per indulgẽtias. Maior. 4. diſtin.43.q.2.col. 8. dicit ſic tenuiſſe Senatũ Pariſ. Doctorũ. Nec me latet Reuerendiſs. D. Epiſc. Scalẽſẽ (Subtiliter vere) velle declarare, in ſuo tractatu de Cenſur. quod illa auctoritas. Quodcunque legaueris ſuper terram, &c. intelligatur. id eſt, Quodcunque exiſtens tũ ſuper terram, ſoluetis, erunt ſoluta &c. optima eſt interpretatio: Quæ aliquibus placet. Sed non recedamus a communi Doctorum.

Vtrum

V. Anima detineatur in Purgatorio ob negligentiam hæredum non restituentium, &c.

VTrum Anima defuncti obligati ad reſtitutionem, relinquentis illam faciendam per ſuos hęredes, liberetur à Purgatorio antequam illa fiat reſtitutio vel alia ſoluantur legata? Reſpon. quod licèt per text. in ca. In literis. de raptor. in fin. teneat Ang. uerbo. executor. §. 23. & ſequitur Palacius Rubeus. in repetitione Rubricę de Donation. inter virum & vxo. §. 65. num. 18. quod nõ liberatur; Contrarium tamen eſt tenendum cũ D. Thom. quodl. 6. arti. 13. & in diſt. 45. q. 1. artic. 3. Sylueſ. verbo. Teſtamentum. 2. q. 9. S. Anton. 3. par. titul. 1. ca. 3. §. 12. Adrian. quodl. 8. litera F. Nauar. c. 17. n. 68. imo, quod propter hoc non detinetur, & ad dictum text. in ca. In literis. vbi valeat liberari. Reſp. quòd eſt legendũ: valeant liberari. i. ipſi hæredes non ſoluentes: * ita explicat hunc locum Ioan. Andr. & alij in d. c. In literis. Quæ lectura ad dictum text. uidetur poſſe ſuſtineri, ſcilicet, quòd intelligatur text. ibi, valeat, ideſt, valeant ipſi hæredes liberari à peccato, in quo ſunt, non ſatisfaciendo pro defuncto, poſtquam acceptarunt hæreditatem. Pro quo intellectu pondero illud verbum textum ſcilicet a peccato. quia ſi text. eſſet intelligendus de defuncto, potius loqueretur in generali, à peccatis valeat liberari; quam in particulari, à peccato. Secundo. Pondero quòd eſſet impropria locutio text. dicere; vt defunctus ualeat à peccato liberari: cũ iam per ſacramentum fuit à peccatis liber, & tantum remaneat pęnis luendis obnoxius. Quemadmodũ impropriè diceretur de aliquo, qui ultimo ſupplicio erat puniẽdus, & Rex illi pepercit, ſi eſſet in carcere propter expẽſas factas, Parentes ſoluant expenſas, vt ille ualeat a morte liberari; cum iam per Regis miſericordiam, à morte ſit liberatus. Ex quo Not. ſingulariter, quod hæres non reſtituens damna defuncti peccat, etiam nimium differens eleemoſynam, & preces à defuncto fieri iuſſas. S. Thom. & Nauar. ſup.

Hec dicta de Purgatorio ſufficiant.

DE ABSOLVTIONE.
Sacramentali.

1 *Confeſſor pœnitentẽ benè diſpoſitum tenet abſoluere.*

SAcerdos, ſatisfactione impoſita, dũmodo nullũ adſit impedimẽtũ; tenetur pęnitentẽ diſpoſitũ abſoluere; ſub pœna peccati mortalis. Quia alias facit illi iniuriã. Vt tradit Bar. Med. Sũma. li. 1. c. 13. ĩ prĩcipio.

2 *Ex quibus cauſis negãda abſolutio?*

ADuertat sũmopere cõfeſſor, ne (ſi fieri poteſt) vllũ abſque abſolutione dimittat; Ang. confeſſio. 4. n. 3. Silu. Cõfeſſio. 1. n. 20. Nauar. c. 26. nu. 3. niſi aliqua iuſta de cauſa. Quæ duplici ex radice prouenire poteſt. vel ex defectu poteſtatis in confeſſore. vel ex defectu legitimæ diſpoſitionis in pęnitente.

3 *Abſolutio quid.*

QVæritur. Quid eſt abſolutio? Reſ. quod eſt uinculi, quo quis ligatur, ruptio. communis.

4 *Abſoluere quis poteſt?*

QVis eſt miniſter abſolutionis ſacramentalis? Reſ. tantum eſſe ſacerdotem ritè, & rectè ordinatum, ut ſupra, de miniſtro ſacramenti pęnitentię dictum eſt latè.

5 *Vinculũ quotuplex Abſolutio quo ordine dãda.*

QVæritur Quotuplex eſt vinculum? Reſ. duplex. Cẽſurarum. ſ. & peccatorum. Sed Not. quod licèt peccatum ſit primũ in cauſa, quia propter illud, incurrit quis in cenſuras: primũ, tamẽ, quis ligatus vtroque. debet abſolui à cenſuris, ſecũdo à peccatis, ut infra dicetur, & tenet S. Th. 4. d. 19. q. 1. ar. vltimo. Armil. verbo. Abſolutio. n. 5. & cõmunis Nau. c. 26. nu. 7. cum Palud. & alij. contra Angel. & Monal.

6 *Quot modis põt Sacerdos abſoluere.*

QVæritur Quot modis poſſit quis ſacerdos abſoluere pęnitentẽ? Reſp. duobus. Primo auctoritate propria, vel delegata. Propria auctoritate utitur cum cõfeſſor eſt Papa, Epiſcopus, uel Parochus Auctoritate delegata, cum quis Epiſcopus approbat aliquem & exponit ad audiẽdas confeſſiones. Vel cũ quis habet aliquod priuilegium eligendi cõfeſſorẽ, etiam de non approbatis. Quia ratione talis priuilegij Bullę, vel Iubilei, pęnitẽs confert auctoritatẽ, quam habet à Papa,

tali Confeſſori, quem Papa vult idoneū.

7 *Papa et ſuperiores pñt reſeruare caſus.*

PRimo. Nota quod ad primū mēbrū: Auctoritate ꝓpria, ꝙ Papa, & epiſcopi, poſſūt reſeruare ſibi grauiores caſus, maximè ratione Excōmunicationis, in quibus facta reſeruatione nihil poteſt ſacerdos ordinarius, abſq; priuilegio, niſi in mortis articulo. Conc. Trid. ſeſ. 14. c. 7. & Can. 11.

8 *Quando ſublata eſt excōicatio à caſu reſeruato, &c. Papa ſē per reſeruat cum excōicatione.*

SEcundo Not. ꝙ vbi caſus reſeruaẜ ratione Excōmunicationis (ſic enim Papa ſemper reſeruat ſuos caſus) tunc, ſublata excōicatione per ſuperiorē ēt abſentē, culpa reſidua, quantumuis grauis manet iā iā non reſeruata; vt poſſit abſolui à quolibet cōfeſſario. Nauar. c. 27. nu. 254. cū S. Ant. Durand. in 4. d. 17. q. 15. Palud. q. 5. Enricus. quodl. 1. q. 30. Adria. Silu. Confeſſ. 1. §. 19. Caiet. verbo. Caſus. vbi Armil. nu. 2. Victor. nu. 149. ī antiqua, & in nouis, nu. 156. Ledeſm. d. 24. q. 8. ar. 2. dub. 4. cōcl. 6. & q. 26. ar. 2. fol. 367. col. 3. Canus relectione de pęnitētia: 3. par. Petrus à Soto. de Inſtitutione ſacerdotū. de Miniſtro cōfeſſionis. lectione 6. Taper. à pag. 365. Quāuis Sot. 4. d. 18. q. 2. art. 5. dicat, ſublata excōicatione, adhuc manere peccati abſolutionē reſeruatam. Hæc tamē dixit ſui oblitus.

9 *V. In generali cōſueum concessione veniat hæreſis?*

VTrū Per clauſulā Bullę Sanctiſſimę Trinitatis, quam ponit Nauarr. c. 27. nu. 263. vel per Bullā ſocietatis Corrigiæ. S. Auguſtini, cōfirmatā per Greg. XIII. vel per Bullam Cruciatam ꝓ Hiſpanis, vel quamlibet aliam; quibus habetur, ꝙ cōfeſſor poſſit abſoluere ſemel in vita, ab omnibus caſibus, etiam contentis in Bulla Cœnæ Domini, poſſit talis confeſſor abſoluere ab hæreſi?

10 *Hæreſis omnino mētalis an ſit reſeruata?*

PRo Reſolutione Nota primo. Quod ſi hæreſis ſit purè mentalis, ſcilicet, non expreſſa ſigno, verbo, ſcriptura, vel opere ꝙ de ſe illā ſignificat, nemini reſeruaẜ eiꝰ abſolutio. Cai. 2. 2. q. 11. ar. 3. Caſtro. li. 2. d iuſta heret. punit. 13. & li. 1. de poteſt. legis pęnal. c. fi. S. Ant. Maior. Almain. Palud. 4. d. 17. q. 2. Dried. li. 3. de libert. Chriſtiana. Simācas. c. 24. de Catholicis inſtitution. Naua. c. 17. n. 56. Couar. in regula Peccatū. 2. par. n. 7. Sot. 4. diſ. 22. q. 2. ar. 3. Quamuis oppoſitum teneat Syl. verbo. Excōicatio. 6. §. 2. Adr. quodl. 3. Pigius. li. 6. Eccleſiaſt. Hierar. c. 13. Caterin. li. contra Cai. Io. Med. C. de Oratione. Abb. Fel. & quidā Canoniſt. & dī. in 2. par. in explicatione Bullę Cęnę.

11 *Hæreſis externa abſque cōſenſu an reſeruatur?*

SImiliter quando hæreſis eſt merè exterior, ſed abſque conſenſu interno, & pertinacia; non incurritur excōicatio. Syl. verbo. Hæreſis. q. 9. Tab. Directorium Inquiſitorum. Nau. ſup. Hæc duo tenent Magiſtri Salmanticenſes, & hoc vltimum contra Caiet. 2. 2. q. 94. ar. 1.

12 *Hæreſis cōpleta qualis? Epiſcopꝰ dicitur Inquiſitor ordinarius.*

PRima Concluſio. Ab hæreſi completa (quæ eſt aſſenſus pertinax cum ſigno exterius expreſſiuo) poterat olim abſoluere Epiſcopus, de iure cō. Simancas. ſup. c. 3. Cai. Sum. verbo Excōicatio. c. 1. Maximè quia Epiſcopus ex officio eſt Inquiſitor ordinarius contra hæreticos, vt probat Didacus Perez. l. 3. ti. 4. li. 8. Ordina. pag. 85. in fi. & 86. & 99. Carrerius, de hæreticis. nu. 70. & 72. & alij multi. verbo Epiſcopus. Cæterum iam nunc id nō poteſt Epiſcopus, niſi dum caſus hæreſis eſſet occultus, per Conc. Trid. Seſſ. 24. c. 6. in fine. vt infra dicetur.

13 *Quis poteſt abſoluere ab hæreſi?*

PRo quo Nota. quod quamuis Naua. dicat. c. 27. nu. 267. hanc poteſtatem quam Epiſcopi à Concilio habebant, eſſe eis ſublatam per Bullam Cęnę Domini: Contrariū tenent Theologi, & vtriuſque Iuris periti Salmanticæ, maximè de hoc conſulti Doct. Moya. Doct. Solis. alter Iuris Pontificij, Alter Iur. Ciuilis Primarij moderatores: imo ꝙ nō ſit ſublata talis poteſtas; quia licet Papa dicat in dicta Bulla Cęnæ. in §. Cæterum, quam ponit Nau. c. 27. nu. 72. ꝙ nullus a caſibus Bullæ poſſit abſoluere, ēt prætextu cuiuſuis Cōcilij: non includitur in hoc, Conc. Tri. Quia qn̄ Papa diſpenſat in lege alicuiꝰ grauis Cōcilij, oportet vt ſpecialiter exprimat, ſe derogare tali Decreto Cōcilij. præſertim dū Conc. recens eſt, vt eſt Trid. Ita. n. habet praxis; & facit quod dicit Nauar. c. 27. nu. 260. § 7. Vel dic: ꝙ Bulla intelligat in manifeſtis. vt tangit Nau. ſup. De Concilijs, vero Antiquis, ſufficit dicere non obſtante cuiuſcunque Concilij determinatione. Coua. li. 4. Variarum. cap. 16. nu. 6. colum. 4. Alaba. de

V. Sit derogatū Cōc. Tr.

Quomodo ſit facienda Concilij general. derogatio.

Con-

Concilijs.1.par.c.2.Corduba.lib.4.q.9. propoſitione. 3.Occultū aut in hoc caſu dicit id quod non eſt iure notoriū, quod ſatis late explicat Nauar. ca.27.nu.250.

14 *Epiſcopus quō poſſit abſoluere à caſib⁹ Papæ.*

SEcunda Concluſio.Si hęreſis eſſet aliquibus notoria, & tamen Epiſcopo non dicitur,niſi in foro pœnitentiæ,quidam dicunt, quod poſſet abſoluere eos qui impediti ſunt, vt non recurrant ad Papam,ratione morbi,ſenij, pueritię & cętera. Nauar.(cum Fely.)c. 27. nu. 89. innuit Coua.in ca. Alma mater.1.par.§. 11.nu.15.propè fin. Fauent, quæ affert Cord.li.1.q.11.in priu.Quia licèt.c.Eos qui.de Sent. excom. in 6. tantum exprimat concedi Epiſcopo caſum, etiam publicum percutientis Clericum, quando eſt impedimentum, ita quod talis nō poſſit recurrere ad Papam;Ratio tamen illius tex. currit in omni caſu Papę hęc tamen res eſt dubia.Quare Cor.in Sum. q.18.negat ſic impeditum poſſe abſolui ab Epiſcopo;niſi in periculo mortis. idē tenet Inn.Anch.Card.Abb.Rauen.quos citat Nauar.ſup.Silueſt.Abſolutio. 1. q. 4.& Abſolutio primo.nu.8.

15 *V. Inquiſitor vnus tantum poſſit abſoluere ab hereſi?*

TErtia Concluſio Inquiſitor vnus, abſque ſociorum ſuorum conſenſu, & licentia; non poteſt abſoluere ab hęreſi completa, tenet Simancas in Inchiridione violatę Religionis c. 51. Sed praxis eſt in oppoſitum.vt tenet Simancas.de Catholicis Inſtit.c.3. Cou.in reg. Peccatum.1.pa.nu.7.in fi.& in c.Alma. 1.par.§.11.nu.3. Villa Diego.de hęreſi. q.20.colligitur ex tex.in c. Vt officium, de heret.in 6.vbi Io.And.Anch.Francus idem Decanus Segonienſis. tractatu. de hęreſibus.q.11.Oportet tamen vt faciat abiurare hęreſim.Quibus ſuppoſitis.

16. AD Quęſtionem Reſ.ꝙ licèt Sot.4. diſt.22.q.2.ar.3.concl. 5.in primo caſu Bullę Cęnæ dicat abſoluiè per Bullam,quę cōcedit omnes caſus in Bulla Cęnę contentos,ſine aliqua exceptione,poſſe quem ab hęreſi abſolui:& licèt Sotum defendant, & ſequantur intrepidè Magiſter Aguayo,Ioannes de la Penna,Magiſter Bart.Med.primarius Sacrę Theologię Salmanticę, & alij doctiſſimi Dominicani,& Doctor ſapiētiſſimus Morgoueio,Decretorum inſignis profeſſor Salmanticę, & multi docti Hiſpali coacti à Prouiſore.ann.1575.& D.Guerreto Arch.Granat.Cor. in Sum. addita. q.8.fi.vbi citat Silu.Exc.7.caſu 2.& 39.

17 QVarta tamen ſit Concluſio.Per Bullā vllam,etiam Cruciatam,vel priuilegium aliud nunquam Papa concedit, nec cenſetur concedere caſum hęreſis complete,& exterioris;niſi clarè id exprimat.Ita Couar.in c. Alma.ſup.nu.15. Simancas.in Inchirid.c.51.nu.4.

18 *V. Fratres poſſint virtute alicui⁹ Bulla abſolui.*

AN Fratres mendicantes, ſi fiant cū fratres Sāctiſſimę Trinitatis, Corrigię.S.Auguſt.vel accipiant Bullā Cruciatę,uel habent aliquod ſimile priuilegium, quibus continetur, quod poſſint eligere confeſſorem,poſſint dicti fratres eligere confeſſorem, qui eos abſoluat à caſibus reſeruatis ſuis Superioribus,abſque eorum licentia.

19 *Ordines mēdicātes qui dicātur.*

PRima concluſio. De Religioſis Ordinum non Mendicantium,nihil hic ſtatuimus.ipſi conſulant ſua priuilegia, ſi fortè fruūtur cōicatione priuilegiorū Ordinum Mendicantium, eadem erit ratio de illis ac de Mendicantibus.

20 *Ordines mēdicātes qui dicātur.*

PRimo Nota,Mendicantes Fratres dici,non ſolum(vt olim erant)Auguſtinianos, Franciſcanos, Dominicanos, & Carmelitas;ſed etiam Seruitas, & Ieſuitas,vt patet in motu quodam proprio Pij V. anno 1567. Imo omnes Religiones, quę viuunt ex eleemoſynis poſſunt dici Mendicantes. Vt probat Iulius clarus.§.teſtamentum.q.29.& Anton. Gabriel.tomo 1.pag.234. * Et etiam antiqua Religio frattum Ieſuatorum inter mendicantes connumeratur.

21 *Superior Religionis quādo nō poteſt abſoluere?*

SEcundo. Not. quod Superior Religionis,non poteſt abſoluere,uel diſpenſare,quādo exceſſus fuerit enormis. Ita Paulus.III. declarauit in quadā bulla anno.1549.Qui autem dicatur enormis explicat Cōpēdiū, verbo. Abſolutio ordinaria,quo ad fratres.nu.9.Vt Relapſus,Schiſmaticus,Falſarius, qui defert infidelibus contra bullam cęnę.

22 *Regulares poſsūt a Sacerd. ſecula ab*

TErtio.Not.quod Regulares poſsūt, abſque aliquo priuilegio,vel bulla à ſęculari Sacerdote abſolui tripliciter.

Primo

ſolui in his caſibus.

Primo à venialibus, Caie. Summa. verbo. Abſolutio. cap. 2.Palud. Maior.4.d. 14.art.3.Adria.4.de Confeſſione. Ioan. Medina. C. de Confeſſione. 2. par.Sor. 4.d.18.q.4 ar.2.verſi.At verò. Cano.de pœnit.5.par.Nauar. c.4.num.5.Couar. lib.2.Variarium. cap. 12.num. 2. Alcocer.cap.9.fol.51.fauet Concil. Triden. Seſſ.14. ca.5.Cano.7. Vbi: quòd non tenemur confiteri venialia.

Secundo. Poſſunt abſolui à peccatis, de quibus alias ſunt directè abſoluti. Palud. Canus. Maior. Alcocer. Nauarr. ſupra.

Tertio in articulo mortis, vt colligitur ex Concil. Trid.Seſſ.14.c.7.

Religioſus habens licẽtiã à Superiore põt eligere etiam non apbatũ.

Quarto. Religioſus, cui Superior concedit eligere Confeſſorem, poſſet alteri Religioſo, vel Seculari Sacerdoti, etiam per nullum Epiſcopum approbato, confiteri: quia Concil. Triden. Seſſ.23.cap. 15.nil nouiſtatuit circa Regulares. Item Sixtus IIII.conceſſit Mendicantibus, vt dum iter agunt, poſſint abſolui à Clerico Seculari. Nauarr. cap.4.nume.7.Imò Not.quòd generaliter, quando ſubditus habet à Paſtore licentiam peregrinandi longam viam, habet conſequenter, vt poſſit eligere Confeſſorem de expoſitis. Caiet.verbo.Abſolutio.cap.2.Sotus, ſupra. verſiculo. Similiter. Sed limitat ex Leone X.dummodo.fiat ſine fraude.

Religioſus itinerans.

Et quamuis Religiones ferè omnes, habent clauſulam; quod poſſint audire peccata quorumcunque & vndecunque venientium, non tamen poſſunt audire Confeſſiones aliorum religioſorum, niſi vt ſupra dictum eſt. Quia generalis conceſſio intelligitur, ſecluſo prçiudicio alterius, maximè Religionis. tex. in ca. Quamuis. de reſcrip. 6. Siluestr. verbo. Præiudicium. Sexto Mendicantes, eum qui vult ingredi ſuam Religionem, (fortè debet intelligi poſtquam admiſſus eſt ad nouitiatum) poſſunt abſoluere ab omni excõmunicatione, etiam generali ab homine. S. Ant.3.part.tit.24.ca.77.§.1. ſi.Cord.lib.1.q.30. Vbi alios citat.

Abſolutio Nouitiorũ.

23 QVæ tamen abſolutio datur ad reincidentiam, in hunc modum ſcilicet, quod ſi nouitius talis ſponte ſua, exierit à Religione, ante profeſſionem: reincidit in priores cenſuras, & vota; à quibus fuerat liberatus. Ita declarauit Paulus III anno 1546.in quadam bulla conceſſa Ieſuitis, vel Societatis Ieſu, vt ipſi dicunt.

24 DVbium tamen eſt, Quid ſi propter morbum, vel parentum inopiam, talis nouitius inuitus expellatur, cùm tamen de ſe paratus ſit, & maneat, ad redeundum, ceſſante cauſa? Reſpon. Si ita expellitur, vt recedit, vt Superior non decernat illum amplius admittere; reincidit. Probatur, Quia illud priuilegium tantùm conceditur, dum eſt in via ad Religionem. vt colligitur ex Bulla.

V. Reincidat ſi inuitus expellatur.

25 SEcunda Concluſio. Religioſus ex mẽdicantibus non poteſt pro libito, virtute alicuius bullæ, ex ſupradictis eligere Confeſſorem. ita Salmanticæ conſulti Magiſtri ex præcipuis Religionibus: ex Dominicanis. P. Magiſter Gallo, & duo Cathedrarij primarij Sacræ Theologiæ ſcilicet Magiſter Bart. Medin. & Yuannes Ex Franciſcus. P. Magiſter Vzeda. Ex D. Auguſtino. P. Magiſter Gueuara Sacræ Theologiæ veſpertina hora profeſſore. Doctor Moya Iuris Pontificij Primarius, & alij communiter, & tenet Ledeſm. 2.p.q.29.ar.2. propter priuilegium Leonis X. Confirmatur quia. Pius V. de hoc conſultus, reſpondit quod non.

V. Mendicantes virtute Bullæ cruciatæ vel alterius poſſint eligere confeſſorẽ.

26 VT cuidam Reuerendiſſimo, hoc deſideranti & præcipienti ſatisfaciamus: Quæritur. V. Stantibus ſuis priuilegijs, quibus habetur quod Fratres Mẽdicantes poſſint abſoluere quoſcunque & vndecunque ad ſe venientes, ab omnibus peccatis, & cenſuris, etiam Papæ à Iure, vel ab homine reſeruatis, (exceptis contentis in Bulla Cœnæ:) poſſint hodie poſt Conc. Triden. abſoluere a caſibus, quos Epiſcopus à Iure, vel ex conſuetudine reſeruat ſibi. Et, An Epiſcopi poſſint talibus fratribus interdicere, vel præcipere, ne à caſibus ſibi reſeruatis, abſoluant?

V. Mendicantes ratione Matris magni poſſint abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis?

Pro maiori intelligentia adducam in principio omnia, q̃ Epiſcopis à Sãcto Cõcil. Trid.circa. Regulares conceduntur.

Nota bene Quod poſt quã

Seſſ.4.

quā infra dicē tur erāt ſcripta, & à Superiorib. appropata deciſum fuit Romæ, quid in hac parte ſit tenendum Quā deciſionē ī uenies īfra, in fine totius hui° q̄onis, ante. n. 53. Nihilominus q̄ iā approbata erant typis mandari, vt lector aliqd cōmodum, ex probationibus, illationibus &c. poſſit reportare.

Seſſ. 4. ¶ Habetur; quod nullus Religioſorum poſſit aliquem librum imprimere, abſque Epiſcopi licentia.

Seſſ. 5. ¶ De Reformatione c. 1. habetur; quod Epiſcopus, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, poteſt compellere Monachos, Vt (ſi commodè fieri poſſit) lectionem Sacræ Scripturæ habeāt.

¶ Cap. 2. habetur, quod Regulares prædicare non poſſint, niſi examinati à ſuis Superioribus, & poſtea, cum licentia Epiſcopi.

Seſſ. 6. ¶ Cap. 3. de reform. quod Epiſcopus, tanquam Papæ delegatus habet poteſtatem puniendi Regulares degentes extra Monaſteria.

Seſſ. 7. ¶ Cap. 14. habetur: Qualiter cauſæ perſonarum exemptarum tractari poſſint, & quando corā Epiſcopo.

Seſſ. 14. ¶ Cap. 4. habetur: quod Epiſcopi, tanquam delegati poſſunt corrigere Clericos ſeculares exemptos.

Seſſ. 21. ¶ Cap. 3. Epiſcopi poſſint viſitare Eccleſias Commendatas Regularium.

Seſſ. 23. ¶ Cap. 12. Regulares Ordinandi, ſunt ab Epiſcopo examinandi.

¶ Cap. 15. Regulares, volentes audire Confeſſiones: ſunt ab Epiſcopo examinandi.

Seſſ. 25. De Regularibus. Cap. 3. Non poſſunt erigi Monaſteria, ſine Epiſcopi licentia.

¶ Cap. 5. In Monaſterijs ſibi non ſubiectis, curet Epiſcopi, tanquam Sed Apoſtol. Delegatus, vt clauſura ſeruetur.

¶ In eod. c. 5. Monialis non poteſt exire clauſtra ſine licentia Epiſcopi, vel Superioris. Nec quiſquam ingredi, ſine tali licentia.

¶ Cap. 8. & 9. In negligentia Superiorum poteſt Epiſcopus viſitare Moniales, immediate ſubiectas Capitulis, vel Sed. Apoſtolicæ.

¶ Cap. 10. Epiſcopus, debet eligere bis, vel ter in anno extraordinarium cōfeſſorem Monialium.

¶ Cap. 12. Regulares tenentur ſeruare interdicta, & feſta impoſita ab Ordinario loci.

¶ Cap. 13. Regulares, tenentur ire ad publicas proceſſiones.

¶ Cap. 14. In negligentia Superioris, poteſt Epiſcopus caſtigare Fratrem delinquentem ſcandaloſè extra Monaſterium, &c.

¶ Cap. 16. Renuntiatio facta à nouitio, non valet, niſi cum licentia Epiſcopi, infra duos menſes ante profeſſionem.

¶ Cap. 17. Epiſcopus debet adeſſe, ad explorandam voluntatem Monialis, ante profeſſionem. Ad hæc reducuntur alia.

Quibus ſuppoſitis.

AD quæſtionem. Primo pro parte negatiua, videtur quod fratres non poſſint vti talibus priuilegijs, quia priuilegium limitatur ad præterita; argumento Glo. in Clem. Religioſi. verbo: Deputatis. de teſtam. & Gl. in Clem. Dudum. de ſepulturis.

Secundo, Quia Religioſus non poteſt abſoluere ab ijs quæ Epiſcopus reſeruat cum excōmunicatione. Silu. verbo Confeſſio. 2. §. 1. Sot. d. 18. q. 4. ar. 3. ver. Quo ego.

Tertio. Quia eſt de Fide: quod Epiſcopus poteſt reſeruare ſibi aliquos caſus, Vt patet in Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 4. & de Reform. c. 7.

Quarto. Quia omnes vtriuſque ſexus, qui ſunt in ſua Diœceſi ſunt oues ſuæ: & videtur quod nullus ſibi eas auferre poſſit.

Quinto. Quia aliqui Epiſcopi hoc faciunt, quando ſcilicet concedunt licentiam Fratribus ad audiendas confeſſiones ponunt in ea hanc clauſulam: reſeruando nobis caſus noſtros.

Sexto. Quia quidam modernus auctor cuiuſdam libelli; qui dicitur Catecheſis, ſiue inſtructio à RR. DD. Examinatoribus promulgata. &c. pag. 429. cum ſeq. ait duo (inter alia) Primum quod hodie priuilegia Regularium, quo ad hunc effectum abſoluendi, ſunt ſublata per Concilium Trid. & Greg. XIII. Secundum. Quod Epiſcopi poſſunt ad eorum beneplacitum impedire, ne audiant

diant confeſſiones. His rationibus videtur quod non.

Quibus non obſtantibus, (licet inuitus, ne epiſcopali auctoritati aliquo modo, derogare voluiſſe videar:) quod abſit, (ſed tantũ vt veritas appareat, nè cõfeſſores, vllo modo, ſeruum iudicent alienum) Dico Primo, Quod Papa poteſt, & ſolet dare facultatẽ eligendi cõfeſſores ſine licẽtia epiſcopi, vel parochi. Tradit Ludou. Roma. conſi. 266. Ripa de peſte nu. 35. Mandoſius, in praxi ſignaturæ gratiæ, titulo confeſſio. fol. 75. col. 2.

Papa cõcedere pōt licẽtiam ſine licentia Epiſcopi.

Secundo Dico quòd dupliciter approbat Epiſcopus. Primo diſcernendo, quòd iſte ſit idoneus Confeſſor, abſque hoc, q̃ ei vllam tribuat iuriſdictionem. Secundo tribuendo ei, non ſolùm approbationem, ſed etiam iuriſdictionem.

Epiſcopꝰ approbat aliquē dupliciter.

Quibus ſuppoſitis? Reſpon. ad quæſtionem; quòd ſi Epiſcopus approbat Regularem tribuendo ei iuriſdictionẽ, quã talis aliunde nõ habebat & approbatione tunc Religioſus non poteſt abſoluere à caſibus Epiſcopi, ſine eius licentia.

Priuilegia: Clemētina. Dudum de ſepul.

Si autem approbat Regularem præſentatum à ſuo Superiore, ſecũdum tex. in Clem. Dudum. de Sepult. Si talis approbatus non haberet alia priuilegia, niſi ſibi à Iure in dicta Clem. conceſſa: poterit abſoluere ab omnibus caſibus; exceptis præciſè reſeruatis Epiſcopo, vel Superiori in Iure: quantumcunq; reſeruent Epiſcopo ex conſuetudine, vel Cõſtitutione alij caſus, vel ex beneplacito: Armil. verbo. Abſolutio. §. 26. vide etiã Silu. nu. 23. 24. 25. & 27. tenet etiã Ang. expreſsè verbo Confeſſio. 3. num. 28. vbi alios citat, declarando hunc caſum, & reſpondendo argumentis, quæ opponi, ex parte Epiſcoporum poſſunt, maximè vide num. 7 & Silueſt. verbo Confeſſor. 2. nu. 14. Vbi hanc dicit communem omnium, & melius omnibus Tabiena. verbo Diſpenſatio. §. fin.

Mendicãtium, priuilegia non ſunt derogata.

27 SI autem Fratres, non tantùm ex Intedictæ Clem. ſed etiam ex multis priuilegijs (vt infra dicet) habent plenã iuriſdictionem, & commiſſionem à Summis Pontif. abſoluendi, ab omnibus peccatis, & cenſuris, etiam Papæ, à iure, vel ab homine reſeruatis, exceptis à contentis in Bulla Cœnæ (vt verè habent) hac conditione, quòd Epiſcopus approbet eos, ſecundum Conc. Trid. Seſſ. 23. c. 15. ſic approbati ab Epiſcopo, poſſunt abſoluere ab omnibus illis, abſq; vlla alia Epiſcopi licẽtia? Quod probat latiſſimè Nauar. c. 27. nu. 263. Et iterum c. 27. nu. 10. dicit non eſſe ſublata priuilegia per Conc. Triden. quo ad hoc, in hæc verba: Nõ arbitror tamẽ, eis ſublata priuilegia ſuper neceſſitate; vel modo præſentandi Ordinarijs Confeſſarios ſui ordinis, &c. Quare hodie ſecundum Nauar. ampliora ſunt priuilegia Mẽdicantium, qui nõ tenent ſeruare modum in præſentatione ſecundum dictam Clem. dudum. Sed ſufficit quòd epiſcopus approbet, licèt non ſeruetur illa ſolemnitas præſentadi, quam dicta Clementina requirit.

Ad contraria.

28 Papa poteſtas.

AD Primum. Reſpon. Quòd Papa habet omnimodã poteſtatem in omnes Chriſti fideles tàm quo ad commiſſa, quam quo ad committẽda crimina abſoluẽda. text. in Extrauag. Vnã ſanctam, de Maior. & obed. Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de Reform. ibi: Pro ſuprema poteſtate, ſibi in Eccleſia vniuerſa tradita. Et tenent omnes, qui de poteſtate Papæ ſcripſerunt Catholicè. Et non qualẽ qualẽ, ſed omnimodã, quo ad ſpiritualia. Et quia habet illam immediatè à Deo, nullus pōt illam ſibi auferre, minuere, vel limitare. vt tradit S. Th. receptus contra errores Græcorũ. c. 32. cõcl. 3. nec dicere ei: cur ita facis? cùm Dei vicarius ſit in Eccleſia. Quapropter (nota) quòd in cõceſſionibus vtitur, illo verbo: Fiat, quo Deus vniuerſũ creauit Orbem.

Nota.

29 Papa V. poſſit cõmittere, facultatem abſoluendi

ET licèt eſſet cõceſſa facultas Epiſcopis, reſeruandi caſus quo ad Regulares ſibi non ſubiectos (quæ tamen non eſt:) cum poſtea conceſſerint Summi Põtific. poſt Concilium, priuilegia mirabilia Religionibus, confirmauerint antiqua, in ijs quæ non ſunt contra dictum Concil. Trid. videretur tali Epiſcoporũ auctoritati derogaſſet.

Et

30 ET quòd Papa poſſit hanc ſuam poteſtatem, committere cui voluerit, ad ligandum, & ſoluendum, nulli dubium. Quia omnis Ordinarius poteſt cõſtituere delegatum, vt ait cõmunis opinio ſecundum Panor. in Rubr. de Officio delegati. Armil. verbo, Delegare, & alij: quanto melius Papa, qui Ordinarius eſt omnium Ordinariorum.

31 ET quòd Summi Põtifices hanc poteſtatem commiſerint Regularibus, examinatis, & approbatis ab Epiſcopis, patet in multis Bullis * infra citãdis. Et patet clarè in Gloſ. c.7. de pœnit. li.6. ante caſus poſitionem quæ ſic ait: Mẽdicãtes vero sũt delegati à Sede Apoſt. p Cle. ſuper Cathedrã. de ſepulturis in Clemẽ.

32 *Priuilegia Canonicorum Regulariũ.* MAximè Eugen. IIII. (vt ait Armil. Abſolutio. §.27.) conceſſit Canonicis Regularibus, vt poſſint abſoluere, ſine licentia Superiorũ, omnes ad ſe venientes, ab oĩbus peccatis, & cenſuris, ẽt à reſeruatis tàm à iure, quam ab homine vt Ordinarij pñt ex ordinaria poteſtate: exceptis in forum exterius deductis.

Monachorum S. Benedicti. Hoc idem priuilegium habent Monachi S. Benedicti, & Baſilij, vt refert Armil. ſupr. & vidi Ego iter ſua priuilegia.

Carmelitanorum. Idem Eugen. IIII. conceſſit Fratribus Carmelitanis vt poſſint abſoluere ab oĩbus caſibus, à quibus Pœnitentiarij minores Romæ poſſunt. Quod priuileg. vidi in Compen. priuileg. eorundem.

Ieſuitarum priuilegia. Doctor quidam Henricus Salmanticnus in ſua publica lectura ait: quod Ieſuitæ habent Bullam conceſſam à Paulo Papa III. & confirmatam ab alijs Sum. Pont. quia poſſunt Ieſuitarum cõfeſſores ab Ordinario approbati, abſoluere ab omnibus caſibus reſeruatis Epiſcopo & poſt dictã Bullam. Et probat ſic: Quia ea Bulla concedit generaliter, ut ab omnibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ. ſ. etiã publicis, (exceptis cõtẽtis in Bulla Cœnæ) & in fine addit: Non obſtantibus quibuſcunq; &c. Cui autem Papa concedit omnes ſuos caſus; quòd, eſt maius: concedit etiam caſus Epiſcopi, quod eſt mininus. Regula. Cui conceditur. De Regul. Iur. 6.

CONfirmatur. Quia exceptio firmat regulam (exceptis in Bulla Cœnę) ergo Epiſcopus nõ poteſt limitare, quod Papa generaliter concedit. 33 *Exceptio firmat.*

34 ITem colligitur ex Glo. in c. Nuper. §. non retinuit. & ca. cum illorum, de ſenten. excom. & Gloſſ. in c. Quoniã. de Priuilegijs, quod ſicut poteſt ab ijs q̃ Papę reſeruantur à Iure; ita ab illis, quę ab homine reſeruantur. Facit Cord. li. 1. q. 12. Sot. li.7. de iuſt. & iure q.4. ar.3. verſic. Qui ſunt. Couar. in c. Alma. §.7. n.8. & §. 12. nu.2. & 4. Nauar. c.27. nu.44.

35 ITem patet clariſsimè ex F. Barr. Med. Summa. li.1. c.10. §.3. verſi. Et qui è; in hæc verba: Et qui è da ſapere, che i Frati de gli Ordini Mendicanti hanno priuilegio, di poter aſſoluere di tutto quello, che può il Veſcouo eſſendo eſpoſti. Et faciunt clariſsimè quæ ponit Vict. Sum. nu.150.

36 *Abſque licentia parochi poſſunt audiri confeſſiones.* ITem eſt clariſſ. ſecundũ S. Th. quodl. 1. ar.31. Vbi dicit: quòd quilibet Sacerdos poteſt audire confeſsiones de licẽtia Papæ, vel Epiſcopi, etiam cõtra volũtatem proprij Parochi, tradit Armilla. verbo Abſolutio. nu.11.

¶ Ad ſecundum Reſpon. ꝙ eſt verum loquendo de iure communi, non autẽ ſecundum priuilegia, quæ Religiones habent. Vel ꝙ intelligatur de excommunicationibus publicis, & in iudicium deductis: argumento. c.6. Conc. Trid. ſeſ.24. Vbi Epiſcopis conceditur poteſtas abſoluendi ab omnibus occultis, niſi ſint deducta in iudicium. *Conceſſio Epiſcopis facta.*

Ad Tertium Reſpõ. quod eſt verum quo ad ſuos ſubditos Confeſſores ſacerdotes ſæculares; & quo ad regulares ordinarijs ſubiectos, vt patet in Concil. Triden. ſeſſ. 14. cap. 7. ibi: In ſubditos ſibi poteſtate tradita. Et redditur ratio ibi: Quia ꝙ Papa in omnes Chriſti fideles; hoc Epiſcopi habẽt in ſibi ſubditos.

Regulares in quibus ſint ſubiecti Epiſcopis. Regulares autem non ſunt Epiſcopo ſubiecti, niſi in ijs in quibus Concilium voluit eſſe ſubiectos, (quæ poſui in principio.) In his autem non inuenitur quod poſſit Regulares priuare poteſtate, quã per ſua priuilegia à Summis Pontificibus habent; ſed quod tantum debeat

eos examinare, & idoneos approbare. ergo?

37 Imo quod magis eſt, & notādum: quòd omnis fidelis qui habet priuilegium eligendi confeſſorem, qui eum abſoluat ab omnibus peccatis, &c. (exceptis in Bulla Cœnæ,) vt habent Confratres Sāctiſſimæ Trinitatis, vt ait Nau.c.27.nu. 263. & Confratres Corrigiæ S. Auguſtini, & Societatis Hoſpitalis S. Iacobi incurabilium Romæ, & Hiſpani per Cruciatam, & alij; ſunt in hoc caſu liberi, ab Epiſcopi, atque Parochi ſui iuriſdictione; & poſſunt eligere quemcunque ſimplicem ſacerdotem, approbatum ab Ordinario, etiam ſi talis Confeſſor nullum habet priuilegium. Quia talis pœnitens, virtute ſui priuilegij, confert illi iuriſdictionem mediatè à Papa. Et quod iſti cōfratres habent per Bullam ſuam, quo ad confeſſorem, qui non habet priuilegiū; habet confeſſarius priuilegiatus Regularis quo ad pęnitentem priuilegio carentem; & habet meliori, & perfectiori modo, quia immediate a Papa. Quis ergo iudicabit maiorem habere poteſtatē, pœnitentem cum priuilegio, quod mediate confeſſori confert, vt eum abſoluat, quā confeſſorem, qui illud habet immediate à Papa, in fauorem totius ſtatus Regularis? Et quod priuilegia Religionum nō ſint reuocata patet: quia priuilegia conceſſa toti Religioni in communi, non cenſentur derogata, niſi fiat de eis ſpecialis mentio. Doctor Enricus Salmantinus in relect. de priuilegijs.

Priuilegia habentes, quē confeſſorem pńt eligere.

Item. Quia à Iure antiquo non eſt recedendum, niſi quo ad exceptata in nouo. tex. in l. præcipimus. C. de appella. Nauar. c.22.nu.39.

38 AD quartum Reſpon. quòd eſt verū, quod ſunt oues propriæ: ſed primario, & principaliori modo ſunt oues Papæ, Quia primus Paſtor omnium paſtorum, cui in perſona Petri dixit Dominus: Paſce oues meas; & ſecundo, & minus principali modo, ſunt oues Epiſcopi; & infimo, & minori modo ſunt oues ſui Parochi. Et ſic quemadmodum ſine licentia Parochi, poteſt Epiſcopus cuiuſcunque ſui Epiſcopatus audire confeſſiones, vel alteri delegare, vt audiat: meliori, & fortiori modo, poteſt Papa audire vnumquemq; fidelium totius Orbis, vel alteri committere vices ſuas; vt audiat. Imò quòd (vt ait Nauar. c.27. nu.263.) nullibi probatur, Iure Diuino, competere Epiſcopis aliam iuriſdictionem, quā illam, quæ datur eis per ordinationem, & Conſecrationem; Quia omnia alia cōceditur eis immediatè, vel mediatè à Papa. c. In nouo. 21. diſtin. Vnde poteſt intentari, quod Epiſcopi habent poteſtatem reſeruandi caſus à Papa, & non immediate, à Deo.

Quō recedendū à iure antiquo?

Poteſtas Epiſcoporum à quo ſit?

39 AD Quintum. Videlicet, quòd aliqui Epiſcopi hoc faciunt. Reſ; on. quod fortè habent aliquod aliud priuilegium ſupra Concilium; & ſupra priuilegia Ordinum mendicantium, per quod faciant (quod credo non habere) quia alias, per Concilium non eis conceditur, cùm tantùm eis Concilium tribuat, in hac parte, Regulares examinare, & ſi fuerint idonei, approbare.

40 AD Sextum. Scilicet, Quòd hodie ſunt ſublata priuilegia &c. Reſpon. Primo. quòd in toto Concilio, quod (licèt olim alio reſpectu fecerim) ad hunc effectum, totum iterum perlegi; nullam talem inueniemus, in hoc caſu, priuilegiorum reuocationem; nec de talibus priuilegijs reuocatis, vel reuocandis vlla ſit mentio. Imò quod caput. 7. Concil. Seſſ. 14. quod ad hoc citat Autor dicti libelli, nihil de hoc agit: ſed tātum dicit: quòd liceat Epiſcopo reſeruare ſibi caſus, quo ad ſuos ſubditos, (quòd Ego, ſupra, probo eſſe de fide.) Regulares autem, & omnes alij, qui ratione priuilegij poſſunt eligere Confeſſorem, non ſunt in hoc, Epiſcopo ſubiecti vel Parocho vt ſupra diximus.

Imò etiamſi Dictus Autor libelli allegaſſet Bullam Pij IIII. poſitam in fine Concilij Trident. in nouis, in qua Mare magnum reuocatur: Reſpon. quòd tantùm eſt reuocatum in ijs, in quibus Dicti Concilij Statutis cōtrariatur: vt ibid. patet. At, in toto Concil. non inuenitur talis poteſtas data Epiſcopis, nec talis priuilegiorum reuocatio, Ergo?

Mare magnū ī quib. eſt abrogatum.

Reſpon.

41 RESpon. Secundo. Quòd Concil. Triden. & Gregor. XIII. quem autor citat, non venerunt ſoluere legem, ſed adimplere; non ius Antiquum reuocare vel deſtruere, ſed innouare, & confirmare; prout per totum Concilium innouatum, confirmatumque inuenieris, maximè his locis: ¶ Seſſ. 5. in fine. de Peccato origin. ¶ Seſſ. 6. c. 3. 4. & 5. de reformatione. ¶ Seſſ. 14. c. 6. ¶ Seſſ. 21. c. 4. ¶ Seſſ. 22. c. 1. 4. & 7. ¶ Seſſ. 23. c. 6. & 16. ¶ Seſſ. 24. de reform. c. 1. 3. 5. 10. 11. 12. 14. & 20. ¶ Seſſ. 25. de Sacris imaginibus, & de Regularibus. c. 8. & de Reformatione. c. 8. 10. & 20. præter multa alia iura, quæ taceo.

Caſus aliqui in quib Cōciliū innouat ius antiquū

TErtio. Reſpon. quòd ſi per dictum Concil. Seſſ. 14. capit. 7. in quo autor ille fundatur, eſſet ſublata Clementina: Dudum. de Sepult. vel Regularium omnia priuilegia: eſſet, abſque dubio, de eis facta mentio, vt facit Concilium Seſſ. 24. capit 2. reuocando tex. in cap. Quamuis. de Cognat. Spirit. in 6. vbi dicit; Conſtitutionibus in contrarium facientibus non obſtantibus. Et quando in Clementina. 1. de immunit. Eccleſia. reuocatur text. in c. Clericis Laicos. eodem titulo. in 6. dicitur: Conſtitutionem penitus reuocamus, & volumus haberi pro infectis. Et cùm in Clement. Dudum. de Sepul. annullatur text. in Extrauagan. Intercunctas. de priuileg. ſic habetur: Nos eam omnino caſſantes &c. Cum ergo in d. ca. 7. Concilij, nec in vllo alio reperiatur verbum vllum de Clementina: Dudum, Regulariumnè priuilegiorum reuocatione, præter poſita in principio, conſtat manifeſtiſſimè, & Ius dictæ Clem. & priuilegia vim ſuam, roburque obtinere.

43 QVarto. Reſpond. Dictum libri autorem vel ignoraſſe vel non meminiſſe textus in dicta Clement. Dudū: ſiquidem ait: Regulares habere priuilegia per Extrauagant. Benedicti XI. Intercunctas, quæ iam reuocata eſt, & correcta per dictam Clemētinam, Dudum, & non citat talem Clementinam, Dudū conditam poſt dictam extrauagant. Intercunctas: in confirmationem Priuilegiorum Religionum, vt in ea patet.

44 QVinto Reſpond. Quòd dictus Autor ait: Gregor. XIII. Religionum priuilegia, quo ad hoc reuocaſſe; nec dicit quando, quomodo, per quamuè Bullam, vel motum proprium. Ego credo, quod in hoc caſu, nullam ediderit Gregorius XIII. Fœlic. Recordat. Bullam vel Conſtitutionem, niſi illam, quam fecit reſtringendo quæ Pius PP. V. ſuus prædeceſſor, in fauorem mendicantium fecerat, (quam qui non vidit, vdere poterit in fine Manualis Nauarri) in qua licèt Gregor. XIII. talia facta à Pio Quinto, aliquo modo reſtrinxit; omnia tamē, in robore antiquo, his verbis relinquit. Eam deinceps diſpoſitionem atque deciſionem pro ſubiecta materia futurā eſſe, quæ ſiue ex Iure veteri, ſiue ex Sacris dicti Concilij decretis, ſiue alias legitime ante dictarum literarum, & conſtitutionum editionem erat, & ſi ipſæ non emanaſſent futura fuiſſet, ad quam diſpoſitionem, & deciſionē, ſuumque priſtinū, ſtatum, illa omnia reducimus Cum ergo de Iure antiquo dictæ Clementi. Dudū habeant Regulares à ſuis Superioribus præſentati, & nunc, ſecundum Concil. Trident. ſupra approbati, auctoritatem abſoluendi ab omnibus caſibus Epiſcopi, exceptis quique de Iure, vt probauimus ſupra, in principio reſponſionis ad quæſtionem: & per priuilegia habent auctoritatē abſoluendi ab omnibus quæ diximus in reſponſione ad Primum cōtrarium: & hæc ſint non reuocata, immo approbata, & rènouata, per Greg. 13. ſupra. dum relinquit omnia ſicut prius, patet clariſſimè Epiſcopos nil poſſe contra dicta Iura, & priuilegia, ſtatuere: cum par in parem non habeat imperiū, quanto minus in Superiorem omnium, ſcilicet Papam, à quo Ius dictę Clem. & priuilegia emanarunt.

Interrogans: cū dictas reuocata.

45 AD Secundum, quod auctor dicit, ſcilicet quod Epiſcopus poteſt impedire ne Regulares Confeſſiones audiant ergo melius limitare? Dico quod eſt verum in Regularibus ſibi ſubiectis, & in illis quibus Epiſcopi conferunt iuriſdictionem, & approbationem; non autem in

Quid ſi Epiſcop. ſine iuſta cauſa nolue rit regulares approbare?

in exemptis, qui habet illã à Papa, quia iſti tales, ſi Epiſcopus, abſque iuſta cauſa noluerit eos approbare: poſſunt, auctoritate Papæ, audire Confeſſiones, quia tũc ab illo cẽſentur approbati vt habetur in dict. Clementi. Dudum. & Nauar. & omnes tradunt ſupra.

46 QVare. Primo Dico, (ſalua Illuſtriſſimorum, pariterque Reuerendiſſimorum Præſulum honeſtate, & debita reuerentia) quod ſi Regulares, ad minus à ſuis Superioribus præſentatos, ſecundum tenorem d. Clem. dudum & inuentos idoneos, noluerint abſque iuſta cauſa, ſine ſuorum caſuum reſeruatione, approbare: ſunt à Papa approbati vt ſupra. Et quia dicti Prælati faciunt iniuſtitiam in re graui, videtur mihi quod ſit mortale peccatũ, maxime quia ſuper hoc ſunt multæ prohibitiones, & cenſuræ.

Primo. Quia faciunt contra Ius dictæ Clem. Dudum de ſepul.

Bulla Alex. IIII. SEcundo. Faciunt contra Alex. IIII. Qui in quadam Bulla, Epiſcopis ſic ait; Quo circa, vniuerſitatem veſtram rogamus attentius, & hortamur; per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus veſtris iuribus manentes contenti, nullam eis, vel ipſorum domibus, cõtra prædictorum priuilegiorum, & indulgẽtiarum inferatis moleſtiã, vel grauamẽ, quin potius habeatis eoſdẽ, pro Diuina, & noſtra reuerentia commendatos &c.

Bulla Sixti. IIII. TErtio. Faciunt contra Sixti. IIII. Bullam, qui ſic ait: Diſtrictius inhibentes eiſdem locorum Ordinarijs, ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & Suſpenſionis à regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum, ac Parochiarum Eccleſiarum Rectoribus, & alijs quibuſcunq; ſub Excommunicationis latæ ſententię, & priuationis earũdem Eccleſiarum Parochialium, ac omnium aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ obtinent, nec non inhabilitatis ad illa, & ad alia, in poſterum obtinenda, pęnis, eo ipſo, per eos qui contra fecerint incurrendis; nec Ordinis prædicti Fratrum Eremitarum domos, & profeſſores, præter, aut contra prædictarum Innocentij, Bonifacij, Alexãdri, Martini, Eugenij, Nicolai, & Benedicti prędictorum, & aliorũ quorumcunque prædeceſſorum noſtrorum præſentiumque noſtrarum litterarum, tenorem, in quietare, ſeu moleſtare, &c.

Leonis X. Quarto. Faciunt contra Leonem X. Qui faciens irritum & inane quicquid contra &c. ponit hanc clauſulam: Quod ſi ſæculares veſtro Mari magno, vel cuiquam conceſſionum veſtrarum contraire temere audeant pro excommunicatis publicari volumus. Si Clerici, præter cenſuram ſupra dictam, Dignitatibus, & beneficijs Eccleſiaſticis, priuatos eſſe, eaque libere impetrari poſſe, decernimus. Et paulo inferius ait: Quod ſi quis; huic noſtro decreto, aut conceſſioni, aut cuiquam aliarum, quæ tuo Ordini (vtcunque factæ ſunt) contraire, aut minus integre cedere, & parere auſus fuerit: volumus vt eandem pœnam incurrant.

47 *Idonei approbãdi.* HIs rationibus, multiſque alijs conſtat, Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. pręlatos non poſſe, idoneos regulares repertos, non approbare; nulla interpoſita cõditione, aut grauamine: niſi adſit iuſta cauſa, vt dictum eſt, ſi quidem dicti Fratres habẽt iuriſdictionem à Papa, cũ hac ſolum conditione: quod Epiſcopus eos examinet, & inuẽtos idoneos approbet.

48 *Poteſtas ſacerdotis quo iure.* DIxi: iuriſdictionem; & non poteſtatem; quia omnes Sacerdotes, à ſua ordinatione habent poteſtatem, iure Diuino abſoluendi ab omnibus caſibus, & peccatis. Conc. Trid. Seſſ. 23. c. 15. Nau. c. 27. nu. 263. Et omnes. Et quia hæc poteſtas, quam habent iure Diuino, interdicta eſt illis iure poſitiuo, quouſque habeant materiã, oues, ſcilicet, in quas poſſint eam exercere: Papa tribuit illis materiam, committendo illis; qui inuẽti fuerint idonei, oues ſuas, in quas poſſint poteſtatem ſibi traditam exercere. Habent enim Epiſcopi, in hoc caſu, circa Regulares tantum nudũ miniſteriũ. Nau. Armĩ. & alij ſupra. Vt quando (v. g.) Papa concedit mihi beneficium, hac conditione: ſi Epiſcopus inuenerit per examen, me eſſe ſufficientem, & idoneum; clarũ eſt ꝙ ſtatim, quòd inuentus fuero idoneus ab Epiſcopo, collatum eſt mihi beneficium non ab Epiſcopo, ſed a Papa. Et quòd

ſi Epi-

ſi Epiſcopus, abſque iuſta cauſa, negaret mihi approbationem, facit mihi iniuſtitiam, & teneretur ad intereſſe, ſi damnũ aliquod eueniſſet. Similiter fit hodie in Matrimonialibus diſpenſationibus: ꝙ Papa committit Epiſcopo, vt facti veritate, per informationem reperta, diſpenſet: Clarum eſt etiam, quòd ſi facta informatione legitima, conſtat de veritate; Epiſcopus, niſi alia adſit iuſta cauſa, non poteſt negare diſpenſationem. ſic in noſtro propoſito &c.

49 *Regularis non ſe poteſt ſubijcere Epiſcopo.*

IMo Dico Secundo, Quòd etiam ſi Regularis quiſpiam, etiam Prouincialis, voluiſſet, ſuis priuilegijs cædendo, ſe iuriſdictioni Epiſcopi, & præceptis ſubmittere; non poterit facere: tex. expreſſus in c. Cum tempore. de Arbitris. vbi ꝙ exẽptus non poteſt renunciare exemptioni, ſine licentia Papæ. facit tex. in c. Quàm periculoſum 7. q. 1. vbi, quod eſt periculoſum in rebus Diuinis, cædere iuri ſuo.

V. quilibet poſſit renũciare iuri ſuo?

Ratio huius eſt, quia licèt vnuſquiſque poſſit renunciare Iuri ſuo, vt probant Iura, quæ citat Ang. verbo. Renunciatio. §. 4. Arm. (citans Pan. & Syl.) verbo. Exemptio. §. 8. intelligitur quando tale Ius, priuilegium, vel fauor eſt introductus in fauorem, vel commodum priuatæ perſonæ: ſecus ſi in fauorem aliorum ſimul, vt probat ſupradicti auctores, verbigratia; Status Clericalis habet hoc priuilegium in fauorem omnium Eccleſiaſticorum; ne quis Clericus poſſit conueniri coram iudice Laico, vt patet in capitulo. Si diligenti. & toto titulo, de Foro competent. Nullus particularis poteſt Iuri, & priuilegio huic renunciare, & cędere, abſque Pontificis ſui, ſcilicet Epiſcopi licentia; Quia eſt in fauorem aliorum. Sic in noſtro propoſito, in quo cum priuilegia omnia, ſint conceſſa à Summis Pontific. toti Religioni. D. Auguſtin. D. Dominici, D. Franciſci, & cæteris, in fauorem totius Religionis, nullus particularis illis renunciare poteſt, abſque Papę licentia.

50 TErtio Dico. Quod, etiam ſi, aliquibus grauiſſ. Doctoribus viſum fuerit, (vt Ego viuæ vocis oraculo audiui) ꝙ Regularis ſemel approbatus ab vno Epiſcopo poſſit audire Confeſſiones vbique terrarum, abſque alia aliorum Epiſcoporum approbatione; non videtur mihi tuta opinio, de iure communi, niſi particulare, de hoc, Regulares expreſſum habeant priuilegium. Quia Cõcil. Tri. Seſ. 23. c. 15. dicit: Regulares approbari debere ab Epiſcopis: & ita intelligi debet, ab vno quoque Epiſcopo illius Diœceſis in qua Regularis habitat. Quod clare indicat Nau. c. 27. nu. 266. allegans Clem. Dudum. de Sepult. per quam (ait) Regularis ſemel approbatus non indiget noua approbatione. & inſinuat clarè quòd in vnaquaque Diœceſi. Quod fuit iam declaratum Romę anno 1587. vt in fine huius Quęſt. uidebis.

V. Regularis ſemel approbare poſſit ubi que abſolueret

51 *Confeſſor idoneus poteſt eſſe in uno loco etc.*

COnfirmatur. Quia ſecundum omnes, poteſt vnus Cõfeſſor idoneus eſſe ĩ vno loco, & nõ ĩ alio. Na. c. 4. nu. 11.

52 OPinio ergo verior, & ſecurior (quã grauiſſimos huius temporis vidi tenere viros) eſt quod Regularis ſemel approbatus in vna Diœceſi, non indiget noua approbatione; etiam ſi per multos annos in illa ſit. Nau. ſup. & declarauit, de nouo concedendo, Pius PP. V. in motu quodam proprio, quem Ego vidi.

Niſi in tali loco vel ciuitate, vbi eſt, ita noua ſuperueniret cauſa, quod iã vt prius, idoneus non reputaretur, vt ſi in loco (v.g.) vbi ſolebant, tantum habitarè ſimplices, & ruſtici, nunc de nouo veniret mercatores complures, vel quia factus eſt portus Maris, vel nundinæ noui ter inſtitutæ, vt inſtituat. Na. c. 4. nu. 11.

Nec obſtat dicere, quòd Grego. 13. limitauit facta à Pio V. vt patet in motu proprio, quem Nau. in fine Manualis po nit. Quià, quamuis reſtrinxerit; omnia tamen reliquit in illo ſtatu, quo ante Pium V. erant; At, hoc eſt conceſſum Regularibus per Clementinam. Dudum; ſecundum Nauar. c. 27. num. 266. Ergo Gregorius non tollit hoc. Imo ſingulis annis idem cõfirmauit in Bullis Cinciaris pro Hiſpanijs, lingua Latina, his verbis: Et quo ad regulares, ſemel tantum, & ita fuit determinatum in Sacra pro Con. Tri. Congregatione, Menſę Iunio 1587. quod Ego vidi.

Poſt quę omnia iam ſcripta, vidi quã dam litteram miſſam ab Illuſtriſs. Card. S. Sixti ad Illuſtriſſ. Card. Bortomęum (quæ habetur in Concilio Mediolan. 3. ad fin. pagina 115.) qua habetur S. D. Gregorium XIII. cum Congregatione Cardinalium Concilij Tridentini declaraſſe: Regulares, etiã virtute Maris magni non poſſe à caſibus ab Epiſcopo reſeruatis abſoluere. Quod etiam habetur in dicto Concil. Tertio Mediol. de Pœniten. Sacramento pag. 25. & fatetur etiã Illuſtriſſ. atque Reuerendiſſimus D. D. Card. Paleo. in Caſibus ſibi reſeruatis, declaratum fuiſſe à Sanctiſ. D. Greg. XIII. Fœliciſſ. Recordationis. * Poſt huius libri impreſſionem multi. R. Religioſi, magna grauantur difficultate, (quę aliquantulum premit) quærentes: Quare, cum Bullæ tantum valent, quantum ſonant; vt ſupra. de Indulgẽ. nu. 9. & Mare magnum, & Bullæ Apoſtolicæ Confraternitatibus. S. Tri. S. Auguſtini, S. Marię in Porticu, Ieſuatorum, &c. conceſſę apertisſimè concedãt, poſſe quem abſolui à caſibus ſedi Apoſt. reſeruatis, ſemel in vita; & ab alijs toties quoties Confeſſus illa fuerit, & Papa id facere queat, vt ſup. dicti fratres non posſint tales abſoluere? Quibus tale dedimus & damus reſponſum, Papam nullum velle decipere, vel animabus funes in laqueum extendere. Quapropter, ſub eius correctione. Dico, Religioſos omnes & alios Sacerdotes Confeſſores poſſe virtute dictarũ Bullarũ generaliter loquẽtiũ, quoſcũq; fideles ab ijs caſibus abſoluere, quos dictæ Bullę concedunt, ſiue ſint Epiſcopis reſeruati ſiue non. quia alias Papa videretur velle animas decipere, (ꝙ abſit) cum generaliter id cõcedat. Prob. quia in Hiſpania Confeſſores, per Bullam Cruciatæ, quæ eandem clauſulam habet, Epiſcopo minime requiſito, ab omnib. ſuis caſibus reſeruatis abſoluunt. Secundo, Quia ſi Papa id vellet prohibere, iã per vniuerſum Orbem motus aliquis proprius miſſus fuiſſet, maximè in re ſic graui. Tertio. Quia quidam Religioſi ex aliquibus Illuſtribus Religionibus virtute ſuarum Bullarũ omnes à dictis caſibus abſoluunt minime pœnitẽtẽ ad Epiſcopum, vel pœnitentiarios mittentes. Ad prohibitiones autem ſupra dictas poteſt reſpõderi, eſſe intelligẽdas ſtãdo in iure communi; non autem eſſe extendendas contra priuilegiatas perſonas: alias. n. S. D. N. Papa videretur ſibi contrarius negãdo, vna via, ꝙ altera conceſſerat in eadem materia. Quibus omnibus ſupra dictis non obſtantibus, hodie duo (ſub S. R. Eccleſiæ correctione) reſolutiue tenẽda eſſe cenſeo. Primum, Regulares virtute Maris magni, aliorumque priuilegiorũ ſibi cõceſſorũ non poſſe abſoluere pęnitentes à caſibus illis, quos Epiſcopi ſibi reſeruãt; licèt poſſint abſoluere ab oĩbus Papæ reſeruatis, ſibi in dicto Mari magno, & ſupradictis Bullis conceſſis; & ab illis quos tex. in d. Clementina, Dudum. de Sepulturis à iure ſibi concedit. Quia vltra Concilium Mediola. & alia Illuſtriſſimorũ Cardinalium teſtimonia hodie videtur clarum, eũm S. PP. Innocẽt. IX. & nunc S. D. N. Clemens VIII. in ſuis Iubileis caſus Epiſcopis reſeruatos conceſſerint, innuentes abſque Iubileo abſolui aliàs non poſſe. Secundum, quod quilibet habens particulare priuilegiũ, vt ſunt omnes adſcripti ſocietati Sãctiſſimæ Trinitatis, Roſarij, Conceptionis B. Mariæ, Corrigiæ. S. Auguſtini, Cõfraternitati RR. Patrum Ieſuatorum. S. Ieronimi, & alijs ſimilibus, poſſunt abſolui ratione Bullarum ſuarum ab omnibus caſibus ibidem cõtentis, quemadmodum etiam in Hiſpani quilibet habens Bullam Cruciatam abſoluitur per illam ab omnibus caſibus Epiſcopis reſeruatis qui de Iure, & conſuetudine reſeruãt ſibi infra ſcriptos.

CASVS EPISCOPI A Iure.

QVo viſo, Quæritur, nunc. Qui ſint, & quot iſti caſus Epiſcopus reſeruati? 53 Reſp. Caſus Epiſcopo reſeruatos in duplici eſſe differentia, aut de iure, aut conſuetudine. De iure ſunt (ſecundum Communiorem opinionem, quam ponit Nauarr. cap. 27. nume. 262. The-

ſaurus

ſaurus Sacerdotalis pagina fol. 88.) quatuor, quinque, aut ſex.

I. Peccatum Clerici quod habet annexam irregularitatem.

II. Eſt crimen incendiarij Domorum ſtugum, aut aliarum rerum ex propoſito factum, Quod procedit in dante conſilium, vel auxilium. Vt c. Peſſimam. 23. q. 8. *De Comburente autem Eccleſiam ſic ait Ca. 28. pęnitentialis: Comburens Eccleſiam quindecim annis pęniteat, & eam reſtituat, & habetur in §. Si quis. in verſi. Maius. 17. q. 4. De Comburentibus alias res, ſic ait Can. 40. pœnit. Qui domum vel aream voluntariè ſuccendit, ſublata vel incenſa omnia reſtituat, & tribus annis pœniteat. c. Si quis domum. de Iniur. Vbi Nota quòd Canon dicit quòd ſi ex odio, vel iniuria hoc fecerit, excommunicari debet, nec abſolui, donec ſatisfecerit, & iurauerit, quòd ignem de cætero non apponet. Imponitur autem ſibi vt Hieroſolymam vel in Hiſpaniam vadat in Dei ſeruitio, anno integro ibi moraturus. & vide quę ſequũtur ibi: in fine Decreti. & Bernar. Diaz. in praxi. c. 98. & Medices in ſum. peccatorum. 1. part. quæſt. 82.

III. Peccatum requirens pœnitentiã ſolemnem. Et pro quo peccato, & qualiter ſit imponenda vide in principio. de pœnitentia publica.

IIII. Abſolutio blaſphemiæ publicæ, & notoriæ. c. Statuimus. de Maledicis. cui communis innititur, ſed non probat: quia loquitur in foro contentioſo, vt notauit Ang. verbo. Caſus, in principio, & Nau. ſupra.

Imo credo Confeſſorem quẽque poſſe blaſphemum ſecretum, vel non publicum, & notorium abſoluere: quia in Cõcil. Later. Seſ. 7. §. Ad abolendam. ſtatuitur, vt blaſphemus non abſoluatur in foro conſcientiæ, niſi cum pœnitentia ad arbitrium ſeueri confeſſoris. Ergo cum tali poterit abſolui? Nau. ſupra: & alij Doctores.

V. Qui ponunt quintum ſcilicet Diſpenſatio votorum. qui non eſt caſus, & Sextum ſcilicet. Abſolutio excommunicationis: quæ non eſt peccatũ, ſed pęna.

Hos etiam caſus ponit Vict. de Clauibus ad finem. Bar. Me. in Sum. c. 10. §. 3. Gl. in c. 2. de pęniten. & remiſ. in lib. 6.

De Conſuetudine etiam generali, vel quaſi, reſeruantur Epiſcopo alij quatuor caſus, quos ponit Gl. in Extrauag. Inter cunctas. de priuil. & Nau. ca. 27. nu. 62. Med. ſup. Theſaurus tamen Sacerdotalis. 1. par. fol. 88. Silu. verbo. Caſus q. 4. Armil. eo. nu. 6. per Extraua. Inter cũctas. ſup. & alij ponũt quinque. 54 *Caſus reſeruati ex cõſuetudine.*

Primus eſt Homicidium voluntarium, aut mutilatio membrorũ, nec is, aut mãdans, vel conſentiens abſolui debet, niſi ſatisfactione præmiſſa. c. Si quis membrorum. 23. q. 5. In terris tamẽ Papę vel Eccleſiæ, homicidium Papę reſeruatur. vt ait Sil. ſupra. Sed non eſt in vſu. *Homicida qualiter abſoluendus.*

II. Eſt crimen falſarij ſeu falſi. videlicet, qui falſat literas, vel ſcripturas. Teſtis falſus quando falſum dicit, vel quando tacet veritatem, quam dicere tenetur. Teſtis recipiens pecuniam, ne teſtimonium dicat. Item Notarius, Aduocatus, vel Procurator, qui inſtrumenta vnius partis alteri oſtendit. Syl. & Arm. ſupra. *Falſarius quis.*

III. Eſt violatio Eccleſiaſticæ libertatis: qua, ſcilicet, iniuſtè, perſonæ, vel res Eccleſiæ grauantur. Hodie tamen tales ſunt excommunicati per Bullam in Cœna Domini. Sil. Armil. Theſaur. Nau. ſupra.

IIII. Eſt violatio immunitatis, quia. ſ. in Eccleſia, vel in loco Sacro, aut ſpatio priuilegiato in circuitu Eccleſiæ, proximum in perſona, vel rebus offendit. c. Si quis. 17. q. 4. vel aliter eius immunitatẽ lædit; vt extrahendo iniuſte delinquẽtem gaudentem tali immunitate: tales non ſunt excommunicati, ſed excommunicandi. Et ita omne Sacrilegium videtur caſus Epiſcopalis de conſuetudine. Syl. Armil. Nauar. ſup. *De immunitate Eccleſiarum.*

Pro hoc caſu Not. ꝙ omnes illi qui non ſeruant, vel lædunt immunitatẽ Eccleſiæ in ijs rebus, & locis, quæ ponit Naua. c. 25. nu. 17. & 18. incurrunt in hunc caſum Epiſcopo reſeruatum. videlicet: Qui extrahit delinquentẽ à quolibet Eccleſia, Capella, Baſilica, Heremitorio, Sacello quolibet, auctoritate Epiſcopi ad *Nota.*

H 2 cele-

celebrandum deputato, Cœmeterio, Dormitorio communi Clericorum, & Religioſorum, clauſtro, & pauimento, Domo Epiſcopi, Hoſpitali. Item hoc priuilegio gaudet Sacerdos portans Euchariſtiæ Sanctiſſimum Sacramentum extra Eccleſiam; & Cardinales, Imperatores, & Reges, & eorum Regiæ.

Sortilegi infames. V. Eſt Sortilegium, & Diuinatio. c. 1. 16. q. 1. & tales ſunt infames, & repelluntur a teſtimonio & accuſatione. cap. Conſtituimus 3. quæſt. 5. Syl. Armil. & Theſaurus, ſupra.

Naua. c. 17. nu. 92. & ſupra ponit aliũ caſum. ſ. peccatum retinẽdi in terra aliena. de cuius caſus veritate, vide diſtinct. num. 92.

55 ALij complures ſunt caſus, quos Epiſcopi paſſim ſibi reſeruant. de quibus (vt Cai. verbo: Caſus. ait) ſeruetur vniuſcuiuſque Diœceſis conſuetudo & conſtitutio, & Nau. & omnes.

56 *Nullus cas⁹ Papę reſeruat᷑ abſque cenſura.* CIrca reſeruationem Papę Nota primo. Nullum ei eſſe caſum reſeruatum, cui non ſit annexa aliqua cenſura. Et conſequenter, cũ Papa concedit ſuos caſus; concedit abſolutionem à cenſura tali caſui impoſita; qua cenſura ſublata, Parochus poteſt abſoluere. vt ex D. Ant. & Cai. tradit Nau. c. 27. nu. 261. & diximus ſupra.

57 *V. Mortuo vel amoto Epiſcop⁹ ceſſent caſus ſibi reſeruati?* CIrca caſus Epiſcopo reſeruatos. No. Secundo, quo mortuo, vel amoto Epiſcopo vnius Diœceſis ceſſant omnes illius caſus, quos ipſe ſibi, ad beneplacitum reſeruauerat, & tantum reſtant illi, qui ex iure ſunt & generali conſuetudine. Ita quod Epiſcopus nouus de nouo illos extinctos, vel aliós non promulgauerit, tãtum erunt reſeruati illi quĩ de iure ſunt, & generali cõſuetudine. Bart. Med. ſumma. lib. 1 c. 10.

58 *V. habẽs caſũ reſeruatũ poſſit abſolui in alio Epiſcopatu.* TErtio. Quod (licèt Med. ſup. §. 3. contrariũ teneat) Epiſcopus vnius Epiſcopatus, vel habens eius caſus. poteſt abſoluere pœnitentem alterius Epiſcopatus a caſu reſeruato ſuo Epiſcopo. Nauarr. cap. 27. numer. 261. Quòd. Ego limitarem: niſi ille pœnitens fraudulenter hoc feciſſet, cauſa liberius peccandi.

QVarto. Quod in articulo mortis nullus eſt caſus reſeruatus vel cenſura: tex. in c. Fęlicis vel ſi. Præſenti, de Pœnis, in 6. vbi Glo. c. Paſtoralis. de Offi. Ord. c. Cupientes, de Pœnis, in Clem. c. Inter cunctas. §. Duos, in Extrau. comm. Conc. Trid. Seſſ. 14. cap. 7. in fin. & omnes Doctores. 59 *In articul. mortis nil ſeruatum.*

SEd an hoc procedat etiam in periculo mortis, vt cum quis ingreditur Mare periculoſum, vel Bellum, vel quando mulier eſt proxima partui? Reſp. quòd licèt Sot. diſt. 18. q. 4. ar. 4. Canus de pęn. 5. par. Mandoſius in praxi ſignaturæ. rit. Confeſſionale. fol. 75. col. 1. dicant quòd non. contrarium eſt tenendum cum Naua. c. 2 nu. 9. & melius. c. 27. num. 172. §. 7. Paluda. 4. diſt. 17 q. 2. Adria. de confeſſione. q. 3. Ioan. Med. de confeſſione. tracta. 2. fol. 79. col. 3. & fatetur tandem Sylua. Confeſſio. 1. §. 7. & Abſolutio. 1. nu. 10. Co. in c. Alma mater. 1. par. §. 11. nu. 8. & Mantius, Gueuara. & alij Magiſtri Salmanticenſes. 60 *V. proc̃edat ĩ periculo mortis.*

SEd an talis Sacerdos valens in articulo mortis abſoluere, teneatur petere licentiam, ſi ſit facilis aditus ad Superiorem; Reſp. quòd quidam dicunt, quòd in articulo mortis, quilibet Sacerdos poteſt abſoluere à quocũque caſu etiam Bullæ Cœnæ, nec teneri ad petendam licentiam Superioris, licèt ad illum eſſet facilis recurſus: quia Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 7. in fi. ita abſolutè loquitur in eo articulo, nullum eſſe caſum reſeruatum à quo non poſſit quilibet Sacerdos abſoluere. Quare Nau. c. 27. nu. 272. §. 7. dicit: poſſe abſolui etiam ab excommunicato denuntiato &c. & nunc ſuſtulit in latina id, quod dixerat in Hiſpan. ſcilicet recurrendum eſſe ad Superiorẽ. Et nu. 90. ad quintam, tenet; quod excommunicatus, qui habet impedimentum adeundi Papam, perſonaliter, non tenetur mittere procuratorem pro abſolutione; ſed poteſt abſolui ab Epiſcopo, ergo infirmus qui nequit ire ad Epiſcopum perſonaliter, poteſt abſolui à Parocho? 61 *V. Sit in articulo mortis petenda licentia ſi Superior adeſt.*

COnfirmatur. Quia multi tenent quod qlibet ſacerdos habet à Chriſto iuriſdictionem Iure Diuino in articulo 62 *Iuriſdictio abſoluendi in articul. mortis quo iure ſit?*

ticulo

ticulo mortis.Palud.d.20.q.1.ar.2. Capreol. Ricard.ar.5.q.1.Cano.clarius.de pœn.p.5.Ledeſ.2.p.q.7.ar.8.diſt.26.in fi.Significat Dur.diſt.24.q.1.Alber.ibi. ar.39.Caſtro.lib.2.de Iuſta Hæret.punitione.c.24.Ioan.Med.de pœnitentia tractatu 2.fol.60.Abulenſ.2.par.de confeſſione.cap.62.Syl.Confeſſio.1.§.fi.Taper.ar.3.pag.136. Nihilominus hoc limita quando abeſt ſuperior.Pro quo nota ſequentes Concluſiones.

63 PRima Concluſio.Quando eſt facilis recurſus ad Epiſcopum Nuntium, vel Inquiſitorem, abſque periculo quòd interim decedat infirmus,non debet Parochus abſoluere a reſeruatis, niſi de licentia Epiſcopi Sot.4.diſ.22.q.2.art.3. Nau.in vulgari antiqua.c.27.nu.111. * Et nota,quòd quamuis in multis caſibus facta ſub ratihabitione teneant; Abſolutio tamen ſacramentalis à caſibus reſeruatis,data à poteſtatem non habenti, ſub ſpe ratihabitionis ſuperioris, non tenet, probat optimè Henricus, Gand. quodl.8.q.28.

64 *In articul. mortis quilibet Sacerdos, quoslibet pœnitentes à quibuſlibet, &c. poteſt abſoluere.* SEcunda Concluſio. Vrgente periculo quilibet Sacerdos,quantumuis mortali irretitus,præciſus,Excõicatus,& publicè denuntiatus,Suſpẽſus,Degradatus Schiſmaticus,& hæreticus,intendens abſoluere dummodo nõ ſit periculum ſubuerſionis;poteſt nunc abſoluere ab omni peccato, & cenſura.vt ex S.Th.in addit.ad 3.p.q.19.ar.6.tradit Vict.de Clauibus.§.Sed nunquid.Pal.4.d.26.q.1.ad fin.Syl.Confeſſio.1.§.vlt.Maior.4.d.17. Gl.in c.Quod in te.de Sponſalibus.Caie. verbo Abſolutio pœnitentialis.ibi:Poteſt quilibet Sacerdos: & multi ex ſupra allegatis ante.1.concl.& Ekius.lib.3.de primatu Petri.c.52.Simancas,de Catho. inſt.c.3.Armil.Abſolutio.nu.13.Victo. ſup.Conc.Arauſican.c.2. Et hæc opinio videtur hodie determinari à Conc.Tri. *Nota.* Seſ.14.c.7.dum ait verba generaliſſima, quæ omnes comprehendunt Sacerdotes quæ ſic ſe habent;Atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes,a quibuſuis peccatis,& cẽſuris abſoluere poſsũt. Quid clarius? Et ita eſt tenendum,quã uis ante dictum Cõc. communis opinio contraria ſeruabatur,vt ait Naua.c.26. nu.26.& Vict.ſup.Et quamuis idem Naua.ſup.& ca.27.nu.272.§.7.& Sot.4.d. 18.q.4.ar.4.de hæretico,non concedant patet tamen clariſſimè hoc velle Conc. Tri.ſup. Quia ſi hæc generalis locutio (omnes Sacerdotes)non eſſet vera: non verificarentur etiam aliæ(quoslibet pœnitentes,)& a quibuſuis peccatis.

PRimo. Aduertat Confeſſor, quod quando in articulo mortis,abſoluit à reſeruatis;debet imponere moribundo illud onus, vt ſi conualuerit, teneatur ſe præſentare Superiori;ad quem caſus ſpectat. Non vt iterum abſoluatur à peccato,quia iam omnino eſt abſolutus;ſed ne reincidat in Excommunicationem,in quam incideret,ſi non ſe præſentaſſet. Vt benè Nau.c.26.nu.27. & alij cõiter. 65 *In articul. mortis quid iniungẽdum infirmo?*

SEcundo. Aduertat quod ſi incurreret pœnitens Excommunicationem,per damnum tertij; tenetur exigere ab illo cautionem(ſaltem iuratoriam) quod ſatisfaciet per ſe,vel per hæredes,cum primum potuerit,vt ait Nau.citans alios.c. 27.nu.47.Cou.in c.Alma,§.11. nu.11. Polanco.in Directorio.fol.51,idem Naua.c.26.num.7. 66

TErtio. Quod quamuis Caie. verbo. Abſolutio.c.4.& Excommunicatio.c.7.& Sil.Abſolutio.1.nu.10.in fine dicant; quod Confeſſor abſoluens ſine tali cautione,incurrit Excommunicationem; Contrarium eſt tenendum, vt ex Ang.Sil.& alijs probat Nau.c.22.nu. 75.declarando Extrauag.Sixti IIII. 67 *V. Abſoluens ſine dicta cautione ſit excõicatus.*

TErtia Concluſio. Extra hunc caſum, non poteſt Confeſſarius abſoluere ad reincidentiam etiam per Bullas,de quibus ſupra.Couar.ſup.nu.6. 68

HInc ſequitur, multum prodeſſe dictas bullas pro articulo mortis. Primo, quia non tenetur Confeſſarius ire ad Epiſcopum, etiam ſi eſſet ad illum facilis recurſus. Secundo. Etiam ſi infirmus conualeſcat, non tenetur præſentare ſe Superiori; quia, vt in vita, etiam in morte ſemel abſoluitur ſimpliciter, etiam à reſeruatis in Cœna Domini. *Bulla proſunt multum pro articul. mortis.*

V. Oſtendens tãtũ ſigna Cõtritionis poſſit abſolui.

70 VTrum. Qui in articulo mortis tantum exprimit ſigna contritionis, percutit enim pectus, vel eleuando oculos manusque ad Cœlum; non tamen manifeſtare poteſt peccatum vllum in particulari, vel generali, ore vel ſigno aliquo, poſſit Sacramẽtaliter abſolui? Reſ. ꝙ licèt Nauar. c. 26. n. 27. & Abulẽs. in Matth. c. 16. q. 49. & q. 43. col. 8. Maior 4. d. 14. Sot. d. 18. q. 2. ar. 5. Io. Med. C. de Confeſſione. q. 53. Ledeſma. 2. par. 9. ar. 5. dub. 2. dicant quòd non; & idẽ Nauar. c. 27. nu. 268. tãquã certiſſimum neget.

71 NIhilominus tamẽ, probabilis eſt ſẽtentia, & in praxi tuta, quòd talis poſſit abſolui, modo præſtet ſigna Contritionis in communi. Quod tenuit (me præſente) Magiſter Mācio, inſignis Dominicanorũ uir, Cathedrã primariã Sacræ Theologię Salmanticæ moderando. Tenent doctiſſimi Dominicani, Magiſter Pœnam, Ambroſ. Salazar. Sotomayor, & alij Magiſtri Salmanticenſes. Tenuit Magiſter Sancho quondã Canonicus Salmantinus, Lectorq; caſuum cõſcientię, qui affuit Cõcil. Trid. & poſtea creat' fuit Epiſcop' Guadixienſis. Mag. Eſpinar Canonicus Abulenſ. in Hiſpania. Conſulti Patres Ieſuitæ complures, Doctiſſimiq; per Italiam, Galliã, & Hiſpaniam: reſpõdẽt ſic practicari, & ſeruari ab omnibus ſuis vniuerſaliter, & ſic tenuiſſe quoſdam grauiſſimos Doctores ſuos. S. D. Natalẽ, & D. Ledeſm. Romæ. Et vltra hos moderniores, in hãc partem propendit Cano. de pœnit. 5. par. ad 5. dicens: id ſentire D. Aug. lib. 1. de adulterinis coniugij. c. fin. Quod ſi quis voluerit abſoluere (ait Cano) non repugno ſi me autore non faciat. Fauet S. Th. opuſ. 65. dum ait: talẽ poſſe vngi extremę, Baptizari, & à peccatis abſolui licèt Nauar. d. n. 268. non intelligat Sacramẽtaliter. Fauet S. Ant. 3. par. titul. 10. c. 2. & poſtea in Confeſſionali dicto, Defecerunt; aperte hoc tenet, quẽ ad hoc refert, & ſequitur Sacerdotale Romanum. c. 26. & Silue. Cõfeſſor. 3. q. 13. tenet. Cordub. li. 3. q. 27. poſt 7. propoſition. & q. 39. puncto. 2. Alcocer. in Summa. capit. 11. fauet. Medina. ſupra.

Et probatur, quia quando quis recordatur ſe feciſſe mortale, cuius poſtea nõ recordatur, ſufficit confiteri in genere, & poteſt abſolui, ut tenet D. Tho. 4. diſt. 21. q. 2. ar. 1. ad 3. & alij.

Imò (meo Iudicio) Nau. d. nu. 268. videtur ſentire quod poſſit cum ſignis cõtritionis, oſtenſis Sacerdoti à peccatis abſolui; dum ait in hęc verba ſcilicet non debere quem abſoluere Sacramentaliter infirmum, qui uerbis, uel nutibus nõ fuerit ei confeſſus aliqua peccata, licet antequam obmuteſceret, uel iudicium amitteret, uocauerit eum, quantumlibet uoluntatem Confitendi cum ſignis Cõtritionis oſtenderit alij, uel alijs quã abſoluturo. Ergo ſi abſoluturo oſtẽderit ſigna; poterit illũ abſoluere? Quod mihi uidetur clarum, uel Nau. non ſe bene explicat.

Quid ſi nullum oſtendit ſignum?

QVid ſi infirmus amiſit uſum rationis, nec præbet vllum contritionis ſignum? Reſ. quod nullo modo eſt à peccatis abſoluendo. eſt communis omnium ſupra. contra Cordub. 72

Abſolutio rõne bullarũ qualiter facienda?

QVare aduerte: Quòd quando Sacerdos vult aliquem abſoluere, ratione alicuius bullæ, vel per abſolutionem, quæ ſolet haberi in Manualibus; non debet dicere: Abſoluo te peccatis. Poteſt tamen tali infirmo concedi indulgentia plenaria cuiuſcunque Bullæ, uel Confraternitatis, in quibus fuerit adſcriptus. Et hoc poteſt ei præſtare quilibet Sacerdos. Nauar. ca. 26. nu. 27. & in §. Leuitico. nu. 31. n. 8. 9. & 12. ait eſſe piu. Cord. ſupra. q. 27. in fin. 73

Euchariſtia, &c. poſſunt dari loqui non ualent.

Si autem tãtum amiſit loquelã nõ autẽ iudicium, & oſtenderit ſigna cõtritionis, poterit Sanctiſſ. Euchariſtiæ Sacramentum concedi; & Abſolutio à cenſuris, & Extrema Vnctio. ut ꝓbat. Nauar. c. 26. nu. 27. & c. 27. nume. 268. & num. 272. §. 6. 74

V. Laic' poſſit in art. mortis abſoluere ab excõmunicatione, &c.

VTrum in articulo mortis poſſit Laicus abſoluere ab excõmunicatione, & concedere indulgẽtias? Reſ. quòd licèt cõmunis opinio, quam per Gloſſ. verbo Prꝯterquã in c. paſtoralis. §. Præterea, de Officio Ord. refert, & ſequitur Nauar. c. 26. nu. Palud. 4. diſt. 20. q. 1. Sotus. diſt.

tus.diſt.18.q.4.ar.4.Couar. c. Alma.1. par.§.11.nu.9.Corduba.in ſūma q. 8.te neant ꝙ non.; Sententia tamen cōtraria eſt probabilius.Imò expedit,quod in ta li caſu conformans ſe opinioni probabi li,abſoluat.

Hāc opinionē tenet dicta Glo.in ptin cipio,quā ibi approbat Abb.Felyn.in c. A nobis.2.de ſent. excom. cū alia Glo. ibid.tenet.S.Ant.3.par. tit. 17. c.4.caſu. S.Th.quem refert, & ſequitur Armill. Abſolutio.nu. 39. & 40.Ledeſm.2.p.q. 26.ar.1.col.3.Victoria. & alij Magiſtri. Syl.Abſolutio.1.nu.8.in fin.Et quid cō ferat talis abſolutio data à Laico, tradit Syluеſ.& alij.ſupra.

AN poſſit quis in abſentia abſolui, di ctum eſt ſupra de cōfeſſione in ver ſiculo,vel particula: CORAM.

V. Plures poſſint abſolui ab una abſolutione?

QVæritur V. Plures poſſint abſolui ſimul vna abſolutione? Reſpō. ꝙ ſic,quādo in Maris procella,tēpore pe ſtis, vel belli confitentur multi publicè, & ſimul eidem confeſſario; tunc poterit ſacerdos, auditis quibuſdā vniuſcuiuſq; peccatis,omnes,uno verbo,ſimul abſol uere;exhortās prius eos ad dolorē,dicēs; Ego vos abſoluo.Nauarr.c.8.nu. 13.cū Ang.Cōfeſſio.1.nu.29.Armil. cōfeſſio. nu.24. Tabiena.verbo Confeſſor.2. nu. 40.Turre Crem.in ca. Quamuis de pę nit.diſt.1.Sot.4.18.q.2.ar.5.Ioan.Medi na.de cōfeſſione.q.19.fol.64.Ricar.diſ. 17.ar.3.q.8.Silue.confeſſio.1.nu.23.Pa lu.q.2.Sicut olim in primitiua Eccleſia, & nūc apud Indos vna aſperſione,& for ma ad multos dicitur: Ego vos Baptizo &c.Nec credas Scoto dicēti talē confeſ ſionem, & abſolutionem non eſſe Sacra mentum,contra Cōc.Trid. Seſſ.14.c.5. & cōtra omnes ſupra citatos.quia vt ſu pra probauimus nō eſt de eſſentia, quòd cōfeſſio ſit ſecreta. Et qualiter poſſint multę excōmunicationes vnica abſolu tione abſolui: vide mirabiliter Tiraquel
77 lū de vtroq; retractatu. §. 2.glo. vnica. nume.67.

V. Abſolutio data extcōmunicato teneat.

DVbium difficile eſt, An Sacramentū pœnitentię collatū Excommuni cato,teneat? Reſp. Primo eſſe cōmunem opinionem, illum qui talē Abſolutionē dat,& recipit ſciēter, grauiſſimum ſacri legium mortale cōmittere. argumento. c.Si celebrat, de clerico excom. miniſt. & ca.Sacris.de ijs,quæ vi,metuſvè cauſa fiunt,& probat Nauar.c. 9.nu.4.contra Ang.confeſſio.1.nu.4.&c.

Secundo. Reſ. quòd licèt Sylu.cōfeſ ſio.1.q.5.Palud.4.diſt.17.q.6.cōcluſio ne.2.& D.Anto.& corona cōfeſſ. & om nes,vt ait Armil.verbo Abſolutio.nu. 1. teneant: talē Abſolutionem non valere; & confeſſionem talem debere iterari;cō trarium tamen eſt tenendum cum Caie tano in ſum. verbo Abſolutionis impe dimēta,& verbo cōfeſſionis iteratio. & in 1.to.opuſ.5.q.2.Petro à Soto de inſti tution.Sacerd.de Excom.lect. 4. verſic. Petit.hic Bart.Med.in ſumma li.2.c.1 t. §.5.latè Naua.ſupra.vbi alios citat. imo ꝙ Abſolutio impēſa Excōmunicato,(li cèt peccauit)tenet in his caſibus.Primo. Quādo excommunicatus ignorauit Ex cōmunicationē, quocūque modo igno ret.Secundo. Quādo Excommunicatio eſt iniuſta.Quia,ſicut quotieſcunq; Ex communicatio eſt inualida, vel nulla, poteſt quis à peccatis iuſte abſolui,ſecū dū omnes.argumento.ca.Solet.de ſentē. excom.lib. 6.Nauar.ſup.& in c Cum cō tingat.de Reſcriptis:ita cùm eſt iniuſta, in foro conſcientiæ: licèt ſit ualida in exteriori.Ricar.4.d. 18.q.4.ar.3.Adria. 4. de confeſſion. queſt. 4. art. 10. Fely. & alij in c.finali de Teſtibus cogēd.Ter tio.Quādo quis ſcit ſe eſſe excommuni catū,ſed ignorat eſſe tale ſacrilegiū,pete re abſolutionem à peccatis, cùm ſit ex communicatus.Et hāc eſſe opinionē. S. Th.(cū Caiet.Nauar.& alijs)ait Armil. ſupra. Quia licèt S. Th. dicit, quòd ex cōmunicatus nō poteſt abſolui à pecca tis,ante excōmunicationis abſolutionē: non tamen dicit abſolutionem eſſe nul lam,ſi abſoluatur.Quia multa fieri pro hibentur quæ tamen facta tenent.Et pa tet à Pari,Quia ſi excōmunicatus reci piat alia Sacramenta, licèt non recipiat rem Sacramenti,ideſt gratiam;recipit ta men Sacramenta cōmunis. Imo Sot. 4. di.22.q.1.ar. 1. Opinionem hanc nō au det refutare, nec in eam vult libenter

In quib. caſibus teneat.

conſentire. In quo male ait Coron. Confeſſ. Pagina. 52. dicens. S. Thom. & Sotũ tenere contrariũ. Communis autẽ, opinio contraria ſolùm procedit, & habet locum, quãdo talis ſcit ſe eſſe excommunicatum; & eſſe peccatum mortale, ſic petere abſolutionem à peccatis, ante abſolutionem ab Excommunicatione. Quia talis Confeſſio erit nulla, & iteranda: quia hic defectus eſt ſubſtantialis; non quia abſolutio excommunicato ſcienti ſe talem eſſe, impeditur: ſed quia integram Confeſſionem non fecit; ſiquidem non confitetur peccatum illud, quod committit petendo talem abſolutionem. Nauarr. ſupra. cap. 6.

78 *Quid ſi ſimplex Sacerdos abſoluat de facto?*

QVæritur. Vtrum ſimplex ſacerdos tantùm habens Ordinis poteſtatem, vel clauem, ſi extra articulum mortis, de facto abſoluat; tenet Abſolutio? Reſpond. quòd licet quilibet Sacerdos, in ſua ordinatione recipiat poteſtatem abſoluendi: ut ſupra dictum eſt, illam tamen non poteſt exercere, quouſque illi materia, & licẽtia cõcedatur. Et ſic, ſi abſque hac, etiã ſi de facto abſolueret, nil valeret Abſolutio, & peccaret mortaliter. Eſt communis. in 4. diſtinc. 17. & facit text. c. Omnis de pęniten. & remiſ. cap. Quem pęnitet. de pęnitent. diſt. 2. c. 2. de Conſtitution. libro ſexto Nauar. ca. 4. & c. 9. nu. 6. Concil. Trid. Seſſ. 14. c. 6. 7. niſi in articulo mortis vt ſupra dictum eſt.

79 *Quid ſi excõmunicatus abſoluat?*

SEd quid ſi habens dictã clauẽ iuriſdictionis, & poteſtatem abſoluendi, habet illam impeditam, quia eſt excommunicatus, & publice nominatim denũciatus, vel publicus percuſſor Clerici: an ſi de facto abſoluat, valeat abſolutio? Reſpõ. cum diſtinctione, in articulo mortis, poteſt, & debet abſoluere: extra illum autem, nil valet abſolutio. vt ex Inno. S. Th. Palud. & Gloſſ. in c. Paſtoralis. de Officio Ord. tradit Armill. verbo Abſolutio. num. 12. & 13. Nauar. c. 9. nu. 8.

80 *Qualiter abſolutio dã da in iubileis, &c.*

DE caſibus Bullæ Cœnæ Domini, à quibus nullus abſque particulari priuilegio poteſt abſoluere. vide in expoſitione Bullæ infra in 2. p.

81 PRimo Nota, quòd quando quis abſoluitur virtute alicuius Iubilęi, vel Bullæ, licèt nullũ habeat caſum reſeruatum; eſt admirabile conſilium, et cautela quòd faciat ſe ad cautelam abſoluere ab omnibus caſibus, à quibus per talẽ Bullam poſſet, ſi illos habuiſſet; & diſpenſare in omnibus, quæ bulla cõcedit. Quia ſi tranſacto illo tempore Iubilei, vel Bullæ, recordaretur alicuius peccati, vel cenſuræ de cõtẽtis in dicto Iubileo, vel Bulla nõ tenetur adire Superiorẽ, Sed alius confeſſor poteſt illum abſoluere. tradit Nauar. cum multis ca. 26. num. 12.

82 *Qualiter ſeruanda abſolutio contenta in bullis?*

SEcundo Not. quod Forma abſoluendi in articulo mortis, à peccatis, & cenſuris, & concedendi indulgẽtias, quæ ſolet poni in dictis Iubileis, confeſſionalibus, & Bullis, non eſt neceſſarium, vt ſit illa, ſed ſufficiat alia Nauar. c. 26. nu. 30. S. Anto. 3. par. tit. 10. c. 3. Sylu. indulgen. §. 10. vel ſi. 5. nu. 28. Armil. Indulgẽtia. in fine. & ibid. Tabienna.

83 *V. Pænitens teneatur uitare occaſiones, & quales?*

ET quia nõ tantum ſufficit confiteri peccata, vt quis poſſit abſolui, ſed etiam requiritur propoſitum emendandi vitam iuxta illud: Mutet uitã, qui vult accipere vitã: Quæritur. X. Pęnitens, poſſit abſolui, ſi non proponat cuitare occaſiones peccandi mortaliter & quales teneatur? Reſp. quòd licet Ang. & Syl. & alij. verbo: occaſio & Gloſſ. verbo Cauſas in c. Pęnitentia, 3. de Pęnitẽtia. d. 3. & tex. in c. Valet. 31. d. aliqua dicant; longiori tamẽ ſermone de occaſionibus agit Nauar. c. 3. maxi. nu. 9. vſq; in finem. Ex quibus omnibus aliqua plus neceſſaria colligere libet.

84 PRimo. Dicit: Circa propoſitũ emendæ, quod vt pęnitens poſſit abſolui, oportet vt abſtineat à propinqua cauſa, vel occaſione peccati, non tamen remota, alias ſequeretur illud. 1. Corin. 5. debueratis de hoc mundo exire. & Sap. 14. Creaturæ in tentationem factę ſunt: & in muſcipulam pedibus inſipientium.

85 *Occaſio proxima, & remota.*

SEcundo Dicit: Quę ſit propinqua vel proxima occaſio, & ad hoc allegat. c. Negocium. de pęn. d. 5. vbi D. Grego. ait: illã eſſe, qua non poſſumus, aut nõ ſine magna difficultate, vti ſine peccato.

Vna occaſio nõ

TErtio. Dicit Quod vna occaſio poterit dici propinqua, & periculoſa quibuſ-

Omn.b' ſic periculoſa. quibuſdam, quæ nõ dicetur talis alijs diuerſę qualitatis & conditionis. vt puta ſi inueniatur Senex ſolus cũ quadam Virgine; vel aliqua mulier vetula cũ iuuene, vel quidam religioſus, & ſpiritualis homo cum alia ſimili; quia hæc occaſio eſſet alijs iuuenibus proxima, & periculoſa, iſtis autem non ſic.

86 *Qua dicat uel non proxima.* QVarto Dicit: Occaſio non cenſetur proxima ex eo, quòd pęnitentis confeſſarius credat, hunc aliquando, ſed raro relapſurum, niſi abſtinet ab illa. probat. c. 1. num. 12. & multis alijs, quia propoſitum firmũ eſt actus voluntatis; credere autẽ, non peccaturum, eſt actus intellectus. Poteſt autẽ homo, etiam peccator, certa ſpe voluntatis, ſperare Dei auxilium, & miſericordiã, & retributionem Dei, qui tamẽ certo nõ credat, ſe id adeptutũ: Conc. Trid. Seſſ. 6. c. 9. & 16. Deus etiã, nõ reſpicit fututũ, ut puniat, remittat, vel eligat; ſed propoſitum, & ſtatum præſentem, ſic enim elegit Iudã, quia tunc erat dignus; & Petrus commmunione, oratione, & ſermone Chriſti præmunitus, habuit firmum propoſitum: & tamen dubitare potuit de eo, qđ accidit; vt breui, eſſe Chriſtum negaturus.

Cõfeſſoris cõditiones. SEcũdo. Quia cõfeſſor non debet plus nimio conſtringere pœnitentem. Eccleſiaſtes. 7. Noli eſſe iuſtus nimis: ſed debet eſſe confeſſor ſuauis, & benignus, vt Nauar. ait c. 10. num. 2. & canitur in S. Eccleſia (ad alium finem:) Iſte Confeſſor &c.

Qui pius, prudens humilis pudicus.
Sobrius, caſtus, fuit & quietus &c.

Et debet Confeſſor bene ſperare de miſericordia Dei, cuius prouidentia attingit ad finẽ fortiter quia diſponit ſuauiter remedia.

Quare aliquando licet abſoluere mercatorem, & militem, quia ars negociatoria, & campſoria, de ſe eſt licita, licèt plena periculis. D. Tho. 2. 2. q. 77. ar. 1. Sot. lib. 6. de iuſti. q. 2. art. 2. q. 8. art. 1. * Quo ad particulã, Prudens, aduertẽdũ duximus, eſſe apud graues Docto. reprę henſam aliquorum Conſiliorũ imprudentiam, qui in confeſſione exiſtens aliam vocem mutant, diuerſam ab illa qua communiter loquũtur. Imo, quod peius eſt, pęnitẽtem diuerſo modo alloquũtur & tractant in confeſſione, quàm extra. v. g. extra cõfeſſionem, nominatur & dicitur; La Signoria voſtra (Hiſpani: vueſtra merced) in cõfeſſione verò tales im prudẽtes cõfeſſores dicũt, voi; vel Hiſpani. vos qđ minimè eſt faciendum. Quia quamuis pęnitens in omnibus, quæ pertinent ad animã ſubmittat ſe iudicio cõfeſſoris, nõ tamen debet ab illo in urbane. i. diſcorteſemente tractari.

TErtio Dicit. Qui iacet in occaſione proxima non eſt communiter abſoluendus, vt de concubinario, etiam occulto, ait. c. 3. nu. 19. & c. 14. nu. 31. & c. 16. nu. 20. c. 25. nu. 80. Idem de illo, qui ſæpius à cõfeſſore iuſſus, nõ reſtituit Nauar. c. 17. num. 59. & 64. 87 *De exiſtente in occaſione proxima peccandi.*

DIcitur autem proxima occaſio, ob quã hic frequenter relabitur, quia ab hoc expoſitus eſt probabili periculo recidendi. Qui autem amat periculum, peribit in illo, Eccle. 3. S. Th. quodl. 11. ar. 13. Nauar. c. 1. 16. nu. 10. & 12. & 14. nu. 26. 30. & 31. Et de periculo Aborſus. c. 15. nu. 14. & alij, latiſſime Corduba. ſumm. Caiet. Armil. Caſt. Alcocer. Pro periculo nõ teſtimendi. Ledeſ. Adrian. D. Anton. Sylu. Hoſt. & alij, dum agunt de periculo ſcandali. 90 *Qua ſit occaſio proxima.*

SExto Dicit Nauarr. d. c. 3. nu. 15. quod poterit ſacerdos in caſu raro abſoluere permanere volẽtem in occaſione proxima vel propinqua, bis, concurrentibus quatuor; Primum eſt uera pęnitudo præteritorum. Secundum; verum propoſitum non peccandi. Tertiũ Credulitas, quòd Deo adiuuante, non peccabit, eũ ſe inuenerit in ea. Quartũ ꝙ ſubſit aliqua rationabilis cauſa non ſe ſeparandi ab ea. Corduba. ſum. q. 4. Probatur hoc dictum. Quia quarta conditio excuſat; ne occaſio ſit ei uoluntaria; nec imputetur ei in culpã, qa habet ius tuendi honorẽ, vel ſubſtantiã, vel conſeruandi officiũ, de ſe licitum ſic enim ex graui cauſa nõ peccat exponens ſe periculo vitæ pro defenſione amici, vel virtutis. Sotus. 91 *Quo abſoluendi i tali occaſione.*

Item

Item Si quis beneficium Simoniace accepit;& breui expectat diſpenſationẽ, paratus dimittere, ſi cum eo non diſpenſetur;poſſe tali quo modo abſolui. Nau. c.27.194.§. Sexto innuit. facit Corduba. ſum. q.45.

92 *Pęnitens vere sẽ-ꝑ abſol-uendus.*

QVid ſi cum illis quatuor conditionibus abſolutus, te incidit tertio, vel frequentius,& eſt in eadem proxima occaſione? Reſp. primo Reincidentia & numerus peccatorum nõ obſtat quin poſſit abſolui qui debitè pęnitet, etiam Septuagies ſepties. Matth. 18. quod exponit Hieron.490.vicibus, & amplius. Secùs autem eſt in foro exteriori, vbi relapſus non tam facile præſumitur emendandus. Concilium Nicænum ex Arabico verſum apud Francif. Turrian.Canon. 78. Fęlin. & Simancas de Catholicis inſtitution. vide pleniſſimè per Nauarrum d.c.3.vbi complures diffinit quęſtiones de hac materia.

93 ET quia aliquantulum in hac materia morati ſumus videat lector complures alios caſus circa abſolutionem in communibus autoribus. Silu.verbo. Abſolutio, per totum. Ang. & Caiet. eod. verbo. laicè,& benè. Armil.eod. Nauar.c. 9.& 26.& c.3. Sot.4.F. Bartol.Med.ſumma lib.1.c.13.qui Nau.d.c. 3.ponunt complures caſus, quibus negari debet abſolutio.

94 QVibus vafis: Quia multi varias abſolutionis formas ponunt non nullaque impertinentia atque etiam periculoſa miſcentes, vt refert Nau. c. 26. nu.11.Sot.4.d.14.q.4.ar.3.in fin.primo ſcias oportet communem abſolutionis formam, qua in Sacramento Pœnitentię grauiſſimi Doctores, pariterq; omnium Religionum doctiſſimi vtuntur (omiſſis alijs deprecationibus) hanc eſſe: Dominus Noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, Et ego ipſius autoritate quia fungor te abſoluo ab omni vinculo excommunicationis maioris vel minoris, Suſpenſionis, vel interdicti, ſi quod vel, quam incurriſti. Deinde te abſoluo ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris,& Filij,& Spiritus ſancti. Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti,& merita B. Mariæ ſemper Virginis,& omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali ſuſtinueris, ſint tibi in remiſſionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. hæc eſt frequentiſſima abſolutionis forma.

SEcundo. Quod licèt communiter dici ſoleat: Miſereatur.&c.non videtur neceſſarium, cum eadem ferè ſit deprecatio: Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat,& illa: Miſereatur tui Omnipotens Deus &c. Sed melius eſt omnia illa dicere. 95 *Miſereatur tui an neceſſarium.*

TErtio quod licèt hæc ſit communis forma: Abſoluo te, vt ſupra. forma diximus,& tradit Nauar.c.26.num. 11.Sotus tamen ait.4.diſt.3.q.vn. ar.5. verſi. Multa hic.in fine:quòd ſi quis abſolueret in hæc verba, abſoluit te, vel Abſoluat te Ieſus Chriſtus, verè abſolueret, licet peccaret, recedendo ab Eccleſiæ vſu. 96 *v ſit hęc Abſolutio: Abſoluit te Chriſt°.*

QVarto. Imo Nota, pro aliqua repentina neceſſitate quod ſi quis intenderet abſoluere, a cenſuris, & peccatis, erit valida abſolutio, licet tantum dicat; Abſoluo, ſine aliquo alio verbo, ſed tantum cum intentione ab omnibus abſoluendi Sot. 4. diſt.22.q.1.ar.1.verſi. Poſtremum in fine. 97 *V. in néceſſitate ſufficiat abſoluo.*

QVinto. Vnde clariſſime patet præcationes illas, quæ ante,& poſt eſſentialia verba abſolutionis fiunt, non eſſe de neceſſitate vel eſſentia formę, ſed de laudabili Sanctæ Eccleſiæ conſuetudine. Conc. Tri. Seſſ.14. c. 3. Nau. ca. 26. num.11. 98 *V. Precces quæ fiunt in Abſol. ſint neceſſaria.*

SEd Quęritur. An omiſſio harum pręcationum, quę de conſuetudine dicuntur, ſit mortale peccatum extra caſum neceſſitatis? Reſp. quod non niſi omittantur per contemptum, quo ſecluſo, nec veniale eſſe ait Sot.4. diſt. 14. q. 1.ar.3.ante verſ. Tandem. 99 *V. Eorũ omiſſio ſit mortale peccatum.*

ET quia finita confeſſione (detur; vel non. Abſolutio) reſtat obligatio celandi in tali Confeſſione ſcita, vt infra dicemus; ideo vltimo loco agetur de Sigillo Confeſſionis. 100

DE

DE SIGILLO Confeſſionis.

Tractat Magiſter in 4. ſenten. diſtinct. 21. vbi omnes Sententiarij. S. Thó. ibidem & 2.2.q.33. articu. 2. Panormit. Innocen. Felyn. & alij Canoniſtæ. in ca. omnis. de pœniten. & remiſ. Sylu. Confeſſio. 3. latè Angel. verbo Confeſſio. finali. Armil. Confeſſor, & vltra omnes tractat Petrus Sot. de inſtitution. Sacerd. nouiſſimè Domin. Sot. lib. de tegẽdo Secreto & in 4. diſtin. 18. quæſt. 4. ar. 5. & 6. Nauar. c. 8. Victor. à nume. 186. Bart. Medin. lib. 2. cap. 4. Glo. in cap. dilectus de exceſſibus Prælatorum. Viguerius & alij.

2 *Sigilli vĩ declarare neceſſarium.* Pro cuius materię introductione Nota, in Eccleſia Dei, ſummopere eſſe neceſſarium, vt prædicatores in ſuis Cõcionibus, & Confeſſarij in præambulis confeſſionum (maximè ruſticorum, pueròrum, & puellarum) declarent vim, atque efficaciam huius Sigilli. Inueñi ſunt enim non pauci filij familias, & ſerui q putauerint confeſſarium peccata ſibi dicta in Confeſſione, reuelaturum parentibus, & Dominus ſuis. Qua propter haud paucæ inueniuntur Confeſſiones falſæ, inter tales pœnitentes notat obiter Barto. Med. ſumma. li. 2. c. 4.

3 *Sigillum quid.* Quæritur. Quid eſt Sigillum? Reſpond. Propriè, aut metaphoricè? Sigillum propriè, eſt illud, quo aliquid clauditur, vel obſeratur, ne clauſum ſub illo ab alijs videatur, ut patet. in l. Si qs ſignatoribus. ff. Quemadmodum teſta. aper. Et eſt ſigillum quo ſcripturæ, Bullę, vel literæ miſſiuæ & dimiſſoriæ (Reuerendas) cum inſignijs ſignatoris ſignantur, vt ſub talibus ſigillis contenta, plenam inſpicientibus faciant fidem. Pro quo (etiam ſi aliquantulum ſit extra materiam) Quæritur quot Sigilla ſint neceſſaria, vt ſcripturæ ignotæ plena adhibeatur fides? Gloſ. verbo. Ignota. in cap. Quod ſuper his. de fide inſtrum. dicit: quod ſigillo ignoto non eſt adhibenda fides, niſi ſcriptura quinque ſit ſigillis ſigillata. *Quot ſigilla neceſſaria, ad verã fidem faciẽdam.* Quod eſt verũ, quãdo de talibus ſigillis, aliqualis habetur cognitio, & de ſigillantibus. Quod ſi nulla habeatur: etiam mille ſigilla non ſufficiunt. ſecundum Abb. & Felynum in d. Gloſ. & eſt Gloſ. in cap. 1. 98. diſtin. De qua materia vide Caſaneum. in Cõſuetudinibus Burgundiæ. in fine operis titu. de Conſuetudine.

Sigillum autem metaphoricum adhuc eſt duplex, naturale, quo quis tenetur lege naturali, ex lege charitatis cælare quicquid alius ſibi commiſit cælandum; maximè ſi negotium id poſtulat: & Sacramentale, vel ſigillum Confeſſionis, de quo eſt noſter hic ſermo. 4 *Sigillum duplex.*

Quæritur. Quomodo diffiniatur? Reſpond. vtriuſq; hanc eſſe diffinitionem; Sigillum eſt obligatio, vel debitum occultandi aliquid S. Thom. 4. diſt. 21. q. 3. art. 1. & communis ibid. ſecundum Syl. Confeſſio. 3. nu. 1. & Nauar. c. 8. nu. 1. 5 *Sigilli diffinitio*

Quæritur. In quo differt ſigillum naturale, & Confeſſionis? Reſpond. (præter illa quæſt. §. ſequenti habentur) quod ſigillum naturale poteſt in multis modis frangi, etiam ſine peccato mortali, vt quando hoc præcipit Superior. vt cap. Qui ambulat, 5. q. 5. cap. Intimauit. de teſtibus: cum ibi notatis per Innocen. Panor. & Felyn. & Panor. in cap. Qualiter. 1. §. Si vero ſub fine. de Accuſat. Vel quando occultatio talis ſecreti nocet animæ, corpori, honori, aut rei familiari alterius, vt tradit Nauar. cap. 8. num. 2. & in cap. Inter verba. 11. quæſt. 3. conclu. 6. Armil. Confeſſor. num. 6. S. Bonauen. 4. Et qualiter hoc intelligatur, vide Syl. Confeſſio. num. 13. Sigillum autem confeſſionis minimè aperiri poteſt, vno caſu exceptio ſcilicet de licentia pœnitentis. vt infra dicemus. 6 *Differũt duo ſigilla.*

Quæritur quo iure ſit præceptũ, Sigillum Confeſſionis? Reſpon. fuiſſe inſtitutum, & præceptum Iure Diuino poſitiuo à Domino noſtro Ieſu Chriſto. Qui ob multas cauſa, quas ponit Nauar. in c. Sacerdos. 7 *Sigillum confeſſ. quo iure?*

de

de pęnit. diſt. 6. nu. 33. voluit Sacramentale ſigillum, nullo modo eſſe frangendũ; v[illegible]. in caſu de quo infra. Quòd licèt ſit iure Diuino pręceptũ, nihilominus tamẽ eſt de iure naturali, lege Charitatis, vt ꝓbat Ang. Confeſſio. 8. nu. 2. Ricard. 4. diſtin. 21. q. 2. Syluestr. Confeſſio. 3. nu. 1. Sco. diſtin. 21. Nauar. capit. 8. nu. 5. Bartol. Medin. Summa. lib. 1. c. 14. §. 36. qui omnes concludunt: Sigillum cõfeſſionis ſeruandum eſſe lege naturalis charitatis, amicitiæ, & iuſtitiæ: & lege Diuina poſitiua. Accedit etiam præceptum Iuris poſitiui in c. Omnis. de pœni. & re.

Vis ſigilli.

8 SEd Nota, quod omne Sigillum confeſſionis eſt de iure naturalis; non autem, è contra, omne Sigillum naturale eſt confeſſionis vt notum eſt omnibus quia non conuertuntur.

9 QVæritur. Quid cadit ſub hoc ſigillo Confeſſionis? Reſpon. primo. Omnia, & ſingula peccata mortalia interna atque externa, & omnes circunſtantiæ eorum. Secundo. Omne peccatum veniale in particulari, quantumcunq; leue. Siue talia peccata mortalia, vel venialia ſint ante rectè cõfeſſa, & nũc ſine neceſſitate aſſumantur pro materia ad cõfeſſionẽ: ſiue de nouo mortalia neceſſario confiteantur. Tertio quæcunq; alia, quę licèt peccata nõ ſint, ſunt tñ talia, quæ ſi detegantur poſſet in cognitionem alicuius peccati mortalis, vel circunſtantiæ, vel venialis particularis confeſſi, deueniri, vt tradit Nauar. in c. Omnis. de pęnit. & remiſ. & in c. Sacerdos, & habetur expreſſe in d. c. Omnis. ibi: Caueat Sacerdos &c. Quarto addit Medina in Sũma. li. 2. c. 4. quòd cadunt etiam, omnia illa, quæ ſunt in via ad Confeſſionẽ, vt ſi aliquis cõfeſſor vidiſſet peccata ſcripta, ante quàm audiret illa, vel ſi conſultus eſſet de aliquo antequam confeſſum ſit. Quinto Ricard. quem refert, & ſequitur Ang. ſup. nu. 14. dicit ſub hoc Sigillo cadere q̃quid per ſe, vel per accidens, directè, vel indirectè poſſet verecundiam, vel confuſionem, vel malam ſuſpitionem, vel aliquod aliud nocumentum generare pęnitenti. Quod etiam S. Th. 4. d. 41. Armill. Confeſſ. nu. 9.

Quid cadit ſub hoc ſigillo?

Nota cõfeſſori.

QVæritur. Quis teneat ſeruare hoc Sigillum confeſſionis? Reſpon. Cum diſtinctione, directe, ant in directe, tenetur omnis ſacerdos audiens confeſſionẽ, ſiue abſoluat a peccatis, ſiue abſolutionem differat vel neget. Bar. Med. infra. Et ille cui ſacerdos de pœnitentis licentia reuelauit, vt infra dicetur. 10

Quis teneat ſeruare ſigillum.

Indirectè, omnis qui audit, vel ſcit alterius peccata quocunque modo audiat, vel ſciat, vt cum in neceſſitate quis Laico confitetur. Et ille qui malitiosè audit, occultando ſe. Et ille qui ſe finxit Confeſſorem. Et interpres & nuncius, & qui alicuius peccata inuenit ſcripta, &c. S. Th. 4. d. 21. Ricard. & Sot. quos refert, & ſequitur Ang. Confeſſ. vlt. nu. 16. Syl. Confeſſ. 3. nu. 1. Armill. Confeſſ. nu. 8. Viguerius. de Pęnitẽtia. verſ. 20. Victor. nu. 172. Palu. & alij. quos refert, & ſequitur Nauar. cap. 8. nu. 4. & 7. in c. Sacerdos. de pęnit. diſt. 6.

QVæritur. Quanta ſit vis huius ſigilli? 11 Reſpõnd. quod ſatis patet in exẽplo, quod Medina. Summa lib. 2. c. 4. adducit. ſ. q̃ cùm Sacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum ſit tantæ excellẽtiæ, vt potè in quo, ipſe Sacramentorũ omnium autor realiter continetur, (vt de Sacramentis in genere, diximus) ſi tñ quis ſurgat à confeſſione non abſolutus, quia non meretur abſolutionẽ, & accedat ad Cõmunicandum, de manu illius confeſſoris; qui illi in ſecreto negauit Abſolutionẽ, tenetur ei Euchariſtiam porrigere abſq; hoc quòd vllum verbum dicat de Confeſsione. ¶ Imò, quòd (ſicut ait Medina ſupra. & Victo. nu. 183.) ſi penderet ſalus, vel liberatio totius Mundi ex reuelatione vnius peccati, non eſt reuelandũ etiam ſi totus Mundus eſſet perdendus; atque deuaſtandus. ¶ Imò quòd propter liberationem omnium animarum, quæ ſunt in Inferno, ab initio Mundi, non eſt reuelandum.

Quãta ſit huius ſigilli vis.

¶ Vlterius quod (ſicut in publica lectura dixit Magiſter Mancius, ſacræ Theologię primarius Salmã. profeſſor) ſi ſciret Cõfeſſor omnia alia ſex Sacramẽta, eſſe per aliquod tẽpus peritura, ſi nõ reuelat, tenet' cęlare peccatũ, & Sacramentum

mentum pœnitentiæ ſeruare incolume; Propter ipſum enim Deus reſtitueret alia Sex in priſtinum ſtatū, ſi corruiſſent, quòd fieret ſecus, ſi ſigillum Confeſſionis non ſeruaretur. Ratio eſt (vltra fidelitatem, & cætera) quia propter ſalutem totius Mundi, nō eſt vnum peccatū mortale, etiam leue perpetrandum: ſecundū omnes, quanto minus, vbi tam immane ſacrilegium omni iure prohibitum perpetratur. Addo commune dictum, quod etiam ſi Papa ſub omni cenſura, præciperet dicere peccatum confeſſum: nō debet dici, ſed potius millies mori. Nec in tali caſu, vllam incurreret cenſuram. Et poteſt iurare ſe neſcire. qa neſcit vt homo. Communis omnium, * quare omnino eſt reprobanda opinio Iaſ. in l. prima. §. huius ſtudij. colum. ſecunda, ff. de Iuſtit. & iur. & in alijs locis relatis per Siluam Nupt. l. b. 3. num. 45. qui dicebat Sacerdotem iu cauſa Matrimonij poſſe cogi propalare quæ habuit in Confeſſione. quem merito ibidem reprobat Sylu. Nupt. & alij.

12 *Quo tēpore duret ſigillum.*

QVæritur. Quanto tempore duret hoc ſigillū? Reſpon. ſecundum Scotū 4. d. 21. q. 2. Ang. ſup. nu. 14. & Nauar. ca. 8. nu. 7. in fine. & alios, quòd durat, etiam poſt mortem pœnitentis. Quia, cùm ſit præceptum negatiuum, obligat ſemper, & ad ſemper S. Tho. 2. 2. quæſt. 33. ar. 2. in corpore. Panor. & alij in cap. Nouit. de iudic. Archidiac. in princ. de Pœniten. diſt. 5. & in c. ſi peccauerit. 2. q. 1. & cap. Præcepta. de Confee. diſt. 1.

13 *V. Liceat aliquo caſu ſigillū aperire.*

VTrum aliquo caſu liceat Confeſſori Sigillum Confeſſionis frangere? Reſpō. nullo modo id licere, niſi vno excepto caſu ſcilicet de licentia pœnitētis liberè, ſponè, & ex iuſta cā ſibi cōceſſa, & in eius voluntatem S. Th. in 4. d. 21. q. 4. ar. 2. S. Bonauent. & Ricar. quos refert, & ſequitur Ang. Confeſſio. 8. nu. 5. Syl. confeſſio. 3. §. 3. Viguer. dicto verſic. 20. Victoria. nu. 287. & multi alij, quos refert, & ſequitur Nauar. c. 8. nu. 15. & ī c. Sacerdos. de Pœniten. d. 6. nu. 151. Bar. Medin. li. 2. c. 4. licèt Aureolus, & Laud. quos refert Ang. ſup. & Alex. Scot. Duran. 4. d. 21. q. 2. ar. 1. (quos refert Vict. ſupra refutans eos) teneant contrarium ſcilicet pœnitentem non poſſe hanc licentiam concedere.

ERit tamen optimum conſilium, ſecundum Syl. ſup. & alios, vt in hoc caſu, pœnitens det talem licentiam, extra confeſſionem. De qua quæſtion. & ſequentibus, vide latè Couarr. 2. par. de Matrimonio. c. 8. §. 12. ar. nu. 9. 14

15 *Quid ſi pœnitens accedit, vt conf. conſulat.*

QVid qn̄ quis accedit ad confeſſorem, ut illum in cōfeſſione conſulat de crimine, ꝙ ſine dubio ꝑpetrare vult; nec conſilio confeſſoris, ab iniquo ꝓpoſito, vult abſtinere? Reſpō. ī dicto caſu, & alio ſimili, qn̄ ſcilicet pœnitens accedit ad confeſſionē, vt confeſſorē ad peccandū mortaliter inducat vt ad peccatū luxuriæ, ꝓditionē, furtū, conſpirationē, homicidium, &c. poſſe cōfeſſorē manifeſtare illi cui incumbit, vt ꝓuideat, Nec in his caſibus dicetur ſigilli fractor; quia illa nō eſt confeſſio; ſed impia Dæmonis inuentio, & ſacrilega confeſſionis Sacramentalis abuſio. Tenet Abb. in capitu. Omnes de pœnitent. & remiſ. quem refert, & ſequitur Ang. Confeſſio. vltimo. nu. 7. Innocen. Monaldus, & Raym. quos refert, & ſequitur Sylu. Confeſſio. 3. nu. 2. qui ait: ꝙ quando talis pœnitens, de conſilio cōfeſſoris, non vult abſtinere à malo perpetrando; tenetur confeſſor manifeſtare, maximè, cum vergeret in dānum publicū. Tenet etiā (quod cùm vidi expreſſius, gauiſus, fui) Magiſter meus Bart. Med. in Summa. li. 2. c. 4. ibi: Altro farebbe, ſe il penitente &c. Tenet ēt, Alexa. Alenſ. 4. par. q. 78. mēbr. 2. ar. 2. Quod etiam, (cum Sot. & Caieta. quos ibi citat) videtur tenere Nauar. c. 18. nu. 55. dum ait; ſecretum quod Sacerdoti committitur, & flexis genib. & ſigno Crucis fronte ſignata, abſque propoſito confitendi peccata, & abſolutionem accipiendi, non obligare. Quia ad hoc vt teneatur ad Sigillum, debet cōfeſſio verè eſſe Sacramētalis, qualis (ait ibid.) eſt illa (ſecundum communem) qua pœnitens verè confitetur, peccata ſua commiſſa, non committenda. Idem tenet Lelius Zanchis de Priuilegijs

gijs

16 gijs Eccleſiæ. Priuilegio.154.nume.27.

IN cuius Confirmationem Dico, me olim vidiſſe quendam librum de Pœnitentia (licet auctoris nō memiuerim) in quo continebatur.in quæſtione de Sigillo; Summum quendam Pontificem, quondam certum caſtigaſſe Cardinalē, eo quòd non manifeſtauit alium Cardinalem, qui ſibi confeſſus fuerat, vt in cōfeſſione illum induceret ad Papæ internecionem. Quia dixit Papa, illam non fuiſſe Confeſſionem, nec ſigillum in tali caſu eſſe ſeruandum. Cuius etiam Hiſtoriæ meminit Sotus. 4. diſtin.18.q.4. ar. 5. Quod cum mihi, tunc videretur nouum, conſului quendam literatiſſimū magiſtrum meum qui reſpondit: veram eſſe doctrinam. Ad communiorem opinionem, tenentem nullo modo ſigillum poſſe frangi, reſpondent ſupra dicti, eſſe verum quando vera eſt confeſſio, licèt pœnitens non abſoluatur, ſed hæc nō eſt confeſſio, quamuis contrarium videatur ſentire Nauar.cap.8.num.7. * Henricus tamen Gand. quodl. 8. q.31.ait ꝙ ſi confeſſor ſciat in confeſſione pœnitētem alium velle interficere, & non vult à malo illo propoſito abſtinere, non debet Confeſſor talem occidendum etiam

17 in generali mouere, niſi aliter quàm ex confeſſione aliquam cauſam habeat.

In quibus caſibus dicatur frangi ſigillū vel non, vide infra.

EX ſupradictis in generali, colligunt Doctores, maximè Nauarr. ſupra caſus multos in particulari quando ſcilicet frangatur, vel non ſigillum, quorum aliquot breuiori modo quo potero, quaſi in modum concluſionis adducam.

18 COnfeſſor qui cōmiſit aliquod mortale, quod non poteſt cōfiteri, abſque Confeſſionis ſibi factæ reuelatione, tenetur illud tacere Sylu. ſup. nu.8. communis cum Nauar.c.8.nu.8.

19 PArochus, qui ſuo parochiano dicenti, quòd Euchariſtiam negabat, dixit: Amice non concedo tibi hoc, quia habes caſum reſeruatum; fregit ſigillum. Nauar.ſup.& in c. Sacerdos.de pœniten.diſ.6.num.53.

20 COnfeſſor dicens: ille confeſſus eſt grauia peccata, fregit ſigillum. Palu. Nauarr. 9. Angel. Confeſſio, vult. num.fin. Armil. Confeſſor.nu.10. Sylu. ſupra. num.6.

COnfeſſor qui audiuit duos, vel tres; & de vno dixit: iſte nullum habet peccatum mortale, fregit. Quia directè ſignificat alios habuiſſe mortalia. Nauar.ſup. 21

COnfeſſor, qui ſurgit à confeſſione, vt conſulat alium præſentē de caſu, & reuertitur ad pœnitentem, frangit Nauar. ſup.& in d.c. ſacerdos. 22

REprehendit Hoſtienſis, & Nauarr. nu. 10. confeſſorem, qui dicit: ille benè confitetur, & Confeſſio illius nō mihi placet. 23

COnfeſſarius, qui audiuit meretricē, ſi dicat: illa confeſſa eſt mihi ſua grauia, vel multa peccata; frangit, etiam quòd totus Mundus ſciat illam talia cōmiſiſſe. Nau.c.8.nu. 10. & in d.c. Sacerdos Caiet. Victor.nu.186. 24

COnfeſſor qui dicit: ille eſt mihi confeſſus, ſed illum non abſolui, frangit Sigillum Nau. nu. 10. Contra Caiet. & refert Armill.ſup.nu.14. 25

COnfeſſor, qui dicit expreſsè: Genuę; Mediolani & c. committuntur grauia peccata, male facit; licèt non dicatur fractor ſigilli. Nauarr. cap. 8. nume.16. 26

COnfeſſor imprudenter facit, iniungens magnas pœnitentias, vel ieiunia, quæ ſtatim poſt Confeſſionem teneatur pœnitens adimplere. Quia poteſt inde ſuſpitio oriri, quòd ſit grauia confeſſus Nauar.c.8.nu.17. 27

SI Abbas, vel Prior Monaſterij audit in Confeſſione Superiorem, Vicarium, vel alium Officialem Monaſterij, & inuenit, quòd eorum aliquis ratione officij, peccat mortaliter, non poteſt extra confeſſionem illum priuare officio. S. Thom. 4. diſtin. 21. Syl. ſupra.nu.9. & alij. 28

QVi ſcit in Confeſſione peccatum, propter quod quis eſt indignus. Prælatura, & poſtea iſte Confeſſor intereſſe debet electioni; ſi nulla poſſit de Confeſſione oriri ſuſpicio, poteſt illum non eligere; quia ſunt multæ cauſæ, propter 29

pter

pter quas quidam eligi non poſſit. Si autem nulla alia ſit cauſa, & eligitur ab omnibus, Confeſſore excepto, debet talis confeſſor cum alijs conſentire, S.Th. Angel. & Sylu. ſup. nume. 10. Nauarr. nume.12.

Quid ſi accedat publicus peccator ad recipiẽdam Euch. ab illo à quo non fuit abſolutus.

30 SI accedat publicus peccator ad accipiendam Euchariſtiam, ab illo, cui confeſſus eſt, & non abſolutus; non poteſt talis Confeſſor dicere: Ego non potui iſtum abſoluere, quia non vidi illius publicam pœnitentiam: quia videt frangere Sigillum. Nauar. c.8. num.11. contra Caiet. Poterit tamen dicere: hic homo, quantum apparet hucuſque in peccato publico permanſit, & permanet: & publico peccatori, quouſque etiam publicè conſtet, quod deſiji eſſe talis, non debet Euchariſtiæ ſacramentum publicè miniſtrari. Quia his verbis, non reuelat Confeſſionem Pal. Nauar. ſup. Vict. num.186.

31 COnfeſſor dicens: Ego audiui Confeſſionem Petri vel peccata Petri vel Petrum a ſuis peccatis abſolui; non frangit niſi in caſu raro. Nauar. nu. 11.

32 COnfeſſor dicens: Petrus, ſuis minutiſſimis peccatis, caput mihi obtundit, vel ſuis ſcrupulis faſtidioſus mihi eſt, non frangit ſigillum. Nauar. c. 8. num.12.

33 COnfeſſor dicens: tale peccatũ mortale in Confeſſione audiui, dummodo in perſonæ cognitionem deueniri minime poſſit: non frangit. Palud. & Communis. 4. Adrian. Ang. Syl. Nauar. c 8. num. 12. Victor. num. 188. quamuis Panor. contrarium tenuerit in c. Omnis, de pœnit. & remiſſ. nu. 8. Sed melius eſt omnino tacere, in ſimili materia.

34 COnfeſſor vocatus in teſtem, vt deponat de peccato, quod extra confeſſionem ſcit, dummodo nil aliud dicat niſi illud quod extra confeſſionem ſcit; non frangit ſigillum, etiam ſi delinquẽs peccatum ſibi fuiſſet confeſſus. S. Tho. 4. d. 21. q. 3. ar. 2. receptus ab omnibus Nau. ſupr. nu. 15, Syl. ſup. q. 5. Caiet. Victor. nu. 186.

V. Confeſſor poſſit interrogare ſociũ delicti.

35 COnfeſſor qui audiuit Confeſſionem Petri, & per eam ſcit Ioannem incidiſſe in idipſum; Poſtea poteſt Ioannẽ interrogare de illo peccato in particulari, dummodo nihil dicat de Petro, ſed quod intelligat Ioannes, nil de omnibus ſuis peccatis ſcire. Ang. & Syl. ſupra. q. 16. Nauar. num. 17. Et tunc duo Nota, quæ (vltra omnes) ex longa experientia didici. Primum ne de illo peccato in principio interroget, ſed veluti obiter inter alia Secundum quod ſi interrogatus de illo, negauerit, nullam faciat reflexionẽ ſuper illo particulari peccato, ne hac de cauſa aliquid ſuſpicetur, ſed in generali hortetur ad integritatem Confeſſionis. Quod ſi adhuc de illo nihil dixerit: abſoluat eum abſque hoc quod verbum vllum de Petro dicat.

36 SEd quid ſi Petrus dicat Confeſſori, dic Ioanni, me tibi confeſſum fuiſſe hoc peccatum, quod ambo commiſimus poſtea autem Ioann. in Confeſſione id neget, cui credere debet Confeſſor? Ego neſcio, quid in hac facerem perplexitate. Factis tamen, ſuper hoc debitis diligentijs, adhibitaque breui oratione, vnũ quemque ſecundum allegata à ſe, & probata, iudicarem, cum (ſecundum communem) Pœnitenti pro ſe, & contra, ſit credendum.

Secretũ cõmiſſũ ſub ſigno.

37 CVm quis detegit ſecretum, quod amicus illi, ſub ſigno Crucis commiſit; non frangit Sigillum ſacramenti. Innoc. Pan. & Communis. in c. Omnis. de pœni. & remiſ. Caiet. Sot. & Nauar. c. 8. num. 18. Victo. num. 190. licèt peccaret mort. ſi res eſſet grauis momenti ſecundum omnes.

Quid de confitente publicè.

38 VTrum Si quis faceret Confeſſionẽ coram omni Populo Sacerdoti, vt ſup. diximus, tali Sacerdos teneatur ad Sigillum? Nullus hoc tangit. Mihi videtur, quod licèt quo ad illos qui ſimul ſecum audierunt talia peccata, non teneatur, nec poſſit ſeruari Sigillum, cùm iam omnibus talia patefacta ſunt peccata; videtur, tamen mihi quod tenebitur illud celare quo ad alios, qui talia peccata neſciunt.

Cui credẽdum, Confeſſori, an pœnitenti.

39 PRo complemento Quæritur. Si confeſſor, de licentia pœnitentis, reuelauit peccatum, & poſtea pœnitens illum accuſet,

accuſet, negans ſe talem licentiã dediſſe. Vel cũ aliquis alius dicit Sacerdotem Sigillum fregiſſe; cui incumbet probatio, & cuius dictis ſtandum? Reſpon. ꝙ ſi ſacerdotes probet clare, illud aliũde ſciuiſſe, quam per Confeſſionẽ, patet eius dicto eſſe ſtandum, & ita ait Panor. in cap. Omnis, & alij. Si autem illud non ꝓbet; cæteris paribus, ſtandum eſt eius iuramento. vt ait Catelianus Cota in memorabilibus. verbo. Iuramentum, & Lapus allegatione. 94. licèt Hoſtienſ. & Panor. quos refert, & ſequitur Ang. Confeſſio, vltimo. nu. 21. Sylu. nu. 5. dicat: quod ſi non poteſt ꝓbare, eſt puniendus, ſed nõ pœna ordinaria. Ego autem ſemper tenerem, eſſe ſtandum eius iuramento, maximè ſi eſt vir probus, & bonæ famæ. Et videtur partem contrariam (vt ferè ſemper fit) malicioſe procedere, & quia nõ eſt præſumendum malũ de aliquo (maxime ſacerdote) niſi probetur contrarium. * Sed qualiter puniendus eſt confeſſor Sigillum frangens? Reſpon. quod licèt olim per Canon. 31. pœnitentialẽ, & habetur in c. Sacerdos. de pœnit. diſt. 6. Sacerdos erat deponendus, vt ignominioſus omnibus diebus vitæ ſuæ peregrinaretur: hodie tamen ſeruatur deciſio. c. Omnis vtriuſque. de pœnit. & remiſ. vbi cauetur Clericum talem, poſt depoſitionem, in arctum recludendum eſſe monaſterium. Vide Nauar. d. cap. Sacerdos. nu. 165. de pœnit. d. 6.

Et ſic ſum expeditus à tota materia de Sacramento pœnitentia, ad laudem Dei omnipotentis, Sanctiſſimaque Virginis, Omniumque Sanctorum.

In quorum feſtiuitate hora noctis. 3. finita fuit anno 1585.

DE SACRATISSIMO atque ineffabili Euchariſtiæ Sacramento.

TRactat Magiſt. ſent. in 4. d. 8. Vbi S. Th. Scot. Capreol. Palud. Durand. Argentina. Ricard. & omnes alij maximè hodie Dominic. Sot. Henricus de Gandauo, quolib. 1. quæſt. 3. quodl. 9. q. 31. S. Thom. 3. par. quæſt. 73. art. 5. & q. 78. ar. 1. 2. & 3. & per totam q. 80. & ibi Caiet. Angel. Aſten. Sylu. Tabien. Armill. & omnes Summiſtæ. verbo. Euchariſtia, Communio, & Miſſa. Victoria in Summa à num. 52. tex. in c. Cum Marthæ. & per totum de Celebration. Miſſ. in Decretalibus, & per totam, latiſſimè, de Conſecr. diſtin. 2. in Decreto. nouiſſimè in Conc. Floren. & Trident. per totam Seſſ. 13. Catechiſ. Rom. pag. 234. Nauar. c. 22. à num. 10. & c. 21. à nume. 45. Vualden. de ſacram. Petrus Soto. de Inſtitution. Sacerd. per 15. lectiones, & alij.

1 *Euchariſtia excellẽtia.*

NOtandum Primo, Tantam eſſe huius Diuini Sacramenti excellentiam, tantamque eius materiæ tractatus profunditatem; vt vix aliquis, etſi (vt Apoſto. ait) linguis hominum loquatur, & Angelorum, haud minime eius parti ſatisfacere queat. Eſt enim ſacramentum Euchariſtiæ, ſummum illud bonum, & longe ſacratiſſimum, quo nihil habet Eccleſia dignius, ſublimius, ac mirabilius, efficacius, atque ſalubrius. vt ante Concil. Triden. Seſſ. 13. cap. 3. dixerat. D. Dionyſ. Eccleſiaſticæ Hierarchi. cap. 3. Chryſoſt. homil. 60. ad Popul. & 83. in Matth. & Concil. Colonien. in princ. de Euchar. & text. cap. Nihil. in Sacrific. de Conſecr. diſtin. 2.

2 *Quare hoc Euchariſtia Sacramentũ quarto ponatur loco.*

NOta etiam quòd quamuis in Sacris Concilijs, atque Doctoribus hoc Diuinum Sacramentũ in numero Sacramentorum, tertio adſcribatur loco, Conſiderans tamen, ſacramentum Pœnitentiæ neceſſarium ad Diuinam Euchariſtiam ſumendam, eſſe præambulum illi, qui aliquo fuerit mortali peccato irretitus; Conſulto, hoc Sacramentum quarto loco declarandum aſſumpſi. (vt ſup. in fine de cõfirmatione, dixi) Et quia cùm omnia alia ſex Sacramenta ad hoc præclariſſimũ, tanquã ad ſuũ finem, (vt ait Catech. Rom. pag. 268. & Sot. in 4. diſt. 1. q. 4. ar. 6.) dirigatur: haud incongrue in medio aliorum poni debet.

Quod

Sacramenta ſex dirigunt ad hoc Euchariſtię ſacramẽtum. Quod ẽt probat à ſimili: in Conuiuio illo Architriclini in Cana Galilææ Vbi Sex illæ lapideæ Hidriæ, ad ſeruiciũ Mẽ ſæ erant ordinatæ, atque conſtitutæ. Sic õia alia Sacramenta ad Euchariſtiam ordinantur, atque diriguntur.

Quemadmodum etiam (ſecundum communem ſententiam, quę ex Gene. 1. hoc colligit) Deus, cùm Mundum ſeptẽ diebus condidiſſet vniuerſum, quarto die, qui medius eſt inter alios, fulgẽtiſſimũ creauit Solẽ. Et ſecũdũ Philoſophorũ ſentẽtiã (vt ait Aegidius R. in Examеron. c. 31.) quarto quoq; illũ defixit Cœlo, quod inter alios Cœlos, medium eſt, vt conditum illuminaret, manifeſtaretque Orbem: Sic Euchariſtiæ Sacramentũ, in quo uerus ille Sol iuſtitiæ cõtinetur: qui viſitauit nos, oriens ex alto: & illuminat omnem hominem, quarto cõſtituendũ eſſe loco iudicaui. Maximè, cũ Candelabri figura, quam proſequimur tres haberet ex vna quaque parte, lucernas: maiorẽ aũt in medio ordinatiſſimè conſtitutam.

3 *Euchariſtia figurata i lege naturæ.* NOta Item, quod cùm hoc Diuinũ Sacramentũ, cęteris alijs dignius, præſtantiuſque ſit: (vt dictum eſt) ita in multis Sacræ Scripturæ locis, in omni lege fuit prædictum, atq. figuratum. In lege enim Naturæ, hoc Sacramentum iudicabat Laganum, azimus panis & ſubcinericius: quẽ præparauit Sarra. Et Sacrificium illud panis, & vini Melchiſedech. Gene. 14. Et panis, quẽ capiti Eliæ dormientis Angelus, vt manducaret ex itinere fatigatus, appoſuit.

4 *In lege ſcripta.* IN lege etiam ſcripta, licèt hoc Sacramentum figurauerint Manna de cœlo. Deut. 8. Panes propoſitionis. Leu. 26. Arca Fœderis. Exod. 37. & alia multa. Cõgruẽtior tñ olim figura fuit Agnus Paſchalis. Numerorum. 28. ſecũdũ D. Th. 3. p. q. 73. ar. 6. quẽ referr, & ſequit Vict. nu. 54. & Sot. 4. d. 8. q. vn. ar. 6. & Petrus à Soto de inſt. Sacer. de Euch. lect. 1. licèt de hoc dubitet Gabr. Can. lect. 55.

5 *In lege euãgelica.* NEc defuerũt in lege Euãgelica aliquot huius Sacri figuræ. Ipſe n. Redẽptor noſter, cũ in Cana Galileæ aquã cõuertit in vinũ, & in deſerto ex quinq; panibus, & duobus piſcibus, quinque ſaciauit hominũ millia; & cùm Dæmoni tẽtatori reſpõdit: nõ in ſolo pane viuit homo; quid niſi hoc ſacratiſſimũ Sacramentum voluit declarare.

SEd miror, cùm ſacri Doct. de Euch. (quãtũ ad materiã panis) tot poſuerint figuras: cur aliquã pro materia vini nõ poſuerint; Notabis ergo hoc ſacrm, quo ad ſanguinẽ mirabiliter à S. Moyſe Exo. 22. figuratũ illis verbis: Et ſanguinẽ vuæ biberẽt meraciſſimũ. Et Eccl. c. 50. ibi Libauit de ſãguine vuæ. Quis vnquã ſãguinẽ ex vuis extrahi vidit, vel audiuit? Quid. hoc dicto, clarius, atq; mirabilius? & Gene. c. pen. lauabit in ſanguine vuæ pallium ſuum. Quid pulchrius? 6 *Figura ſanguinis.*

NOta hoc Sacroſanctũ Euchariſtię Sacrm vatiè (ſm varios effectus) paſſim nominari; nominat. n. Euchariſtia. i. bona gratia, Hoſtia, Sacrificium, Cõmunio, Sacrm Altaris, Synaxis, Viaticũ &c. Th. 3. par. q. 73. art. 4. vbi ponit rationes: Mag. ſent. 4. d. 3. vbi Sot. q. vn. art. 4. omniũ ſupradictorũ nominũ ponit ſignificationes. Conc. Colon. in prin. de Euchariſtia. Victoria. ſumma, nu. 53. in fi. Nauar. c. 22. nu. 10. 7 *Nomina diuerſa Euchariſtia.*

QVæritur. Quid ſit Sacramẽtũ Euchariſtiæ? Reſp. quòd Euchariſtia eſt ſacramentũ quod ſub ſpecię panis, & vini, vel alteriús eorum, verum corpus, & ſanguinem Ieſu Chriſti continet. Mag. ſentẽt. 4. diſt. 8. S. Th. 3. part. q. 73. art. 4. Nauar. c. 22. num. 10. Victor. nu. 52. declarans. S. Thomam ſic aît: Euchariſtiæ Sacramentum, eſt illud quod remanet poſt Conſecrationem panis & vini. Scotus autem 4. diſt. 8. q. vn. art. 1. ſic diffinit; Euchariſtia eſt Sacramentum Corporis, & ſanguinis Chriſti, quo vita ſpiritualis nutritur. Alij aliter diffinũt, ſed dictę ſufficientiſſimę ſunt diffinitiones. 8 *Quid ſit ſacrm Euchariſtia.*

QVæritur V. Euchariſtia ſit Sacramẽtum? Reſp. ſemper in Eccleſia Dei fuiſſe, & nũc denuo eſſe. In Concil. Flor. & Tridẽ. Seſſ. 13. c. 2. de fide, determinatũ; non ſolùm eſſe Sacramẽtum, ſed maximum omnium Sacramentorum vt dictum eſt, & habetur in cap. Ad abolendam. de Hęreticis, & in dicto Conc. Tri. 9 *V. Euchariſtia ſit ſacrm.*

I den.

den.Seſſ.7.de Sacram. in genere.Can.1. S.Th.3.par.q.73.Vbi Caie.& omnis Catholicorum Schola, tam antiqui quàm moderni, maximè Sot.4. d. 8. in principio. Et confirmatur; quia vniuerſalis Eccleſia canit: Tãtũ ergo Sacramentum veneremur cernui &c.ex D. Thom. communiter approbato, & ob tanti officij inſtitutionem, ab omnibus ſumma reuerẽtia colendo, ac venerando.

10 *A quo ĩſtitutũ.*

QVæritur A quo fuit hoc Diuinũ ſacramentum inſtitutum? Reſp. à Domino noſtro Ieſu Chriſto (ſicut & cætera ſacramẽta) fuiſſe inſtitutũ vt dictũ eſt ſupra, cum de ſacramentorũ inſtitutione egimus, & habet de fide vniuerſalis Eccleſia, vt aiũt omnes ſancti, & tex. in c. Cũ Marthæ de Celebrat. Miſſ. Clem.vnic.de reliq.& vener. Sanc. Cõc.Florent.& nouiſſimè Trid.Seſſ.13. c.1.& 2.Catechiſ.Rom.pag.235. S.Th. ſupra.& omnes, maximè Sot.q.2.ar.5.* Et habetur in Canone 3. Apoſtolorum.

11 *Quando inſtitutum.*

QVæritur Quando fuit hoc Sacramẽtũ inſtitutum? Reſp. fuiſſe inſtitutum in vltima Cęna, quã Dominus cum diſcipulis celebrauit, quãdo finita cœna, accepit panem benedixitque &c. vt habetur Matth.26.Mar.14.Luc.22. Cõc. Trident.ſup.1.Corint.11.& omnes cõmuniter.

12 *Quare ĩſtitutũ.*

QVæritur Quare fuit hoc Sacramentũ inſtitutum? (omiſſis multis alijs cauſis) Reſpond. Primo ut ſuum erga nos ineffabilem manifeſtaret amorem. Nullus enim amplius facere poteſt quàm ſemetipſum dare. Et Quia illi, maximo inter ſe ſe cõnectuntur amore, ſemper ſimul eſſe deſiderant; ſic Chriſtus Dominus noſter, ut nobiſcum illum ſemper haberemus, in hoc ſacramẽto manere voluit, ut illud adimpleretur Ecce Ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſæculi.

Secundo vt eſſet in Eccleſia perpetuũ Sacrificium, quo æternum Patrem placare poſſemus. Catech.Rom.pag.282.

13 *V. Sit neceſſariũ ad ſalutem.*

QVæritur. V. Sit hoc Sacramentũ neceſſarium ad ſalutẽ? Reſpond. duplex eſſe de Euchariſtiæ Sũptione pręceptum. Primum Diuinum Domini noſtri Ieſu Chriſti Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis &c. Alterũ eſt poſitiuum in c.a. Omnis vtriuſq; ſexu: de pęnit.& remiſſ. confirmatũ de fide, in Conc.Triden.Seſſ.13. Can. 9. Quibus cauetur, omnes vſum diſcretionis habentes, communicare teneri ſemel in anno.

Dico ergo, quo ad primum; quòd licèt ſit Diuinum pręceptũ: nõ eſt abſolutę neceſſitatis, ut Baptiſmus. tex.cũ Glo. c.Si quis de corpore.26.q.6.Sot.4. d.8. q.vn.artic. 3. Sine Baptiſmo, enim in re vel in uoto nullus ſaluari poteſt. Sine Euchariſtia autem, niſi contemptus expreſſus, vel interpretatiuus adſit, qualis erit cùm quis manifeſtè per negligentiam non accipit, multi ſaluantur; illi ſcilicet qui in uillis, itinere, vel mari, moriũtur; quia tantùm habent cõfeſſorem: Euchariſtiam tamen non habent, & pueri, qui ſine communione decedunt.

Quo ad Secundum (niſi iuſta, arbitrio confeſſoris, excuſet cauſa), in ſtatu peccati eſt, qui potens, quolibet anno non cõmunicat.

14 *Sacra. Euch V. vnũ vel duo.*

QVæritur. V. ſint duo ſacramẽta Euchariſtię, cùm ſint duæ materiæ, totidemque formę? Reſ. (omittendo alia) eſſe tantũ vnũ Sacramẽtũ, quod ex illis duobus perficitur. ut ex Conc. Lateran. Floren. Trid.& alijs, probat Catech.Ro. pag.239.

15 *Euchariſtia ſacramentũ geminæ rei.*

HOc autem Notare oportet, (ut ſup. diximus) hoc eſſe peculiare Sacramento Euchariſtiæ, quòd dicatur Sacramentum geminæ rei. vt clariſſime habetur in c.Cũ Marthæ.de Celebrat. Miſſa. Quia prima res, quæ in hoc Sacramẽto continetur, eſt ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus. ſecunda res eſt gratia, quæ per dignam huiuſmodi Sacramenti ſumptionem ſumenti datur. de quo vide etiã Sot.4.d.8.q.vn.ar.2.

16 *Quot cõtinentur in hoc ſacramento.*

QVæritur Quot continentur in hoc Sacramento? Reſpõ. tria, Primum forma viſibilis panis, & vini. Secundum, veritas corporis, & ſanguinis Chriſti. Tertio, virtus ſpiritalis. ideſt virtus vnitatis, & charitatis, id eſt æterna coniunctio, & dilectio Chriſti ad eccleſiam, vt §.1.21. diſtinctio. ibi. Ego pro te rogaui

Petre

Petre &c. Primum. ſ. forma uiſibilis, eſt Sacramentum: tantum; & non res ſacramenti. Secundũ, ideſt corpus, & ſanguis, eſt Sacramentum, & res ſacramenti. Tertium ideſt gratia, eſt res ſacramenti tantùm, & non Sacramentũ. Ita intelliges. text. d. c. Cum Matthæ. §. Diſtinguendũ, & Gloſſ. 1. in c. de conſec. d. 2. & Sylu. & alios hoc confusè tangentes.

17 NOta, ꝙ cũ in hoc Sacramẽto (ultra alia quæ materia forma, & miniſtro conſtant, vt dictum eſt) inueniantur alia particularia; Primo de materia. Secũdo de forma. Tertio de miniſtro. Quarto de Vſu. Quinto de fructu agetur loco.

DE MATERIA.

18 *Materia quotuplex.*
QVæritur. Quotuplex eſt materia Euchariſtiæ? Reſpon. quod, cùm de fide, ſit determinatum, Sacramentum Euchariſtiæ corpore conſtare ſimul & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti; duplicem eſſe materiam, & quo ad corpus & quo ad ſanguinem, dicamus neceſſe eſt.

19 *Quę materia quo ad corpus.*
QVæritur. Quę eſt materia, quo ad corpus? Reſpõ. abſolutè eſſe panem vt omnes Euãgeliſtę & D. Paul. ſupra. aiũt. Accepit panem &c. text. c. Firmiter. §. Vna de Sũma Trinit. cap. Cùm Marthæ de Celebrat. Miſſa. cap. In Sacramento. ca. Cum omne. de Conſe. diſt. 2. Concil. Florent. & Trident. per totã. Seſſ. 13. S. Tho. 3. p. q. 74. ar. 3. Alex. Alenſ. 4. p. q. Duran. d. 11. q. 4. Scot. q. 6. Sotus. diſt. 9. q. vn. art. 1. oẽs Catholici. maximè Sylu. Euchariſtia. 1. q. 2. Victoria. num. 55.* Et nota mirabilem Canon. tertium. SS. Apoſt. qui ſic ait: Si quis Epiſcopus, aut presbyter pręter ordinationẽ Domini, qua de ſacrificio inſtituit, alia quępiam puta aut mel, aut lac, aut pro vino ſicerã, aut confecta quędã, aut aues aliqua animalia, aut legumina ſuper altare obtulerit, vt qui contra ordinationem Domini faciat deponitor.

20 *Quis panis neceſſarius.*
SEd cùm Euãgeliſtæ, & omnes ſup. dicant abſolutè; panem tãtũ; Quęritur quis panis ſit neceſſarius? Reſpond. ſequẽti aſſertione Panis triticeus a qua naturali concoctus eſt legitima materia Euchariſtiæ. S. Th. & omnes ſup. tex. in ca. 2. de Conſec. diſt. 2. ubi Gl. verbo Calix. citans. c. In Sacramẽto. ead. d. clariſſimè Cõc. Flor. ſic ait: Sacramenti Euchariſtię materia eſt panis triticeus. Et communis Sanctorum, ſecũdum Sylu. ſupra Viguerium. de Euchariſtia. verſiculo primo.

QVæritur. Quare panis triticeus ſit ma- 21
teria? Reſp. quòd triplici de cauſa. *Quare panis triticeus.*
Prima. Quia Chriſtus ſe grano frumenti comparauit. Ioan. 12. Secunda. Quia creditur Chriſtum, in frumenti pane conſecraſſe. Quia (ut ait Catechiſ. Rom. pag. 241.) Chriſtus panem ſe appellauit, & dixit eſſe quo nomine panis intelligitur cõmunis, quia analogum per ſe ſumptũ ſtat pro famoſiori ſignificato. Et ſic, cũ panis abſolutè nominatur panẽ ex tritico intelligi ſatis conſtat. Tertia cauſa: quia uniuerſa ſic, à ſui principio (quo ſatis abunde eſt) ſeruat Eccleſia S. Tho. Sylue. dict. q. 2. tangit Viguerius ſup. Sot. d. 9. q. vn. art. 1.

QVæritur. Vtrum in alijs granis ſcili- 22
cet in ordeo, Siligine, Farre, Ami- *V. ĩ alijs granis poſſit fieri conſecratio.*
done, Spelta, & ſimilibus, poſſit confici? Reſ. quia in hoc diuerſę ſunt Opiniones Doctorum, ſequentes, ſecũdum communiorem, & veriorem opinionem notabis concluſiones.

PRima concluſio. Omnis panis, qui 23
cõmmuni loquendi modo vocatur *Omnis panis Ordinatus ad ſuſtẽt. etc.*
panis, & eſt ordinatus ad hominũ alimẽtũ, eſt ſufficiens materia ad conſecrandum. Damaſc. lib. 4. Ortodox. Fidei. cap. 14. Victoria in Summa. num. 55. Sot. 4. diſt. 9. q. vn. ar. 3.

SEcunda Concluſio. In pane ordei, Mi 24
lij, Lentis, Ciceris Caſtaneorum, Fa- *V. In pane ordei Caſtanearum &c fiat Cõſecratio.*
uarũ, atque aliorũ fructuum, & leguminum, quibus, aliquot vtuntur Regiones, conſecrari non poteſt. S. Th. & cõmunis opinio, quam reſoluit Sylu. Euchariſtia nu. 2. Victoria. nu. 55. Armill. infra. Viguerius. de Euchariſtia, ver. 1. Sot. ſupra, propoſitione. 3. & maximè in fine cõtra Caietã.

TErtia Concluſio. In panis Siliginis 25
(quia verè Siligo ſpecies tritici eſt *Quid de panis Siliginis.*
confici poteſt S. Thom. 3. p. q. 74. articu.

 3. Palud.

3. Palud. quẽ refert, & ſequitur Syl. ſup. Armil. Euch. num. 1. probat Th. Argẽt. 3. d. 11. q. 2. ar. 1. Vict. ſup. Sot. 4. d. 9. q. vni. articulo 3. ad medium. licet aliqui enim Sco. & Aug. negauerint.

26 *De Amidone.* QVarta Concluſio. In Amidone, qui corruptum triticum eſt, fieri non poteſt conſecratio S. Th. Syl. Viguerius, & Victoria. ſup. Angel. Euchariſtia. 3. nu. 5. Scot. Armil. ſup. nu. 2. Communis, cum qua inclinat Sot. ſup. licet aliqui dubitent, & Palud. 4. d. 4. & diſt. 11. q. 1. ar. 4. teneat contrarium.

27 *De ſpelta Lolio &c.* QVinta concluſio. In pane. Speltæ, & Lolij. quando hæ ſpecies propter terræ debilitatem, ex tritico generantur, fieri poteſt Conſecratio tenet Alberic. & Petr. quos refert Silue. ſupra quæſt. 3. inſinuat S. Thom. 3. parte quæſt. 74. artic. 3. ad ſecundum vt ait Armil. ſupra. titt. 1. tenet Argentina. Caietan. alij, quos refert, & ſequitur Sot. & diſtin. 9. q. vn. ar. & fauet. D. Hieron. & habetur in cap. Naſci. 56. diſt. & in cap. Vetuſto. 24. quęſtio. 1. Vbi clarè ait: triticum in Lolium, & Auenam verti. ¶ Pro cuius quęſtionis maiori intellectu, & confirmatione Nota: quod non probatur Ex euangelio atque D. Paulo Chriſtum, in pane triticeo conſecraſſe: nec grano tritici, ſed frumẽti ſe comparaſſe. At, ſecundum D. Iſido. Etimol. lib. 17. cap. 3. & refert, & ſequitur Argentina ſupra. Sot. 4. d. 9. q. vnic. articu. 3. *Frumenta quæ.* Frumentum eſt genus; triticum autem ſpecies frumenti. Frumenta autem (aiunt) ſunt quæ habent ariſtas, ergo cũ Siligo, & Spelta habeãt ariſtas, & ſecundum primam Concluſ. ſupra taliũ panis ad uſum hominum aptas ſit, vt in multis Regionibus fit; patet poſſe in eis confici. Quod clarè, cõcedit S. Thom. quando ex tritico generantur, & ita tenet, quamuis, Glo. in cap. In Sacramento Armil. nu. 1. & alij dicant quod non.

28 SExta Concluſio. In Farre, (omiſſis alijs opinionibus) confici poteſt, ita Victoria. numer. 55. Sot. 4. diſtin. 9. q. 29 vnica arti. 3. quamuis S. Tho. 3. p. q. 74. art. 3. inſinuet contrarium.

De mixtione ſeminum. QVæritur. Quid ſi tritico aliqua miſceãtur diuerſi ſęminis grana? Reſ. quod ſi admixta grana diuerſa, ita ſint in parua quantitate, quod ſpecies non corrumpatur triticea; fiet Conſecratio. Communis in 4. diſtin. 11. quam refert, & ſequitur Angel. Eucha. 1. nu. 8. Syl. eod. q. 2. Armi. nu. 2. maximè S. Tho. 3. p. q. 74. ar. 4. Viguerius. de Euch. verſi. 1.

QVæritur quid ſi farinę tritici aliqua miſceãtur Piperis grana, an illa ſubſtantia conuertatur in corpus Chriſti? Glo. in c. Sacramento de conſec. d. 2. tenet quòd non. 30 *De pipere mixto farina.*

QVærit. V. In paſta cruda fieri poſſit Conſecratio? Reſpõ. ꝙ non, ſecundũ S. Tho. & omnes. Scot. quẽ refert ſequit. Angel. ſup. nu. 3. Syl. nu. 2. Armil. 4. Vict. nu. 55. ad fi. Sot. 4. d. 9. q. vn. ar. 3. ĩ fi. qa nõ eſt cõmeſtibilis. 31 *Paſta cruda nõ apta.*

QVærit. itẽ. V. In Lagano (fogaza, vel torta) facto ex farina debita, & aqua naturali, qbus miſcetur oleum, ſucarũ, oua, & alia (vt cõmuniter fit) poſſit fieri Cõſecratio? Sot. in 4 d. 9. q. vn. art. 3. ad fin. (intelligens clarè, p lagano, illud quod Hiſpani: hojuelas frita, appellant) negat conſecrari poſſe. Quod eadẽ ratione, videtur mihi dicendum de illo, quod Hiſpanè (Buñuelos) & de illo, quod Italicè) Taglia-rini, & Rauioli, & Macaroni) dicit. Quia (ait Sot.) neceſſe eſt, vt panis ſit in furno, vel ſub cineribus cõcoctus nõ aũt ſufficit qđ ſit ĩ Sartagine, vel alio inſtrumẽto, oleo frixus; vel aqua decoctus. Ita ẽt, Petrus a Soto de Euch. lect. 2. 32 *V. In lagano.*

QVęritur. V. ſit neceſſaria aquę admixtio cũ farina. 1. vtrũ ſi triticũ, cũ ſucco proprio in mortariolo adunaretur, & ſic in paſtã redactum, coqueretur, poſſet Cõſecratio fieri, ſi quidẽ ex illo poſſent hoĩes ſuſtẽtari? Reſ. ꝙ nõ; qa (vt ait Innoc. in quadã decreta. de celeb. Miſ. c. fi. & refert. S. Th. 3. p. q. 74. ar. 4. Sco. & Ricar. quos refert, & ſequit. Armil. Euch. nu. 6. & communis cum S. Tho. & alijs Sanctis, ut ait Sylu. quæſt. 2. ſup. & Angel. Euchariſtia. 1. numero 7. diſt. 9. quæſt. 1. arti. 6. Gloſſ. verbo: poteſt. in c. 2. de Conſec. diſt. 2.) admixtio aquæ ad farinam eſt de neceſſitate huius Sacramenti S. Thom. 3. par. q. 74. articu. 33 *V. ſit neceſſaria aqua admixtio.*

Ficu.7.Petrus Soto.de Eucha.lect.14.

34 QVęritur. V. talis panis, poſſit fieri ex farina, & uino aliave aqua Roſacea, Angelica, vel alio liquore? Reſp. in nulla iſtarum conſectari poſſe, vt ex S. Th. reſoluit. Angel. & Syluest. ſup.q.3. Armil nu.6. Sot.4.diſt.9.q.1.ar.6.ad 3. Palud.c.11.q.1.ad fi. & Glo.verſ. Calix. in ca. Sic in ſacrificando. de Conſecra.d.2. Petrus Soto, de Eucha.lect.14. quãuis ſumma. Aſteſana, Alberic. & Durandus Ordinis minorũ, & Caiet. (vt refert Sot. ſupra) teneat contrarium.

V. talis panis poſſit fieri ex uino, aqua roſacea, et cat.

DICTO DE MATERIA PANIS.

35 QVæritur. Quę ſit materia quo ad Calicem, vel Sanguinem? Reſp. Et Sacris litteris, atque Concilijs, Tridentino maximè ſupra S. Thom. & omnibus Sanctis, & Doctoribus ſupra, eſſe vinũ vitis. Vide Sylui. ſupra num.4. diſt.9.q. vn.ar.1. & 5. Catechiſ. Ro. pág. 243.

Materia quo ad ſanguinem.

36 QVæritur. Verum in neceſſitate, conſecratio fieri poſſit in vino pomorũ, vel aliorum fructuum? Reſpon. quod non. Quia, quãuis de pane non dixeruit Euangeliſtę, niſi; Accipiens panem ſimpliciter, de uino tamen, Matth.26. ait Chriſtus: non bibã amodo, de hoc genimine vitis, &c. & ſic, nõ poteſt in alio vino cõfici. Glo. verbo Calix. in c.2. de Cõſecra. d.2.c. Didicimus. c. Cum omne ead.d. S. Th.3.p.q.74.ar.5.ad.2. & omnes.

V. In Vino pomorum.

37 QVæritur. Verum poſſit confici in uino cocto, vel Nectare? quidam dicebant, quòd ſic, Quia ex uino factũ eſt, igne mediante. Hugo. tamẽ, quẽ refert, & ſequitur Gloſſ. in d.c.2. Tenet quod non. Ratio mihi eſt clara; quia illud vinum quod ante dictam, ad ignem, decoctionẽ erat optima materia conſecrationis; iam per dictam decoctionẽ trãſiuit in aliam ſpeciẽ; ut per frigus aqua congelatur, & aliàs ſpecies gelu conſtituitur, & vt fit in Hiſpania, el Arrope, Bononię Sapa. quia per ignem tranſit in aliam ſpeciem, ex muſto.

De uino cocto uel Nectare

38 QVæritur. Verum in aceto, (Vinagre Hiſpanicè) poſſit conſecratio fieri? Quidam fecerunt olim diſtinctionem quandam, Videlicet, quod ſi acetũ factum fuiſſet ex uino, poſſet in eo cõſecrari. Si autem non ex vino; ſecus. Ita tenet Glo. verbo Calix in c.2. de conſec.d.6. & Innoc. III. de Sacro Altaris myſterio. Sed vera reſolutio eſt, in quocunque aceti genere conſecrationẽ nõ tenere. S. Th.3.p.q.74.ar.5.ad 2. Cõmunis in 4. maximè Ricar.d.11. Sot. diſtin.9.q. vni. art.5. Angelus, Euchariſtia.1. num.10. Syl. eod. verbo.q.4. Armil. Viguerius, & omnes. Victoria.nu.59.

V. In aceto fiat conſecratio.

Poterit tamen (ſecundũ ſupra dictos) cõfici in uino aceſcente, vel parũ acre. (et, vt ait Victoria, que tiene vna punta de azedo) id eſt, quod uadit in viã ad acetum licet peccet qui in tali abſque neceſſitate conſecraret.

V. In vino parũ acri fiat conſecratio.

39 QVęritur. Verum vinum in Calice propter frigus congelatũ poſſit cõſecrari? Reſp. primo quod debet prius aliqua adhiberi remedia; vt aliquefiat, vt manus ad cuppã; Calicis adhibẽdo calidas, vel pãnũ. Quod ſi nullũ remediũ fieri poterit: Reſpon. Secundo, ſi tale vinum cõgelatum conſecretur, eſſe conſecratum. tenet Angel. verbo Miſſa nu. 23. Syluestr. Euchariſtia. 2. ad finem, & quidam alij. Sed contra: Baptiſmus in gelu, fieri nõ poteſt, bene tamẽ in aqua, ex illo gelu, liquefacta; ut tenent omnes, ergo ſimiliter cõſecratio fieri nõ poterit in illo cõgelato, benè tamẽ in liquefacto? Reſ. quod aqua congelata, tranſit in aliã ſpeciem ſcilicet in gelu: uinum, autem nõ; ideo conſecrari poterit.

Quid ſi uinũ cõgeletur ĩ calice.

40 DE Muſto autem eſt quæſtio: an in illo fieri poſſit conſecratio? De qua quæſtione diuerſę fuere opiniones. Quidã enim auctor antiquus ſic ait: audacter dico; nullo poſſe modo cõfici. Alij autẽ, cũ mediocri moderatione loquũtur. Quod prouenit ex eo, quod textũ in c. Cũ omne de cõſecrat. diſtin.2. ignorauerunt; in quo Reſp. ad quæſtionem: ſcilicet, in muſto, in ipſis uuarum granis incluſo, nullo modo cõſecrari poſſe, In muſto autẽ etiã nouiter ex racemis in Calice ipſo expreſſo; (maximè in neceſſitate) cõfici poſſe Quod vltra d. text. tenet

V. In muſto fieri poſſit Cõſecratio.

S.Tho.3.parte quæſtio.74.ar.4.Angel. ſupra.num.12.Syluest.nu.4.Armil.nu. 8.Sot.4.diſtin.9.q.vn.ar.5.Victoria (licèt confusè) in ſumma.nu.59. tenet etiã Gloſſ.verbo.Comprimatur; in dicto ca. Cum omne. Vbi reddit rationẽ, ſcilicet, quod deſecatio, vel decoctio muſti ĩ dolio, non eſt neceſſaria ad Conſecrationẽ.

41 *Corona anni q̃ dicatur.*

IN cuius confirmationem facit illud, quod in aliquibus Eccleſijs ſolet in die S.Sixti, vel Transfigurationis die 6. Auguſti fieri. Solẽt enim Populi in Miſſa maiori, nouas Tritici ſpicas, primaſque vuas offerre: quas ſacerdos celebraturus accipit, & de ſpicis poſtea fiunt Hoſtiæ ad celebrandum: racemum autem nouatum vuarum, in Calice comprimit, puritate decenti; muſtumque inde compreſſum conſecrat. De qua noua oblatione, primæuiſque fructibus, intelligitur illud: Benedices coronæ anni benignitatis tuę, & cãpi tui replebuntur vbertate. Et ſic hęc noua oblatio dicitur, Corona anni; ꝙ inſinuat text. & ibi Gloſſ. cap. Didicimus de cõſecra.diſt.2.* Quę conſuetudo antiquiſſima erat, cùm habeatur expreſſa in Canone.3.Apoſto.ibi excepto nouo frumento, & vua tempore debito.

42 *V. aqua ſit neceſſario miſcenda.*

QVęritur. V. Neceſſario ſit aqua vino miſcenda? Tres ſunt in hac quæſtione opiniones. Prima tenet, quòd tantum eſt miſcenda ex honeſtate; ita Gloſſa.verbo Calix. in ca.cùm omne de conſecratio.diſtin. 2. ſed reprobatur ab omnibus. Sed & Armeni dicebant non eſſe miſcendam, quę opinio hęretica eſt, vt tradit Paul.Gryſal. verbo Euchariſtia nume.8. Secunda opi.tenet, eſſe faciendam mixturam aquę, de neceſſitate Sacramenti, ita tenuerunt alij, quos refert. Sot.4.diſtin.9.q.vnica.art.5.in declaratione ſecũdę concluſionis. Quæ itidẽ falſa eſt. Tertia autem vera, & tenenda opinio eſt; tantum eſſe de neceſſitate præcepti.tex.c.In Sacramẽto.c.In calice.c.Cũ omne cap.Non oportet; de Conſecrat. d.2.c.Cum Marthæ.de Celeb. Miſſa. & vltra Cõcilia Bracharẽſ.3.c.1.Cartagin. 3.c.24.Florẽ.& nouiſſimè Trid.Seſ.22. c.7.Cano.9. quę hoc ſtatuerũt faciendũ tenent multę Gloſſ. & communis Theologorum, quam refert, & ſequitur Victoria.num.60. & habetur in Catechiſ.Ro. pag.243.

V. Omiſſio aqua ſit morta. peccatum.

Quapropter licet ſacerdos ſine aqua celebrans, conſecraret: peccaret tamen mortaliter illam data opera, uel ex negligentia magna, omittens. Si autem neglig-ẽtia fuit leuis, venialiter. Alexã. Angel. Syluest. & omnes. argumen. ca. Literas de Celebr. Miſſa. & d.c. Cum omnes.

44 *Quare aqua miſcenda.*

SEd cum ſine illa fiat cõſecratio: Quæritur: Quare vino miſceatur? Reſp. triplicem ob cauſam quã ponit Cõcil. Tridẽ. Catech.Ro.alij.ſup. Prima Quia Eccleſia tenet Chriſtũ, vinum aqua mixtum conſecraſſe.

Secunda. Quia ex eius latere in Cruce ſanguis exiuit & aqua.

Melchiſedech vinũ obtulit limphatum

Tertia propter ſignificationem, quia aqua ſignificat Populum, Chriſto capiti adunatũ, & habetur mirabiliter in c. In calicem de conſecrat.d.2.vbi Gloſſ.verbo, vinũ, ait Melchiſedech vinũ obtuliſſe limpharum. Quartam cauſam ponit S.Thomas 3.parte quęſtio.74.articu.6.

45 *Quanta aqua vino miſcenda.*

QVæritur. Quanta aqua ſit in uino miſcẽda? Reſpon. hoc non eſſe determinatum, ſed tantũ, quod aqua ſit in tali quãtite miſcenda: quod tẽpore conſecrationis ſit vinum conuerſa. Quapropter caueat ſacerdos, ut tãtũ aliquas aquę guttas vino infundat; in Italia maxime. vbi vina non ita ſunt fortia, vt in Hiſpania, & alijs Regionibus S.Th. 3. par.q.74.ar.6.Scot.& Ricard. 4.d.11. Angel.Euch.1.nu.14.Sylu. & alij. Sot. d.9.q.vn.ar.6.Catech.Ro.pag.244.verſi.Illud autem.

46 *Quando aqua miſcenda.*

QVæritur V. ſufficiat, quòd aqua ante Miſſam fuerint ampulla, vel dolio, per ſacerdotem vel alium, vino admixta? Reſpon. ſecundum omnes maxime S.Bonau.in 4.diſt.11. quod non ſed neceſſario debet in ipſo Calice ante celebrationem, vel quando præparatur Calix admiſceri.

47 *V. ſufficiat aqua artificialis.*

QVæritur. V. Aqua Roſacea vel alia artificialis poſſit vino conſecrando miſceri? & quid, Si de facto miſceatur? Reſpõd. quòd nullo modo eſt

miſcen-

miſcenda. Si autem de facto miſceatur, miſcens peccat mortaliter; & nihilominus verum conſecrat ſanguinem Chri ſti. Ratio eſt: quia (vt dictum eſt) aqua, etiã naturalis, nõ eſt de eſſentia ſacramẽti. Syl. Euchariſtia. 1. q. 4. & q. 2. ad finẽ Sot. 4. 9. q. 1. art. 6. ad 3. arg. & alij ſupra Petrus à Soto. de Euchariſt. lect. 14.

48 *V. Accidentia vel accidentales acceſſiones nocent.* PRo maiori intelligentia; circa vtramque Euchariſtiæ materiam conſecrãdã, Aduerte, ꝙ accidẽtalia, vel (rectius accidentalia nihil impediunt quominus ſacramentum perficiatur. Vt in pane vel hoſtia, ſi farina non ſit albiſſima, vel puriſſima; recens, vel vetus, bene oleus, vel non: vel aqua farinæ, vinovè admiſcenda, frigida calida; clara, rubea, viridis, uel olens ſit, vel è contra. Itẽ ſi vinũ album ſit uel nigrum: nouum, uel uetus, vel etiã ſi in illo immiſſum fuit pomum aliquod, ſpecieſvè aliqua Aromatica; vel ex vaſe, aliquid boni, uel mali od oris vino adhæſit. In omnibus his, (modo eſſentialia ſeruentur) non uiciatur ſacrament. Angel. Euchariſtia. 1. nume. 10. Alberic. quem refert, & ſequitur Syluest. Euchariſt. 1. q. 4. & alij. & Sot. in 4. diſt. 9. q. vn. ar. 5. ad finem.

49 *V. Requiratur determinata quantitas.* QVæritur. V. In utraq; materia cõſecranda, certa & determinata requiratur quantitas? Reſ. Reſolutiuè, nullã eſſe tam magnã panis uel vini quantitatem quæ conſecrari nõ poſſit. Idemque eſſe de paruitate. S. Tho. 3. p. q. 74. art. 2. & in 4. diſt. 11. q. 2. d. 1. & quodlib. 3. Scot. Durand. Palud. & alij Syl. ſupra. Victoria. nu. 57. Sot. 4. diſtin. 9. q. vn. ar. 2. cõmunis quã refert, & ſequitur Armil. Euchariſtia, nu. 12. (licet contrarium tenuerit Ang. & alij contra S. Th. qui nõ ſunt audiẽdi.) Ratio, eſt quia Euchariſtiæ materia, quæ conſecratur, nõ ſolum reſpicit ad vſum omnium fideliũ, qui nũc ſunt in mũdo, ſed ad oẽs qui poſſunt eſſe. Catech. Ro. 243.

Quòd ſi Angeli, & aliorũ ſententia eſſet vera, ſequeretur Parochum non poſſe plures hoſtias conſecrare, quam ſunt pſonę in illa Parochia, qđ eſt falſũ.

50 *V. Requiratur p.* QVæritur V. poſſet ſacerdos cõſecrare totum panem in foro cõſtitutũ cum ipſe ſit in Eccleſia? Reſ. (omiſſis aliqb. circunloquijs) ꝙ neceſſe eſt, vt more humano, materia tam panis, quam vini, ſit coram ſacerdote præſens ut verifi ceretur illud pronomen, hoc vel, hic, ita communis opinio. S. Th. & aliorum ſupra. & reſoluit Syluest. Euchar. 2. num. 6. ad fin. & probat late Sot. diſtin. 9. q. 1. art. 2. *ſentia, materia*

DE FORMA EVCHAriſtiæ quo ad materiam panis.

51 *Quæ forma quo ad panem.* QVęritur. Quę ſit forma ſacramẽti Euchariſtię? Reſp. duplicem eſſe huius ſacramẽti formã (quẽadmodum duplicem materiam, monſtrauimus) Alia enim, eſt forma qua panis, altera qua vinum conſecratur.

52 QVęritur Ergo quæ ſit forma quo ad materiam panis? Reſpon. eſſe illa quatuor verba: HOC EST, CORPVS MEVM. Vt ex. D. Matth. 26. Marco. 14. Luca. 22. Paulo. 1. Corint. ca. 11. tradit text. in c. Cum Marthæ. de Celeb. Miſſ. c. Panis eſt. c. Quia corpus. c. Re vera. ca. Acceſſerunt. de Conſec. diſt. 2. S. Tho. 3. p. q. 78. art. 1. & 3. Siluest. & alij sũmiſtę. Victo. nu. 78. Communis in 4. maximè Sot. diſt. 11. q. 1. ar. 1. & 2. Catech. Rom. pag. 346. Ex quibus reprobatur inſana Valdenſium hęreſis dicentium: Euchariſtiæ formas, eſſe ſeptem Pater noſter; benedicendo panem, & vinum. De quo uide Paul. Gryſald. verbo. Euchariſtia n. 5.

53 *V. Omnia verba Canonis ſit de eſſentia.* QVæritur. Vtrum verba illa: Qui pridie quam pateretur &c. & verbũ, enim, ſint de eſſentia ſacramenti? Reſp. quod liſtet Scotus, & alij dubitent; non eſt dubium, ſecundum. S. Thom. ſupra Duran. 4. diſt. 8. & omnes. ſed dicendum verba ſupra dicta, & omnia alia quæ cõſecrationem ipſam præcedunt, & ſubſequuntur, tantùm eſſe de neceſſitate pręcepti, ita quòd omittens illa, vel illorum aliquod, data opera, vel ex magna neglịgentia, peccaret mortaliter. Nihilominus tamen ſacramentum perficeret, ſecundum omnes, & probat latè Sot. ſupra.

53 *V. fiat Cõſecratio illis quatuor uerbis tãtum?* QVæritur Item, Quid ſi ſacerdos diceret tantùm illa 4. verba, vtrũ conſecraret? Reſp. ꝙ licèt Scot. 4. diſtinc. 8. quem intrepide ſequitur Angel. Eucharistia. 1. numero 24. dicat quod non conſacrabit; Contrarium eſt verum, cum S. Thom. 3. parte quæſtione. 78. articu. 1. ad 1. quem refert, & ſequitur Roſella, & Syluеſ. Euchariſtia. 1. ad fin. Armill, nu. 13. dicens opinionem Scoti eſſe contra vſum Eccleſiæ; & contra omnes in 4. maximè Sot. diſt. 11. q̃ſt. 1. art. 1. & 2.

FORMA CONSECRAtionis Calicis.

54 *Quæ ſit forma. qua rad Calicẽ?* QVæritur. Quæ ſit Conſecrationis Calicis forma? Reſp. varias in hoc eſſe Doctorum opiniones. Prima opinio eſt Scot. 4. diſt. 8. q. 1. art. 2. dicentis: Nobis eſſe ignotam formã Cõſecrationis tam corporis, quã ſanguinis, ſed hoc affirmare, hæreticum dicit Paulus Gryſald. verbo Euchariſtia. num. 6. Secunda opinio quam refert, Angel. Euchariſtia. 1. num. 28. tenet, hãc eſſe: Hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui, & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur, in remiſſionem peccatorũ: hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis.

Tertia opinio. S. Thom. 3. par. q. 78. ar. 3. ait: de eſſentia formæ, eſſe omnia hęc verba: Hic eſt Calix ſanguinis mei, noui, & ęterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundẽtur in remiſſionem peccatorum. Cum S. Tho. tenet Palud. Syl. Euchariſtia. 1. ad fi. & Armil. num. 12. Vbi ait: hanc formam in Miſſali S. Ambroſij, literis aureis, eſſe repertã. Qđ etiam ait Sylu. ſup. Quã formã & ex cõmuni vſu Eccleſiæ, tradit Miſſale Romanũ vetus, & nouũ reformatũ, poſt Cõcil. Trid. Et multi alij, tenent cũ S. Th. maximè Aegidius Ro. in expoſitione c. Cũ Marthę. de Celeb. Miſ. ait: omnino credendũ eſſe hanc formã à Chriſto ſeruatam, & poſtea ab Apoſtolis Eccleſiæ datã fuiſſe, Et Petrus à Soto de Inſtitutione ſacerd. lect. 2. de Euch. ait tutam, & certam, ſentẽtiã. Tenet Spineus, in quodlibeto de hac re, vt refert Paul. Gryſ. infra.

Quarta opinio. S. Bonauent. 4. diſt. 8. tenet hæc verba tñ de eſſẽtia formæ eſſe: HIC, EST, CALIX, SANGVINIS MEI. Et hæc eſt communis opi. Doctorum quam refert, & ſequitur Ang. ſup. in fin. Victoria. nu. 74. Tabiena. Euchariſtia. 1. nu. 27. tradit Euſebius Emiſenus, & habetur in c. Quia corpus, & S. Amb. in c. Panis eſt. de Cõſecr. diſt. 2. & Cõpẽdium Theologiæ. lib. 6. c. 12. & hãc opinionẽ tenet Sot. 4. diſt. 11. q. 1. ar. 3. verſiculo. At vero. vbi conatur probare hãc etiam eſſe mentẽ, & ſententiã. S. Th. Tenet. ipſe Sot. cum multis alijs. diſt. 23. q. 2. ar. 2. ad fin. Tenẽt Duran. Sotus, & Caie. quos refert, & ſequitur Paulus Gryſal. verbo: Euchariſtia. num. 6. Quod cõfirmat Victora ſup. duabus rãtionibus. Prima. Quia hęc ſolá verba, in Miſſali S. Baſilij, literis rubeis, reperiebantur ſcripta. Altera efficaciſſima, videlicet. Quia Greci his tñ cõſecrant verbis, & verè cõſecrare dicuntur, nec ob hoc damnãtur: Petrus autem, à Soto ſupra inquit: Gręcos omnibus illis verbis vti in dicta forma, neſcio cui credendum Victoriæ, an illi. * Henricus etiam Gãd. quodlib. 9. q. 10. poſtquam omnes poſuerat opiniones, aſſerit illa tãtum verbi eſſe de eſſentia. ſic dicens: Quod ego potius arbitraret, ſi in tanto myſterio aliquid liceret arbitrari.

Quinta opinio alias concordans eſt, quòd licèt illa tñ verba: Hic eſt calix ſanguinis mei, ſint de eſſẽtia Cõſecrationis, ſacerdos tñ dicãt omnia aliã uerba, ĩ Miſſalib. poſita, cũ eadẽ intẽtione conſecrãdi, ita quòd intẽtio, ſua omnia illa cõprehẽdat verba. Scot. quem refert, & ſequit Ang. & Sot. ſup. Qđ cõfirmat ex Catech Ro. pag. 247. ĩ hęc uerba: Eã igitur (dictã formã) his verbis cõprehẽdi certo credẽdũ eſt, Hic eſt calix sãguinis mei, noui et ęterni teſtamẽti, myſteriũ fidei, q ꝓ vobis, & ꝓ multis effundet ĩ remiſſionẽ petõrũ. Vbi aduerte ſapiẽtiſſimũ auctorẽ Catechiſmi, non dicere hanc eſſe formã,

ſed formam illis verbis comprehendi.

Quibus opinionibus nõ obſtantibus in hac parte, & quæſtione, (ſicut in omnibus) teneo q̃ ſancta Romana Eccleſia tenet, cuius, correctioni, & iudicio me ſubmitto.

DE MINISTRO.

55 *Quis ſit miniſter* QVæritur. Quis ſit ſacramenti Euchariſtiæ miniſter? Reſp. duplicem, circa hoc ſacramentum, inueniri actionem. prima eſt ipſius ſacramenti Conſecratio, vel confectio. Secunda eſt, Adminiſtratio ipſius, vel diſtributio. de qua infra de vſu. Quo ad Conſecrationem Reſp. Miniſtrum huius ſacramenti eſſe tantùm ſacerdotem ritè, & rectè Ordinatum, tex. cum Gloſ. in c. Firmiter, §. Vna de ſũma Trinit. c. 1. 25. diſt. Cõcil. Flor. Gloſ. verbo. Vſurpare. c. 2. de Cler. nõ ord. minor. Catechiſ. Ro. pag. 480. in 4. diſt. 13. Vbi S. Th. & omnes. Sot. q. 1. ar. 1. Syluest. Euchariſtia. 2. nu. 2. & alij eod. Quam duplicem actionem Doctor Angelicus in illo hymno: ſacris ſolemnibus, vno uerbo comprehendit, ſic dicens:

¶ Sic ſacrificium iſtud inſtituit,
Cuius officium committi voluit
Solis presbyteris, quibus ſic congruit
Vt ſumant, & dent cæteris.

IMPEDIMENTA QVIbus Conſecratio impediri poſſit ne fiat.

56 COnſtitutis materia. Forma, & Miniſtro debitis. Quæritur, quibus caſibus impediri põt, ne ſacramentum hoc conficiatur?

Primo Reſp. Hoc ſacramentum non confici, quando debita nõ adhibetur materia, vt ſi quis alium conſecraret panem vel vinum, quàm ſupra diximus eſſe neceſſarium.

Secundo. Quando propria conſtituti materia, ſed ita corrupta quod apta dici non poſſit. Tunc autem dicetur corrupta, quando continuitas panis ſoluitur, Syl. Euchariſtia. 1. Ricar. 4. diſt. 10. Nauar. ca. 25. num. 86.

Tertio. Sacramẽtum non conficitur, q̃n aliquid formæ addit, minuit, vel ſincopatur, quod ſenſum varier, vel corrumpat. De quo Dic. vt ſupra de ſacramen. tu genere.

57 *Impedimẽta ex parte miniſtri.* EX parte autem Miniſtri, duplicia inueniuntur impedimenta, ne hoc ſacramentum ritè conficiatur. Quædã de iure Diuino, alia Canonico introducta.

58 *Impedimẽta ex iure poſitiuo.* DE impedimentis iure Canonico inductis hæc ſit Concluſio.

Sacerdos in mortali peccato exiſtens, non ieiunus, excõicatus, ſuſpenſus, Officio, & beneficio depoſitus, verbaliter, vel actualiter degradatus, Catholicus, Schiſmaticus, & etiã hæreticus dicẽs de facto, debitam formã, ſuper debitã materiã, cũ debita in tentione, ſaltẽm faciendi quod catholica Eccleſia facit, verum conficit ſacramentum, licèt grauiſſimè peccet, conſecrando, & mortale ſacrilegium committat. Hæc concluſio probatur per totam. 1. q. 1. maxime. in c. Intra. cum 12. ſequentibus. S. Th. 4. diſt. 13. & ibid. Ricar. & omnes. Angel. Euchariſtia. 2. nu. 2. Sylu. eo. nu. 3. & irregularitas. q. 9. eſt communis omnium Theologorum, quam refert & ſequitur Victor. nu. 90. & 92. Armil. Euchariſtia. nu. 15. Sot. 4. diſt. 1. q. 5. ar. 5. & diſt. 13. q. 1. ar. 6. 7. & 8. late Couar. lib. 1. Variarum. c. 10. nume. 8. & Catech. Rom. pag. 281. verſi. Quamquam.

Quamuis Magiſter ſenten. in 4. diſt. 13. & quidam alij, errauerint dicentes tales, etiam de facto, conſecrare non poſſe quam opinionem hæreticam dicit Paul. Gryſalvverb. Euchariſtia. num. 39. & 40.

Dixit: de facto, quia de iure, nullus ſupradictorum conſecrare poteſt. Angel. Sylu. Ricar. & omnes, ſupra. Et ſic intelliguntur quædam capitula. 1. q. 1. Vbi habetur tales nõ poſſe, ſcilicet de iure, de facto autem ſic, etiam abſque ſolemnitate vlla, vel ſacra veſte. * Et de illo qui permittit hæreticum celebrare in Eccleſia catholica tractat Canon. 4 1. pęnitẽt. in medio ſic dicẽs: Qui vero permittit hæreticum celebrare Miſſam in Eccle-

ſia

ſia Catholica per ignorantiam iuris, pęniteat. 40. diebus. Si pro reuerẽtia eius p annum pœniteat. Si pro damnatione Eccleſiæ Catholicæ, & pro conſuetudine Romanorum projciatur ab Eccleſia ſicut hæreticus, ſi ſit impęnitens, alio qui pœniteat decem annis, &c. vide tex. c. Si quis dederit. 24. q. 1.

59 *Impedimẽta ex iure Diuino, Nõ baptizatus non cõſecrã.*

ALia ſunt impedimenta de Iure Diuino, ne confici poſſit.

Primũ ſi quis ſacerdos efficiatur, qui nõ fuerit baptizatus, licet attẽtet cõſecrare, nihil facit. Vt colligit ex c. fi. de Presbytero non baptizato. & probat Silu. verbo baptiſmus. 6. q. 3. ex S. Tho. & alijs. & verbo. Euchariſtia. 2. nu. 5. contra Ang. verbo Baptiſmus. 7. in fin. qui male citat. S. Tho. pro ſe.

60 *Laicus conſecrare nõ poteſt.*

SEcundum impedimentum eſt, ſi laicus abſque ordinibus (vt aliquando factum fuit) ſacerdotem ſe fingat, non conſecrat, quia poteſtatẽ non habet conſecrandi. Vel ẽt, ſi Subdiaconus, vel Diaconus tantum conſecrare attentauerint, nihil faciunt. text. cum Gl. verbo Vſurpare, & ibi citatis in cap. fin. de Cler. non ord. min.

61 *Qui in ordinationibus accipiẽ. defecit i aliquo ſubſtantiali, nõ cõſecra.*

AD hoc etiam impedimentum reducitur aliud. ſ. Si quis in ordinatione defecit in aliquo de eſſentialibus. Vt ſi ille, qui Epiſcopus credebatur, fictus Epiſcopus erat, vel ſi ordinatus non fecit actum illum, per quem character imprimitur, & Ordo confertur, Quia talis non remanet ordinatus, ſecundum omnes. Vt ex varijs Iuribus, tradit Ang. Ordo. 1. nu. 8. Silu. 2. q. 10. Armil. num. 8. & tangit Nauar. c. 25. nu. 71.

62 *Mulier cõſecrare nõ poteſt.*

HVc etiam pertinet, ſi Mulier, quæ homo videtur, & pro homine reputatur, ordinaretur, quia talis nullum ordinem recipit S. Tho. 4. diſt. 25. q. 1. ar. 1. Angel. Ordo. 3. in prin. Sil. 4. in princ. Victor. num. 237. Sot. 4. diſtinct. 25. q. 1. articulo 2.

63 *Quid ſi poſt inceptã miſſam recordetur*

SEd vt in his, & ſimilibus impedimentis irretitus, ſciat quid facere debeat; Quęritur: Quid ſi poſt inceptam Miſſam, reperiat ſacerdos ſe in aliquod peccatum mortale lapſum? Archid. quẽ refert, & ſequitur Silu. Euchariſtia. 2. nu. 9. Archiep. Flor. Armil. verbo Miſſa. nu. 13. & alij, tenẽt ꝙ ſi ante Cõſecrationẽ, ſine ſcandalo poteſt quærere Confeſſorẽ; debet Silu. ꝙ tenetur. Quibus omiſſis Tu dic Quod in quacũque parte Miſſæ recordetur, non debet Miſſam relinquere, vel Confeſſorẽ quærere. cum ſcandalo; ſed tenetur Cõtritionẽ habere, & ſufficit, cũ propoſito poſtea confitẽdi, & ſic finire Miſſam. Palud. quẽ refert, & ſequitur Sil. & Armil. ſup. & tenet Victoria. nu. 79. cũ Ricar. Nauar. c. 21. nu 49. Sot. 4. d. 13. q. 2. ar. 6. Imo ſi illa Cõtritio pfecta non eſſet, ſed tm̃ Attritio; cũ ſacro fieret Cõtritio. S. Tho. 3. par. q. 79. ar. 3. cõiter receptus ſm Nau. ſup. num. 47. S. Bonauen. Alex. de Ales, Gab. Marſil. Adria. Gerſon. & oẽs. quos refert, & ſequitur Victoria. nu. 77. Ratio quare non tenetur Miſſam relinquere eſt, quia ipſemet ſacerdos, per Contritionem cum dicto propoſito poſtea confitendi, a peccato in quo eſt, ſe poteſt liberare.

aliculus impedimenti.

De peccato mortali.

64 *V. ante ſecretã teneatur confiteri.*

SI aũt ante ſecretã (vt qñ fit offertoriũ) põt ſine ſcandalo cõfiteri (maxime ſi celebrat ſolẽniter, & ꝗ cãtat Euangeliũ, vel Epiſtolã eſt Sacerdos Confeſſor) tenetur cõfiteri: ſm. Silu. quẽ cũ Archid. refert, & ſequitur Nauar. c. 25. nu. 76.

Quòd ſi peccatũ ita eius cordi adhæret, vt conteri non poſſit, ait Sot. ſup. in tali caſu, etiam cum grauiſſimo ſcandalo debere Miſſam relinquere.

65 *Quid de non ieiuno excõmunicato vel ſuſpenſo, &c.*

QVæritur. Quid ſi incepta Miſſa, recordatur ſe non eſſe ieiunum, vel eſſe excommunicatum, ſuſpenſum, interdictum, vel irregularem? Reſp. Diſtinguendo; aut recordatur poſt Conſecrationem, aut ante. Si poſt conſecrationẽ, nullo modo, vel caſu dictorum, debet dimittere Miſſam, ſed finire ſecundum S. Tho. & omnes ſup. Si autem ante conſecrationem recordatur: De hoc ſunt opiniones. S. Bonauent. enim quem refert, & ſequitur Ang. Euchariſtia. 2. nu. 6. Sil. eod. nu. 9. Armil. verbo. Miſſa. nu. 13. tenẽt quod poteſt, poſt inchoatã Miſſam, cum cõtritione finire, (ſicut de exiſtenti in mortali diximus) Palud. quem refert Silu. & Armil. ſupra, aliam tenet opinionem. ſ. quod tenetur omnino Miſſam

cum

tiam ſcandalo omittere. S. Thom. autem ſup. quem refert, & ſequitur Silu. & Armil. ſupra. & Sot. 4. diſt. 13. q. 2. ar. 6. & ferè omnes, tenet quòd ſi ſequatur magnum ſcandalum, procedat cum Miſſa, ſi vero non, omittat. Et hanc dicit tenendam Silu. & merito. Sed miror quomodo iſti ſancti, grauesque Doctores, non fecerint mentionem vel diſtinctionem de illo, qui notoriè eſt communicatus, & denunciatus; & de illo qui ſecreto.

Et ſic, conſideratis omnibus, Ego dico 1°: quòd ſi publicè eſt denunciatus, & ille oblitus ſuæ excommunicationis, celebrare cœpit; tenetur Miſſam omittere, etiã ſi magnum ſequatur ſcandalum: quia iam omnes, qui illum vident, ſciunt ſe relinquere Miſſam, propter denunciatam excommunicationem. Si autem non eſt publicè excommunicatus, ſed tantum ipſe ſeit, & oblitus fuerat ſe eſſe excommunicatum, vel ſuſpenſum; non debet dimittere, ſi aliquod ſcandalum eſſet ſequendum.

66 *Quid ſi recordatur non eſſe ſacerdotē.*

SEd Quæritur. Quid ſi poteſt Miſſam inceptam, recordatur quis ſe non eſſe ſacerdotem, quia verè & realiter concipit ſe non eſſe Baptizatum, vel non eſſe Epiſcopum illũ, qui eũ ordinauit &c. Reſp. Si eſt poſt conſecrationem, tenetur dimittere Miſſam, quocunque ſcandalo nõ obſtante, fingendo infirmitatem aliquã, vel (ſi poteſt) deponat cõſcientiam, & ſic procedat. Ita tenet S. Bonau. quem refert & ſequitur Angel. Euchariſtia. 2. num. 7. Sil. eod. q. 9.

67 *V. Realiter Chriſtus ſit in hoſtia cõſecrata.*

QVæritur; Vtrum Ceſſantibus his impedimentis, de Iure Diuino, eſſentialibus, facta conſecratione, ſit in hoſtia et cõnneatur Dominus noſter Ieſus Chriſtus? Reſp. (contra impios Lutheranos, aliosque inimicos Crucis Chriſti) hanc eſſe ueram, Catholicam, & de Fide, determinatam concluſionem: In Euchariſtia, ritè, & rectè conſecrata, eſt uerè, & realiter Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſcilicet, Corpus, Anima, & Diuinitas. Infinita (ferè) de hoc, Sanctorum Patrum, ſunt teſtimonia, quę in unum congerit Roffenſis lib. 4. contra Oecolampadium. Tonſtalus Groperius, & Graterius. Quòd ex D. Luca. 22. Marco. 14. Paulo. 1. Corint. 10. & 11. de Fide eſt diffinitum Conc. Epheſino. 1. Epiſ. Synodica ad Neſtorium, Lateranẽſi ſub Innoc. 3. 1. c. Conſtantien. Seſſ. 8. & nouiſſimè in Triden. Seſſ. 13. c. 3. & Can. 1. Quòd tenet, ſequitur, & defendit cõmunis omnium ſanctorum, & Doctorum Catholicorum, vt (omiſſis alij) probat Sot. in 4. diſtin. 9. q. 2. art. 1. & Paulus Gryſaldus (latiſſimè) verbo; Euchariſtia in princ.

68 *V. Chriſtus ſit in qualibet parte hoſtiæ.*

QVæritur. Vtrum Chriſtus ſit in qualibet parte hoſtiæ? Reſpon. Affirmatiuè, vt habetur in c. Singuli. cum ſeq. de Conſec. diſtin. 2. & de fide determinatur in Conc. Florent. & Trid. Seſſ. 13. Can. 3. & ca. 3. & Seſſ. 21. ca. 1. tenet communis omnium Catholicorum, quã refert & ſequitur Sot. diſtin. 10. q. 1. ar. 7. Nauarr. in prælud. 1. Manualis num. 11. Et contraria fuit Neſtorij hæreſis, quam latè reprobat Paulus Gryſal. ſup. nume. 12.

69 *V. ſeparatione non facta.*

SEd Quæritur. An ſit Chriſtus ſub vnaquaque hoſtiæ parte, eius ſeparatione, vel fractione non facta? Reſpon. Primo, hunc articulum à Concil. Triden. Supra definitum non fuiſſe. Secundo quòd S. Thom. 3. par. quæſt. 76. ar. 3. quem refert, & ſequitur Sot. diſtin. 10. q. 1. art. 3. per tex. in c. Vbi pars, & ſimilia, de conſecr. diſtin. 2. ait: eſſe manifeſtum, quòd ſic; quamuis alij non concedant, niſi facta ſeparatione.

70 *V. ſubſtantia remaneat cũ accidentibus.*

QVæritur. Vtrum Peracta conſecratione, ſit in Euchariſtia ſubſtantia panis, & vini? Reſpond. per vim ſacrorum verborum, ſubſtantiam panis, & vini, tranſubſtantiari in verum corpus, & ſanguinem Chriſti, & ſic tantùm remanent ibi accidentia, mirabiliter, ſine ſubiecto; ſapor videlicet, color, odor, rotunditas &c. ita S. Thom. & Caiet. 3. par. q. 75. art. 2. & eſt omnium catholicorum, communis fundata. & definita, de fide in ca. Firmiter. §. Vna de ſumma Trin. & in Conc. Conſtantien. Seſſ. 8. & Clementina vnica. de reliq. & vener. ſanct. & poſtea in Concil. Flor. & nouiſſimè in Triden. Seſſ. 13. Ca. 2. & cap. 4. & tradit

Catechiſ.

Catechiſ. Rom. pagin 146. Quam communem probat Victoria. nu. 74. & latè Sot. 4. diſt. 9. q. 2. art. 2. & diſt. 10. q. 2. ar. 1. Reprobata Valdenſ. & Luth. & aliorum hæreticorum contraria ſententia: quam latiſſimè reprobat Paul. Gryſald. verbo. Euchariſtia. nume. 2. * Tractat optimè & defendit Henricus. quodl. 9. queſt. 9.

71 *V. poſſit quis Euchariſtia ſuſtentari.*

QVæritur. Vtrùm facta cõſecratione; poſſet quis (abſque miraculo) illis ſpeciebus ſuſtentari? Reſp. quòd ſic. Quia, facta conſecratione, remanent aliquæ panis, & vini proprietates. Gloſ. verbo: Miſcere. in cap. Tribus. de cõſec. d. 2. Vict. nu. 62. & 74. Sot. 4. d. 10. q. 2. ar. 6.

72 *Quanto tempore dure vel exiſtat Chriſtus ſub ſpeciebus.*

QVæritur. Quanto tempore exiſtat Chriſtus realiter in hoſtia conſecrata? Reſpõ. De fide eſſe determinatum in Concil. Trid. Seſſ. 13. Can. 4. Chriſtum verè, & realiter; in hoc ſacramento exiſtere, per totum illud temporis ſpatium, quo ſacramentales ſpecies panis, & vini in rerum natura incorruptæ, in quacunque mundi parte, ſeruatę, vel non, inueniãtur. Gloſ. verbo. In terram. in c. Si per negligentiam. de conſec. diſt. 2. probat, ex multis Sot. 4. diſt. 10. q. 2. art. 8. concl. 4. & q. 1. art. 6. in concluſione generali Scoti. Quod infinita ferè iſtius ſacramenti, quæ in diuerſis auctoribus habentur, comprobarunt miracula, maximè in Speculo exemplorum: Tauleio, Diſcipulo, & alijs.

73 *V. ſpẽs ſacramẽtales in ſtomacum deſcendat.*

QVætitur. Vtrum ſpecie ſacramẽtales in ſtomacum deſcendant, & nutriant? Reſpon. quòd ſic. S. Tho. 3. par. q. 77. art. 5. & 6. in corpore. Glo. Hug. in c. Si quis per ebrietatem. de conſecr. diſtin. 2. & alij. Nec tunc Chriſtus propriè rapitur in Cœlum, vnde nunquam deſcendit; eſt enim immobiliter in hoc ſacramento. S. Tho. & alij. ſup. cõtra Glo. verbo. Miſcere. in c. Tribus. & Gloſ. in c. Non iſte panis, de conſecr. diſt. 2. Communis, quã refert, & ſequitur Paul. Gryſal. verbo. Euchar. num. 10. dicens: Hæreticam contrariam. ſ. quod Chriſtus ſit ibi mobiliter.

74 *V. ſubſtantiæ annihilentur.*

SEd, cùm dictum ſit panis, & vini ſubſtantiam minimè in hoc ſacramento manere; Quæritur. Vtrum tales ſubſtantiæ annihilentur; vel in aerem, vaporem vè (vt aliqui voluerunt) reſoluantur? Reſp. hac concluſione: Panis, & vini ſubſtantia, nec reſoluitur in aerem, vel vaporem, nec annihilatur; ſed vi ſacrorum verborum, facta conſecratione, in corpus, & ſanguinem Domini trãſubſtantiantur: (vt dictum eſt) & tradit Victor. nu. 61. Sot. 4. d. 9. q. 2. art. 3. & multis citatis auctoribus, tradit Caniſius; de Euchariſtia. c. 5.

75 *In quo remaneãt accidentia.*

ITem, Cùm (facta conſecratione) iam non ſit panis vel vini ſubſtantia: Quæritur in quo remaneant, vel ſint accidentia illa panis, & vini? Reſp. ſecundum S. Thom. & alios, quos refert, & ſequitur Sot. 4. diſt. 10. q. 2. art. 2. quòd omnia accidentia, remanent in quantitate dimenſiua panis, & vini, ſicut in ſubiecto, reprobata OKam & aliorum contraria opinione. vide etiam benè per Victoriam. numero 74.

76 *Qua adoratione adorãda Euchariſtia.*

QVęritur. Qua adoratione ſit ſacra Eucha. adoranda; Reſp. eſſe ab omnibus Catholicis receptum, & olim in cap. Firmiter. de ſumma Trini. & cap. Corpus. c. Sicut eſt. c. Venerabiliter. de conſec. diſt. 2. & hodie in Conc. Trid. Seſſ. 13. c. 5. & Can. 6. de fide determinatum; Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum interno, externoq. cultu, eſſe adoratione latriæ venerandum; colendum, meritiſſimeque adorandum. S. Thom. S. Bonauẽ. & omnes ſacri, atque ſcholaſtici Doctores, Ang. Syl. Tabien. Armill. & omnes verbo Adoratio Victor. nu. 67. Grego. Nazian. in Oratione funebri ſororis ſuæ Gorgoniæ. S. Chryſoſt. hom. 24. in 1. Epiſtol. ad Corin. Aug. in Pſal. 88. & Pſal. 21. S. Ambr. lib. 3. de Spiritu ſancto. c. 12. & alij. quos refert. Paul. Gryſ. de Euch. nume. 23. contra impijſſimam Luth. hereſim, adorationem negantem.

77 *Quid ſi ſacerdos prius calicem cõſecraſſet.*

QVæritur. Vtrum fieret conſecratio, ſi ſacerdos prius conſecraret calicẽ, deinde Hoſtiam? Reſpond. quòd licèt grauiſſimum committeret ſacrilegium, conſecratio tamen teneret. Sot. diſt. 11. q. 2. art. 6.

Quæ-

78 *V. hoſtia tantùm vel vinũ tantùm poſſit cõſecrari.*

QVæritur. V. Vtrum aliquo caſu, vel neceſſitate, poſſit Calix ſine hoſtia: vel hoſtia ſine Calice cõſecrari? Reſpond. quòd non. Eſſet enim ſacerdos in lutilis ſacramẽto, niſi ambas cõſecraſſet, cõſumpſiſſetque ſacramentales ſpecies. c. Cõperimus, de conſecra. diſt. 2. S. Tho. & alij. Sot. (maximè.) 4. diſt. 11. quæſt. 2. art. 6. & diſtin. 12. quæſt. 1. art. 12. Innocen. 3. de Sacrificio Miſſæ: lib. 4. cap. 22. & 23. Vbi ait: Vbi non eſt copia vini, illa tenus Corpus eſſe conſecrandum.

79 *V. vna conſecratio dependeat ab alia.*

QVæritur. V. Conſecratio vini à panis dependeat conſecratione, ità quòd panis non fiat cõſecratio, antequã finiatur cõſecratio vini? Reſpon. ꝙ licèt olim quidam tenuerint quod ſic, & videatur inferri ex quæſtione proxime dicta: contrarium tamen eſt tenendum; imò nullam illarum conſecrationũ, vel formarũ, ab alia habere vllã dependentiam, ſed poſſe de facto hoſtiam tãtum, vel vinũ conſecrari. probat Sot. 4. d. 11. q. 2. ar. 6. S. Tho. & Communis.

80 *Quare nõ dicit ſacerdos Ego conſecro, &c.*

QVæritur. Quare in hoc ſacramento non dicit ſacerdos: Ego conſecro corpus Chriſti &c. ſicut in alijs dicit: Ego te Baptizo Ego te abſoluo &c.? Reſpõ. quòd licèt hęc ſit grauiſſima quæſtio, Iter doctores; quos pro vtraq; parte adducit Sot. 4. d. 11. q. 1. ar. 5. Reſolutiuè tamen tenendum eſt cum Innoc. & alijs, quos ibi citat; quòd in alijs ſacramentis & in hoc, vſque ad verba conſecrationis loquitur ſacerdos in perſona propria, tã quam Chriſti miniſter; At quando profert conſecrationis verba tam panis, quam vini accipit, & induit ſe perſonam Chriſti, & in perſona Chriſti dicit: hoc eſt corpus meum &c. Gloſ. in cap. Timorem. verb. Corpus de Conſec. d. 2. S. Th. 3. par. q. 78. ar. 1.

81 *Quid ſi vino cõſecratio alius liquor miſceatur.*

QVæritur. V. Si vino cõſecrato aliud non conſecratum, vel alius liquor miſceatur, fiat totum conſecratum? Reſpõ. Primo videtur abſolutè, ꝙ ſic; Quia ſi quis aquæ benedictæ non benedictã, maximè ſi benedictæ maior eſt quãtitas; admiſceat; tota ſit benedicta. Idem de Chriſmate, Oleo infirmorũ &c. vt ait dicens communiter, Sylu. verbo: Aqua benedicta. q. 3.

In hac tamen quæſtione (quæ difficilis eſt) S. Th. 3. p. q. 77. ar. 8. aliquas ponit propoſitiones quas formaliter, abſq; aliqua additione aut declaratione, refert Syl. verbo, Euchariſtia. 1. q. 5. Vict. nu. 73. Sot. 4. diſt. 10. quæſt. 2. ar. 8. Ex quibus omnibus, & ex. c. Cũ Marthę. §. Quæ ſiuiſti. de Celebr. Miſſ. Angel. Euchariſtia. 1. nu. 38. Sylueſtr. Aqua benedicta. q. 3. Innoc. III. de Sacro Altaris myſterio. Nauar. c. 22. nu. 10. Lelio de Zichis, de priuile. Eccleſiæ. priuileg. 117. nu. 6. hoc colligitur primũ, Quòd ſi aliquod aliud vinum non conſecratũ addat conſecrato, in quacunque quantitate; remanet ibi ſanguis Chriſti. Ratio (aiunt) eſt, quia ſanguis Chriſti eſt intra venas; ideo vinum mixtum ſanguinem non tãgit, ſed vndequaq; circumfunditur. Hoc tenet Inno. ſupra vide Sotum declarantem & cum eo tene.

SEcundum. Si duo Calices eſſent vino conſecrato pleni, ſiue, vtrunq; vinum ſpiſſum eſſet, ſiue ſubtiliſſimum; ſiue earundem ſiue diuerſarum qualitatũ; ſiue vtrunque eſſet in magna quantitate, ſiue alterum in magna, & alterum in tenuiſſima; & ambo miſcerẽtur; Sot. ſupra verſicu. Adhæc vero indicat ſemper ibi eſſe ſanguinem Chriſti.

SI autem gutta vna, Decem, vel viginti, vini conſecrati, in dolio vini non conſecrati mittantur; Palud. 4. diſt. 12. quęſtio. 5. iudicat ridiculum dicere, illic manere ſanguinem Chriſti, Alioqui (ait) vinum dolij, nõ poſſet profanè potari, vel in vſus conſumi. Sotus autem, ſupra dicto verſiculo, Adhæc vero, contrarium tenet in hæc verba: Quare etiam ſi gutta ſpecierum cõſecratarum, infundatur dolio vini: dicendum eſt illic manere Sãguinem: quia licèt illa per ſe diuerſa nõ poſſet ſeruare vinum, ſeruat tamen dum particulę cum reliquo vino continuantur. Sed quia non poteſt percipi vbi ſit illa gutta; imò quãuis eſſent quatuor, vel decem, non eſſent perceptibiles? nullum eſſet periculum, vinum bibere, hæc Sotus.

Quæritur.

84 *V. Papa poſſit diſpenſare vt corpus tantum conſecretur*

QVæritur. An in partibus vbi vinum inueniri non poteſt, poſſit Papa diſpenſare, quòd conſecretur tantùm corpus? Reſpond. quòd ſumma Piſana, & Angel. Euchariſtia. 1. nume. 20. tenent, quòd ſic Armil. autem eod. verbo. nume. 10. ait: determinatum fuiſſe, & conſultum Alexandro Papæ vltimo: non poſſe. Quòd credo verum, ne ſacrificium remaneret imperfectum, vt habetur in cap. Comperimus. de conſec. diſtin. 2. & probat latè Sylu. Euchariſtia 1. quæſt. 6.

85 *V. vinũ, & aqua trãſeãt, in ſanguinem. Chriſti.*

QVæritur V. Aqua, & vinum tranſeant, vel tranſubſtantientur in ſanguinem Chriſti? Reſpond. quòd licèt Glo. in cap. Non oportet, de conſec. diſtin. 2. & alij tenuerint: quòd aqua cõuertitur in aquam: vel humorem aquaticum corporis Chriſti, & vinum in Sanguinem; Contrarium eſt tenendum cum S. Thom. 3. par. q. 74. ar. 8. in corpore, ex Inno. III. quòd aqua conuertitur in vinum, & vinum in Sanguinem. Et ita, hæc propoſitio eſt falſa, vinum, & aqua tranſeunt in Sanguinem Chriſti: hæc autem eſt vera: Aqua cum vino tranſeũt in Sanguinem Chriſti. c. Cum Marthæ. §. Quæſiuiſti. cum Glo. verbo Cum vino de celebr. Miſſ.

86 *Quid ſi triduo paſſionis q cõſecraſſet.*

QVæritur. V. Si quis Apoſtolorum conſecraret in triduo paſſioni, (quo triduo corpus Chriſti erat mortuum) & communicaſſet; illud corpus poſſet animam ſumentis viuificare? Reſpond. ſecundum S. Thom. 3. par. q. 76. ar. 1. ad primum quòd ſic, quia corpus, licèt mortuum, minime fuit à perſona verbi, & Diuinitate ſeparatum, ideo potuit viuificare. Glo. cap. Timorem verbo. Corpus de conſecra. diſtin. 2. & alij.

87 *De Sacramento cadente in terram!*

QVæritur. V. Sacramento cadente in terram, cadat etiam Corpus, vel Sanguis Chriſti? Reſpond. quòd ſic, text. in c. Si per negligentiam. vbi Gloſ. verbo. In terram. de conſec. diſtinc. 2. * Qui tex. eſt. Canon. 37. pœnitentialis in quo habetur, quòd ſi ſtilla ſanguinis cadat ſuper terram, vel aliquid aliud propter negligentiam presbyteri, pœniteat, 40. diebus &c.

QVæritur. Ex quo generentur vermes illi, qui aliquãdo in Euchariſtia inueniuntur? Reſpon. plures in hoc eſſe opiniones. Prima ait, ex aere circunſtante Euchariſtiam, & humiditate generari, non autem ex ſpeciebus conſecratis & hæc eſt falſa. 88 *Ex quo generent vermes q Euchariſtia.*

Secunda opinio, quam tenet Innoc. III. de Sacro Altaris myſterio lib. 4. cap. 11. & ſequitur Alexand. de Ales. 4. part. q. 40. membro. 2. ar. 4. eſt, quòd quando per corruptionem fit generatio vermis, reuertit tunc ſubſtantia panis, & vini, ex quibus, illæ pullularent generationes. Hanc opinionem dicit S. Bonauent. in 4. diſtin. 12. ar. 2. q. 1. probabilem, & ſecuram: maximè propter tanti Summi Pontifi. auctoritatem. Sed communis opinio, quam refert, & ſequitur Sot. infra illam condemnat.

Tertia, & communis ſententia eſt, quòd in illo inſtanti corruptionis, creatur, non quidem ſubſtantia panis, ac vini, ſed materia, in quam inducitur forma vermis; etiam per primum ſui eſſe quia illud eſt primum non eſſe ſpecierum panis, & vini. Et hæc eſt opinio probabilis, quam D. Th. & Sot. 4 diſt. 10. q. 2. ar. 5. dicunt poſſe ſuſtineri, & merito.

Nihilominus tamen (ait Sot. ſupra.) non obſtante, quòd hæc tertia opinio communis ſit, & probabilis; D. Thom. quartum inducit modum, ſecundam ſubijciens concluſionem videlicet: Generatio illa nec fit ex aere, qui circunſtat, nec ex pane, qui reuertitur, nec ex materia, quæ creatur, ſed ex quantitate quæ illic habet, vt ſit primum ſubiectum ſubſequentium formarum. Hanc opinionẽ (reiecta alia Caietani) declarat Sot. ſupra, & finaliter ait, eſſe quaſi eandem cum communi.

DE VSV ET ADMINISTRAtione Euchariſtiæ.

QVI Vſus, inter adminiſtrantem verſatur, & ſuſcientem.

QVO AD ADMINISTAtionem.

89 *Quis poſſit hoc ſacramẽto miniſtrare alijs.*

QVæritur. Quis poſſit hoc Sacramentum, alijs adminiſtrare? Reſpõ. quòd quemadmodum Euchariſtiæ Sacramentũ adminiſtrare cõpetit ex officio Sacerdoti, vt dictum eſt ſupra, & habetur in cap. Peruenit. de cõſecra. diſtin. 2. ſic Diacono conuenit ex commiſſione, in ſequentibus caſibus.

Diaconus quãdo poſſit?

Primo. Quando adeſt Sacerdos, ſed quia alijs exercitijs occupatus, non poteſt; tũc pcipit Diacono, vt adminiſtret.

Secundo. Quando vrget neceſſitas, aliquem communicandi; & non eſt ſacerdos. Ita habet tex. & ibi Glo. in c. Diacono. 93. diſtin. & cap. Præſente. ead. diſt. S. Thom. 4. diſtin. 13. q. 1. ar. 3. & ibi Palud. & Caiet. in Summa. verbo. Communio Sacramentalis, cap. De miniſtro communionis. Armil. verbo. Communio. nu. 21. & alij. Durand. quem refert, & ſequitur Victoria. nu. 89. Inſtituta Canonica. lib. 2. de Euch. §. ſed nec. vbi Glo. ait: quòd neceſſitas erit, ſi ſacerdos non poſſet ſufficere, ad communicãdum tot homines, tunc poterit illud Diacono cõmittere. Sanguinem autem miniſtrare,

Quid de ſanguine.

ex officio competit Diacono: Corpus autem ex commiſſione, vel neceſſitate. Sot. 4. d. 13. q. 1. ar. 3. vbi concluſione. 3. reddit rationem differentiæ.

90 *An Laic⁹ poſſit tẽpore neceſſitatis.*

QVæritur. An tempore neceſſitatis, vel peſtis poſſit laicus Catholicus Euchariſtiam miniſtrare infirmo? Reſpond. quòd quamuis Gloſſ. verbo. Per ſemetipſum. in cap. Peruenit. de conſec. diſtin. 2. & alia in cap. excepit. 24. q. 1. Henricus Boic, (vt ait Silu. infra.) teneant quod ſic: Contrarium videtur verius, cum S. Thom. Palud. & alijs, quos refert, & ſequitur Silue. verbo. Euchariſtia. 3. quæſt. 5. & tenendum, quia contrarium alienum eſt ab vſu, & conſuetudine.

91 ACcedentes autem ad hoc Sacramẽtum ſuſcipiendum, in duplici ſunt differentia, aut ſacerdos, aut non.

DE SACERDOTE Ergo.

92 *Sacerdos quoties teneat celebrare.*

QVæritur. Quoties teneatur ſacerdos celebrare, & conſequenter hoc Sacramentum ſumere? Reſpond. diſtinguendo, aut eſt ſimplex ſacerdos, aut Beneficium habens. Si ſimplex: tenetur ad minus, ſub peccato, ter in anno celebrare, in die, ſcilicet. Natalis Domini, Reſurrectionis, & Pentecoſtes, S. Thom. 3. par. q. 82. art. 10. Ricar. 4. diſt. 13. art. 2. Reſoluit optime, ex S. Bonau, Palud. & alijs, Angel. verbo. Miſſa. nu. 43. Silu. Miſſa. 1. q. 7. verſ. 4. Armil. verbo. Communio. nu. 14. Nauar. c. 25. num. 88. Sot. 4. diſtin. 13. quæſt. 1. ar. 10. licet alij contrarium teneant. * Ratio ſupradictæ ſententiæ confirmatur ex eo quòd in cap. Sæculares. cum Glo. ibid. & cap. omnis homo. cum alijs, de conſecratione, diſtin. 2. dicitur non eſſe Catholicos, nec inter Catholicos numerandos, qui dictis tribus feſtiuitatibus non communicauerint.

93 *Omiſſio an mortale peccatum.*

QVæritur. An erit mortale, illis diebus, cauſa iuſta non excuſante nõ celebrare? Doctores ſup. in affirmatiuã partem inclinant, cum S. Thom. per tex. in cap. Dolentes, de celebrat. Miſſarum. * Quæ opinio poteſt etiam fundari in Canon. 8. SS. Apoſto. Qui talis eſt: Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut quicunque ex Sacerdotali conſortio, oblatione facta, non communicauerit, cauſam dicito. Et ſi bona ratione ſubnixa ſit, veniam promeretor. Sin minus dixerit, à communione excluditor, tanquam qui populo autor offenſionis fuerit, mota contra eum ſuſpitione, qui obtulit. Ecce ergo, qualibet reputabatur graue crimen in ſacerdote, communicare tempore debito.

94 *Beneficiatus, quõ teneat?*

SI Autem Sacerdos Beneficiatus ſit, tenet celebrare quoties inſtitutio capellaniç, vel beneficij vel cõſuetudo talis Eccleſiç, ad id obligat. Doc. ſup. maximè reſoluit Nau. c. 25. n. 134. Vbi vide quaſi ter, & vbi teneat Capellanus celebrare.

Non

95 NOn ſacerdotes vero, ſunt omnes alij vtriuſq; ſexus Chriſti fideles. qui hoc Sacramentum accipere tenentur. c. Omnis. de pęnit. & remiſ.

96 SEd Quæritur. Quo Iure, & tempore ad id vnuſquiſque teneatur? Reſp. Communis, cum S. Th. quem refert, & ſequitur. Sot. 4. diſt. 12. q. 2. ar. 11. teneri, ex præcepto Diuino. Ioann. 6. ſemel, ad minus, in vita cõmunicare. Et quia pręceptum affirmatiuum eſt; obligat ſuo tempore, ſ. neceſſitatis: ideſt, in articulo mortis. ita, ex Duran. Palu. & alijs reſoluit Vict. nu. 86. Sot. 3. diſt. 8. q. vnica ar. 3. & diſt. 12. q. 1. art. 11. Angel. Euchariſtia. 3. in principio. Armil. eodem Caiet. verbo. communio. verſicul. Vtrum autem. Catechiſ. Ro. pag. 375. Nauar. c. 21. nu. 57. Barto. Medina in Summa, lib. 1. c. 14. §. verſi. La quarta.

Quo iure, et tẽpe teneãtur fideles cõmunicare.

97 IVre autem Pontificio attento, ſimilis datur concluſio, ſicut de Confeſſione, ex c. Omnis. de pœniten. & remiſ. Quæ ſic habet: omnes vtriuſq; ſexus Chriſti fideles, poſtquam ad vſum debitum rationis peruenerint; tenentur ſemel in anno, Paſchate, Euchariſtiæ Sacramẽtum ſumere. Qui mos Sanctiſſimus, à Conc. Trid. Seſſ. 13. Cap. 6. & Seſ. 21. c. 4. nouiter approbatur, & pcipić. Catech. Ro. pag. 265. reſoluit Nau. c. 21. num. 45. & infra. & omnes.

Cõio quã obliget iure canonico?

98 EX qua concluſione, & regula tres dantur exceptiones.

Qui excuſentur a cõmunione.

Prima. quòd nõ obligatur hoc pręcepto illi, qui vſum rationis requiſitum nõ habent dicto capitul. Omnis. ibi: Poſtquam ad annos &c.

Secunda. Qui eo, quòd nauigatione longa, vel alio iuſto impedimento detenti, non communicarunt; tali præcepto, pro tunc non adſtringuntur.

Tertia. Ex confeſſoris conſilio, ob iuſtam cauſam, non communicans, non frangit pręceptum tex. in dicto ca. Omnis. Nec erres cum illis qui putabant iuſtã cauſam eſſe in peccato eſſe, quia eſt iniuſtiſſima, & quam poteſt quilibet dimittere.

99 QVæritur. Quo ad primam; quando pueri dicantur habere vſum rationis ad communicandum? Reſpond. hoc relinqui Confeſſoris arbitrio, ſimulq; illorum, qui pueri curam habent, vt ſunt parentes, tutores, Domini &c. ſecundũ morem, atque cõſuetudinem Regionis. Nauar. cap. 22. nume. 57. Armill. verbo. Communio. num. 3. Caieta. eodem. verbo. Catech. Roma. pag. 278. & melius Bar. Medi. Summa libr. 1. cap. 14. §. 42.

Quando pueri dicãtur habere vsũ rationis

100 QVo ad ſecundum. Qui eſt Excommunicatus, ſuſpenſus uel interdictus à communione; nequit abſolui, vel alio iuſto titulo impeditur; non peccat non communicando: dummodo in animo habeat uelle cõicare. Nauarr. c. 21. numer. 45.

Quid de excõmunicatio.

101 QVo ad Tertiam, Clarum eſt cõionem, ipſius iuris auctoritate, à confeſſore, iuſta de cã poſſe differri.

102 PRo quo præcepto, circa tempus, Nota, quod quãuis in d. c. Omnis utriuſque de Pœnitent. & remiſ. dicatur; communionem faciendam eſſe in Paſchate, & Syluest. verbo Euchariſtia. 3. q. 17. nõ aduertens, dicat, quod poteſt adimpleri à die Iouis Sancti, & ignorauerit Abb. & D. Anton. Contrarium eſt tenendum, imo tale præceptum adimpleri, communicando à Dominica in Ramis Palmarum incluſiuè; vſque ad Dominicam in Albis, etiam incluſiuè, per Extrauagan. Eugenij IIII. quam ponit Doctor Beneuenianus in ſuo libro de caſibus, quem Ego uidi, & refert Nauar. c. 21. nu. 45. Sot. & Bartol. Med. ſupra. & alij.

Cõio quãdo fieri poſſit ut pręcepto ſatis fiat.

DE PRAEPARAtione ad Euchariſtiam.

103 QVæritur. Quæ pręparatio requiratur ad ſumptionem huius ſacramẽti? Reſpon. quòd licèt vterque eundem Dominum in hoc Sacramento ſumat, ſcilicet ſacerdos celebrans, & laicus cõmunicans: maior tamen (proculdubio) puritas; atque præparatio in Sacerdote celebrãte, quàm in laico communicãte, requiritur; ut notum eſt.

Quæ pręparatio neceſſaria.

104 VTrique tamen ſummopere hęc Prima eſt neceſſaria præparatio, vt (ſecundũ Apoſtoli ſententiam: 1. Corinth. cap. 11.

Preparatio eſſentialis q.

c.11.) Probet ſeipſum homo, ideſt, quod nullum in ſe inueniat mortale peccatum; quod nõ fuerit legitimè confeſſus. Et hæc eſt de eſſentia: uidelicet, ꝙ credat vniuſquiſq; de ſe mortaliter, eſſe in gra-ia Dei. Alioquin contrariam admittens ouſcientiam, & cum illa communi-ans, peccaret mortaliter, Concil. Trid. eſſ. 13. per totam, Sot. 4. diſt. 12. q. 2. ar. 4. verſic. Sed de neceſſaria. Nauar. c. 21. u. 46. Catech. Rom. pag. 274. Bar. Med. in Summa. lib. 1. c. 14. ~~Petrus Soto de~~ Euch. lectione 12.

105 QVi ergo ſic abſque mortali peccato ſe priũ inuenerit, poterit (regulariter loquendo, & in rigore) communicare quotidiè, per annũ, uel annos integros, abſque cõfeſſione, abſque peccato mortali: vt ex S. Th. reſoluit Sot. in 4. d. 12. q. 1. ar. 17. verſi. Sequitur ergo.

106 SEcunda Præparatio (licèt non eſſentialis) eſt, quod confiteatur peccata ve-
Confiteri uenialia V. neceſſariũ. nialia, ob maiorem puritatem, & perfectionẽ. Quod tantùm, eſt de cõſilio & bene eſſe. Conci. Triden. & communis (vt diximus ſupra de confeſſione) & tradit Sot. 4. diſt. 12. q. 2. ar. 4. ver. Reſtat ergo. Quod ſignificatum fuit in lotione pedũ Apoſtolorum; nam cùm (vt ipſa veritas teſtatur) mundi eſſent, etiam voluit Dominus, eorum pedes eſſe lauandos, ut declaret omnem diligentiam adhibendam eſſe, nè quid nobis, ad ſummam animi integritatem, & innocẽtiam deſit, cùm Sacra myſteria percepturi ſumus. Catech. pag. 272.

107 QVæritur. Quare ergo non eſt neceſſarium venialia confiteri? Reſ. Quia
Et quare non. venialia peccata, etiam infinita, non pri-
Quid operat ueniale peccatũ In cõicante. uant gratia Dei. ut communis teſtatur. Quid ergo cauſat, operaturvè peccatũ veniale in cõmunicãte? Reſpon. Impedit dulcedinem, & guſtum ſpiritualem. Ang. Euchariſtia. 4. numero 4. Syl. eod. in fine Sot. diſt. 12. q. 2. ar. 4. Ludouicus

108 Gran. & Tho. Kempis. 4. li. & omnes.

V. ſit peccatũ ueniale cõmunicare ĩ illo. QVæritur. An ſit veniale peccatum, in illo, communicare? Ioan. Maior. 4. diſtin. 9. q. 1. dicit, quòd non: cum quo videtur inclinare Sotus ſupra. Sed an communicare in veniali, impediat augmentum gratiæ? S. Thom. quem refert, & ſequitur Victor. nu. 76. ait, quòd non.

TErtia Pręparatio, quòd habeat actu- 109
alem deuotionem, & effectũ, ideſt *V. Impediat augmentũ.*
quòd habeat animum vniendi ſe Deo, vinculo charitatis, &, non alium finem primarium licèt ſecundario, poſſit communicare, ob aliquam gratiã obtinendã, tentationẽ vincendã &c. Et qualiter intelligatur hæc vnio: vide Sot. ſupra. *Actualis deuotio V. neceſſaria.*

QVarta. Quòd ſit ieiunus, ieiunio naturæ ideſt quòd à media nocte nihil cibi, potus, ſirupi, medicinæ, conſeruæ, vel alterius rei ſumpſerit. Ang. Sylu. Armil. Gabriel. Victoria. Sot. & omnes ſupra; maximè Caietan. verbo communio ſacramentalis. Catech. Ro. pag. 274. Nauar. c. 21. nu. 53. Medina. ſup. * Quia alias eſſet periculum uomitus, ſi ieiunus non celebraſſet: & tunc, per Cano. 38. pęnitentialem, ſtatuitur pænitentia his uerbis: Si quis euomit Euchariſtiam propter ebrietatem & uoracitatem, ſi laicus, pœniteat. 40. diebus. Si Clericus, vel Monachus, vel presbyter, uel diaconus, pęniteat. 70. diebus. Si Epiſcopus, pęniteat. 90. diebus. Et debet euomitura comburi & iuxta altare collocari. Si vero cauſa infirmitatis euomerit. 7. diebus pœniteat. tex. in c. ſi quis per ebrietatem. de cõſec. diſtin. 2. *Ieiunus debet cõicare.*

QVinta. Pollutio inuoluntaria, in ſom- 110
no vel Vigilia, licet ex aliqua venia- *Reſolutio multorũ dubiorũ de cõione.*
li cauſa proceſſerit; copula coniugalis; (ſi nullum ibi fuit mortale cõmiſſum) copula vel pollutio mortalis, facta pœnitentia, ante 24 horas; purgatio mẽſtrui: non dormiuiſſe per totam noctem: non habere ſtomachũ benè præparatum, & digeſtum; ſumpſiſſe aquam in ore, ad lauandum, etiam ſi guttula aliqua in ſtomachum deſcenderit, deglutijſſe ſputũ, vel reliquias inter dentes remanentes; nõ lauiſſe faciem, & manus; cęnaſſe ante mediam noctem; non habere veſtes mũdas, uel precioſas: hæc omnia, in rigore, communionem non impędiunt licèt de conſilio, erit melius illa die in Sex primis caſibus abſtinere: in alijs, autem, abſque vllo ſcrupulo communicare, vel celebrare. Vt colligitur ex varijs De-

K ctonbus

ctoribus maximè Sylueſtr. verbo, Euchariſtia.q.10.Caiet.verb. Cōmunio Sacramentalis, Naua. in diuerſis locis, maxime ca.21.nu.53.Summiſtæ verbo Euchariſtia, Communio, & Miſſa.

111 *Celebrare ante Matutinum V ſit mortale peccatum.*

PRæter omnia ſupra dicta, quæ omnibus ſunt communia, Sacerdos celebraturus, ſecundum Veruec. & cōmunem opinionē quam refert, & ſequitur Syl.verb.Miſſa.q.6.Armil. eo.verb.nu.3.Nauar. c.25.nu.83.tenetur, ſub mortali peccato, prius dicere Matutinum. Et cōfirmatur hæc opinio quia idipſum Sacerdotibus in Miſſali nouo Romano p̄cipitur licèt alij tenuerint non eſſe mortale. Excuſabitur autem à mortali, ſi celebret, occurrente aliqua repentina neceſſitate, ad vitandū graue aliquod damnum, aut ſcandalum Doctores. ſupra.

112 *Celebrare debet ſacerdos cū debitis ornamentis.*

PEccabit etiam mortaliter, ſi celebret ſine debitis, & ſolitis Sacris veſtimētis, data opera, vel ex magna negligentia. Si autem, inaduertenter, erit veniale. Ang. verbo. Miſſa.nu.37.Sylu. Miſſa.1.q.2.Caieta. verbo. Miſſæ celebratio, reſoluit latè Naua. c.25.nu.84.de quo vide Conc. Trid. Seſſ.22.c.5.

113 *Corporalium & purificatoriū immūditia.*

REprēſibile etiam illud peccatum eſt (quod Caie.verbo, Miſſæ celebratio; crimen valde intolerabile appellat) illorum Sacerdotum, qui (miſerabile dictu) in corporalibus, & purificatorijs celebrant, quæ magis Culinæ panni, quā menſæ Domini palia, veſtimentaq; videntur. Quod tunc erit mortale peccatū cùm in illis celebrare, ſcandalum generaret. vide tex. in c. Relinqui. de Cuſtod. Eucha. & c. Quod præcipitur 14.q.1. Angel.Miſſ. nu.37.in fin. Syl.Miſſa.1.nu.2.Armil.verbo.Corporalia.nu.2.

114 *Signum impuræ mētis ē, in imundis celebrare.*

ET quod peius eſt (ſalua pace bonorum dixerim) quòd videtur ſignū impuræ mentis, in illis, qui talia agunt, ſecundum D. Bernardum & Glo. fi. in c. 2. de Cuſtodia Euchariſtię. Quod eſt maxime dolendum his temporibus cū vnaquæq; Eccleſia, licèt pauper ſit, habeat tamen Calicem Argenteum, & etiam deauratum. De quo Bonifacius Martyr Epiſcopus lamentabatur in quadam reſponſione dicens: Quodam Sacerdotes aurei ligneis Calicibus vtebantur, nunc è contra, lignei ſacerdotes aureis vtūtur Calicibus: quod dictum habetur in Concil. Tributienſi. c.18. & refertur in ca. Vaſa. de Conſ. diſt. 1.* 115 Vltra ſupra dicta, oportet, quòd ſacerdos celebraturus Miſſam, ſeruet illas quatuor cōditiones ſolitas explicari his quatuor literis. A. B.C.D. vlz. A. alta voce; B. breuis, ne moleſtus ſit audientibus. C. clara. i. quòd intelligatur, bene legendo. D. Deuota, vt ſacerdotē decet. Nota ēt circa ſententiā illā. S. Bonifacij Martyris, quod ēt tempore SS. Apoſtolorum aliquis Calix aureus, vel argenteus forſam reperiebatur in aliquibus principalioribus Eccleſijs: quia in Canone.72. ſic habetur: Vas autem etiam argenteum ſanctificatū, aut velamen, linteumvè, amplius in ſuos vſus aſſumito: iniquum enim eſt &c.

116 *Miſſa, qua hora celebranda.*

CIrca horam Miſſam celebrandi, aduertāt Sacerdotes (obſecro) q̧ Syl. verbo. Miſſa. 1. q. 6. ait eſſe peccatum mort. ante aurorā celebrare, & dicit eſſe cōmunem, exceptis quibuſdam diebus, illis qui priuilegium habent.

117 *V. Aliqā liceat ſi nō confeſſ. communicare.*

QVæritur. V. Aliquādo liceat illi, qui mortale habet ſine illa eſſentiali præparatione (id eſt confeſſione) communicare cum contritione tantum Reſpon. quòd licèt ex Armill. verbo. Communio. nu. fi. Victoria. nu. 79. Nauar. c. 3. ad finem, & alijs, confusè aliqui caſus colligantur; Sotus, tamen 4. diſt. 12. q. 1. ar. 4. verſi. Ad ſecundam: quatuor enumerat, qui ſequuntur.

118 *Cōio in articulo mortis.*

PRimus eſt articulus mortis, vt ſi (ait) eſſet ſolus Sacerdos cęcus, & ſurdus; qui non poſſet confeſſionem audire. Aut ſi eſſet mutus, qui non poſſet abſolutionem proferre; poſſet contrito periclitanti Euchariſtiam ſine Confeſſione præbere.

119 *De ruſtico parocho.*

SEcundus. Eſt caſus neceſſitatis quæ ex officio dependet, vt ruſticus Plebanus, qui non habet ſacerdotem, niſi longè diſtantem nō tenetur ire quotidie ad quærendū confeſſorē. Poteſt ergo tūc cū cōtritione, ſi eſſet feſtum, in neceſſitate celebrare, & ſecundū Conc. Trid. Seſ. 13. c. 7. in fine, quàm primum confiteri.

Sed

20 SEd Not. quòd licèt olim, per opinionem Caietani in ſumma, verbo: cõmunio, & aliorum quo citauimus. ſup. de confeſſione, & tradit Nauar. c. 21. nu. 49. poſſet quis volens ex deuotione tantum cõmunicare tamen per Conc. Trident. ſupra, non poterit niſi vrgeat neceſſitas, communicare, vel celebrare: vt clare declarat Sot. 4. diſt. 12. q. 1. art. 4. Nauar. c. 2. num. 10.

Cõio abſque confeſſione quo intelligat.

121 TErtius Caſus eſt neceſſitas præcepti Eccleſiaſtici, vt ſi quis in die Paſchatis inuenit ſe, vbi non habet copiam proprij ſacerdotis, qui eum poſſit abſoluere, poteſt communicare, cũ propoſito quam primum confitendi. Et ſimiliter, ſi ſacerdos iter faciens in die feſto, quo eſt præceptũ audiendi ſacrum, poterit ipſe, tantum contritus celebrare. hæc Sotus.

Quid ſi tempore Paſchatis quis non habet cõfeſſorem.

122 AD Primum membrum huius tertij caſus: Dico Ego cũ diſtinctionè, videlicet, quòd ſi in principio quindecim dierum, quibus poteſt adimpleri pceptum cõmunicandi, (vt ſup. diximus) inueniatur quis peccato ligatus mortali, ſiue copia confeſſoris non cõmunicet: quia in illis quindecim diebus, poteſt qs abſq; ſcandalo non communicare (generaliter loquendo) & ſibi de confeſſore interim prouidere.

123 Si autem eſt in fine quindecim dierũ, quibus tranſactis mortale erit, abſq; iuſta non communicaſſe; tunc poterit Soti ſuſtineri ſententia.

AD Secundum mẽbrum: ꝙ intelligatur, dummodo nullus alius ſit ſacerdos, qui celebrare poſſit. Sed ipſemet Sotus ait in hoc 3. caſu, non ſemper eſſe hanc regulam ſequendam; ſed quando ſequeretur ſcandalum non communicando.

124 QVartus Caſus, ad euitandũ ſcandalũ etiam ſi præceptum Eccleſiæ non occurrat. Vt ſi religioſus habet peccatũ reſeruatum, & in die ſolemni, cum totus conuentus communicat, non communicaret, cum illis; tunc ſi Prælatus non adeſt, poterit communicare, cum contritione & animo, data opportunitate confitendi. Quod ego intelligo quando talis Religioſus, nulla ſe poſſit cauſa honeſta excuſare, qualis erit ſi per duos, vel tres dies ante, finxerit ſe infirmum in lecto, quod (ne mendatium dicatur) poterit intelligere in corde ſuo, de infirmitate animæ. Vel alijs modis.

Cõio facienda ad euitãdũ graue ſcandalum.

125 QVos tamen caſus (primo articulo mortis exceptio) intellige, vbi non eſſet caſui excõmunicatio aliqua annexa; tunc enim excommunicato, nec propter officium, ſcandalum, aut generale præceptũ Eccleſiæ, licet cõmunicare, ſed ſuperiorem adire, vel eũ expectare. Sotus ſupra, cui conſonat Couarr. cap. Alma, de ſenten. excommu. in 6. 1. parte. §. 2. nu. 11. Contrarium autem, imò, quòd etiam ſi tali ſecreto caſui ſit excommũnicatio annexa, non habens copiam legitimi confeſſoris, poſſit cõmunicare, tenet expreſſe Nauar. cap. 27. nu. 239. Sylueſt. Euchariſtia. 2. quæſt. 7. Supplementum. Alfonſus Caſtr. libro. 2. de lege pœnali. capit. vlt. concl. ſecunda. & alij multi, quos refert, ſequitur, & tuet latè Cordub. in ſumm. q. 142. Quod iudicio rationi, iurique conformius.

Quid ſi excõicatio ſit?

126 NOta Hic, quòd verecundia non eſt iuſta cauſa, nec per ſe ſola excuſat, vt quis reſeruatum caſum, Superiori non confiteatur; niſi alia eſſet iuſta cauſa excuſans, vt ait Sotus ſupra, & Naua. cap. 7. nu. 8.

V. Verecundia ſit iuſta cã &c.

127 QVibus modis ſumatur, vel manducetur Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum? Reſpond. ſecundum communiorem Patrum ſententiam, Sanctus Thom. & aliorum, quos citat Ang. verbo. Euchariſtia. 3. nume. 1. 2. 3. & Sylueſ. eodem. quæſtio. 2. Sot. 4. diſtinctio. 12. quæſtio. 1. articul. 1. quam confirmat Conc. Trid. Seſſ. 13. ca. 8. & Catech. Roman. pagina 271. quòd tribus modis. Primo. Sacramentaliter tantum; vt cùm qs in mortali peccato exiſtens, communicat. Quia non recipit rem Sacramenti, ideſt gratiam; imo ſacrilegium immane committit (vt infra dicitur) licèt recipit Sacramentum, ideſt Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum ibidem, realiter exiſtẽtem: ad maiorem tamen condẽmnationem. De qua communione loquitur tex. in c. Quid eſt de conſecra. diſtinct. 2.

Quibus modis ſumat Euchar.

128 *Primo modo ſacramentaliter tantum.*

129 *Secundo ſpiritualiter tãtum.*

SEcundo Modo Spiritualiter tantũ: vt cùm quis, in gratia exiſtens recipit rẽ ſacramenti, i. gratiã, deſiderando charitatis zelo ſe unire Chriſto, ſacramentaliter communicãdo; ſi, ſibi copia daretur. Et de hac communione, loquitur tex. D. Aug. in cap. Vt quid pars. Glo. de conſ. diſt. 2.

130 *Tertio vtroque*

TErtio Modo, ſacramẽtaliter, & ſpiritualiter ſimul, vt cũ quis digne cõicat; ille. n. ſacramentum recipit, & rẽ ſacramenti. i. gratiam. de qua communione, intelligitur illud Ioan. 6. qui manducat hunc panem, viuet in ęternum.

131 *Animal quõ mã ducet eucharistiam?*

QVæritur. Quando Mus, uel aliud animal comedit Euchariſtiam, uel cõſecratam hoſtiã quali ex tribus modis dictis ſumitur? Reſpond. quòd illorum nullo, ſed alio quarto modo, quem Scotus & alij, quos refert Sotus, ſupra poſue runt, haud ineptẽ, meo iudicio, ſed acutiſſime, uidelicet realiter tantũ, ideſt, quod verẽ, & realiter ſumit corpus Chriſti, ſub illis contentum ſpeciebus, abſq; ulla alia conſideratione, uel diſtinctione ab alijs cibis; cùm ſit irrationle animal. Eodẽ modo ſumeret infidelis, qui ob uilipendium, Euchariſtiæ Sacramentum, inter alios communes ſumeret cibos. * De pœnitentia illius ob cuius culpã uel negligentiam Mus, vel aliud animal ſacramentum corrodit Euchariſtiæ, uide Canon. 39. penitentialem.

132 *In quo differãt tres illi modi cõicandi?*

HI autem tres communicandi modi, in hoc differunt inter ſe, ſcilicet, quod prima Communio nunquam licet etiam ob uitãdã mortẽ, uidelicet, in peccato mortali communicare. Secunda licẽt, quacunq; hora, & momento. Tertia licet quotieſcunque id cõfeſſor doctus, & ſpiritualis iudicauerit expedire: ut infra dicemus.

DE primo modo communicandi ſcilicet in peccato mortali Quęritur.

133 *De cõicante in peccato mortali.*

An ſic communicare ſit grauiſſimũ omnium peccatorũ? Sotus in 4. d. 12. q. 1. ar ti. 5. ſequutus S. Thomam, quaſdam ponit concluſiones, quibus ad quęſitum reſpondet.

134 PRima Concluſio. Compertum eſt apud omnes, Sacramentum Euchariſtiæ in peccato mortali ſuſcipiẽtem grauiſſimum ſacrilegium committere.

SEcunda concluſio. In ſummo grauitatis gradu, collocantur illa peccata, quę ſunt contra Diuinitatem, uel in ſe, vel in Chriſto. In ſecundo ea, quæ cõmittuntur contra eius humanitatem, & in tertio ſacrilegia, quæ fiunt contra eius ſacramenta, & in quarto illa, quæ committuntur, aduerſus reliquas creaturas. 135 *Peccatorum grauitas qualiter conſideranda?*

Probatur. Per ſe peccatum eo eſt grauius, quo eſt eius obiectum excellẽtius: & inter ſupernaturalia, ſummũ eſt Diuinitas. mox Chriſtus, ſecundum humanitatem; ac tertio eius ſacramenta.

TErtia Concluſio. Circa quæſitum: Peccatum indignẽ communicantium, per accidẽs, recipit magis, & minus. Probatur, nã ex parte peccantis grauius peccat, q ex malitia peccat, quã qui ex paſſione, & minus ille, qui ex ignorãtia. Ergo, ſi exiſtẽs in mortali, ex cõtẽptu cõmunicat, grauius peccat, quam qui ex timore facit. ne in crimine deprehẽdat. 136 *Tres modi peccandi.*

QVarta. Ex his, (qua quæſito reſpõdetur) talis datur Cõcluſio. Peccatum ſumendi Euchariſtiã in mortali, eſt alijs pluribus grauius, ſecundum ſuam ſpeciem, non tamen omniũ grauiſſimum. 137

DE Tertia, uidelicet digna ſumptione. Quęritur. V trũ liceat frequenter, vel quã frequẽter liceat ſacerdoti celebrare, vel alijs cõmunicare? Pro cuius reſolutione, prima ſit in hũc modũ cõcl. 138 *Cõicare quã frequenter liceat?*

OMnis peccato mortali carẽs; poteſt quotidie, abſq; mortali peccato, celebrare, aut cõmunicare cõmunis. 139

Cũ venialib⁹, autẽ, vel alia leui irreuerẽtia, vel indecẽtia, vel ſine oratione, & ꝑfecta ꝑparatione celebrare, vel cõmunicare, regulariter erit veniale, & ſępe nullũ; q, a venialia peccata nõ priuãt gratia, ſed aliquo modo charitatis feruor frigeſcit, ſecundum communem, & Conc. Trid. (vt ſup. diximus.)

SEcunda Concluſio. Qui digne celebrat, vel communicat facit actũ quẽdã, Fideique profeſſionem; qui actus, & ꝓfeſſio, (cũ ſit ex diametro cõtra impios Lutheranos, alioſque inimicos Crucis Chriſti 140 *Cõicans facit rẽ Deo grãtiſſimã.*

Chriſti Sacroſanctũ Euchariſtiæ Sacramentum impudico vultu, oreque ſacrilego negantes) eſt obſequium proculdubio Deo gratiſſimum maxime cùm illi Sacrificium illud à ſacerdote offertur, quod omnibus alijs lõge eſt prǽſtantius, vt in quamplurimis habetur Concilijs, Tridẽ. maximè. Seſſ. 13. per totã & Seſſ. 22. de ſacrificio Miſſæ. & diximus ſupra, in principio huius materiæ.

141 *Quotidie communicare melius.* TErtia Concluſio. De ſe, (regulariter loquendo) melius eſt ob amorem filialem, ad Euchariſtiam accedere, quã propter timorem, etiam reuerentialẽ, & filialem a communione abſtinere. Quod (exemplificando in Zacheo qui ob amorem, hilari animo, in domum ſuam Dominum recepit: & in Centurione, qui timore, reuerentiaque ductus ipſum recuſabat) tradit D. Augu. & habetur in c. Quotidie de conſecra. diſtin. 2. S. Tho. & multi alij Sancti, & omnes Doctores. Vide Sylue. Euchariſtia. 3. q. 9. Nauar. c. 21. num. final. Et de hac materia vide (ſi eos poteris habere) duos auctores, qui abũdè ſatis eam tractãt pro vtraque parte. Ioannem, videlicet, Heſterlienſem, de ſacrificio Miſſæ, & Doctorem Madrid. Societatis Ieſu, in libro de frequentĩ vſu Euchariſtiæ.

142 *Primitiuę Eccleſiæ communio.* PRo cuius maiori intelligentia, & notitia, Nota quod in eccleſia Catholica diuerſis temporibus diuerſa eſt ſeruata cõmunicãdi cõſuetudo. Primo enim naſcẽtis Eccleſiæ exordio omnes fideles quotidiè communicabant: vt patet ex Actibus Apoſtolorum, & tradunt Summiſtæ, maximè. Sot. 4. d. 12. q. 1. art. 20. Nauar. c. 21. nu. fin. licet text. ille quem ad hoc citat, non probat clare.

143 *Oſculũ pacis in Miſſa quid ſignificet?* CHaritate autem refrigeſcente, ceſſauit mos iſte ſanctiſſimus, qui tot viros, ac mulieres Virgines, & Martyres Domino conſecrauit. In cuius communionis quotidianę locum, oſculum, ſucceſſit pacis: quod quotidie in Miſſa datur, vt ex D. Dyoniſio, & Iodoco, tradit Sotus ſupra.

144 *Communio Octauo quoque die.* HVic primitiuæ Eccleſię fęliciſſimo tẽpori alterũ ſucceſſit tẽpus, quo omnes fideles omni Dominica cõmunicabãt, vt ex D. Auguſtino ꝓbat Sot. ſup.

Cui cõſuetudini, & cõmunioni (eũ ob hominũ negligẽtiam, atque malitiã ceſſare) ſucceſſit in Eccleſia panis ille benedictus; qui diebus Dominicis, per ſingulas parochias benedicitur, omnibuſque reuerẽter diſtribuitur, ut ex Th. Vualdẽ. probat Sot. ſup. Ad quã cõmunionẽ, octauo quoq; die faciẽdũ, alludit illa ſaluberrima D. Augu. exhortatio. in ea. Quotidie, de Cõſ. d. 2. & inſinuat ad Ianuariũ, Epiſtola. 102. & habetᶜ c. Illa autẽ 12. d. *Panis benedictꝰ, quid ſignificat.*

CVm autem fidelium multitudo, ſimul, & malitia augeretur ceſſauit 145 ille omni Dominica communicãdi ſanctiſſimus mos. Vnde neceſſariũ fuit, ut præceptum de Communicando, ſaltem tribus anni diebus daretur; Paſchate, Natali, & Pentecoſte. Vt habetur. in c. Et ſi nõ frequentius. cum ſequentibus de cõ ſec. d. 2. Nauar. Sot. & omnes ſup. Quod præceptum licèt quo ad Laicos contraria conſuetudine ſublatum ſit: quo ad Sacerdotes tamen durare videtur. ut ſupra. num. 92. diximus. *Præceptum de triplici cõione ĩ anno nũ omnino abolitũ.*

SEneſcente deinde mundo, cùm ſupra 146 modum hominum abundaret iniquitas atque malitia; ita quod dictũ ſuauiſſimum pręceptũ non ſeruabatur; eõ ciliũ Lateranenſe, cui affuit Innocentius. III. generaliſſimum edidit pręceptũ ut omnes utriuſq; ſexus Chriſti fideles, ſaltem ſemel in Paſchate, communicarent. Habetur in cap. Omnis de pęnitẽt. & remiſſio. Quod ſuauiſſimum pręceptum ab aliquibus negligentia ductis, haud bene ſeruatur. *Cõio ſemel in anno.*

Supra dicta ſunt ad quæ vnuquiſq; ex Sãcta Matris Eccleſiæ præcepto quolibet anno obligatur & utinam omnes, vt dictum eſt ſimpliciter Tante Matris obtemperarent.

AD quæſtionem autem, quę tractat 147 de frequentia cõmunionis, quæ ab vniuſcuiuſque dependet deuotione, & voluntate, Reſpõdetur reſolutiue, quòd licèt hucuſque diuerſæ fuerint Doctorum ſententiæ; quibuſdam dicentibus ſanctiſſimum eſſe conſilium, cum ani- *Quotidie cõcare ſanctiſſimũ conſiliũ.*

 mi humi-

mi humilitate, deuotione, atque ſpiritus feruore quotidiè communicare, ut ſentit S. Augu. & habetur in c. Quotidie. de Conſec. diſt. 2. S. Io. Chryſ. ut habetur in multis locis. de conſec. d. 2. S. Th. 3. p. q. 81. art. 10. S. Bonau. & alij multi in 4. Sũmiſtæ, maximè Nauar. c. 21. nu. fin. Sot. 4. diſt. 12. q. 1. ar. 10. Alijs autem id non libenter concedentibus; de quibus opinionibus uide Ioan. Geſterlienſem, Doctorem Madrid. & Sorum. ſupr. Hodie

148 tamen dictorum Sanctorum, aliorumq; piorum Doctorum ſententia, mirabiliter a Spiritu Sancto, in Concil. Trid. Seſ. 22. c. 6. laudatur, declaratur, & (ad fideliũ Spiritualium cõſolationem.) ampliatur in hæc ſanctiſſima uerba: Optaret quidem ſacroſancta Synodus, ut in ſingulis Miſſis fideles adſtantes non ſolum ſpirituali affectu, ſed Sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione, communicarent, &c. Quod poſtea Sanctiſſimus Papa Quintus. confirmauit, & præcepit; ut in Catechiſ. Rom. pag. 275. in fine ſic habetur: Quare Parochi partes erunt, fideles crebro adhortari, ut quemadmodum corpori in ſingulo dies alimentum ſubminiſtrare neceſſarium putant, ita etiam quotidiè hoc Sacramento alendæ, & nutriẽdæ animæ curam non obijciant. & c. Vnde reſoluendum ſine dubio eſt, quod etiã ſi animæ ex frequenti communione fructum alium nõ eſſent precepturæ: (percipient ſiquidem multos, quos infra dicemus) magnus tamen erit, Dei, totiuſque Eccleſiæ Catholicæ, ſimulque tam Sãcti Pontificis, maximè in re ſic Deo chara, voluntatem facere. * Addo huic materiæ communionis (libentiſſimo animo) deciſionem multorum Canonum antiquorum, quos nõ cito, vbi habetur coniuges debere abſtinere à debito per tres dies ante cõmunionem, & in quadrageſima & c. tales Canones videlicet, intelligẽdos eſſe de conſilio, non autem de præcepto: vel dicere poteris Canones illos iã in deſuetudinem abiſſe. quares confeſſores in Domino moneo, ne animabus perditionis laqueos parent, quod etiam de menſtruatis intelligere debent. ut habetur in capitu. final. d.

AN autem Parochus teneatur Sacramentum hoc alijs temporibus ab ijs, quibus homines tenẽtur recipere, adminiſtrare: diximus ſupra, de pœnitẽtia. 149

QVæritur. Vtrum poſſit quilibet hora diei, poſt meridiem communicare? Reſpond. quòd cùm ſit ieiunus, & cõtrarium non reperiatur prohibitum, poterit qualibet hora cõmunicare. Angel. Eucharistia 3. numero 35. Syluestr. codẽ verbo queſtio. 15. 150 *Qua hora poſſit quis cõicare.*

IMo (quod plus eſt) quod ait Nauar. c. 25. num. 87. poſſe quemlibet ſacerdotem, abſque vllo priuilegio, Miſſam celebrare, etiã poſt meridiẽ, uſque ad horam Nonam; quæ durat à meridie, vſque ad tres horas poſt meridiem. Quam opinionem, ultra rationes, quas ibi tradit, amplector, quia rationi uidetur eſſe conformis. 151 *Et ſacerdos celebrare?*

QVæritur. Quid ſi in Euchariſtia ſpecies appareat Carnis, aut ſanguinis? Reſpon. quòd licèt Victoria. nu. 71. & alij abſolute dicant, tales ſpecies nõ eſſe ſumendas: Diſtinguendum tamen eſt cum Sanct. Thom. 3. parte quæſtio. 82. articu. 4. Syluestr. Euchariſtia. 3. nu. fin. Armil. Communio num. 12. videlicet, quòd aut apparet celebrãti tantùm, aut alicui particulari, vel communicare uolenti, aut apparet ſimul omnibus alijs. Si primo caſu, nequaquam ab illo, cui ſic apparet, ſumenda eſt: ſed alicui illorum cui in ipſamet Sacramentali ſpecie apparet. Si autem æqualiter omnibus ſic apparet, & ſic perſeuerant, nulli danda, ſed inter ſacras reliquias collocãda eſt talis hoſtia atque ſeruanda. Et tũc, ſecundum S. Tho. ſup. & in 4. d. 10. ar. 4. tali Sacerdoti conſulendum eſt, vt aliam conſecret hoſtiam, & vinum. licet cõtra. S. Th. teneat Ang. Euch. 3. nu. 11. & alij. * Ratio huius eſt, quia quotieſcunq; ſacerdos conſecrat, uel celebrat tenetur ſacrificium perficere communicãdo. Vt habetur in c. Comperimus, cum alijs. de Conſec. d. 2. Et in Can. 26. pœnitentiali habetur, quòd qui canit Miſſam, & non cõmunicat, debet uno anno pœnitere, & interim miſſas nõ cãtare. & habetur in c. Relatum, de conſecratione. d. 5. 152 *Quid ſi in ſacramẽto appareat caro?*

An

153 AN & quando hoc Sacramẽtũ dandũ ſit publicis peccatoribus. uide ſupra. de ſacramentis in genere. nu. 18.

154 *De aſpiciente Euch. in mortali.* QVęritur, An exiſtens in peccato mortali, peccet mortaliter aſpiciendo Euchariſtiam. Reſ. ꝙ non, ſi eum humilitate, & timore hoc faciat: Syl. Euchariſtia. 3. q. 14. de Euchariſtia.

155 *Cur miniſter in alijs Sacra. &c.* QVæritur, Cur in alijs Sacramentis, quę conſecrata materia conſtãt, vt confirmatio Vnctio Extrema: Miniſter non utitur, quo ad ſe, tali materia vt in Euchariſtia: ut Epiſcopus dum confirmat, non ſeipſum vngit? Reſ. hanc eſſe cauſam, quia aliæ conſecrationes non ſunt Sacrificia; Euchariſtia autem eſt ſacramentum & Sacrificium. Sot. diſt. 13. q. 1. ar. 4. in 1. argumento.

156 *V. Aliqñ liceat cõſecrare extra Miſsã?* VTrum Sacerdoti aliquo caſu liceat conſecrare extra Miſſam; ut ad cõmunicandum infirmum, vel ſeipſum in neceſſitate, ſi non eſſet alia hoſtia conſecrata? Ioannes Maior. in 4. diſt. 9. q. 3. ad 5. dicit quod ſic, etiam in fermentato, & ſine ſolẽnitatibus, ſecreto. Quem refert Victoria num. 73. Cui fauet Sotus 4. d. 12. quæſt. 1. art. 4. caſu. 1. in hæc uerba: Item ſacerdos ipſe iam moriturus, qui non haberet alium, cui confiteretur, poſſet ipſe conſecrare, & ſumere ſacramentum. Contrarium tamen reputat uerius Victoria, ſupra, cũ Palud. diſt. 9. (& merito quidem) quia ſic habetur expreſſum in cap. Competimus, de conſecratio. diſtin. 4. & reprobat benè Nauarr. ca. 21. num. 53. in fin. ibi. Sed non celebrare &c.

157 *V. Sacerdos poſſit ſe aliquando cõicare extra Miſſam.* SEd vtrum liceat aliquando ſacerdoti, extra Miſſam ſeipſum cõmunicare, vt tempore peſtis, vel alia neceſſitate? Reſp. ꝙ ſic ſecundum Caiet. in ſum. verbo: Miniſter communis. Armill. verbo: Communio. nu. 8. Sotum. in 4. d. 12. q. 1. art. 4. verſic. Primus ergo. Quod eſt valde notabile.

158 *V. liceat bis cõmunicare infirmum?* VTrum infirmus communicatus ſemel, pro viatico non, ieiunus ſi poſtea per aliquot dies duret in eadem infirmitate, & periculo mortis, poſſit iterũ non ieiunus communicare? Reſpond. quod licèt Barto. Medina. in Sũma lib. 1. c. 14. §. 42. aperte neget; uerior tamen, verior atque Eccleſiæ Sanctæ benignitati conformior videtur opinio Tabien. quã refert, & ſequitur Armil. Communio. num. 18. videlicet quod poſſit. Et ita in facti contingentia iudicauit Illuſtriſſimus Atque Reuerendiſſimus quidam Archiepiſcopus Hiſpanus, ſimul atque Doctiſſimus me præſente.

159 *V. Sit mortale aliquid ſumere ante cõmunionem.* QVæritur. Vtrũ Qui ignorãtia ductus, aliquam conſeruam, uel (ut ait Caiet. Communio. verſiculo. Si autem ſciens) nucem muſcatam aliquis, ob reuerentiam, ante communionem ſumpſiſſet; peccet mort.? Reſpond. licèt Caieta. ſupra. abſolute dicat, quod non; ponens exemplum in quodam ſacerdote ſic ſumente Euchariſtiam. Ego tamen (ſalua pace) nõ auderem talẽ ſacerdotem a mortali excuſare, cùm illa ſit ignorãtia craſſiſſima, circa rem, quam ex officio ſcire tenetur; ſecundũ omnes. Excuſarem autem ruſticum, uel plebeium indoctum qui tali laborauerit ignorantia. Facit pro hoc Bartol. Medin. in Summa. lib. 1. ca. 14. §. 42. uerſiculo. La ſeconda.

160 *Nota pro multis dubijs.* PRo reſolutione multorum dubiorum, quæ circa ſumptionem Sacramenti Euchariſtiæ declarantur ab autoribus, ſatis erit ponere quædam formalia verba, quę Caiet. in Sũma. verbo. Miniſter Cõionis, in fine; & Armill. verbo Communio. nu. 10. ponunt, ſic dicentes: Aduerte tamen, quod quandocunque & vbicun que & quibuſcunque poteſt dari ſacramentum Pœnitentiæ, poteſt etiam dari ſi in articulo mortis ſit, viaticum, quia pro eodem computari decetnit Ius de pœniten. & remiſ. quod in te.

161 *V. Miniſtro Triremium (Comitre) ſit Euchariſtia miniſtranda?* QVæritur, Nouè. V. Illis, qui in Triremibus, uel Galeris, officium exercent Iuſtitiæ, ſeruos caſtigando) Comitre, & Sotocomitre) poſſit, hac de cauſa, quia videtur illud crudele eſſe exercitium, Eucharia concedi, vel non? Reſpon. Nullã eſſe de illis in Iure, vel Doctoribus, prohibitionẽ. Quidam tamen (me præſente) etiã literati, vocabulum ignorantes, conabantur defendere verbũ (hiſtrio) in Doctoribus, verbo, Euchariſtia poſitum; de illis debere intelligi.

Contra quos, vocabulum exponens, ali-
qua Ego feci argumenta; quibus, non ſo-
lum coacti ſunt dicere, Euchariſtiã Sa-
cratiſſimam non eſſe talibus (Comitre,
& Sotocomitre) negandam, imò illos,
& talia officia iuſtè (vt par eſt,) exer-
centes, ſummopere poſſe (maximè, cum
bellum contra inimicos S. Fdei commit-
titur) mereri. Hiſtrionibus autem; quia
De Hiſtrionib. infames ſunt; dum officium illud repre-
ſentandi res turpes, & obſcenas non o-
mittunt, Sanctiſſimum Euchariſtiæ ſa-
cramentum (merito) negatur, vt ait An-
gel. Sylueſt. Armill. & omnes, verbo. Eu-
chariſtia.

DE EFFECTV ET fructu.

VT fideliũ animos ad tanti Sacra-
162 mẽti dignã ſumptionem accen-
damus: Quæritur. Quot ſint fru-
Quot ſint fructus Sacramẽt. Euchar. ctus, vel effectus hujus Diuini Sacramẽ-
ti? Reſpon. ſecundum S. Tho. 3. part. q.
79. & Sot. 4. d. 11. quæſt. 2. ar. 1. eſſe Sex.
Primus, Collatio gratiæ. Secũdus, Ade-
ptio gloriæ. Tertius, Delictorum mor-
taliũ expiatio. Quartus, Venialiũ abſter-
ſio. Quintus, Pœnę pro peccatis præteri-
tis debitæ condonatio. Sextus, Præſerua-
tio à futuris. De quibus fructibus diſpu-
tat late Sot. ſup. per 6. articulos, tradit e-
tiam Caniſius de Euchariſtia. §. 9.

Syluester tamen, verbo Euchariſtia.
4. num. 3. diffuſius agit in hunc modum
reſoluens, ex S. Tho. Igitur Euchariſtia
in quantum ſacramentum, prodeſt ſu-
mẽtibus tum: ſed vt ſacrificium, prodeſt
etiam alijs. Et primo confert gratiam,
eam auget, & excitat ad virtutes. 3. parte
quæſtio. 79. art. 1. ¶ Secundo. Ex conſe-
quenti, confert charitatem, & alias vir-
tutes. ¶ Tertio. Ex conſequẽti, diminuit
fomitem, ratione feruoris Charitatiui.
3. parte quæſtio. 79. art. 6. ad 3. ¶ Quar-
to ſuſtentat, ſiue dat vitam, auget, repa-
rat, delectat, vt cibus. 3. parte quęſtio. 79.
articul. 1. facit etiam laudare, ſicut cibus
163 cantare. Pſalmus 21. ¶ Quinto. Confor-
tat in pugnã, dans prægustationem Glo-
164 riæ. Iſa. 4. ¶ Sexto. Dat viatoribus ade-
ptionem Gloriæ. 1. ad piſcendi. 3. part.
q. 79. ar. 2. & Beatis auget gloriam acci-
dentalem. S. Thom. 4. diſtinct. 12. q. 1.
artic. 1. quæſtio. 2. ¶ Septimo. Præſeruat 165
a peccato, dupliciter, ſcilicet interius ro-
borando per gratiam: & exterius; repel-
lendo omnem Dæmonum impugnatio-
nem per Chriſti paſſionem, cuius eſt ſi-
gnum. ¶ Octauo. Delet peccata venia- 166
lia. 3. parte. q. 79. art. 4. ¶ Nono. Delet 167
etiam mortalia; quorum quis non habet
conſcientiam, nec affectum. 3. parte q.
79. articul. 3. Vnde eſt abſolutio ſcele-
rum, ideſt mortalium peccatorum tri-
pliciter. ſcilicet ignoratorum, futuro-
rum, vel cauſando Contritionem. ¶ De- 168
cimo. Delet pœnam debitam peccatis, nõ
totam, ſed ſecundum menſuram pecca-
torum, & deuotionis. 3. parte, quæſt. 79.
ar. 5. ¶ Vndecimo. Liberat à Purgatorio, 169
in quantum eſt Sacrificium ſatisfacto-
rium pro peccato. 3. parte. quæſtio. 52.
articul. 8. Hæc Syluestr. Quos omnes
fructus poteris etiam colligere ex Ioan-
ne Gerſon, vel (vt alijs placet) Thoma
de Kempis de Imitatione Chriſti lib. 4.
ad fin. & ex Catechiſmo Romano pagi-
na. 268. & tradit Caniſius; in libro de
Doctrina Chriſtiana, de Euchariſtia. §.
9. ex D. Bernardo, in hæc verba: Hoc
corpus Chriſti ægris medicina, peregri-
nantibus via: quod debiles confortat, va-
lentes delectat, languorẽ ſanat; Per hoc
homo manſuetior fit ad correptionem,
patiẽtior ad laborẽ, ardentior ad amorẽ,
ſagacior ad cautelã, ad obedientiam prõ-
ptior, ad gratiarum actionem deuotior.

VLtimo Nota, pro totius materię cõ- 170
plemento, quòd licèt (ſecundum
S. Tho. & communiorem) non plus gra-
tiæ recipiat qui hoſtias multas, quã qui
vnam vel qui maiorem, quam ille qui
particulam minimam vnius hoſtiæ con-
ſecratæ acciperet; per accidens tamen i-
ſte effectus eſt maior illo, qui plures quã
qui vnam ſcilicet, quòd habet in pecto-
re, & ſtomaco ſuo, per longius tempo-
ris ſpatium, realem, & corporalem præ-
ſentiam, & aſſiſtentiam Domini noſtri
Ieſu Chriſti. Erit enim ibidem dum ſpe-
cies Sacramentales ibi durant. Quibus

V. plus gratię recipiat qui maiorẽ, quã qui minorẽ hoſtiã recipit.

fructi-

fructibus conſideratis, dicebat Dauid: Accedite ad eum, & illuminabimini. Et S. Ignatius Epiſt. ad Hebr. Feſtinate frequenter accedere ad Euchariſtiam, & gloriam Dei. Ad quam nos perducat ipſemet. Amen.

DE SACRAMENTO Extremæ Vnctionis.

TRactat Magiſt. ſent. in 4. diſt. 23. Vbi omnes, maximè nunc Sotus. Ang. Sylu. Tabien. Armilla, & alij Summiſtę. verbo. Vnctio Extrema. Victo. in ſum. a nu. 212. Nauar. c. 22. a nu. 12. text. in c. 1. de ſacra Vnctione. Glo. in c. peruenit. 95. d. & in c. Presbyteros, cum ſequentibus. ead. d. Concilium Flor. & nouiſſimè Trid. Seſſ. 14. Catech. Rom. & alij. Viguerius. c. 16. §. 5. Conc. Colonienſe de hoc Sacramento.

1 *Quotuplex ſit unctio.* PRo cuius introductione Nota. 1. ex c. 1. de ſacra vnctione, duplicem eſſe Vnctionem; exteriorē, quæ materialis, & viſibilis eſt, & interiorē quæ ſpiritualis eſt, atq; inuiſibilis. Exteriori viſibiliter corpus: interiori inuiſibiliter inungi tur cor. De prima. S. Iacobus Apoſt. c. 5. ait: Infirmatur quis in uobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eū, vngentes eum &c. De ſecunda. S. Ioan. Apoſt. 1. Epl. c. 2. ait: Et uos unctionem quam accepiſtis ab eo, maneat in uobis, &c. vt declarat Ration. Diuin. Officiorum, lib. 1. c. 8.

2 *Vnctio exterior multiplex.* NOta ex eodem. c. 1. multas eſſe exteriores, viſibileſque vnctiones. Quibus omnibus omiſſis, quæ nullatenus ſacramenta dicuntur; De Extrema vnctione, quę vnū ex ſeptē eſt ſanctę Eccleſię ſacramētis acturi: Quęritur, Quid ſit Extrema vnctio? Reſ. ſecūdum Sotū.

3 *Extrema unctio qd.* 4. d. 23. q. 1. ar. 1. eſſe ſacramētū vnctionis infirmorum, ad ſalutem animæ, & corporis. Vel diffuſius cum Nauarr. ca. 22. nu. 12. Sacramentum extremæ Vnctionis eſt ſacramentum, quo Presbyter vngit oleo cōſecrato certas corporis partes infirmi probabiliter periclitantis, certa uerba, cum debita intentione, proferēdo. Quam diffinitionem colligit ex d. c. 1. & ex 4. ſententiarum. diſt. 23.

QVæritur. V. Extrema unctio ſit ſacramentum? Reſ. eſſe de fide, vnū eſſe ex ſeptem ſanctæ Eccleſiæ ſacramētis: ut probauimus, ſupra de ſacramentis in genere. nu. 4. & habetur in Conc. Conſtantienſi. Seſſ. 15. Flor. & Trident. Seſſ. 14. Can. 1. Inno. 1. epl. 1. ad Decentiū Eugub. c. 8. Petrus Damianus. ſerm. 1. de Dedicatione Eccleſiæ. D. Bernar. in vita Malachię Epiſc. Cōciliū Vnormatiēſ. c. 72. Cōcil. Meldē. Can. 1. S. Dionyſ. Areopag. lib. 5. Hiſt. Eccleſia. S. Cirillus Alex. lib. 2. in Leuit. Doct. 4. d. 23. q. vn. Scot. Dur. Rich. art. 1. Et contrarium eſt hęreſis Valdenſium, Bohemorum, & Lutheranorum; quam refert, & reprobat Pau. Gryſal. Extrema Vnctio. nu. 1. 4 *V. ſit ſacramentum.*

QVæritur. A quo ſit inſtitutum? Reſ. fuiſſe (ſicut omnia alia ſacramēta, & probauimus ſupra de ſacramentis in genere) a Domino noſtro Ieſu Chriſto inſtitutū Conc. Trid. Seſſ. 14. de Extrema unctio. c. 1. reprobata ſentētia Magiſtri, in 4. d. 23. qui cum Hugone errauit dicens fuiſſe inſtitutum a B. Iacobo Apoſt. reprobata itidem ſententia eorū hæreticorū quos confutant Sot. 4. d. 23. q. 1. art. 1. idem tenentium & S. Bonau. 4. d. 23. ar. 1. q. 2. dicente Spiritum ſanctum per Apoſtolos hoc ſacramentum inſtituiſſe. Quem cum alijs reprobat Paul. Gryſal. ſup. nu. 2. 5 *A quo ſit inſtitutum.*

QVæritur. Quando fuit inſtitutum? Reſp. q̄ licet in ſacra ſcriptura, de tali inſtitutione, nulla fiat expreſſa mentio; aliquibus tamen uiſum eſt Chriſti illud inſtituiſſe, cūm Marc. 6. Apoſtolos ad prædicandum miſit, cum illa poteſtate, vt infirmos curarent. 6 *Quando inſtitutum.*

Diuo tamē Th. Sot. d. 23. q. 1. ar. 1. Victoriæ. num. 213. & alijs placet aſſerere nullū inueniri in ſacra ſcriptura expreſſum locum, vbi fuerit inſtitutum: habemus tñ de fide ex determinatione Eccleſiæ (quæ errare non poteſt) eſſe ſacrm a Chriſto inſtitutum, & hoc ſufficit Catholicis: quamuis Sot. ſup. dicat: Marc. 6. Chriſtum hoc ſacramentum inſinuaſſe,

nuatic.Côc.Trid.Seſſ.14.de ſacramento Extremę Vnction.e.1.Catech.pag.345. idem dicunt. Et affirmat optime Paul. Gryſal. ſup. nu. 2.dicens clarè probari, ex D. Mar.6.& contrarium reputat falſum.

DE MATERIA.

7 *Quæ ſit materia Extremæ vnctionis?*

QVæritur. Quæ ſit materia huius ſacramenti? Reſpō. ſecundum communem, de fide determinatam, eſſe oleū. Iacobi. 5.vngentes oleo. tex. c. vnico.de ſacra vnctione.Côc.Flor.& Triden.Seſ. 14.de Extrema vnctione. c. 1.Catechiſ. pag.343. S.Tho. & Sot. ſup. art.3.Nauar. c. 22.nume.12. Vict. nume.216.& contrarium eſt hæreticum, ſecundum Paul.Gryſald.ſup.nu.6.

8 *V. ſufficiat quodcunq; oleum.*

QVæritur. Vtrū ſufficiat quodcunque oleum, cùm reperiatur oleum amigdalarum, nucis, lini, &c. Reſpond. quòd debet eſſe oleum ſimplex oliuarum. omnes ſupra. Nec poteſt fieri in oleo Roſarum, vel aliorum florum, ſi taliter fuerit cōdenſatum, quòd naturam amiſerit olei ſimplicis, ſecus ſi non fuerit ſic mutatum. Sot.& Vict.ſup.

9 *V. Debeat eſſe benedictum.*

QVæritur. V.tale oleum debeat eſſe benedictum? Reſpon.ꝙ ſic: probatur ex capitu.vnico.de ſacra vnct.Trid.ſeſſ. 14.de Extr. vnct. c. 1.Innoc.1.epi.1.ad Decentium: Catechiſ.Ro.pag.343.Cōmunis omnium, cum S.Th.3.par.q.72. art.3.Beda.in Marc.c.6.

10 *V. Conſecratio ſit de eſſentia.*

QVæritur. V. ſit de neceſſitate ſacramenti, an tantū de neceſſitate pręcepti cōſecratio, vel benedictio olei? S. Tho. 3.par.q.72.ar.3.verſi. Vnctionib. autem Gloſ.in c.Illud.verbo. Sanctificatio.95.d.Syl. verbo. Vnctio. q. 1.Sot.4. d.23.q.1.ar. 3.concl.2.Palud. & Duran. quos refert Victor. infra. tenet eſſe de neceſſitate ſacramenti.

Caiet.tamen dubitat, & Victor.num 217.negat; ſed ait tantum eſſe de neceſſitate præcepti. Et re vera, cum S. Iacobus.c.5.tantum dicat: Vngentes Oleo: ſine aliqua additione: neſcio qua ratione dicti autores hoc affirmēt tam indubitanter? Sed nolo à communi recedere: quamuis.S.Th. ſupra. nō ita clarè dicat eſſe de neceſſitate ſacramenti: Maxin.è ꝙ (vt ait Paulus Gryſ. verbo. Extrema Vnctio.nu.7.) ex Conc. Trid. & Flor. ſup.colligitur tantum, quod oportet tale oleum, ab Epiſcopo eſſe conſecratum & ita ait, eſſe erroneum dicere non debere conſecrari, vel benedici.

11 *A quo debeat cōſecrari.*

QVæritur. A quo debeat hoc oleū benedici? Ang.uerb. Vnctio.num.1. Syl.Armil.Durand.Scot.Maior.S.Bonauē.Sot.& alij. in 4.diſ.23. Catech. Ro. pag.343.Nauar.c.22.nu.12.Vict.num. 216.& Cōmunis ex c. 1. de ſacra Vnct. & c.1.cū alijs.96.d.Côc.Florent.& Tridē. Seſſ.14. de Extrema Vnct. c.1.& ex additionibus ad S. Tho. 3.p.q.29.tenet ab Epiſcopo eſſe conſecrandum.

12 *V. ſimplex ſacerdos ex commiſſione Papæ poſſit.*

QVæritur. V.Ex cōmiſſione Papæ poſſit ſacerdos ſimplex tale oleū benedicere? Palud. Scot. & Caiet. 3.par.q. 72.ar.3.quos refert, & ſequitur Victor. nu.216.tenent ꝙ ſic. Quod confirmatur ex ijs, quæ ſupra.de materia confirmationis, nu.16.diximus. Quod etiam, videtur probari ex Conc. Trid.ſeſſ.14.de ſacram.Extremæ Vnctionis. c. 1.dum ait: materiam eſſe oleum, ab Epiſcopo benedictum. Quæ quidem benedictio, facta, ab Epiſcopo, cum non ſit de iure Diuino ſed poſitiuo tantùm, poterit per Papam presbytero committi. Quod credo verum, licèt Sotus.4.diſt.23.q.1.ar.3.conclu.3.ſub dubio loquatur.

13 *V. cum chriſmate poſſit vngi infirmus.*

QVæritur. V. Deficiente oleo infirmorum, poſſit ſacerdos infirmū Chriſmate vngere? Gloſſ. in c. Illud. verbo. Sanctificato.95.diſt.negat.

DE FORMA.

14 *Quæ ſit forma.*

QVæritur. Quæ ſit huius ſacramenti forma Reſpon. Primo forma huius ſacramenti, non habet eadē prorſus verba in omni Eccleſiā. S.Tho.Sot.4.d. 23.q.1.ar.4.Palud.Sylu.verbo. Vnctio. nu.2.Armil.eod. Nauar.c.22.nu.13.Ledeſ.in 4.q.34.ar.7.

V. ſufficiat forma indicatiui modi.

Secūdo Reſpō.ꝙ qdā autores dixerūt in qbuſdā Eccleſijs, formā hui' ſacramēti ſeruari, p modū indicatiui.ſ.vngo hos oculos,

oculos, has aures, hæc labia &c. in noĩe Patris, & filij, & Spirit⁹ ſãcti. Ita ex Ric. refert Sot. ſupra. & Duran. quem refert Victor. num. 218. piè credens dictam formam ſufficere, ſi quis nunc cum ea vngeret, quia ſic ungebat S. Ambroſ. ut ex communi, cum Palud. tradit Nauar. cap. 22. nu. 15.

Forma debet eſſe deprecatiua.

Tertiò Reſp. ad Quæſtionem, ſecundum communem ex S. Tho. Ang. Vnctio. nu. 2. Syl. Armil. eod. nu. 2. Sot. & Victoria. ſup. Nauar. ſup. nu. 14. & alijs, formam huius ſacramenti debere eſſe deprecatiuam. Quam in hunc modum ſtatuit Conc. Floren. Per iſtam ſanctam Vnctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Deus quicquid deliquiſti per uiſum, auditum, odoratũ, guſtum, tactum, inceſſum pedum. Amẽ. Et colligitur ex Conc. Trident. Seſſ. 14. de Extrema Vnctio. cap. 1. Catech. Ro. pag. 344.

V. Forma qua nunc utimur ſit de neceſſitate ſacramenti.

Quarto Dico dictam formam, quam nunc ſeruat Romana ſancta Eccleſia nõ eſſe de neceſſitate ſacramenti, ſed tamẽ de neceſſitate præcepti. Victor. nu. 218. ex Conc. Florẽ. quia Eccleſia poteſt mutare formam, dummodo eſſet de precatiua. quia Diuus Iacobus tãtũ dixit orẽt.

Synonima V. uicient formam.

Quinto dico: nihil importare mutare verbum, dummodo non mutetur ſenſus, vt dicere, quicquid peccaſti; quicqd deliquiſti vel indulgeat, remittat, aut ſanet. Sot. 4. d. 23. q. 1. artic. inſolution. ad 2. Catechiſ. Rom. pag. 344. Nauar. cap. 22. num. 13.

15 *Quare dat ſub forma deprecatiua.*

QVæritur. Quare nõ datur forma per verba indicatiua, ſicut in Baptiſmo: Ego te Baptizo; Ego te abſoluo &c. Reſp. Quia iam infirmus eſt a ſe deſtitutus, eget aliorum precatione. Vel ſecundo. Quia iam tranſit ad aliud forum, & commendatur alteri foro, per hoc ſacramentum. Victor. nu. 218. Pro quo nota, quòd ſi talis forma indicatiua in Extrema Vnctione inueniatur alicubi; nõ debet forma dici; ſed præambulum, ſecundum S. Thom. S. Bonauent. & alios grauiſſimos autores; quos refert, & ſequitur Sotus. ſup. in ſolution. ad 4. Poterit tamen ſic dici: vngo oculos tuos, vel manus, vt indulgeat tibi Deus, quicquid &c. Sot. ſupra.

DE MINISTRO.

16 *Qui miniſter.*

QVæritur. Quis ſit huius ſacramenti miniſter? Reſp. ultra Communem opinionem, quę ex illo D. Iacobi. c. 5. & ex c. 1. de ſacra vnct. & ca. Presbyteros. 95. d. & ex Concil. Cabilonen. c. 48. colligit, eſſe ſolum ſacerdotem; hodie de fide eſt determinatum in Concil. Trid. Seſſ. 14. c. 1. de. Extrema Vnct. & Can. 4. De quo (vltra S. hom. & Communem antiquorum) vide Nauarr. c. 22. nu. 12. Victoriam. nu. 220. Sotum. 4. diſt. 23. q. 2. art. 1. Quæ Catholica concluſio. ita eſt vera, quòd nec Diaconus Cardinalis, etiam in neceſſitate, poſſit hoc ſacramentum adminiſtrare. Probat latè Sotus. ſupra citans Concil. Flor. & ca. Quæ ſiuit. de verborum ſignifica. Alias, ſi nõ ſacerdos miniſtraret; Vltra peccatũ. qđ committeret, nihil faceret; quia de eſſentia requiritur ſacerdos.

17 *Quis debeat eſſe ſacerdos miniſter Extr. vnctio.*

QVæritur. Quis debeat eſſe iſte ſacerdos? Reſp. q̃ Parochus proprius; vt habetur in Clem. 2. de Priuil, & Clem. Dudum. de Sepult. S. Tho. 4. d. 23. q. 2. art. 1. & in addit. ad 3. p. q. 31. art. 3. S. Bonauen. q. 2. art. 2. Vbi Ricard. Scot. & alij. Sot. d. 23. q. 2. art. 1. Angel. Vnctio. q. 3. Armil. q. 4. & 5. Palud. & alij quos refert, & ſequitur Syl. Vnctio. q. 4.

18 *Quid ſi ſimplex ſacerdos adminiſtraſſet.*

QVæritur. Quid ſi alius ſimplex ſacerdos, hoc ſacramentum adminiſtraſſet? Reſpon. Si cum licentia Epiſcopi, vel proprijs Parochi fecit; bene quidem: Si autem ſecus, eſt excommunicatus, vt colligunt omnes, ex Clem. 1. de Priuilegijs, & nihilominus ſacramentũ teneret. Rõ eſt, quia nõ requiritur ꝓprius ſacerdos, de neceſſitate ſacramenti. De eſſentia, autem requiritur, quòd ſit ſacerdos, omnes ſup. & Victoria. nu. 220. Quod procedit etiam ſi Religioſus hoc ſacramentum, ſine tali licentia, Laico, vel alij clerico conferret, vt notant omnes, ſup. & inf. citandi.

19 *V. Religioſ⁹ poſſit hoc ſacr. miniſtrare.*

SEd Quæritur. An Religioſus ſacerdos miniſtrans hoc ſacramentum in

in

in neceſſitate,abſente parocho, ſine eius
licẽtia incurrat dictam excommunica-
tionem? S. Anton.quem refert,& ſequi-
tur.Sylu. Vnctio. q.4. & refert Armill.
nu.5. & verbo. Excommunicatio. caſu.
49.& Cardin. quem refert, & ſequitur.
Nauar.cap.27.nume.101.& Victoria.
nu.220.in fine,affirmant. Quia non eſt
ſacramentum neceſſitatis. Sed verius, &
tenendũ eſt,quòd non peccet,nec fiat ex
communicatus;imò quod teneretur tũc
adminiſtrare,tenet Archid. & Ioann.in
c.Si Presbyter.2.6.q.6.Innocent.& Ho
ſtienſ.in c.Omnis.de pœnit.& remiſ.Di
rector.lib.1.titulo 15.quos refert, & ſe
quitur Angel.Excõmunicatio. caſu.12.
nũ.5.Caiet.verbo. Excommunicatio.c.
64.Armil.verbo.Excommunicatio: ca-
ſu.49.Sotus.4.diſt.23. q.2.ar.1. verſic.
Vtrum vero.Significat Ledeſm. 2.par.q.
33.art.3.& tenet Communis Magiſtro-
rum Salmanticæ.

Sed ne (ſecundam hanc opinionem,
quæ Dei,Eccleſiæ que ſanctę benignita
ti conformior eſt, ſequentes) illuſtriſſi-
mos primę opinionis viros reprobemus:
concordia opus eſt, ſcilicet,quòd prima
opinio procedat, quando talis Religio-
ſus sciret certo, talem Parochũ omnino
diſſentire,nec ei hoc placere:Secunda ve
rò procedat, quando ſub vera ratihabi-
tione vngeret.Vt quaſi omnes, ſup.inſi-
nuant.& tradit clarè Armil.ſupra.& Flo
res Theologicarum quęſt. de Extrema
Vnct.artic.3.

20 *Quid de ſeçulari bus,&c. olim un gentibus ĩfirmos?*

PRo complemento.Nota quo ad Mi-
niſtrum, ꝙ quotieſcũque inuenitur
in auctoribus,quòd Sancti,vel alij fide-
les olim vngebãt Oleo Sãcto infirmos,
& ſanabantur,tunc non conferebant ſa-
cramentum extremæ Vnctionis. quod
non datur niſi a ſacerdote.vide Sot.4.d.
23.q.2.art.1.verſic. Fortaſſe.

DE SVSCIPIENTIBVS.

21 *Vnctio extrema quib. dãda?*

QVęritur. Quibus dandum,vel negan
dum ſit hoc ſacramentum? Reſp.
Primo,hoc ſacramentum dari non poſ-
ſe ijs,qui nunquam peccare potuerunt.
Vnde pueri, ſacramenti pœnitentię in-
capaces, etiam huiuſmodi incapaces
cenſentur.

Secundo.Amentibus a natiuitate, &
furioſis perpetuò,negatur.

Tertio.Furioſis etiam non perpetuò,
ſi timetur irreuerentia,maxime ſi habue
runt lucida interualla,nec petierunt.

Quarto. Intrantes mare, vel bellum
periculoſum non vnguntur.

Quinto.Nec illi,qui ſuſpendẽdi, vel
decapitandi ſunt debent ungi.

Sexto. Nec infirmi,niſi illi,qui graui
ter ad mortem laborant.

Septimo.Nec illi,qui in notorio pec-
cato mortali exiſtentes incidunt in fre-
neſim, apoplexiam, uel amentiam,niſi
prius aliquod oſtendant ſignum Con-
tritionis. vt ſupra. de Abſolutione. di-
cimus.

Octauo. Sanus nullo modo debet un
gi;eſſet enim irritum ſacramẽtum. hęc
omnia habentur communiter ab omni-
bus. Ang.Syl.Tabien.Armil. S.Tho.S.
Bonau.Ricard.quos, & alios refert Vi-
ctor.nu.22.Nauar.c.22.nu.13.Sot.4 d.
23 q.2.art.2.Catechiſ. Rom.pag.247.
Victoria etiam ſupra. ait Beatiſſimam
Virginem incapacem fuiſſe huius ſacra
menti.Et quod infantibus, furioſis, &
amentibus eſſe dandum, dicit opinionẽ
ſcandaloſam Paul.Gryſal.uerb. Extre-
ma Vnctio.nu. 8.

22 *Extrema unctio quibus danda.*

SEd Quibus dandum? Reſp.Omnibus
infirmis appropinquantibus ad mor
tem,per infirmitatem.Nec ſufficit quę-
libet infirmitas,ſed de qua mors timea-
tur.S.Tho.Syl.Nauar. Sot.ſup. Vigue.
c.16.§.verſic.6.

Secundo Dandum eſt etiam ſenibus
qui abſque infirmitate alia, ſenio ipſo
conſumuntur. Quia, ut ait Naua.§.in
Leuitico,not.30.nu.4. Extrema Vnctio
finem vitæ præſumptum tantum requi-
rit.Communis.

Tertio dari debet etiã adultis qui ſta-
tim poſt Baptiſmum morti ſunt proxi-
mi Syl.q.5.verſi.3.Armil.nu.7.Victor. 23
numero 222.

V.Vulneratis cõferenda vnctio.

QVæritur. V. dari debeat vulneratis,
cum uideantur non ex infirmita-
te, ſed accidẽtaliter eſſe morti propin-
qui?

qui? Reſ. ꝙ licèt Nicol. Ploue. in tractatu ſacerdotali. dę Extrema Vnctio. & alij tenęat ꝙ nõ: Cõtrariũ eſt uerũ, & tenẽdũ, imò ꝙ ſint ungẽdi, quemadmodũ Cõmunicãdi. S. Th. & Palud. 4. d. 23. Sot. d. 23. q. 2. ar. 2. Syl. q. 5. Et patet clarè ꝙ ſit eis dãdũ in Cõncil. Mediol. 4. par. 2. pag. 10. Armil. nu. 6. Victoria. nu. 22. Ledeſ. 2. par. q. 34. ar. 2. dũ omnes probãt, dãdũ eſſe infirmo ad mortẽ. Vulneratus autẽ, quãuis uiolẽter, iã infirmat, ut bene probãt Flores Theologicarũ quęſt. de Extrema Vnct. ar. 4. cõclu. 1. & Ego uidi ſępè, in facti cõtingẽtia, & reſoluit Doct.

24 Henricus Salmanticę publica lectura.

V. Mulieri in partu moriẽti ſit dãda unctio.

VTrum mulieri in partu deficiẽti ſit hoc ſacramentum dandũ? Reſpõ. quòd licèt nullus ſupradictorum hoc dicat, videtur mihi ei eſſe adminiſtrandum; cùm ex defectu naturæ proxima ſit morti, quod etiã in praxi ſeruari vidi. In Concilio autem Mediolan. 4. 2. part. pagin. 10. expreſſe prohibetur, ne mulieri in partu laboranti detur: neſcio rationem. Nihilominus, cùm Catech. Roma. magis faciat pro mea ſententia, ſi aliquã vidiſſem in partu vitam efflantem non audirem illi vnctionem non miniſtrare.

25 *V. Vngẽdi ſint morte repentina carẽtes uſu rationis.*

QVæritur. V. Dari debeat illi, qui morte repentina pręuentus, abſque confeſſione, loquela, alijſque ſenſibus omnino priuatur? Reſpond. ſequenti diſtinctione: Aut talis vir erat bonę vitæ, & famæ, vel homo malus, atque in publico mortali conſtitutus, & obſtinatus. In primo caſu, licet nullum ſignum contritionis oſtenderit: danda eſt ei vnctio extrema. Vt quęſt. ſequẽti dicetur. In ſecundo autem caſu, quando in tali peccato perſeuerabat, niſi ante aliquod ſignum oſtenderit contritionis, vngi non debet. vt bene Nauar. c. 26. nu. 27. & nu. 13. cap. 22.

26 *V. dari debeat non petenti.*

QVæritur. An hoc ſacramẽtũ ſit adminiſtrandum non petenti; maxime ſi petere non potuit, ob freneſim, uel alia de cauſa? Ang. uerbo. Vnctio. nu. 4. cum Roſella. Vict. nume. 222. Sot. 4. diſtin. 23. q. 2. ar. 2. concl. 3. & alij vidẽtur negare. Reſpõ. Imò, ſi non inſanit manifeſte in peccato mortali, (ut ſup. dictum eſt) eſt vngẽdus; dũmodo abſit irreuerentiæ periculum. Quia eo ipſo, quod Chriſtianus eſt, & benè vixit, cẽſetur virtualiter petere remedia ſibi vtilia, ut ſacramenta & Indulgẽtias. Tenet Palud. & S. Anto. quos refert, & ſequitur Sylu. vnctio. q. 5. verſi. Secundo, Armil. num. 7. ſignificant Ledeſma. 2. par. q. 34. art. 7. & Sot. diſt. 23. q. 1. ar. 4. expreſſe Nauarr. c. 22. nu. 13. Quod cõfirmatur vniuerſalis Eccleſ. vſu, & conſuetudine tales vngendi. & etiam in ſacro illos ſepeliendi: licet abſque vlla confeſſione, uel contritionis ſigno deceſſerint.

QVæritur. V. teneatur infirmus hoc ſacramentum ſub mortali peccató petere, & accipere? Reſpõ. quod non. S. Tho. & Caiet. in ſumma. uerbo. Vnctio Sylu. q. 9. Armil. nu. 1. Victoria. nu. 219. dicens cõmunem. Nauar. c. 22. nu. 16. cũ communi. in 4. Quod eſt verum, niſi adſit cõtẽptus. vide ſup. de confirmatione. 27

V. teneatur quis ſub peccato mortali hoc ſacramẽ. petere.

QVæritur. Qua ętate debeat hoc ſacramentum pueris conferri? Reſ. ꝙ licèt quaſi omnes dicant quando puer habet vſum rationis ad peccandum, & recipiẽdũ ſacramẽtũ pęnitentię: melius tamen mihi videtur, quod requiratur, & expectetur ætas Euchariſtiæ ſumendæ. Quia hoc ſacramẽtum viatico ſuccedit Sot. 4. diſ. 23. q. 2. verſic. quod ſi quæras. 28

Qua ætate conferendũ pueris.

Vnde Nota. quod licet aliquis non eſſet Communicandus ſi eſſet ſanus, uſque ad 12. vel 14. annum, in quibus iudicatur iudicium diſcretionis habere: in articulo tamen mortis eſt optimum conſilium, & à Viris pijs ſimul ac Doctiſſimis practicatũ, etiam in 10. anno illi viaticũ præbere, ac cõſequẽter, illũ vngere. *Nota.*

QVæritur. V. Dari poſſit illi, de quo dubitatur an ſit mortuus? Reſ. ſecundum omnes, ꝙ ſic, ſub conditione; ſi non eſt mortuus: Si autem in prima, ſecunda, vel tertia Vnctione moriatur, nõ eſt ultra progrediendum. Communis. 29

V. dari debeat illi de quo dubitatur an ſit mortuus?

Pro quo, Primo aduertat ſacerdos vocatus ad vngendum infirmum, iam in agonia animam efflãtem; ne ſeruet ordinem Manualis, circa ſolemnitatem, & pręcedentes preces, ſed ſtatim faciat eſſentialia. ſ. vnctiones, ne ſine ſacramẽto decedat; finitis tamen diligẽter vnctionibus;

De infirmo grauiter laborante ungẽdo.

bus; poterit quæ in principio omiſerat, recitare, & ſubſequentes orationes; atq; benedictiones perficere.

Non eſt expectādum, ut īfirmus ſit in agonia? Secundo Aduertat, q (extra dictū repentinum caſum) hoc ſacramentum nō eſt adminiſtrandū infirmis omnino deſperatis uel iam morituris, i. quod Parochus nō expectet, quod ſit in extremis: ſed illis, de quorum morte timetur, & quibus ſacramentum ſine miraculo poſſit corporalem ſalutem præbere, & cum infirmus illud cū deuotione, & affectu cordis, ſuſcipere poſſit: alias peccaret miniſter grauiſſimè. Catechiſ. Ro. 1. 3. 46. Sot. 4. diſt. 23. q. 2. ar. 2. verſi. Nihilóminus citans Concil. Flo. ubi habetur, hoc ſacramentum non niſi infirmo, de cuius morte timetur, eſſe conferendum.

VBI CONFERENDVM.

30 *Quæ partes corporis ungēdæ.* QVæritur. Quæ corporis partes ūgēdæ ſint? Reſp. quamuis Nau. c. 22. nu. 12. in fin. & alij, non diſtinguant; de Iure tamē Diuino, & eſſentia ſacramēti, ſunt vngendi quinque ſenſus corporis, S. Tho. Angel. Syluestr. Armill. Sot. 4. diſt. 23. q. 2. articu. 2. Victor. nu. 223. & omnes, qui cum Catec. Rom. pag. 347. aiunt hūc eſſe morē vniuerſalis Eccleſiæ. S. Bonauent. 4. d. 23. q. 2. art. 3. Scot. Flores Theolog. 4. d. 23. art. 4.

In aliquibus etiam Regionibus ſexto loco pedes vnguntur, qui mos, quaſi communiter cum quinque ſenſibus, ſeruatur, & iuſtum eſt (ſecundum Sotum ſupra) quod ſeruetur. Vbi rationē ponit.

De unctione in renibus. Vnctio autem quæ hominibus in renibus: mulieribus in vmblico fit; cum neceſſaria nō ſit, & aliquo modo, honeſtati aduerſetur, melius eſt (vbi ſeruatur) vt prętermittatur, vt multi Doctores dicunt, maxime Sot. diſt. 23. q. 2. ar. 2.

Nec obſtat, q Concil. Floren. ponit omnes ſeptem Vnctiones, quia non intendit ad omnes obligare, ſed ponit eas, quæ de eſſentia ſunt & quæ de conſuetudine, vt ait Sot. ſup.

31 *Mutilati quali* QVæritur. Cęci a natiuitate, & illi qui bus oculi eruti, vel ſicci ſunt, itidē, & mutilitati, quomodo ſint vngendi, *ter ungēdi.* vel in qua parte? Reſp. vngendos, in parte proximiori parti abſciſæ. S. Tho. Angel. Syl. Sot. & alij omnes.

32 *Epiſcop' & ſacerdos qualiter ungendus.* QVæritur. Epiſcopus, vel ſacerdos, qui manus interius, id eſt, palmas conſecratas habent, quomodo, vel in qua parte ſint vngendi? Reſp. quod licet S. Tho. Palud. Angel. Syl. Armil. Caie. Victoria, Nauar. Sotus, Conc. Trid. Catec. Rom. & alij quos vidi nihil de hoc dicant: dicunt aliqui, non eſſe vngendos in palma (vt alij) ſed in ſuperiore verſa parte manus. Quod habetur in aliquib. Manualibus Eccleſiarum, & tradit noue Theſaurus ſacerdotalis. de Extrema Vnctione. in fine.

33 *V. Epiſcop' poſſit ungere infirmum, et qualiter* QVæritur. V. Epiſcopus poſſit vngere infirmum, & qualiter? Reſp. poſſe, eſſe determinatum ab Innoc. Papa. in cap. Illud 95. d. Sed hanc differentiam colligit. Gl. verbo Chriſmate, ex tex. q Epiſcopus debet Chriſmate vngere ſacerdos vero oleo. Quod non audeo pro vero affirmare, cùm apud alium autorē expreſſum non inuenerim.

DE EFFECTV.

34 *Quis ſit vnctionis effectus, & quotuplex.* QVæritur. Quis ſit huius ſacramenti effectus? Reſp. Duplicem haberē effectum. Primum. Quod hoc ſacramentum, (ſicut alia) primam confert gratiā ei, qui illud recipit bona fide, cum animi dolore, & ſine obice S. Tho. 3. par. q. 62. articu. primo, & in addition. quæſt. 30. artic. 1. ad 2. Ledeſma. 2. p. q. 32. art. 1. 4. d. 23. q. 1. art. 2. Victor, nu. 214. Sylu. nu. 3. Nau. c. 22. nu. 13. vbi ait: per hoc ſacramentum peccata remitti ſecundū D. Iacobum. Et quia non exprimitur, mortalia, nec venialia: intelligitur de omnibus. Vnde licēt (ſecundum communem) hoc ſacramentum inſtitutum ſit principaliter contra venialia, tamē etiā mortalia remittit. Quod fieri pōt (ait) vt quis cum illo ſaluetur, & ſine illo dānetur. Quod etiam ait Sot. ſup.

Secundus effectus, eſt alleuatio corporalis infirmitatis. Qui effectus non ſemper ſequitur; Sed quando conuenit infirmi ſpirituali ſaluti. Cōis. ex Concil. Flor.

Flor. & Triden. de Extrema Vnctione. Can. 2. Alber. Magnus. S. Tho. 3. par. q. 30. ar. 2. q. 65. ar. 1. Palud. & Capreolus. Ledeſma. 2. par. q. 3. ar. 2. Sot. d. 23. q. 1. ar. 2. Nau. c. 22. nu. 15. Victoria. n. 214. Gl. verbo. Sanctificatio, in c. Illud. 95. d. Catech. Rom. pag. 249.

DE ITINERATIONE.

35 *V. Hoc ſacramentum ſit iterabile.*

QVæritur. Vtrum hoc ſacramentum ſit iterabile? Reſp. φ licèt quidam abſolutè dixerint olim, φ non. Alij φ tantùm ſemel in eodẽ anno; vt ait Nic. Ploue in tractatu ſacerdotali, & alij: Vera tamen opinio, & tenenda eſt: quòd põt iterari, quoties infirmus puenit ad articulum mortis: ĕt in eadem infirmitate, vt (V.G.) ſi poſt unctionem conualeſcat, & poſtea reincidat in eandem, vel aliam infirmitatem. Probat bene gloſſ. verbo. Sanctificatio in fine in c. Illud. 95. d. S. Tho. 4. d. 23. q. 2. art. 3. & d. 2. q. 1. artic. 4. Scot. diſt. 23. Palud. diſt. 23. q. 3. art. 1. S. Bonauent. Ric. ibid. & habetur in Conc. Trid. Seſſ. 7. de Extrema Vnct. c. 3. in medio, in hæc verba, Quod ſi infirmi poſt ſuſceptam hanc vnctionem cõualuerint, iterum huius ſacramenti ſubſidio iuuari poterunt, cùm in aliud ſimile vitæ diſcrimen inciderint Syluest. verbo. Vnctio. q. 8. Armil. n. 9. Catech. Ro. pag. 348. Victor. num. 224. Clariſſime Sot. 4. d. 23. q. 2. art. 3. & alij. Quare contrariã opinionem erroneam dicit Paul. Gry. ſal. verb. Extrema Vnctio. nu. 15.

36 *Quid ſi ſacerdos ungens moriat.*

QVæritur: Quid ſi ſacerdos vngẽs, moriatur poſt primam, vel ſecundam Vnctionem? Reſp. Nil ab alio ſacerdote eſſe iterandũ, ſed procedere debet ad vlteriores vnctiones. S. Tho. Albertus Magn. Paluda. diſt. 23. Syluest. q. 4. Sotus. q. 1. verſiculo. Aliud tamen: & omnes Magiſtri.

37 *In qua unctione conferatur ſacramentum.*

QVæritur. Cùm eadem forma, & vnctio reiteretur; in qua illarum cõferatur gratia? Reſpon. Semper in vltima conferri, hoc modo: In Eccleſijs, in quibus tantùm vnguntur quinque eſsẽtialia Organa ſenſuũ, datur gratia in vltima vnctione, quæ fit in manibus. In alijs autem Eccleſiis, Vbi alia ſeruatur conſuetudo, intentio miniſtri dirigi debet ad omnes vnctiones ſecundum omnes maximè Sotum: ſup. & q. 1. art. 1. col. 5. verſic. Ex quo fit.

PRo reſolutione, Quæritur. V. Hoc ſacramẽtum ſit dãdum illis, de quibus dubitatur an ſint mortui? Reſpon. Quod ſi in prima, vel alia vnctione dubitatur an infirmus ſit mortuus, vel nõ, continuandæ ſunt unctiones ſub dicta forma, & conditione. ſ. Si es mortuus, nõ te ungo: Si uero non es mortuus, per iſtã ſanctam unctionem &c. Palud. Syluc. q. 5. Armil. nu. 7. Victor. nu. 221. Nauar. c. 22. nu. 13. Si autem moriatur, omnino, ceſſandum eſt. Communis. uide etiam ſup. nume. 29. 38 *De ſemĩ mortuo ungẽdo.*

NOta duo pro vltima reſolutione. Primum Quod ſi ungatur ſacerdos, vel alius, non eſt alius neceſſarius qui ungenti reſpondeat; ſed ille poteſt reſpondere: Ora pro me, & libera me, vel exaudi nos Domine. 39 *V. Vngẽdus ſufficiat ad reſp.*

VNde Secũdo infertur, quod ſi ſacerdos nullum habuerit ſocium Clericum, uel ſæcularem; poterit ipſe ſolus adminiſtrare, & ſibimet reſpondere, vt ex Gulielmo. & Hoſt. tradit Tract. ſacerdotalis, de unctione, ad finem. 40 *V. ſacerdos ſolus poterit miniſtrare.*

NOta etiam quòd (licèt quidam teneat contrariũ) ſacramentũ hoc eſt conferendum illi, qui eſt ratione infirmitatis morti proximus, licèt tunc ſit furca ſuſpendendus, uel decapitandus. Quia quãuis certũ ſit, nil illi prodeſſe ad ſalutẽ corporis, cùm ſit occidendus, proderit tamen ad primarium effectũ cõſequẽdum. ſ. ad ſalutẽ ſpiritualẽ, & ad Dæmonibus reſiſtendum, quemadmodum Illuſtris admodum, Reuerendiſſimuſq; Epiſcopus quidam (me præſente) duobus ſuſpendendis, confeſſis, & communicatis, ſacramentum Confirmationis, uigilia Apoſtoli Philippi. & Iacobi. an. 1589. contulit. 41 *Infirmo ad mortem ſuſpendendo unctio danda.*

Et hac ſufficiant de ſacramento Extremæ Vnctionis.

DE

DE SACRAMENTO Ordinis.

TRactat Mag. in 4. diſt. 24. vbi Sanct. Thom. Ricar. Scotus. Palud. Gabr. Capreol. & omnes alij. Et nouiſſime Sotus Angel. Sylueſt. Tabiena, Armil. & alij Summiſtæ: verbo. Ordo. Canoniſtæ. in cap. Cum contingat, de ætat. & qualitate Ord. tex. & ibi Doctores. in cap. Clericos. in cap. Cleros. 21. diſt. & per totam. tex. in cap. Perlectis, & per totã. 25. diſt. Vbi ẽt Doct. Cõci. Flor. & nouiſſimè Triden. ſeſſ. 23. Catechiſ. Ro. pag. 352. S. Th. Vualdenſ. 2. tomo. Victoria. in Summa, n. 225. Nauarrus Manuali. c. 22. nu. 17. Couarruuias. li. 1. Variarum reſolutionũ. c. 10. & alij multi.

1 ANte omnia Nota, ſacramentũ Ordinis, Dei Eccleſię ita eſſe neceſſariũ; quo (vno excepto Baptiſmo) nullum magis. Quia omnia alia ſacramenta ab hoc ſacramento dependent; vt tradit Catechiſ. Roman. in principio de Ordine. Confirmationem, namque, Pęnitentiam, Eucharistiã, Extremã Vnctionem, ac denique ipſummet Ordinem nullus miniſter, niſi Ordinatus adminiſtrare, vel conficere poteſt. Omitto Matrimonium, de quo infra. Vnde delirãt impijſſimi Lutherani Ordinis ſacramentum ab negantes, vt bene ait Sot. in 4. ſent. diſt. 24 q. 1. ar. 1.

Sacr. Ordinis q̃ neceſſarium.

2 QValiter hoc ſacramentum Ordinis fuerit olim figuratum inuenies per omnes veteris Teſtamenti libros.

3 QVæritur. Primo, quid ſit Ordo? Relictis quorumdam diſtinctionibus, atque diffinitionibus; Ordo eſt ſacramentum, quo poteſtas ſpiritualis ſignificatur, & traditur in Ordine ad ſacroſanctum Chriſti corpus conſecrandum. Sot. in tex. 24. diſtinct. vel (ſecundum Thom. Vuald. tomo. 2. ſacramento. cap. 116.) Ordo eſt ſacramenta adminiſtrantium habitudo legitima, cuique ratione miniſtrij ſui conueniens. S. Bonauent. & Hugo. de S. Victore, quos refert, & ſequitur Ang. Ord. 1. in principio. Palud. quem refert, & ſequitur Silueſt. Ordo. in principio, & Nauar. c. 22. num. 17. Aliam ponit Mag. 4. diſtin. 24. in hæc verba: Ordo eſt ſignaculum Eccleſię, per quod ſpiritualis poteſtas traditur Ordinato Doctores. ſup. Sot. ſup. & d. 24. q. 1. ar. 1.

Quid ſit Ordo?

QVæritur an ſit ſacramentum? Reſp. affirmatiue, vt de fide habetur in c. Ad abolendã. de hęretic. Caius Papa in Epiſt. ad Felicem. S. Damaſus in Pontificali. Sozimus Epiſt. 1. ad Heſichium S. Anacletus. Epiſt. 2. ad omnes Epiſcop. S. Clemens. Epiſt. ad fratrem Domini. Conc. Roman. ſub Sylu. c. 3. & Canon. 1. Carthag. 4. Laodicẽ. Canõ. 24. Aquiſgran. 1. cap. 2. & multa alia. nouiſſimè Concil. Floren. & Triden. ſeſſ. 23. Can. 3. et S. Tho. & alij in 4. diſt. 24. Vbi Sot. in textus expoſitione. Victoria. nu. 225. Nauar. c. 22. nu. 17. de ſacra. in genere. Tradit multa Paulus Gryſal. verbo Ord. nu. 1. contrariũ probans hęreticũ. 4

V. Ordo ſit ſacramentũ?

QVęritur. A quo fuit inſtitutũ? Reſpon. vltra id quod ſup. de ſacramentis in genere nu. 6. diximus determinatum de fide, in Concil. Trid. ſeſſ. 23. Canon. 5. Ordinis ſacramentum à Domino noſtro Ieſu Chriſto fuiſſe inſtitutum, & tradit Victoria, Nauar. & Sot. ſup. & omnes Catholici. 5

A quo fuit inſtitutũ.

QVæritur. Quando fuit inſtitutum? Reſp. ꝙ de principali (ꝙ propriè dicitur ſacramentum.) ſ. ſacerdotio, nullus dubitat Catholicorum fuiſſe in vltima Cœna inſtitutum, quando D. Apoſtolos ſacerdotes ordinauit, tradens illis conſecrãdi poteſtatem, vt (omiſſis alijs) reſoluit Victoria. nu. 226. Sot. 4. d. 24. q. 1. art. 4. concl. 1. 6

Quãdo inſtitutum.

DE reliquis vero Ordinib. ait Victoria ſupra. (poſt multos) ꝙ poteſt dici, ꝙ Chriſtus in particulari omnes ordines inſtituit in uita ſua, vel ſaltem reliquit poteſtatem Eccleſiæ illos inſtituendi, & hoc mihi placet, ꝙ Chrs mediante Eccleſia illos inſtituerit. Imò ait Sot. ſupra. Mag. ſent. 4. d. 24. & Viguerius, & Scrutinium ſacerdotale. de hoc ſacramẽto, quod Dominus noſter Ieſus Chriſt⁹ exercuit omnes actus ſeptem Ordinũ. 7

Queri-

8 *Ordines minores a quo inſtituti.* QVæritur. Quot ſunt ordines? Reſp. Primo hanc eſſe primam, & Catholicam concluſionem: In Eccleſia Dei eſt ſacrificium viſibile, & externum, vt probant omnes, maximè Vict. num. 227. ex Conc. Trid. ſeſſ. 23 Can. 1.

9 *Quot ſunt Ordines?* SEcunda Concluſio. De fide eſt, in Eccleſia, præter ſacerdotium, eſſe alios minores, & maiores Ordines, omnes ſupra Conc. Trid. ſup. Secūdo Reſp. quod licet communis opinio Canoniſtarum, quam refert, Angel. Ordo. 1. num. 1. Syl. Armil. eod. & omnes teneat Ordines Eccleſiaſticos eſſe nouem, additis reliquis primam tonſurā, & Epiſcopatum, & hæc opinio, quia communis, ſit probabilis, vt quidam aiunt, & Nauar. cap. 22. nu. 18. Communis tamen Theologorum opinio, tenet eſſe tantū ſeptem, quam tenet S. Tho. Sco. Ricard. Palud, & alij in 4. d. 24. probat (ex D. Hieronymo, Ambroſio, Iſidoro, Ignatio, Anacleto Euſebio, & Hugone) Sot. 4 diſt. 24. q. 1. art. 3. Angel. Sylueſt. Armil. & alij. verbo, Ordo. 1. Couar. lib. 1. Variarum. c. 10. num. 9. & tradit ex Conc. Cartag. 4 Laodicen. & alijs, Caniſius in Doctrina de ſacramēto Ordinis. §. 4. Victoria. nu. 225. & Catechiſ. Rom. pag. 360. ait, ſemper a Catholica Eccleſia traditum eſſe. Hæreticum autē eſſet negare non eſſe Septem, vt ait Paul. Gryſ. verbo, Ordo: nu. 2.

10 *Epiſcopatus. V. ſit Ordo.* QVibus non obſtantibus, Naua. c. 22. nu. 18. mediam teneat uiam (quā credo veram) inter has duas communes opiniones; dicens Ordines eſſe Octo, addens alijs ſeptem, Ordinem Epiſcopalē. Quam opinionem (licèt ipſe non citet) tenuerunt prius D. Dionyſ. de Eccleſiaſtica Hierarch. & Altiſiodorenſ. 4. par. Summæ, capitu. 1. huius ſacramenti, & Gofredus Pictauiæ 4. par. Sūme, etiam, c. 1. huius ſacra. Ang. verbo Ordo. 1. nu. 1. Vbi eius Additionator. verb. Quod Epiſcopatus, & D. Thom. Maior, & Ekius, quos refert, & ſequitur Sot. 4. d. 24. q. 2. art. 3. & Caius Sanctus Papa, & Martyr, ante annos. 1300. ſic omnes Octo ordines recenſet: Si quis Epiſcopus eſſe meruerit, primo Oſtiarius, deinde Lector, poſt Exorciſta, deinde ſacretur Acolyt⁹, deinde vero Subdiaconus, Diaconus, & poſtea Presbyter: exinde ſi meretur, Epiſcopus ordinetur. Idem habetur ferè Cano. 1. 2. & 68. Apoſtolorum. Et habetur clariſſimè ex D. Iſidor. c. 1. 25. d. Vbi ponit officia Octo ordinum. Vide &, per totam 61. diſt. & per Caniſium. in Doctrina Chriſtiana de ſacram. Ord. §. 5.

11 *Prima tonſura. V. ſit Ordo.* EX quo infertur, primam tonſuram, ſecundum dictam opinionem, Ordinem non eſſe; ſed tantum principium, & fundamentum ad alios ordines, quēadmodū ſe habet Grammatica ad alias ſcientias, & artes liberales. S. Th. additione ad 3. par. q. 40. art. 2.

12 *Ordines qualiter diuidantur.* NOta omnes dictos ordines in maiores, & minores diuidi. Quatuor enim primi, minores, tres deinde vltimi maiores vel ſacri appellantur. Minores dicuntur Oſtiariatus, Lectoratus, Exorciſtatus, Acolytatus. Maiores, ſeu ſacri, Subdiaconatus, Diaconatus, & præsbyteratus, vel Sacerdotium.

Vlterius, ſacerdotium diuiditur, in ſacerdotes Maiores, & minores. Maiores ſunt Epiſcopi, minores dicuntur presbyteri, ſecundum Caniſium d. §. 5.

13 *V. Vnuſquiſque Ordo ſit ſacramentū.* MAgna eſt inter Doctores quæſtio. V. Omnes iſtis Ordines ſint vnū ſacrām, vel An vnuſquiſque Ordo, ſit per ſacramentum & an in quolibet imprimatur caracter, & detur gratia? Reſ. (ſub correctione, ommiſſa opinionum multitudine relata a Sylueſtro. Ordo. 1. q. 2. & ab alijs.) In tribus maioribus tantum, ſ. ſacris, cōferri ſacramentum Ordinis. Ita inſinuat Magiſt. 3. diſt. 24. litera, I, in fin. dicens hos minores Ordines inſtitutos fuiſſe ab Eccleſia. tenet Duran. 4. d. 24. q. quem ſequitur Caiet. queſt. De modo tradendi Ordines. artic. vnico. fol. 43. & ſequitur (licèt cum timore) Victoria in ſum. nu. 226. Alfonſus de Caſtro. de Iuſta hæreticorum punitione. c. (licèt obſcure.) tenet Couar. lib. 1. Variarum. c. 10. nu. 10. in fi. dum ait: Papā cōmittere poſſe collationem minorum Ordinum, ſimplici ſacerdoti. tenet. & defendit hanc opinionem Sot. 4. d. 24. q. 1. art. 4. concl. 7. & infra: Nauarrus tū. c. 22. nu. 28. verſiculo, Quare probabilis, ex multis reſol

tuit; quatuor Ordines maiores (addito Epiſcopatu alijs tribus) tm̃, eſſe ſacros, & in illorũ quolibet caracterem imprimi; quia in illis tantũ confertur ſacramentum, & datur gratia; quatuor autẽ minores nõ eſſe propriè ſacramenta; ſed ſacramentalia. Quod etiã tenent Maior. Ekius, & alij, quos citat Sot. d. 24. q. 2. ar. 3. Syl. Ordo. 1. q. 1. verſi. Tertio.

S. Thomas, verò Silue. & alij quos refert, & ſequitur Sot. ſup. mediã tenẽt viã dicentes, Epiſcopatũ quidem Ordinem eſſe, non autẽ ſacramentum, nec in illo nouum caracterẽ imprimi; ſed ſacerdotalẽ caracterem dilatari. Quod confirmatur ex eo ꝙ in Eccleſia primitiua tantũ erãt duo Ordines ſacri, Presbyteratus. ſ. & Diaconatus. Nã Subdiaconatus tunc nõ dicebatur Ordo ſacer, vt nunc. tex. expreſſus in c. Nullus in Epiſcopum 61. d. quem tex. refert, & confirmat aliũs, tex. Innoc. 3. in c. A multis. cum Gl. ibi verbo Solos. de ætat. & qualit. Victoria. num. 226. Mag. ſen. ſup. *Quod patet clare ex eo ꝙ in Canone 45. Apoſt. ſtatuitur vna pœna Epiſcopo, Presbytero, & Diacono ludentibus, & in Canon. 44. alia diuerſa pro Subdiacono, Cantore. &c.

14 Maiorũ & minorum Ordinũ differẽtia? QVæritur. In quib. differant maiores Ordines, à minoribus? Reſp. aliquas dari differentias, quarũ Prima eſt, quod maiores dicũtur Ordines ſacri, minores vero non. Communis.

Secunda. Quod maioribus Ordinib. annexũ eſt votum caſtitatis, minoribus autem non: Nau. cap. 22. nu. 18.

Tertio. Quod in minoribus cõſtituti poſſunt, abſque vlla diſpenſatione, vxorẽ ducere. in maioribus autem è contra. * Quod patet manifeſte in Canon. 25. Sanctorũ Apoſtolorum, his verbis: Ex his qui cęlibes in clerũ peruenerunt, iubemus, vt Lectores tantũ & cantores (ſi velint) nuptias contrahant.

Quarta. Quod etiã ſi de facto contrahant Matrimonũ in maioribus conſtituti, non tenet Matrimonium, ſecus autẽ ſi in minoribus.

Quinta, Quod cõſtituti in maioribus tenent, ſub peccato mortali, niſi iuſta excuſet cauſa, Diuinũ officium deuote, & attente recitare, in minoribus autẽ ad id non tenentur.

Sexta. Quod maiores nõ poſſunt duo in eodẽ die, vni ordinando adminiſtrari; minores autem etiã cum prima tonſura, & Subdiaconatu dantur Sylueſtr. verbo. Ordo. 2. q. 7. verſiculo: Tertium. Nauar. c. 25. nu. 71.

Septima. Quòd minores adminiſtrari poſſunt omni die dñica, & feſtis, & quatuor tẽporibus, & alijs diebus à Iure ſtatutis; maiores autẽ non, niſi ſex anni diebus, à Iure declaratis. Syl. Ord. 2. q. 6.

Octaua. Quod ordines maiores conferuntur in Miſſæ celebratione, minores verò non, vt patet ex communi vſu. & Syl. ſup. q. 9. verſiculo Secundo.

Nona. Quod ad receptionem cuiuſlibet Sacri Ordinis, requiritur Confeſſio, & Communio, vt ex S. Thom. & communi vſu probat Nauar. cap. 2. 9. & diximus ſupra. de Confeſſione num. 12. In minoribus autem nõ, & pręcepit Conc. Colon. c. 26.

Decima. Quod maioribus initiati, poſſunt tangere Vaſa ſacra; imò Diaconus Corpus, & Sanguinem Chriſti, patena, vel calice mediante, & in aliquibus caſibus, immediatè (vt ſupra de Euchariſtia diximus) & tradit Syluestr. Ordo. 2. quæſtion. 4. Minores autem habentes non.

Vndecima. Quod ſi quis recipit aliquem ſacrũ Ordinem, ſine dimiſſorijs, aut ante legitimam ętatem, aut extra tẽpora, peccat mortaliter, & eſt, ipſo iure, ſuſpenſus. Qui ſi tali ordine vtitur, erit irregularis, vt tradit Syl. irregularitas. 3. nu. 9. Nauar. c. 25. nu. 70. Quæ omnia in minoribus non habent locum. Hodie contra. vt in Bulla Sixti V. infra.

Duodecima. Quod minores Ordines conferri poſſunt ab Abbatibus, ex iure, ut c. Qm̃. 69. d. c. Cum contingat de ætate, & qualit. probat Sot. 4. d. 25. q. 1. ver. Abbatibus autem. text. cum glo. verbo. A non Epiſcop. in c. 1. de Ord. ab Epiſcopo, qui renunc. Epiſcopatũ. Nauar. c. 22. nu. 18. Et ex commiſſione Papę, a ſimplici ſacerdote, vt latiſſime Couar. lib. 1. Variarum, cap. 10. num. 9. & 10. Sotus ſup.

Maio-

Maiores autem non; ſecundum communem, relatam a Victoria. Qui tamē, et iā nume.235. ait: ꝙ ſi de facto committat Subdiaconatum, & Diaconatum factū teneret.

Decimatertia. Quod in minoribus, ſufficit, vt ordinando tradatur inſtrumētum ab Archidiacono, de mandato Epiſcopi. In maioribus autem neceſſarium eſt, vt tradatur ab Epiſcopo Sylu. Ordo. 2.q.5.Armil.nu.11.

Decimaquarta. Quod Epiſcopis conceditur autoritas diſpenſandi in omni irregularitate (excepto homicidio uoluntario) quo ad minores Ordines tantum, non ſic ad maiores, vt videbis infra in 2. part. de Irregularitate, nu. 336.

DE MATERIA.

Materia ſacramēti ordinis qua?

15 QVæritur. Quæ ſit huius ſacramenti ordinis materia? Ad hanc quæſtionem Reſpondit Concil. Flor. in hæc uerba: Eſt autem in ſacramento hoc (.ſ. Ordinis) materia illa, per cuius traditionem confertur Ordo, ſicut Presbyteratus traditur per Calicis cum uino, & patenæ cum pane porrectionem. Diaconatus verò per libri Euangeliorum traditionem. Subdiaconatus per traditionem Calicis vacui cum patena uacua ſuperpoſita, &c. Magiſt. S.Th. Scot. Ric. & communiter omnes in 4.d.24. Sot. q.1. art.3. Angel. Syl. Ordo. 2.q.4. Armil.n.5. Victor. ſumma. nu.229. Nauar. c.22. num.17.

DE FORMA.

Quæ forma.

16 FOrma autem huius ſacramenti (ſecundum communem omnium) ſunt verba illa, quæ ex Pontificali, Epiſcopus dicit, in uniuſcuiuſque inſtrumenti traditione.

DE MINISTRO.

Quis ſit miniſter

17 QVæritur. Quis ſit huius ſacramenti miniſter? Reſp. ſcdm ea quæ ſup. in 12. differētias inter Ordines Maiores, & minores, dixim⁹. vel vt materia clarior fiat, No. ſequētia dicta, uel ꝓpoſitiones.

Primo Dico ſolum Epm ex officio eſſe huius ſacramenti miniſtrū. S. Tho. in 4. & in addition. ad 3.p.q.38.ar.1. & Cōmunis. Syl. Ordo.3. in princ. Vict. num. 234. Concil. Trid. ſeſſ.23. Cano.4. Catechiſ. Rom. de Ordine. & eſt text. in Can. 1. & 2. Apoſt. uide Caniſium. Doctrina. de Ordine. §.5. Sot.4.d.25.q.1. art.1.

De prima tonſura.

Secundo Dico. Quod licet Ang. Ordo.2. Sylu.3. & alij, longam diſtinctionem faciant de prima tonſura, an poſſit illam Parochus, & alij conferre, vſus tamen vniuerſalis Eccleſiæ habet, vt ab Epiſcopo accipiatur. Conc. Trid. ſup.

De Abbatibus.

Tertio, Abbates habent à iure primā tonſuram, Ordineſque minores conferre, vt ſupra in 12. differentia, & eſt Communis, per multa Iura.

Quid de Epiſcopo heretico & excōmu.

Quarto, Epiſcopi quicunque proprij vel tantum titulares, hæretici, etiam degradati, depoſiti, interdicti, excommunicati, ſuſpenſi, & irregulares. ſi de facto Ordinare attentauerint, licèt mortaliter peccent, Ordines vtique conferunt. S. Tho. in 4.d.25. & in addit. ad 3. par. q. 38. artic. 2. S. Bonauent. Ricar. & alij, quos refert, & ſequitur Angel. Ordo. 2. num.3. Sylueſt. Ordo.3 q.1. & 6. Victoria. nu.236. Sotus. 4. diſt.25.q.1. art.1. & Communis. Si fecerint cum intentione faciēdi ſaltē, ꝙ Eccleſia Catholica facit.

Quid de ſuſcipiētibus.

Quinto. Qui à talibus Epiſcopis Ordines ſuſcipiunt ſcienter, licèt character illis imprimatur, gratiam tamē non ſuſcipiunt. Angel. Sylueſt. S. Tho. Sotus, & alij, ſupra, quia fiunt participes illorum criminum.

De Symonia Ordinatione.

Sexto. Licèt à miniſtrante, & recipiente Ordines, ſimul vel ſeparatim ſimonia committatur, verum datur ſacramentū, & character imprimitur, gratia tamen non datur, propter participationem in illo delicto, & crimine. Oēs cōmuniter.

De Sacerdote ſimplici.

Septimo. Sacerdos ſimplex, ex cōmiſſione Papæ, Ordines minores cōferre poterit omnes, ſup. in 12. differentia. Et tradit Couar. lib.1. Variarum. c.10. nu.10.

V. Papa poſſit cōmittere Subdiaconatū

Octauo, Si Papa de facto cōmiſiſſet Subdiaconatū, & Diaconatū ſimplici Sacerdoti. S.Th. & omnes, (vt ait Victoria) dicunt non tenere, ipſe autem Victoria.

ſimplici ſacerdoti?

num. 235. dicit ſe Bullam quandam de hoc vidiſſe; qua propter ait, tali caſu, factum tenere, quod credo verum. De ſacerdotio autem omnes dicũt nõ tenere.

18 QVæritur. Vtrum In hoc ſacramẽto imprimatur Character? Reſpõ. Vltra id, quod de ſacramentis in genere nu. 14. diximus, patet ex Cõi omniũ cõſenſu, & de fide in Concil. Triden. ſeſſ. 23. Can. 4. quod in hoc ſacramento imprimatur Character in delebilis, & colligitur ex D. Cypriano, de ablutione pedum, Vide ẽt Sot. diſt. 24. q. 1. artic. 4. Paulum Gryſal. qui verbo. Ordo. nu. 4. cõtrariũ dicit hæreticum. * Et hac de cauſa non poteſt iterari. de quo vide Canonem. 67. Sanctorũ Apoſtol. q ſic ait: Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut Diaconus ſecundã ab aliquo ordinationẽ ſuſceperit, deponitor tam ipſe, quã qui ipſum ordinauit: niſi fortè conſtet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim à talibus baptizati, aut ordinati ſunt, hi neque fideles neque Clerici eſſe poſſunt.

V. In Ordinis ſacramento imprimat caracter.

19 QVæritur. Vtrum in vnoquoque Septem Ordinum imprimatur Character? Reſp. De ſacerdotio nulli dubiũ. De alijs autem Ordinibus dic, quòd imprimatur in illis, qui ſunt ſacramẽta, & ſic in ſacris tãtũ; Glo. verbo Leuitæ. in c. In veteri. 77. diſt. Victor. in ſumma. nu. 231. Sotus 4. diſ. 24. q. 1. art. 4. concelu. 6.

In quo Ordine?

20 SEd quando imprimitur Character? Reſpõ. Generaliter, quòd in ſuſceptione inſtrumenti traditi ab Ordinatore. Ricar. 4. diſt. 24. q. 3. ar. 4. S. Bonauen. Palud. & alij. Angel. Ordo. 1. q. 4. Sylu. Ordo. 2. q. 4. & omnes.

Quando imprimit caracteri?

Sed pro reſolutione huius dubij, & vt ſcias quis, & quotuplex ſit Ordinis effectus; Nota quintã Concluſionẽ Sot. 4. d. 24. q. 1. ar. 4. qui ſic ait. Eodẽ pſicto, quo infunditur gratia, imprimitur Caracter & quo imprimitur Caracter, infunditur gratia; niſi obex opponatur. Momentũ autem illud eſt, quando ſacramentum perficitur: perficitur autem, quando materia, & forma applicantur, videlicet, vbi Epiſcopus Calicem tradens & hoſtiam ait: Accipite poteſtatem conſecrãdi &c. Qua propter illo momento, vti ait S. Tho. d. 24. q. 1. art. 3. & Doctorum cetus vterque ſubſequitur effectus.

QVæritur, An requiratur de eſſentia, quòd ordinatus tangat inſtrumentum ſibi porrectum? S. Th. 4 d. 24. Angel. Ordo. 1. num. 3. Sylueſt. Ordo. 2. q. 5. verſiculo: Tertio Palud. 4. diſt. 24. q. 1. S. Anton. 3. par. titulo. 16. ca. 14. & alij multi dicunt: quòd ſic. Pro quibus facit text. in c. Subdiaconus. cum tribus ſequẽtibus. 23. diſt. vbi habetur; quòd Subdiaconus accipiat librum, ſimiliter alij alia inſtrumẽta. In tantùm, quòd motus his Iurib. Sylueſt. ſup. & Caiet. quodlibet. 1. q. 16. dixerint, indubitanter eſſe tenẽdũ quòd tactus ſit eſſentialis. Et hanc opinionem ait probabiliorem. Sot. 4. diſtin. 24. q. 1. art. 3. verſic. Vnũ autem: in hæc verba: Hæc dixerim, non quòd negare contenderim contactum requiri, imò requiri comprobo. Tenet etiam Nauar. c. 22. num. 17. ibi: Illa enim non eſt de ſubſtantia ſacramenti, vt tactus. Pro hac opinione facit, quod in Concil. Florent. contactus nõ ponitur de eſſentia, nec dicitur cõtrariũ. Quibus non obſtantibus, alij tenent, non eſſe de neceſſitate ſacramenti: inter quos Caieta. in ſumma. verbo: Ordinandi. Armilla uerbo ordo. nu. 4. Vict. nu. 130. 21

V. ſit eſſentiale tangere inſtrumenta?

Pro quibus facit. Primo quod non ponitur à Conc. Florent. & alijs, contactus inter eſſentialia. Secundo quòd (vt ait Victor. ſupra.) tempore Apoſtolorum nõ erat neceſſariũ, niſi ĩponere manus. Tertio quod ait Durand. quòd in ſuo Epiſcopatu Diaconis nõ tradebat liber.

Ego autem in re tam graui, & in qua omnia illa Iura dicunt; accipiat de manu Epiſcopi; non auderem à cõmuni cũ S. Th. & alijs, recedere, maximè quia omnes dicunt ſecutius eſſe tangere.

Ad Conc. Flor. Reſp. quòd (fortè) omiſſum fuit ibi, vt clarum.

QVæritur. Quod ſit officiũ, vel miniſteriũ cuiuſcũq; ordinis? Reſp. ꝙ licèt auct. talia officia ponãt verbo. Ordo. plenius tamen, & melius poteris ea videre in c. 1. 25. diſt. ex illo Præſule Sanctiſſimo Iſidoro Hiſpalẽſi Archiepiſcopo. 22

De officio cuiuſcũq; Ordinis.

Quæri-

Quis ſit uel non ordines accipere

QVæritur. Quis poteſt, uel nō ordinari? Reſpon. Primo hanc eſſe veram concluſionem: Sexus virilis, eſt de iure diuino, de neceſſitate ſacramenti. Sot. 4. diſt. 25. q. 1. ar. 2. verſi. Ad queſtionem. Secūdo Reſpo. quod aut loquimur de facto. aut de iure.

Primo, De facto, prohibetur ordinari fęmina, ita quòd ſi millies attentauerit, nullum recipiet Characterem. Angel. Ordo. 3. in principio, ex Ricar. & alijs. S. Thom. & alij, quos refert, & ſequitur Syl. Ordo. 4. in principio. Armill. eod. Victor. nu. 237. Sot. 4. diſtin. 25. q. 1. ar. 2. & omnes dicunt communem. Main. in l. Fęminæ. ff. de Regu. iur. nu. 8.

De Hermafrodio.

Secundo. De facto non poteſt ordinari Hermafroditus, qui magis in fęmineum inclinat ſexum Omnes Summiſtæ. verbo Hermafroditus, & Sot. ſup.

De Mōſtro.

Tertio Monſtrum, quod abſq; legitimis naſceretur membris: Sotus, & alijs ſupra.

23 *De puero ante uſum rationis.*

QVæritur, Vtrum ſacramentum. Ordinis collatum de facto puero ante uſum rationis, teneat? Reſpon; ꝙ ſic S. Bonauen. 4. diſtin. 25. q. 2. ar. 2. quem refert, & ſequitur Ang. & eius Additionator. uerbo. Ordo. 3. in princip. Syl. Ordo. 4. Victor. num. 237. S. Thom. quē refert, & ſequitur Syl. ſup. & Sot. 4. d, 25. q. 1. ar. 2. conclu. 3. quamuis contrarium teneat Durā. & alij. Quare datur Cōcluſio. De iure Diuino, ad ſubſtātiā ſacramēti Ordinis, nulla eſt ętas reqſita Sot. ſup.

24 *V. Talis teneat ſeruare caſtitatem &c.*

VNde Quæritur. Vtrum, Ille cui Ordines ante uſum rationis, collati ſunt, teneatur ſeruare caſtitatem Ordinibus ſacris annexam? Reſpon. quod licet, D. Th. nihil de hoc agat, & Ricardus pplexè reſpondeat, Palud. tamen, quem refert, & ſequitur Sot. 4. diſ. 25. q. 1. ar. 2. verſiculo, Quod ſi roges: ait non teneri, Imò talē licite, abſq; diſpenſatione, poſſe Matrimonium contrahere.

26 *De iuſto timore.*

DE illo autem qui ob iuſtum timorē, Ordines ſuſcepit, ait S. Thom. & Ang. relati, & ſequuti à Nauar. c. 22. nu. 51. §. Nono nō teneri ad caſtitatē, nec ad horas, nec ad uitādū bellū. * Quib' adde Canō. 33. pęuiſſēt. ubi ſic habetur: Epiſcop', q ordinat ſine iuſta cauſa Clericū inuitū, aut reclamātē. vel pęuit' inuitū abſolute ſuſpēdit' anno uno, text. in c. 1. 74. diſtinctione.

De Iure autem, Primo omnes illi, qui ætate carent requiſita, nequeunt Ordinari, ut teſtantur Iura, & communis.

DE AETATE.

QVamobrē Quęrit'. Quę ętas regrat' in unoquoq; Ordine? Reſ. licèt Iure antiquo, per multa, iura q̄ citat Syl. & Sot. ſup. aliter erat d̄ ętate cōſtitutū: nūc autē, iure nouo Cōc. Trid. infra. mutata ſūt multa, hoc modū: uidelicet, ꝙ ſeruetur ius antiquū quo ad primā Tōſurā; in quo Septēniū requiritur cōpletum; & in primis tribus minoribus ordinibus. In Acolyto autem requiritur duodecim annorum numerus, ut ex c. ſi. in ſingulis 77. d. probat Ang. Sylue. & Armill. verbo Aetas. nu. 2. 27

Prima Tōſura, & minores Ordines.

QVo ad ſubdiaconatum, & requirebatur olim decem & octo annorum inchoatum ętas: in Diaconatu: Viginti: Presbyteratu, Vigintiquinque. Colligūt hoc omnes Summiſtæ ex Clementina: Generalem, de ætate & qualitate. Ordinandorum. 28

Aetas ad Ordines ſacros.

Hodie autem per Concil. Trid. Seſſ. 23. de reform. c. 12. nullus ad Subdiaconatum ante. 22. ad Diaconatū ante. 23. ad ſacerdotium ante. 25. annum inchoatum promoueri.

De Regularib'

PRrimo nota hoc etiam habere locū, quo ad regulares, etiam mendicantes, omnibus ſuis priuilegijs, quo ad hoc in totum ſublatis poteſt. 29

De examinatione regularium.

SEcundo Nota. Quod Concil. dicto c. 12. dum agit de regularibus ordinandis ait: Nec ſine diligenti Epiſcopi examine Ordinentur. Pondera verbū (diligenti examine) quæ verba, de olijs Ordinandis Concilū non dixit; ſed de Religioſis tantum, eo quòd illi per vniuerſum quaſi orbem, de conuentu in Conuentum; de Prouincia, in Prouinciam ſingulis ferè annis ab obedientia miſſi gradiantur. 30

Qualitas, ætas ad epiſcopatū.

Aetatem autem, & alias qualitates requiſitas in ordine Epiſcopali ponit tex. i

cap.Cum in cunctis,in principio c.Cũ à nobis.de electione cap.Graue nimis. de prębend.Concil.Trident.Seſſ. 6. de reformat.capit.1.Seſſ. 7. de reformation. capitu.1.Seſſ.22.de reformatio. ca.2. & ſeſ.24.de reformatio.cap.1.cum multis alijs iuribus, & Canonibus, in quibus requiritur ut habeat triginta annos cõpletos,& ſit magiſter,Doctor, vel Licentiatus in ſacra Theologia, uel iure Canonico, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendo oſtendatur. Concil.Trid. Seſſ. 22.cap.3.

31 *V. Requirantur charateres aliorum ſacramentorũ etc.*

CVm Sacramentum Ordinis ultimum ſit eorũ, in quibus caracter imprimitur, Quæritur. V.requirantur alia duo ſacramenta, in quibus caracter imprimitur,ad receptionem Ordinis, ſcilicet Baptiſmus,& Confirmatio? Reſpon. Quo ad Baptiſmũ, ſequenti cõcluſione: Ad Sacramentũ ordinis de neceſſitate requiritur iure Diuino caracter Baptiſmi: ita ꝙ ſine ipſo,factum eſt nihil.tex.in c. Veniens,de Presbyt. non bapti.S.Th.& cõmunis:quam refert, & ſequitur Sylu. Ordo.2.q.1. Sot.4. diſt.7.q.vnica.ar.6. Nauar.c.22.nu.9.in fin. Et eſt de fide.c. Omnes fideles, de Conſecra. diſtin.5. Conc.Florent.

32 *V. Requirat Confirmatio?*

DE Confirmatione autem.Queritur. V. Requiratur caracter. i.quòd ſit primum confirmatus, ita quòd ſi nõ ſit, non poſſit Ordinari? Reſpõ. non requiri de Iure Diuino (vt de Baptiſmo diximus) ſed tantum ex neceſſitate pręcepti; non autem ex neceſſitate Sacramenti. Itaq; qui ordines reciperet ante Confirmationem, Ordinatus eſſet, licet peccaret.S.Thom.Sylu. Nauar. & alij ſupra. & Sot. 4.diſtin. 24.quæſt.1.ar.4.verſic. Quòd ſi interroges.

33 *Quod peccatũ illa omitteret*

SEd Quæritur. V. Sit mortale peccatum, vel incurratur aliqua cenſura Ordines abſq; confirmatione recipiẽdo? Reſpond. quòd ante Concil. Trid.Seſſ. 23. c.4.erat cõmunis non eſſe peccatum mortale. S. Thom.addi.3.p.q.35.artic. 4.Ledeſm.2.par.q.37.art.4.Sotus 4.diſtin.7.q.vnica.ar.6. & 8. poſt.3.conclu. & d.24.q.1.art.4.ad fin. Victoria in Sũma.nu.46.fin. Imo Reſpon. Secundò,et poſt dictum Conc.Trid.non eſſe mortale peccatum, nec cenſuram incurri. Nauar.ca.22.nu.9.in fine, quia Concilium tantum præſcribit Epiſcopo, ne quem initiet niſi confirmatum.

Sed cum ipſe Nauar.c.25.nu.68. (ſibi contrarius) dicat eſſe mortale peccatum; oportet intelligere id per obliuionem dixiſſe, vel intelligere velle; ſi adſit contemptus.

34 *Impedimenta a iure.*

SEcundo: De Iure multa perſonarum genera prohibentur ordinari, de quibus (vt prolixitatem vitemus, & quia iã omnibus eſt notum maximè Curialibus Epiſcoporum) poteris videre S. Tho.in 4.& in addit. ad 3. par.q.39.per totam. Ang.Ordo.3.Sylu.Ordo.4.Armil. ord. nu.19.latè Victoria. Summa.num.237. Nauar. c.25.à nu.68. vbi latè, & aliqua Couar.in Clementina. Si furioſus,de homicid.& latiſſimè omnium. Simon Maiolus in tractatu (quem poſt Cõc. Trid. edidit) de Irregularitate, & Canonicis impedimentis,& Borgaſius. de eodem.

DE TEMPORE.

35 *Papa quã poſſit ordines cõferre?*

QVæritur. Quibus anni diebus poſſit ordinis Sacramentum adminiſtrari? Reſpon. aut loquimur de Papa,vel Epiſcopo, aut de maioribus, vel minoribus ordinibus.Ideo ſit.

Prima Concluſio: Papa quolibet anni tempore, quemlibet ordinem adminiſtrare poteſt. Ratio eſt, quia eſt ſupra ius Canonicum ideo illud alterare, mutare, irritare,& in omnibus diſpenſare poteſt quæ ex ipſo iure ſunt determinata. Cõmunis omnium Catholicorum. Secundo patet. Poteſt diſpenſare,vt quilibet ordinandus à quolibet Epiſcopo extra tempora ordinetur, (vt quotidie videmus) ergo melius ipſe.

Quando Eps.

Secunda. Epiſcopus de iure Ordines ſacros, Sex anni diebus tantum conferre poteſt, videlicet in Sabbato quatuor temporum,& in Sabbato ante Dominicam Paſſionis,& in Sabbato Sãcto. Leo Papa Epiſt.79.tex.in c.Quod à Patribus & per totam 75.d.tex.in c.De eo,& per totum,de tempo. ordin. Conc.Trid.Seſ.

23.c.8. Angel. ordo.4.nu.2.Syl.ordo.2. q.6.Hoſt.Abb.& Innõ.in d. c. De eo,& in ca. Literas, de tempor. ord. quamuis contradicat. Glo.fi.d.c.De eo.

Dñica. die quãdo poſſint Ordines celebrari. Nota tamen, ſecundũ dicta iura. 75. diſt. quòd ſi ab ordinando fuiſſet vſque in Dominicam diem continuatum ieiunium, poſſent tũnc Ordines celebrari, Quod nunquam factum fuiſſe legi.

Ordines minores, quando conferendi ſ. Tertia Concluſio.Epiſcopus põt qua libet Dominica,& feſto de præcepto,ordines minores conferre, tex. cum Glo. in c. De eo.de Temp.ord.S.Tho.S.Bonau.S.Anton. Ricar.Scot.Ang.Syl.Armill. & omnes. Nauar. c.25.nu.71.vbi ex c.2.De eo,qui ordines furtim accepit ex alijſq; ait Epiſcopum dictos minores ordines dictis diebus, ſimul cõferre poſſe.Quod procedit etiã, ſtante Cõc.Trid. Seſſ. 23.de Reforma.c.11.Vbi Epiſcopi arbitrio relinquitur omnes ſimul, vel p. temporum interſtitia conferre. Vide hodie Bullam Sixti.V.contra clericos male promotos.infra poſitam.in fine.

36 *De minorib. & Subdiac. eod.die.* QVæritur. V. Epiſcopus poſſit quatuor minores Ordines, & Subdiaconatũ,ſimul cõferre eodem die? Hoſt. & Innoc.relati, & ſequuti, ab Ang. Ordo.6.nu.2.Syl.cũ alijs, Ordo.2.q.7.Armil.nu.6.& Naua. ſupra per d.c.De eo, Sotus, 4.diſt.25.q.1.ar.4.verſi. Tertio poſt. & omnes tenent quod non, quòd eſt verum de Iure.Sed vbi contraria ſeruatur conſuetudo,(vt ferè vbique hodie ſeruatur)poterunt,ſimul cõferri omnes. Docto. ſup. & S.Anton.3.par.tit.14.c. 16.§.26.quem refert,& ſequitur Naua. ſupra. dicens hanc conſuetudinem non eſſe à Cõcilio Trid.ſublatam.Quod poterit Epiſcopus facere, quando Ordines celebrat,temporibus à Iure ſtatutis:quia alias quando per annum confert; tantùm poterit minores conferre.

Et reſolutiuè, circa primam tõſuram cum minoribus, vel de minoribus cum Subdiaconatu, ſeruari debet omnino conſuetudo.

37 *De ordinato ante ætatē &c.* Q Væritur. Quid ſi reciperet aliquis Ordines ante legitimam ætatem, vel extra tempora, vel ſine literis dimiſſorijs ſui Epiſcopi? Reſpõ. cũ diſtinctione,aut recepit minores,vel maiores Ordines.Si minores nullã incurrit cenſurã, vel irregularitatẽ, peccauit tamen mortaliter.Hodie omnes incurrunt.vide bullam Sixti. V.primam ad finem huius libri.7.Vbi declaratum inuenies.

Si autem receperit Subdiaconatum, vel ſupra,(quicquid aliqui inuoluant ex Iure antiquo) eſt ipſo Iure ſuſpenſus per Extrauagant.Cum ex ſacrorum. Pij II. quã citat & declarat Nauar.c.25.nu.70. Sylu.verbo Irregularitas,q.10.vbi multa citat,& Sot.4.diſt.25.q.1.ar.3. & per Conc.Trid.ſeſſ.23.de Reform.c.8.in fi. Quam extrauag. cõfirmauit etiam Pius V. in libro Sanctionum. Sanctione. 22. fol.14.vt refert,& ſequitur Corduba.in tract. de caſibus. q. 144. opinione. 2.& Greg.XIII.in Bulla quadã cõceſſa Card. Borromeo, & habetur in fine Concil.3. Mediol. quę incipit: Cunctis. Miror tñ hic, quare Nauarrus Syluestrum, Sotũ, & alios non citauerit ſup. Miror etiã de errore Syl.& Soti,qui pro (ex ſacrorũ) poſuerunt,ex Sacramento:niſi vitio impreſſoris factum fuiſſe dicamus.

Si autem ſic ordinatus antequã à ſuſpenſione dicta abſoluatur,celebrauerit vel in ordine miniſtrauerit:erit irregularis,cum quo ſolus Papa diſpenſat,vt tenent omnes.Quod procedit,quando delictum fuit publicum; ſi autem fuit ſecretum,tàm in ſuſpenſione, quã in dicta irregularitate inde ſequuta, hodie Iure nouo Conc. Trid. ſeſſ.24.c.6.poterit Epiſcopus per ſe,vel per Vicarium,adhoc ſpecialiter deputatum diſpenſare.Hodie aliter,vt in dicta Bulla.

N Ota tamen vnũ particulariſſimũ circa illum q ordinatur ab alio Epiſcopo ſine dimiſſorijs ſui: q ſi ſit ordinandus Hiſpanus,vel Vltramõtanus & ordinatur ab Epiſcopo Italico, vel Citramõtano ſine dimiſſorijs ſui Epiſcopi: incurrit dictam ſuſpenſionem. Si autem è contra, ordinandus ſit Italicus, vel Citramõtanus, & ordinat ab Epiſcopo Hiſpano,vel Vltramõtano;nullã incurrit ſuſpenſionem,tenet communis,quã refert,& ſequitur Syl. verbo Irregularitas. q.9.quod probatur in dicta 38 *De Hiſpanis et Italia.*

Bulla Pij II. & ibi: Citramontanus à Citramontanis, ergo non ab alijs? Rationẽ huius differẽtiæ penitus ignoro. Niſi dicamus priuilegium eſſe pro Italis. De intellectu huius dubij vide d. Bullam ideſt Sixti V. in fine huius libri Notabili. 6. vbi hoc declarauimus.

DE SCIENTIA ORdinandorum.

39 *De ſciẽtia Ordinãdorũ.* QVæritur. Quæ ſcientia requiratur in vnoquoque Ordine ſuſcipiendo? Reſpõ. de hoc agi in Conc. Trid. ſeſ. 23. c. 4. 11. 13. & 14. & latiſſimè in Concil. 4. Mediolanen. ſub Cardinali Borromeo, vbi multa poterunt videri, quæ quia quaſi impoſſibile eſt, in totum ſeruari poſſe, omitto in particulari tractare: vnuſquiſque enim Prælatus iudicabit in ſuo Epiſcopatu, quid ſibi oporteat facere, ſecundum abundantiam, penuriam vè Ordinandorum, quos in Christo Ieſu hortor, vt videant quos elegerint ne ſi cœci cœcis ducatum præſtent omnes in foueam cadant.

OFFICIO DIVINO.

40 *Ad quas horas teneãtur.* QVæritur. Ad quæ Officia Diuina, vel horas Canonicas teneanť ordinati? Reſpon. Ordinatos in duplici eſſe differentia, Quidã enim ſunt Beneficiati, alij nullum habentes beneficium. Nunc ergo ſic: beneficium quodcunque Eccleſiaſticũ Curatum, ſimplex vel Capellaniam collatiuã habentes; & ſi tantũ primam tonſurã habeãt (quod etiam in Curato verificari poteſt, qui intra annũ vnum poſſit eſſe ſacerdos) tenentur ad Officium Diuinũ, vt tenent Omnes infra. Si autem nullum beneficium habẽt (quicquid olim fuerit) prima tonſura, & ẽt quatuor minoribus initiati, ad nihil tenẽtur Ordinum ratione. Subdiaconus autem & ſupra, licèt nullum habeant beneficium, teneнť ratione ſacri Ordinis, caſtitatem Ordini annexã ſeruare; horaſq; Canonicas dicere. Communis omnium. vide maximè Sotum. de iuſtitia & iure. li. 9. q. 7. ar. 2. Nauar. c. 25. nu. 97. & 108. Cordub. in tractatu de caſibus. q. 186. vbi latè de omnibus beneficiatis.

41 *Capellanus quãdo teneatur, vel non ad horas?* DIxi, ſupra Capellaniam collatiuam. Quia ille qui habet Capellaniam inſtitutam à teſtatore, ſine collatione facta ab ordinario, vel erectione in bona ſpiritualia: non tenetur ratione dictę capellaniæ ſimplicis, horas recitare, vt declarat bene Cordub. ſupra.

42 *Penſionari' ad q teneatur.* QValiter autem habens penſionem, teneatur, dicere officiũ paruum Beatæ Mariæ Virginis, tradit Nauar. ſupra ex Motu proprio Pij V.

43 *De habẽti tenue bñficiũ.* SEd quæritur. (pro complemento totius materiæ) V. ille qui habet ita tenue beneficium, quod nõ ſufficit ad eius ſuſtentationẽ, teneatur dicere officium, quando alia ratione non tenetur, quam ꝓpter beneficium? Cõmunis opinio Ange. Silu. Armil. Tabie. Abb. Couar. & aliorum, quam refert, & ſequitur Nauar. c. 25. nu. 102. & Corduba. in tractatu ca ſuum. quæſt. 186. tenet tenuitatem beneficij non excuſare; Sotus tamen, li. 10. de iuſtitia & iure. quæſt. 6. ar. 3. ſolus tenet talem non teneri, ſi quantitas non excedit ſummam octo aureorum ſcutorum. Quam opinionem ſequutus fuit me præſente, Doctiſſimus Magiſter Deca Societatis Ieſu, in Academia Cõmplutenſi. tenet in quadam publica lectura lecta Romæ Pater Parra ex eadem ſocietate Ieſu: quorum trium qui ſequeretur ſentẽtiam nõ auderem ad mortale, & ad reſtitutionem condemnare: quamuis cõtraria ſit communis. Quæ opinio poterit practicari in excuſando illum, qui omiſit: non autem in conſulendo, vt officium omittat.

Et hæc de Ordine ſint ſatis.

DE SPONSALIBVS & Matrimonijs.

ACturus de Matrimonij ſacramento; quia ſpõſalia ſe habent ad Matrimonium, vt pręambulã quoddã (licèt aliqui auctores primo de Matrimonio agant) ſponſaliorum materiam, Matrimonio anteponẽdam iudicaui, ſic enim

fecit

fecit Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus Præſul. Didacus Couarruuias à Leyua Hiſpanus.in Epitome libri 4.de ſponſalibus. Cui ordini eſt conformior Rubrica illa libri 4. Decretalium:dum ait: De ſponſalibus,& Matrimonijs.

DE SPONSALIBVS.

TRactat Magiſt.ſentent. in 4.diſtinctione.27.Vbi ſanctus Tho.& in additione 3.partis q. 43.Alerand. de Ales.Sanctus Bonauẽt.Sco.Palud. Ricar. & oẽs in 4.maxime Sot.& Flores Theologicarumq; d.27.Angel. Sil.Tabiẽ.Caier.Armil.& omnes Sũmiſtæ verbo ſpõſalia.In Decretalibus, & Sexto.in lib.4. Vbi Abb. Innocentius, Felynus, & omnes Canoniſtæ, maxime Couar. in Epitome.4.libri per quinque capita. Naua. in Manuali. c.22.nu.25.vſq; ad 28. Victoria à nu.257.Speculum coniugiorum per.totũ.Corduba.in tractatu de caſibus per multas quæſtiones, vt patet in indice.litera: C.Concilia antiqua omnia, & nouiſſime ſacroſanct. Triden.ſeſſ.24.& Catechiſm. Roma. Pij V. pag. 376.Viguerius.c.16.§.7.& multi alij auctores, maxime nunc.F.Paulus Gryſald. in lib. Deciſiones Catholicæ &c. verbo ſponſalia,& Matrimonium.

1 SPonſaliorũ materia (Deo duce) quinque abſoluetur Capitulis. Primum ſponſaliorum continebit definitionem.Secũdum ætatem ad ſponſalia requiſitam. Tertium quibus verbis ſponſalia contrahantur.Quartum ſponſaliorum effectum. Quintum quot modis ſponſalia dirimantur.

CAPVT PRIMVM.

2 QVæritur. Quotuplicia ſunt ſponſalia?Reſpon. In duplici eſſe differentia.quædam enim de futuro, quædam per verba de præſenti appellantur. Couarru.1.parte de ſponſ. cap. 1. num. 3.& omnes.

Quotuplicia ſpõſalia.

QVæritur.Quid ſint ſponſalia de futuro(de quibus nunc fit ſermo? 3
Reſpõ. Sponſalia ſunt futurarũ nuptiarum mutua, vel reciproca promiſſio. S. Th. in 4.d.27.q.2.ar.1. & in addit.3.p. q.43.ar.1.Victo.nu.257. Nauar.ca.22. nu.25.Sylu.Armi.& omnes,verbo,ſpõſalia.Couar.ſupra.Sot.in 4.diſt.27.q.2. ar.1.conclu.1.Vbi ſic ait:ſponſalia ſunt mutuæ promiſſiones viri,& fœminæ,de contrahendo Matrimonio. Qui omnes fundantur in c.Noſtrates.30.q.5.& Gl. verbo.Sequitur.in princip.27.q.2.

Sponſalia de futuro quid.

DIxi:mutua,vel reciproca: Quia ad hoc vt ſponſalia dicant̃, vtraque pars promittat,oportet.Nauar. Couarr. Syl.ſup. & alij. quamuis multi tantum dicant: futurarum nuptiarum promiſſio vt Ang.Armil.Vict.& alij. 4

promiſſio vtriuſque partis.

QVæritur. V.Spõſalia ſint de eſſentia Matrimonij.Reſpõ.ꝙ nõ. Nam ſine illis,poteſt Matrimonium de præſenti,contrahi.Sot.4.d.27.q.2.ar.1.verbo. Hinc ſequitur. Viguer.c.16 §.7.verſ.7. 5

V. Spõſalia ſint de eſſentia Matrimonij

SI non ſunt de eſſentia, quare inuẽta? Triplici de cauſa,ex cõgruitate,eſſe inuenta.Prima ad ſoluendam,& augendam amicitiam contrahẽtium.Vnde D. Aug.ait:Inſtitutum eſt,vt iam pactę ſpõſæ non ſtatim tradant̃, ne habeat maritus vilem,citò datam,quam non ſuſpirauit dilatam.Secunda.Ad interim videndum ſint ne aliqua impedimenta. Tertia.Ne alicui fieret pręiudicium,propter quod interdicta ſunt clandeſtina matrimonia.Viguerius ſupra. 6

Quare inuenta.

QVæritur. Quæ differentia datur inter ſponſam de futuro, ſponſam de præſenti,& coniugẽ vel vxorem? Reſpõ. Sponſa de futuro eſt illa quæ alteri de futuro promiſſa eſt.Sponſa de pręſenti illa dicit̃, quæ per verba de præſenti cõtraxit, per quæ verba Matrimonij ſacramentum conficitur, ſed nondum eſt copula ſequuta. Vxor autem,vel coniux illa appellatur,quæ iam à viro ſuo eſt cognita.Gloſ.verbo Vxore. in c. 3. de ſen. excom.Couar.1.par. de ſponſal.c.1.nu. 3.qui multa allegans ait: in ſacris literis vxorem,etiam pro ſponſa accipi.Probat latiſſime.Sot.4.d.27.q.2.art.1. 7

Sponſa de futuro, ſponſa de pſenti & cõiux differunt.

Quæritur.

8 Q Vętię. V. Iura quę imponunt pœnas contrahentibus Matrimonia clã destina, extẽdãtur ad contrahentes ſponſalia clandeſtina de futuro? Vide Couarr. de Matrimonio. 2. par. c. 6. nu. 22. verſi. Et cõſtat. Armil. verb. ſpõſalia. nu. 2. Caiet. ſum. verbo. Spõſalitia. & alios.

V. Iura loquentia de Matrimonio extendãtur &c.

QVæritur. V. qui acceſſit carnaliter
9 ad alicuius ſponſam de futuro, dicatur adulteriũ cõmiſiſſe? Reſp. Quòd non. Couar. 1. pàr. c. 1. nu. 11.

V. Dicatur adulterium cum ſpõſa.

Q Vęritur. V. Qui peccauit cũ ſponſa alicuius de futuro; teneatur neceſſario hune circunſtantiam confiteri?
10 Reſp. quòd non Couar. ſupra. nu. 13.

V. Circũſtantia confitenda.

Q Vęritur. V. ſponſus de futuro, occidẽ Clericum turpiter cum ſua ſponſa inuẽtũ teneatur Papam adire pro abſolutione? Reſp. quòd quamuis Cleri
11 cum cum vxore, matre, ſorore vel filia fornicantem percutiens, non teneatur Papam adire. c. 3. verſi. finali de ſent. excom. vbi, & vbique communis; percutiens tamen illũ cum ſponſa de futuro inuentum, tenetur, ſecũdũ communem, per Couarr. ſupra. nu. 12. quamuis ipſe putet ſatis eſſe abſolutionem ab Epiſcopo petere. Quod (ſalua pace) mihi non videtur tutum, contra tex. & communem, quatuor illas tantùm perſonas ponentem. Facit pro me ipſemet Couar. dum ſupra. nu. 14. verſic. Quinto ait, pęnas ab vtroque iure contra adulteram conſtitutas, non habere locum in cognoſcente ſponſam de futuro.

V. Occidens clericũ cũ ſpõſa de futuro, &c.

CAPVT SECVNDVM.

de ætate.

12 QVæritur. Quæ ætas requiritur ad cõtrahenda ſponſalia de futuro? Reſp. vtroq; Iure, ætatẽ ſeptem annorum requiri. c. Ad diſſoluendum. de Deſponſ. impub. c. vnico. eod. tit. in 6. tex. in l. ſpõſalibus. ff. de ſponſal. S. Th. 4. diſt. 27. q. 2. & in additio. 3. par. q. 43. ar. 2. Ang. nu. 5. Sylu. q. 2. Armil. nu. 4. Nauarr. c. 22. nu. 26. Sot. diſt. 27. q. 2. ar. 2. cõclu. 11. Couar. de ſpõſal. 1. p. ca. 2. n. Flores Theo. q. in diſtinct. 27. artic. 4. & omnes.

Quę ętas requiratur.

A N dictum ſeptenniũ requiratur completum? Reſpond. quòd ſic, S. Tho. relatus & ſequutus à Sylu. ſup. & alij. Couarr. ſup. nu. 2. ex c. Literas. & c. ſequenti. de deſponſ. impub. Glo. in Clemen. fi: de ętat. & qualit. Abb. Corſet. & communis. Sot. ſupra. 13

V. Septimum cõpletum.

Q Vęritur. An malitia ſuppleat hanc ſeptem annorum ætatem? Reſpõ. quod quamuis Abb. & alij quos refert Couar. ſupra. nu. 1. teneãt quòd nõ: ipſe tamen Couar. ſequens S. Tho. 4. d. 27. q. 2. ar. 2. Ioan. And. Dominicum, & Francum in c. vn. de ſponſ. in 6. Gloſam in ca. Iuuenis: de ſponſ. cõmuniter receptam, & Bald. conſ. 44. volu. 4. Contrarium tenet; imo quòd ſuppleat, ſentit Sotus. ſupra Hoſtien. Inno. & alij, quos refert, ſequitur Sylu. ſponſalia. q. 2. 14

V. Malitia ſuppleat ętatem.

Q Vid ſi non ſit ſeptennium cõpletũ, ſed parum deficiat? Reſpõ. Primo. In omni materia, parum pro nihilo reputari, vt in auditione Miſſæ, recitatione, horarum, furto, ieiunio, & alijs poteris exemplificare; quæ propter paruã quantitatẽ mortalia nõ dicuntur; vt reſoluit Nauar. 11. nu. 4. in Manuali, & communis. 15

Quid ſi Septennium nõ ſit completum.

Secundo Reſpõ. quòd quamuis Abb. ſtrictæ loquatur dicens: quòd ſi vnus dies tantùm deficiat, ſponſalia erunt nulla; Contraria tamẽ opinio eſt cõmunis, Quam tenet S. Tho. relatus, & ſequutus à Syl. ſup. Soto. 4. diſt. 27. q. 2. art. 2. cum multis alijs ibidẽ relatis; imo ꝙ ſi deficeret vna hebdomada, & aliquid amplius, erunt valida. Immò in rigore (ait Sanct. Tho.) valere, quamuis contrahantur in medio ſeptimi anni. Quod tamen poſtea arbitrio boni viri relinquit iudicandum.

Q Værìtur. Quæ differentia datur ętatem requiſitam ad ſpõſalia; & ad Matrimonium? Reſp. quòd in ſponſalibus requiritur eadem. ętas in vtroque contrahentium, ſcilicet ſeptenniũ. In matrimonio verò diuerſa requiritur in vnoquoque: in viro ſcilicet annorum ætas. 14. in fęmina vero 12. vt ex S. Th. & multis. tradit Syl. verb. ſpõſalia. q. 2. §. Tertium. Nauar. cum cõi. c. 22. nu. 29. 16

Aetas ad ſponſalia, & ad matrimonium differunt.

Sot.

Sot.4.d.27.quæſt.2.ar.2. ad ſecundum.

V. Sponſalia inualida conualeſcant.

17 QVęritur. V.ſpōſalia inualida, propter defectum ætatis, conualeſcant, & ſint valida, adueniente ſeptennio, per tacitum contrahentiū conſenſum ad ſpōſalia deductum? Reſp. ꝙ ſic, vt probat glo. vbi Abb. & Doctores. in c. Literas. de deſponſ. impu. & probat tex. ſecundū Abb. ibi in c. Duo pueri. eod. tit. & in c. vn. eod. tit. in 6. Couar. de ſponſal. 1. par. cap. 2. num. 2.

CAP. TERTIVM
De verbis neceſſarijs in ſponſalibus.

Quot modis ſpōſalia contrahuntur?

18 QVæritur. Quot modis ſponſalia contrahātur? Reſp. Duobus abſolute, vel cum conditione. Syl. Spōſalia. q. 5. Armil. nu. 3. & alij Sot. 4. diſt. 27. quæſt. 2. art. 1. concl. 3. Couar. 1. parte, cap. 3.

Quot modis abſolute

19 QVæritur. Iterum quot modis ſponſalia abſolutè ſimpliciter contrahātur? Reſp. Quinque modis. Angel. nu. 7. Syl. q. 5. Sotus, ſupra ex S. Tho. & alijs. Primo. Simplici promiſſione: vt accipiā te in meum. Secundo. Per fidei dationē, vel iuramentum. c. inter virum de ſponſal. Tertio. Quando ambo impuberes, vel alter eorum, maiores tamen ſeptennio contrahunt per verba de præſenti, quia licèt non valeant prout Matrimonium de pręſenti, valent prout ſponſalia de futuro. c. 1. De deſponſat. impub. 6. Quarto. Per annuli ſubarrationem, c. ſi quis deſpōſauerit. 27. q. 2. Quinto dando Arram.

Quid qñ debita carēt ætate?

20 DE Tertio autem modo grauiſſima eſt inter Docto. Quæſtio. V. ſponſalia per verba de præſenti contracta, ab illis, qui debita carebāt ętate; & ideo fuere nulla, valeant ſaltem & habeant vim ſponſaliorum de futuro? Abb. & alij, & Nauar. Manuali cap. 22. nu. 57. partem tenent affirmatiuam per text. (iudicio meo expreſſum) in cap. 1. §. 1. de deſpon. impub. in 6. quam credo veriorem, contra Bar. & aliorum communem, quam conatur defendere. Couar. 1. par. de ſponſalibus. c. 3. nu. 2.

CAPVT QVARTVM
De effectu, & obligatione ſponſaliorum.

QVæritur. Quis ſit effectus ſpōſaliorum? Reſp. Eſt obligatio quędam, & vinculum, quo ſponſalia contrahens, coniugalem cōſenſum de pręſenti pręſtare, promiſſumque ſoluere, niſi iuſta excuſet cauſa, tenetur Colligitur ex cap. Ex literis ſancti Siluani cap. Sicut. cap. Requiſiuit. de ſponſal. Sanctus Thom. in 4. quem refert, & ſequitur Sylu. ſponſalia. q. 4. Armil. num. 7. Couarr. cap. 4. nu. 1. & omnes. 21

Quis effect' ſpōſaliorū?

QVæritur. Vtrum ſit neceſſariū ſponſalia iuramento firmari, vt obligationem dictam inducant? Reſp. Non requiri; ſed tantum ſufficere promiſſionē cap. De illis. 1. verſiculo, Mulierem. de Deſponſ. impub. vbi notat Abb. poſt Hoſtienſ. & Henricum: idem Abb. in cap. Ex literis. colum. 2. deſponſ. tex. clarus. in c. Iuramenti. 22. q. 5. S. Tho. in 4. & in addition. 3. parte quæſtione 43. articulo primo. Caiet. in ſumma verbo ſponſalitia. Angel. nu. 7. Sylueſt. q. 5. Sot. d. 27. quęſtio. 2. art. 3. Couar. ſup. Nauar. cap. 22. num. 25. 22

V. ſit neceſſariū iuramentum?

QVæritur. Quod peccatū erit nō præſtare dictum conſenſum ad Matrimonium? Reſpond. eſſe mortale peccatum. Sanctus Thom 4. diſtinct. 27. q. 2. artic. 2. S. Anton. 4. par. tit. 1. ca. 18. §. fin. Ang. ſponſalia. nume. 20. in fine. Sylueſt. quæſt. 4. Caiet. ſponſalitia. Nauar. c. 22. num. 28. Couar. prima par. de ſponſal. cap. 4. num. 2. per tex. in cap. 1. de ſponſa duorum. Notat Fely. in c. 1. de pactis lib. 6. Quia eſt contra ius naturale, Diuinum, & humanum, vt probat Couar. ſup. contra Abb. 23

Qd peccatū nō præſtare cōſenſū.

QVæritur. Vtrum Ille qui fidem dedit alicui, ſine iuramento: & poſtea cum iuramento alteri promiſſit illam ducere; teneatur iſtam ſecundam, cui appoſitum eſt iuramentum adimplere, vel illam primam ſine iuramēto? Reſpon. teneri ſeruare primam fidem ſine iuramento. Quia eſt prima obligatio. S. Anton. 24

Quid ſi ſponſalibus alteri poſtea cū iuramēto promiſit.

Anton.ſupra.S.Thom. & Palud.4.diſt. 28.q.1. Notant Iuno. Ioan. And. Abb. Præpoſ.& Rauẽnas.in cap.Sicut.de ſpõſal.Hoſt.Anton.de Butr.Abb.& Henricus in c.Veniens de iureiurãdo, dicẽtes: iuramẽtũ directè cõtrariũ priori promiſſioni,quã quis ſeruare teneatur,temerarium eſſe, & minimè obligare, cum ſit in diſpendium ſalutis æternæ, & foueat peccatum mortale, quod committeretur,ſi promiſio prior nõ ſeruaret, Ange: num.25.Sylu. ſponſalia.q.7. ibi: ſicut alias &c.Armil. num.7. Couarr.1.p.de ſpõſ.c.4.nu.3. Sot.4. diſt.27.q.2.art.4. verſ.Quinetiã.Si autem ſponſalia iuramento firmata ſint; licèt eum ſecunda quæcunq; alia ſponſalia etiam iurata cõtrahantur,non tenent. Doctores. ſupra.

25 *Quid ſi poſt ſponſalia de futuro cum prima &c.* QVærit.Quid ſi poſt ſpõſalia de futuro cũ prima, ſpõſalia per verba de pſenti cõtraxit cũ ſecunda? Reſp.ꝙ licèt frangens fidẽ primã,peccauerit mortaliter, Secunda tamen ſponſalia tenent. Doctores omnes ſupra etiã pòſt Cõc.Trid. Seſſ.24. de Reformatione.d.22.nu.26.

26 *Quid ſi ſponſus uotũ habeat.* QVid ſi habens votum ſimplex caſtitatis, de facto ſponſalia contraxit de futuro? Archi.& Henricus, quos refert,& ſequitur Sylu. ſponſalia.q.7.per cap.Rurſus.Qui Cleric.vel vouent. dicunt tale votum impedire ſponſalia de futuro etiã iurata,Innocẽt.& alij, quos refert, & ſequitur Angel.Sponſalia.nu.40. Abb.Antonius Calderinus & alij.in cap.Veniens Qui Cleric.vel vouent. Armil.nu.12.Sotus 4.d.27.q.2.art.verſic. Vtrum vero. Nau.c.22.nu.27.verſi.10.

27 *Quid ſi promiſit non ducere aliã* QVæritur. V. Ille qui promiſit alicui non ducere aliam,quàm ipſam, teneatur ducere illam,& dato ꝙ non velit ducere illam,poſſit aliam? Reſp.non teneri ducere illam, nec poſſe licitè aliã, ſecundum Palud. in 4.diſt.27.q.1.ar.1. Adrian.in 4.de Matrimonio.q.12.quos refert,& ſequitur Nauar.c.22.num.27. verſic 10. contra Sylu. & alios contrarium tenentes. Sed opinio prima Palud. & Adrian.uidetur iuri conformior.

28 *Quid de ſpõſalib. Cland.* QVæritur. V.ille qui contraxit Sponſalia Clandeſtina de futuro,teneatur illam ſeruare fidẽ, vel vtrum ſponſalia de futuro Clãdeſtina,ſint valida poſt Conc. Trid. Seſſ.24. de Reformatione Matrimonij.c.1. Reſp.eſſe valida; quia Conc.tantum inualidauit, vel irritauit ſponſalia per verba de præſenti, Clandeſtine contracta.Vnde patet; talem fidẽ de contrahendo, & Clandeſtine datam, eſſe ſeruandam. Nau.c.25.nu.144.

NOta pro huius.4. c.reſolutione,ꝙ licèt olim in multis caſibus,quos refert Angel.Sylu. Armill.Tabien.Sot. alij ſup.maximè Nauar. c.22. num.28. verſi.Ecõtrario,& c.25.nu.144. Conar. 1.p.de ſponſal.c.4.§.1. & 2.& per totũ; ſponſalia præſumpta per verba de futuro,per copulam ſequutam,per innixum in copulam,per oſcula, & amplexus,ꝑ ſponſę in domum ſponſi publicã traductionẽ,&c.cenſebatur Matrimoniũ,per tex.in c.Is qui fidem,cum alijs. de ſponſal.hodie tñ,poſt Concil. Trid.Seſſ.24. de Reformatione Matrimonij.c.1.talia ſponſalia de futuro,etiam ſubſecuta copula,cum animo,& effectu maritali, nõ traſeunt in Matrimonium. vt latè Nauarr.ſup.& omnes alij, qui poſt dictum Cõcil.ſcripſere. Quare miror Illuſtriſs. Præſidem,ac Præſulem Conar.hoc in vltima editione.d.§.1.& §.2.non addidiſſe,quemadmodum multis alijs locis addit dictũ Cõc.Trid.cui ipſe affuit, vt in eo patet. 29 *Multa iure correcta.*

CAP. QVINTVM.

Quot modis Sponſalia de futuro ſoluantur.

QVæritur. Quot modis ſponſalia de futuro diſſoluantur? Reſp. ꝙ licèt Angel.verbo Sponſalia. num. 20. Sylu. eod.q.10. Armill. Tabien. & alij Summiſtę eod.verbo,& Nauarr.c.22.nu.26. §.Porro. ponant decẽ & ſeptẽ caſus; & Sotus.4.diſt.27.q.2. art.5. ad vndecim, illos reducat,& Viguerius.c.16.§.7.verſi.7.Sex tantũ ponat: Couar.tamen.1.p. de Sponſal.ca.5. Septem principaliores (quod mihi placet) enumerat;addens in fine generalitatem quandam, ideſt dicens multis alijs locis, & caſibus poſſe abſolui. 30

Primus

31 *Sponſalia mutuo diſſenſu ſoluūtur.* PRimus caſus eſt, quando ipſi contrahentes, mutuo diſſenſu ab inuicem ſe abſoluunt, ſicut mutuo ſe cōſenſu colligauerunt. Et hoc quamuis ſpōſalia ſint iurata; Communis Canoniſtarum. in ca. 2. de ſponſal. ut rectè declarat multis citatis, Couar. ſup. S. Thom. Alexan. Alēſ. Scot. Maior, & alij quos refert, & ſequitur Sylu. ſup. q. 10. Angel. Armil. Nauar. & Sot. ſup. Quod intellige etiā ſi talia ſpōſalia propter Deum principaliter ſint iurata; propter auctoritatē Doctorū & fundamenta quę adducit, & ſequitur Nauar. c. 22. nu. 25. & Couar. d. c. 5. nu. 1. quāuis. Ang. Silu. Innocē. & Abb. quos refert Nauar. ſupra. contrarium dicant, quando iuramentum factū fuit intuitu Dei tantùm.

32 *Sponſalia ſoluuntur pp fornicationē.* SEcundo, Sponſalia diſſoluuntur, fornicatione ſequuta. Spōſa enim fornicante; Spōſus liber eſt ab obligatione. c. Quemadmodum. de iure iurādo. Vbi probant (ſecundum Abb. & Doctores) idē eſſe etiam ſi ſint iurata; not. Gloſſ. in c. Sic quippe. 27. q. 2. Præpoſ. poſt alios in cap. De illis. de Sponſalibus. Angel. ſup. nu. 29. Silueſt. uerſi. Septimo. Armil. nu. 12. Sotus ſuprà verſicu. Septimus. Nauar. c. 5. nu. 2.

¶ Quod eſt uerum etiam ſi ſponſa, vi præciſa, eſſet cognita: quia non tenetur ſponſus eam acceptare. Eam enim ducēs Bigamię irregularitatē incurreret, Gloſ. cap. Raptor. 27. q. 2. Glo. cap. Quemadmodum verſi. Oculus in fine. de iure Iurando: quam ibi ſequūtur Ioann. Andr. Abb. Imol. & alij. S. Thom. 4. diſtinct. 33. quæſtion. 3. art. 1. in ſolutione ad ultimum, & habes infra. 2. par. de Irregular. Bigamiæ.

33 IDem erit ſi ſponſus fornicatur, nō enim tenetur ſponſa cum illo contrahere, licèt illa Bigamiam non incurrat, Abb. in dicto c. Quemadmodū. in principio, & Conſilio 48. volumin. 1. lex Hiſpan. 8. titulo. 1. par. 4. Couarru. & alij ſupra. Quod procedit volente illo cui facta eſt iniuria, Si enim ſponſus uelit, nō obſtante fornicatione ſponſam ducere, tenetur illa conſentire, ſimiliter, & ille. Nauar. Syluestr. Couarru. & alij ſupra.

QVod etiam procedit, etiam, ſi poſt ſponſalia intellexit ſponſus, virginem non eſſe, quam talem putabat, quia non tenetur illam ducere, ſecundum omnes. 34

TErtio. Sponſalia poſſunt diſſolui, quando ſponſus eſt abſens, & uagatur per Orbem, in quo caſu Nota, quòd aut loquimur de iure Ciuili, aut de iure Canonico. De iure Ciuili (cui minime in hac re eſt ſtandum.) Si ſponſus vagetur per Orbem, & neſcitur vbi ſit, expectari debet per triennium. text. l. ſecunda. C. de repud. lex Hiſpaniæ. 8. titulo. 1. partita. 4. Si autem ſponſus ſit intra Prouinciam, per biennium ex iuſto impedimento expectari debet. l. ſecūda. C. de Sponſal. l. Sæpè. ff. eodem. 35 *Diſſoluuntur per abſētiam.*

AN autem dicta diſtinctio ſeruari debeat Iure Canonico, non eſt deciſum. Quapropter diuerſæ ſunt opiniones; Ioan. Andr. enim, Hoſtiē. & Anton. in c. de illis, de ſponſal. Sylu. Sponſalia quæſtione 10. Sanctus Anton. 3. par. tit. 1. ca. 18. §. 1. & alij dicunt hanc diſtinctionem etiam iure Canonico, ſeruandā quod etiam dicunt Abb. Ioan. Andr. & Hoſtienſ. in c. Sicut de Sponſal. col. 2. 36

Sed idem Abb. Cardin. & præpoſ. in d. cap. De illis, Angel. Sponſalia. nu. 26. Nauar. ca. 22. nu. 26. verſi. Quarto Sot. 4. diſtin. 27. q. 2. art. 6. uerſi. Decimo Couarru. 1. part. c. 5. nu. 7. & alij id negant dicētes. ſponſam iure Canonico, non teneri ad expectandum ſponſum vagantem per Orbem: ſed iudicis licētia poſſe Matrimonium cū alio cōtrahere. Quod non ita abſolutè eſſe intelligendum, ait Couarru. ſupra his verbis: Credo tamē, vt hoc diligentius abſoluam, ſponſum in loco propinquo abſentem, uel expectandum eſſe, vel requirendum ut intra certum tempus cōtraheat Matrimoniū ex ratione illius. capitu. De illis. de Cōſ. Quod ſi iuſto impedimento detineretur non temerè ſunt ſponſalia ſoluēda, ſed attenta ſpōſæ qualitate, quæ forſan, ex 37 mora periculum pateretur. Quod colligitur, ex Hoſt. d. c. de illis.

Soluuntur lapſu temporis. QVarto ſponſalia ſoluuntur per lapſum temporis pręſtiti ad Mattrimo

nium de præſenti contrahendum. Nam per illum is, per quem non ſtetit quo minus fieret, liberatur, & alteri penitentia imponenda eſt, propter violatam fidem capitu. Sicut ex literis, de ſponſal. cum ei ad not. Angel. ſponſalia numero 17. Syluestr. quæſtione 10. verſiculo. Quinto Couarr. ſupra nu. 8. Nauar. cap. 22. nu. 27. verſiculo. Septimo. Quod omnes (Nauarro excepto) intelligitur, quando terminus à principio fuit ſponſalibus appoſitus, ad reſtringendam obligationem: ſecus ſi ſponſalia à principio ſimpliciter facta fuerint, & poſtea adiectum pactum fuit ad ſolicitādum adimplementum obligationis.

38 QVod procedit, etiam ſi ſponſalia fuerint iuramento firmata, quia ille per quem nō ſtetit, liber erit a periurio. Hunc caſum tradunt omnes ex c. Sicut de ſponſa. vbi Gloſſ. Card. præpoſ. Abb. & alij.

Soluunt per ſubſequens Matrimoniū.

39 QVinto, ſoluuntur ſponſalia de futuro etiam iurata, per ſubſequens Matrimonium de præſenti, etiam copula nō conſummatum. c. Sicut. c. Si inter. ca. De illis, de ſponſal. S. Tho. in 4. diſtin. 17. & in addit. 3. par. q. 23. ar. 3. Ange. num. 23. Sylu. q. 10. verſic. Tertio Armil. nu. 12. ad fi. Sot. 4. d. 27. q. 2. ar. 5. verſi. Reliqui caſus. Nauar. cap. 22. nu. 26. verſi. Tertio, & communis quam reſoluit Couar. 1. par. c. 5. numero 9. Vbi ait in hoc caſu minime Iudicis declarationem requiri. Flores Theolog. q. 4. d. 27. cōcl. 7.

Per ingreſſum religionis.

40 SExto. Sponſalia ſoluūtur per alterius ingreſſum Religionis, etiā ante profeſſionem factam. S. Tho. 4. diſt. 27. q. 2. ar. 3. ad primum. Ang. Sponſalia. nu. 22. Sylu. q. 10. verſic. Secundo. Armil. num. 12. Nauar. c. 22. nu. 26. Sot. diſt. 27. q. 2. art. 5. Cordu. in ſumma. q. 182. & alij, per tex. in ca. Veniens. Qui cler. vel uouent. Quamuis Couar. ſupra, num. 11. & alij quos refert Nauarr. ſup. dicant profeſſionem eſſe emiſſam requiri, ſed opinio prior eſt probabilior.

Soluunt ex diſſenſu impuberis.

41 SEptimo. Sponſalia iure ſoluuntur, ex Solo impuberis diſſenſu, quando cō tracta fuerint in minori ętate. Qui tamē diſſenſus nō admittitur ante perfectam ætatem, ſcilicet in uiro uſque ad 14. annum. Sæpè enim impubere cōtraherent, ac Sæpè à contractibus reſilirent. Gloſ. Card. & præpoſ. in cap. De illis. 1. de deſpōſ. impub. Angel. ſpōſal. nu. 37. Sylu. q. 10. verſ. Duodecimo. Armil. num. 13. Sot. 4. diſt. 27. quæſtio. 2. ar. 5. verſi. Tametſi. Nauar. cap. 22. num. 27. verſi. Sexto. Couar. 1. parte. cap. 5. §. 1. Flor. Theolog. quæſt. 4. diſtin. 27. artic. 4. quod aliquibus concluſionibus libet amplius declarare.

Prima Concluſio. Si duo ante annos pubertatis ſponſalia contraxerunt; ille qui prior venit ad perfectam ætatem, non tenetur alium expectare, ſed ipſe licentiam petere, ne videatur conſentire.

Secunda Concluſio. Quod poterit facere, etiam ſi nulla ſit cauſa, ſed pro ratione voluntas.

Tertia Concluſio. Si pubes contraxit cum impubere, nec ante legitimam ætatem impuberis, nec poſt poterit abſque cauſa iuſta reſilire.

Quarta Concluſio. Si duo impuberes contrahant, & ante pubertatem vterque diſſolutionem petat; non admittuntur vſque ad pubertatē. Quas concl. tangūt ſupradicti auctores, & eſt communis opinio, Abb. præpoſ. quem refert, & ſequitur Couar. ſup. nu. 2. Corduba. ſumma. quæſt. 43.

42 VNum tamen Nota; quòd ſi ambo, vel alter eorum minor eſſe ſeptennio, ſpōſalia eſſent adeò nulla, ut ex illis nullū impedimentū publicæ honeſtatis oriretur, & ita alteruter eorum cum cognata, vel cognato alterius, matrimoniū contrahere poſſet tradit Naua. ſupra. ex. c. Literas. de deſponſ. impub. & cap. eodem. tit. 6.

De contractib. impuberum.

43 SEcundo. Nota, quòd licet una communis opinio. poſita a Couar. infra. teneat abſolutè contratus omnes, etiam iuramēto firmatos, factos ab impubere, etiam pubertati propinquo, & vſum rationis habenti, poſſe ab eodē diſſolui, Altera tamē opinio communis, quam refert, & ſequitur ipſemet Couar. 1. pa. de ſpōſa. c. 5. §. 1. nu. 3. & 4. per multa iura, & Doctores, tenet hoc falli in ſponſalibus

bus

bus contractis cum iuramento ab impubere ætati proximo. Quã opinionẽ (ſicut & Ego) veriorem dicit, & ſequitur.

V. ſint irrita ſpõſalia clãdeſtina de futuro.

44 QVæritur. Vltimo, An ſtãte Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reforma. quo Matrimonia, ſine Parocho, & teſtibus contracta, irritantur, cenſeãtur irrita ſpõſalia de futuro, ſic clãdeſtina? Reſ. Quidã dicũt eſſe in utroq; foro nõ tenere per opinionẽ Abb. in c. Cũ inhibitio. de Cland. deſpõſ. Syl. Matrim. 6. q. 7. Gloſę. in l. Oratio. ff. de ſpõſ. & Gaſtelli ĩ l. 49. Tauri. dicentiũ, Matrim. ꝓhibito, maximẽ ſub aliqua pęna, vel cẽſura, cẽſeri, ſub eadẽ pęna prohibita ſpõſalia quia ſępè ſpõſalia, copula ſecuta maritali affectu in matrimoniũ trãſeũt de pręsẽti. Et ſecũdũ iuris regulam; ꝙ vna via prohibetur, ad id alia non admittitur, Regula. ꝙ vna de reg. iur. in 6. Cõtraria tamẽ opinio verior eſt, & tenẽda, cũ Cordu. in ſum. q. 52. Imò Cõcil. Trid. tãtũ inualidare matrimoniũ; ſpõſalia verò, etiã ſine Parocho valere Ratio eſt, quia Cõc. Trid. tantum tractat de Matrimonio de pręſenti. Secũdo. Quia dictã primam opinionem reprobat Gl. in Clem. 1. de cõſan. & affin. & Cardin. & Fely. in d. c. Cum inhibitio & in rubric. de ſpõſal. & nouiſſimè Speculum Coniugiorum. 1. p. ar. 10.

Sponſalia poſt votũ cõtracta.

45 OCtauo. Quibus ſeptẽ modis à Couar. tactis, Octauũ notare libet ex communi omniũ, ſcilicet quãdo quis poſt uotum ſimplex Caſtitatis ſponſalia contraxit, tunc enim non tenent. capit. Rurſus. Qui cleric. uouent. Si autem quis poſt ſponſalia voueret caſtitatem, votum non tenet, quia iam eſſet in præiudicium tertij; Sotus, & omnes ſupra. Nauar. c. 22. nu. 27. verſi. 10.

46 SOluuntur. Denique ſponſalia pluribus alijs modis; quandoque ſententia iudicis Eccleſiaſtici, quod frequentius eſt, quãdoque ipſo iure, Gloſſ. in c. De illis. 1. de ſpõſal. impube. Henricus. Prępoſitio. & alij per iura quæ allegat Couar. 1. parte de ſponſal. c. 5. in fine. & Sanctus Thom. 4. diſtin. 27. quæſtione 2. articulo fin. & alij ſupra. * Quibus iuſtis cauſis non exiſtentibus, pater filiorum pœnitentiam faciet ſecundum Canon. pœnitent. 29. qui ſic ait: Si parentes frangunt ſponſalia filiorum, à cõmunione triennio ſeparentur: & ſimiliter filij, ſi ſint in culpa: tex. in capit. Si qui parentes. 31. q. 3.

DE SACRANENTO Matrimonij.

AGit Magiſt. ſentent. in 4. diſt. 26. vbi S. Tho. & in addition. 3. par. q. 41. Ricar. Scot. Palud. Duran. Ioan. Maior. & nouiſſimè Domin. Sotus, & alij. 4. d. 26. Ange. Matrimon. 1. uſque ad 6. Sylueſt. eodem. vſque ad 10. Caie. Armill. Tabiena, & omnes. eod. verbo. Victoria in relectione de Matrimonio, & in Summa. à nu. 241. Catechiſ. Pij V. à pagina 376. Nauar. c. 22. à nume. 19. Couarru. 2. par. de Matrimonio per 8. capita. Habetur per totum. lib. 4. Decretalium, & in multis Decreti partibus. de quibus uide Tabulam Bologníni, in principio Decretalium poſitam Conc. Florent. & nouiſſimè Trident. Seſſ. 24. Caniſius, & Viguerius de hoc ſacramento. Corduba. in quæſtionario Theologico, & in ſumma Caſtro aduerſus hæreſes, verbo. Coitus, & Matrimoniũ. Flores Theologic. quæſtion. in 4. diſtinct. 26. Paul. Griſaldus. verbo. Matrimonium, & alij.

Vox Matrimoniũ qd ſ.

1 QVęritur Primo. Quid vox Matrimoniũ, ſignificat, vel quare dicitur matrimoniũ, & non patrimoniũ? Reſ. ꝙ licet Doctores ĩ 4. d. 27. quos refert Syl. Matrimo. 1. q. 1. Couar. 2. parte c. 1. num. 1. varias poſuerint ſignificationes, vel denominationes; magis tamen placet illa, quã ex D. Auguſt. lib. 19. contra Manicheos. c. 26. tradit Couar. ſup. quãque confirmat Catechiſ. Ro. pag. 377. ſcilicet, quod fęmina ob id potiſſimum nubere debeat, ut mater fiat S. Th. etiã ĩ addit. 3. p. q. 44. ar. 2. Vigueri⁹. c. 16. §.

Coniugiũ, Matrimoniũ, & nuptiæ differũt.

QVæritur. Quæ differentia datur inter hęc nomina Matrimonium, & coniugium, & nuptiæ? Reſpond. Matrimonium eſſe nomen officij. Quod officium

cium, & munus eſt matris prolem concipere, parere, & educare. Coniugium à coniungendo appellatur, quòd legitima mulier cum viro quaſi vno iugo adſtringitur. Nuptiæ verò, nomen eſt honeſtatis, & obediẽtiæ. Quia vt inquit S. Ambroſ. pudoris gratia puellæ ſe nuberent ita Catechiſ. Rom. ſupra.

3 *Quare de Matrimonio vlt. loco.* QVæritur. Quare Magiſter ſententiarum, & omnes, vltimo loco, de ſacramento Matrimonij agant? Reſpõ. (alijs omiſſis,) quia per alia ſacramenta intendit Eccleſia educationem filiorũ ſuorum ſpiritualem; per hoc autem ſacramentum peruenitur ad educationem corporalẽ. Victoria in ſumma. nu. 241.

4 *Quid ſit Mr̃imonium?* QVæritur. Quid ſit Matrimonium? Reſpond. Matrimonium eſt maris, & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, capit. Illud in fin. de præſcription. ca. 127. quęſt. 1. tex. in l. 1. ff. de Ritu. nupt. §. 1. Inſtituta. de Patria poteſt S. Thom. 4. diſtinct. 27. & in additio. 3. parte quæſt. 44. art. 2. & 3. Theologorum communis in 4. (maxime Sot. diſtinct. 27. quæſt. 1. art. 1.) ſecundum Catechiſ. pag. 377. Omnes ſummiſtæ verbo Matrimonium in principio. D. Auguſt. lib. de fide, & operibus cap. 7. & lib. de Nupt. & Coniug. cap. 10. & 21. lib. de Bono coniuga. cap. 24. Diui Ambro. in cap. 5. ad Epheſ. Petrus Damian. ſermo. 1. de Dedicat. Eccleſiæ. Nauar. capitulo 22. numero 19. Couar. de Matrimon. 2. parte capitul. 1. numero 1. & nouiſſimè habetur in Concil. Trident. Seſſ. 24. in principio. ca. 1.

5 *Copula. V. ſit de eſſentia.* QVæritur. Vtrum detur verum matrimonium abſque coniunctione, cum dicatur in diffinitione: coniunctio? Reſpon. Coniunctionem animorum requiri, nõ autem corporum, quia falſum eſſet affirmare copulam de eſſentia matrimonij eſſe. ſecundum omnes.

6 *Quibus modis diſtinguat mr̃imonium?* QVæritur. Quibus modis matrimoniũ diſtinguatur, vel cõſideretur? Reſpond. Vno ex duobus modis. Aut enim conſideratur prout eſt in officium naturæ, & remedium libidinis: aut conſideratur prout eſt ſacramentum S. Tho. 4. d. 26. & in addition. 3. parte quæſt. 41. Sot. & alij ſupra. Primo modo, in lege naturæ ante peccatum. Adæ, fuit matrimonium in officium naturæ inſtitutum. Et poſt peccatum, fuit in remedium libidinis. Poſt legem autem gratiæ conſideratur, vt ſacramentum. vt ex ſupra dictis, & multis patet, & probat Caſtro, aduerſus hæreſes, verbo matrimonium, Coitus, & Nuptiæ.

QVæritur. Quando fuerit matrimonium in officium, & remedium inſtitutum? Reſpon. Diuerſas de hoc eſſe Doctorum opiniones. Magiſter enim ſent. cui adhæret Scot. dicit matrimoniũ fuiſſe inſtitutum illis verbis Adæ: Hoc nunc os de oſſibus meis, &c. Sanctus Bonauen. ait, fuiſſe inſtitutum à Deo, & reuelatum Adæ, vt ipſe eſſet matrimonij promulgator. Ricar. autem ait: inſtitutũ fuiſſe à Deo, quando produxit Euam de coſta Adæ. 7 *Qñ fuit in officiũ & remedium inſtitutũ?*

Vltimo tandem loco, S. Tho. 4. diſt. 26. ait immediate fuiſſe inſtitutũ à Deo; quando benedicens primis Parentibus dixit: Creſcite, & multiplicamini. Et hęc eſt communis opinio quàm refert, & ſequitur Sot. infra. Quare, vt tot vitemus opiniones; ſequentes ponamus concluſiones.

Prima conclu. Matrimonium in ſtatu innocẽtiæ ante lapſum fuit à Deo in officium naturæ duntaxat inſtitutum. Geneſi. 1. Greſcite, &c.

Secunda concluſ. Poſt lapſum Adæ, eadem inſtitutio in officium, remanſit in remedium. Conſtat. 1. Corint. 7. Bonum eſt homini mulierem non tam re. Propter fornicationem autẽ vnuſquiſq; ſuam habeat vxorem. Augu. lib. 9. in Gene. ad literam. capit. 7. Hug. l. 2. de ſacrament. parte 11. Sot. 4. diſt. 26. quæſt. 1. ar. 2. concluſ. 1. vide. Couar. 2. parte de Matrimonio. §. 1. ca. 1. nu. 6. & habetur. ex P. Hieron. in capitulo. Sicut. §. 1. 22. quæſtio. 2.

QVæritur. V. Matrimonium tunc fuit Sacramentum? Reſpon. Quod Matrimonium, vt eſt vinculum indiſſolubile; fuit à Deo in ſtatu innocentiæ inſtitutum, non vt gratiam conferret, ſed vt vnionem inter verbum, & humanitatem, 8 *V. Mřimonium ſit ſacram.*

Chriſtum,

Chriſtum, & Eccleſiam repręſentaret. Duran.4.diſtin.26. quæſtio.3. Michaël Medina. de cõtinentia. lib.5.capit.5. & 62.quos refert, & ſequit Flores Theol. in 4.diſtinct.26.quæſtio.1.artic.4.,concluſ.1.Sot.4.diſtinctione.26.quæſtio.1. art.2.& q.2.art.1.verſic. Hæc uero.

V. ſit pręceptũ de contrahẽdo matrim.

9 QVæritur. V. Matrimonium contrahere ſit hodie ſub pręcepto illo Diuino: Creſcite & multiplicamini? Cui quæſtioni ſequentibus fiet ſatis conclusionib.

Pręcepta duplicia?

Prima conclu. Præcepta diuina, in duplici ſunt differentia, negatiua quędam; alia affirmatiua S.Th.& communis. Negatiua ſunt illa, quę habent: non, vel ne. vt, non dices falſum teſtimonium: Non furtum facies, &c. Affimatiua aũt, quæ ſimpliciter præcipiũt; vt, Honora Patrẽ; Sabbata ſanctifices, &c.

Præcepta affirmatiua & negatiua in quo differant?

Secunda conclu. Præcepta negatiua obligãt ſemper, & ad ſemper, i. quod nullo tẽpore, nulla nẽ interpoſita cauſa, etiã liberationis totius Orbis licet contra illa facere. Affirmatiua obligant ſemper, ſed non ad ſemper; nam aliquo tempore homo ab eis excuſatur; i. ꝙ tantum obligant ſuo tempore, & loco; Vt honorare parẽtes, illiſq; obedire, nõ obligat ſemper ſed tãtum in licitis, & honeſtis.

Tertia concl. Præceptum de matrimonio affirmatiuũ: eſt; & ideo non obligat ſemper, & ad ſemper.

Quarta conclu. Et ideo ſingulos copulatum minime obligat, Obligat autẽ Principes Reipubl. Qui (ſi opus fuerit) poſſunt, & tenentur Matrimonium contrahere, & ſubditos particulares ad hoc obligare. S.Th.4.d 26.q.2.ar.2.ad 1.Ricar.q.2.ar.2.Alex.Alenſ.4.q.1.nu.3.§.3.Duran.q.2.Sot.d.26.q.1.art.2. cõcl.2.Viguer.c.16.§.verſic.3.

V. Monachus profeſſus teneret aliquando ducere uxorẽ

10 VNde ſequitur ꝙ (licèt aliqui cõtrarium teneant) ſi opus eſſet, etiam Monachus profeſſus tenetur ducere vxorẽ, ad Generis humani conſeruationem: ꝙ tenet S.Th.& Palu. relati, & ſequuti à Soto. ſup. Ratio eſt euidẽtiſſima. Quia quando duo iura concurrũt in aliquo caſu, in quo alterius obſeruatio eſt omittenda; tũc quæ minor eſt, debet maiori cedere; vt ex multis iuribus probat Nauarr.c.7.nu.2.& Nos.ſup. de Confeſſione.in q. De circunſtantia, quæ ſocius criminis detegitur. Cõſeruatio aũt Generis humani Naturali, Diuino, Canonico iure, & Ciuili eſt præcepta, vt notum eſt; Ius autem ſeruandi caſtitatem promiſſam, non tam arctis vinculis præcipitur. ergo tenetur maiori cedere. Et quia uotũ caſtitatis, vt bene ait Sot.ſup. ſemper includit illam conditionem, niſi ius naturæ cõſeruandi humanum genus obſtet.

Matrimonium quare inſtitutũ.

QVæritur. Quare Deus Matrimoniũ inſtituit? Reſpõ. quatuor de cauſis fuiſſe inſtitutum. Prima eſt, hæc ipſa diuerſi ſexus, naturæ inſtinctu expetita ſocietas, mutui auxilij ſpe cõciliata; vt alter alterius ope adiutus, vitæ incõmoda facilius ferre, & ſenectutis imbecilitatẽ ſuſtentare queat. Secunda eſt procreationis appetitus, non tã quidẽ ob eam rem, vt bonorum, & diuitiarum hęredes relinquãtur, quàm vt verę fidei, & Religionis cultores educẽtur. Tertia cauſa, quæ propriè hominem poſt lapſum reſpicit, eſt; vt infirmitas incontinentiæ noſtræ, honeſtate nuptiarũ exciperetur. Quarta. Vt eſſet ſignum, & figura coniunctionis Chriſti cũ Eccleſia. Quas cauſas explicat optime Concil. Colon. de Matrimonio. cap.2. incipit; Eſt autem, & Catech. Ro. pag. 382. in fine. 11

V. ſit ſacramentum nouę legis?

QVæritur. Vtrum. Matrimonium ſit ſacramentum nouę legis? Reſpõ. quòd præterquam, quòd partem affirmatiuã tenet Communis Theologorũ, & Canoniſtarum Catholicorum opinio. D. Aug. libr.9. in Geneſ. ad literam. c.7. & lib.1. de Nupt. & concupiſc. cap.10. & 21. S. Chryſoſt. in Pſal.43. S. Tho. in 4. d.26. & in addition. 3. par. q.41. artic.1. Alexã. de Ales. 4 par. q.8. nu.1. Scot. Ricard. Palud. Durã. & omnes in 4. diſtin. 26. q.2. maximè Sot. artic.1. Summiſtæ omnes verbo matrim. Nauar. cap.22. nume.19. Vict. nu.241. Ambroſ. Catherin. Roſenſ. Ekius, & Caſtro, quos refert, & ſequitur Couar. 2. par. c.1. nu.2. de Fide determinatũ erat, in ca. Ad abolendã. de hæret. & in Cõci. Florẽ. & Coloniẽſi, de Matrimonio. §. Quæ omnia. & nunc 12

M con-

cõfirmatum in ſacro Tridẽ.ſeſſ.24.c.1. de doctrina matrimonij,& Can.1. & in Catechiſ.Roman.pagin.386.quod probant omnes ex illo Pauli.ad Epheſ.5.Sacramentum hoc magnum eſt &c. vide etiam quæ diximus ſupra de ſacramẽtis in genere,reprobata Tatiani,Lutheri,& Caluini impijſſima Hæreſi, tenentium contrarium: quos optimè reprobat Paulus Gryſal. verbo matrimonium. nu.1.

13 *A quo, & quando inſtitutum.* QVæritur. A quo,& quando fuit matrimonij ſacramentum inſtitutũ? Reſpõ. (quicquid alij dicant Catholicis & inculcauerint impij Manichæi dicentes eſſe inuentum Diaboli, & non Dei) fuiſſe inſtitutum à Chriſto, Matt.19. & Marci.10.illis verbis: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Vbi indiſſolubile Matrimoniũ à Deo primum inſtitutũ approbauit.S.Th.& alij.4.diſt.26. Sot.q.2.art.2.Victoria.nu.241.fi. Sylu. matrim.1.q.2. Couar.2 par.c.1.§. vnico.nu.6.Caniſius.de matrimo.§.2.& hodie habet͛ determinatũ de fide in Conc. Trid.ſeſſ.23. in principio.& Cano.1.& Catech.Ro.pag.382.Quæ verba inſtitutionis credit Viguerius. c.16.§.7.verſic. 1. dicta fuiſſe à Chriſto in Chana Galilææ,in nuptijs illis.

14 *V. Conferat gratiam.* QVæritur.Vtrum matrimonium conferat gratiam? Reſpon. affirmatiue (quicquid dixerint illi,quos ſupra.de ſacramentis in genere.num.9. reprobauimus,& illi quos reprobat Naua.& Sotus.infra.) S.Th.4.diſt.26.& ſecunda ſecundæ q.100 art.2.& in additio.3. par. q.43.art.3.Alexan.Alen.4.par.q.8. nu. 1.& q.13.nu.3.ar.2.Communis Theologorũ quã refert, & ſequit͛ Sot. 4. diſt. 26.q.2.art.3.cõcluſ.1.& 2. Cõmunis Sũmiſtarũ;& Canoniſtarum,quam refert, & ſequitur Nauarr.c.22.nu.20. & Couarr.2.par.de Matrimo.c.1.§ vn. nu.3. & de fide eſt definitũ in Concil.Floren. & nouiſſime in Trid.ſeſ.24.c.1.& Can. 1.Catech.Roma. ſup. & contrariã opinionẽ reprobat, & tanquã hæreticã dãnat Paul.Gryſal.verb. Matrim. num.6.

15 *Qñ confert gratiam Matrimonio?* QVæritur.Quando conferatur gratia ſacramenti, an in mutuo conſenſu,copula prima coniugali;vel in benedictione illa ſolemni Nuptiarum? Reſpõ.Gratiam tunc dari; quando conſenſus de præſenti amborum coniugum ſimul concurrunt Sot.4.diſt.26.q.2.art. 3.in fine.1.concluſionis.

DE MATERIA ET forma.

16 *Quæ ſit materia & forma.* QVæritur. Quæ ſit materia;& forma huius ſacramenti? Reſpõ. varias de hoc eſſe Doctorum opiniones. Prima, eſt Palud.4.diſtin.26.q.4.ſ. materiam eſſe ipſos contrahentes, verba,formam. Cui alludit Syluestr. Matrimonium.1. q.1.Aſtrian.4.de Matrimonio.q.1. Couar.2.p.c.1.§.vnic.nu.8.

Secunda opinio ait: materiam eſſe vtriuſque cõſenſum,formam autem verba,Gl.Bal.& cęteri Canoniſtæ,quos refert Couar. ſupra, & alludit Nauarr.c. 22.num.20.

Tertia eſt aliorũ dicentium verba primi contrahentis eſſe materiam,verba verò ſecũdi,quę dãt eſſe rei, eſſe formam.

17 SEd vt certa ab incertis ſeparemus, quartam, & veriorem Nota reſolutionem.ſ. materiam ſacramenti Matrimonij eſſe duplicẽ;propinquã & remotã. Remota materia ſunt perſonæ habiles ad cõtrahẽdũ;Materia autem propinqua, eſt conſenſus à primo contrahente virò,vel muliere,per verba Latina, Græca,vernacula vel alia,vel per nutus, ſeu ſigna præſtitus. Formã verò (quæ dat eſſe rei) conſenſum ab altero cõtrahente per verba itidẽ, nutus uel ſigna oſtenſum,merito eſſe dicunt S. Tho.4. d.26. q.2.art.1.& d.1. q.1.art.1. quæſtiun.5. ad ſecũdũ Ric.q.2.Ang. Matrim.1.nu. 2.Vbi eius additionat. litera F. Idem tenẽt alij multi ex modernis. Sot.d.26.q. 2.art.1.verſicu.Ad primũ igit͛ Vbi contrariũ tenẽtiũ rationes diluit.Viguerius. c.16.§.7.verſ.4.Citãs Caietanũ. Victo. Sũma.nu.245. vbi ait ſine dubio ita eſſe tenẽdum Flores Theol quæſtionum.4. d.26.q.j.ar.4.& Doc.Henricus Salmãt. in quadam relectione, & (licèt nullus hoc citet) habetur quaſi expreſſum in Concil.Colonien.de Matrimonio.§.ver

bum

bum itaque. Quam opinionem libenter amplector; quia eam etiam tenet S. Bonauent. 4. diſt. 28.q.5. & Communis: quam refert, & ſequitur Paul. Gryſald. verbo, Matrimoniũ.nu.15.& Ioan.And. & Bald.in c. Licet & in c. penul. de ſponſal.Goffred.& Innoc. in c.tuæ fraternitati.eod.tit.

18 SEd Contra, Cùm Concil. Trid. Seſſ. 24.c. 1. præcipiat ſacerdoti Matrimonio intereſſenti dicere ſuper coniuges illa verba: Ego vos coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, videntꝰ dicta verba formã eſſe Matrimonij: ita tenuerũt ante Concil. Tridẽt. qui dã relati à Sot. diſt. 26.q.2.ar. Quibus. (vltra eũ) Reſpon. hoc eſſe clariſſimum hodiè, determinatũq; per Concil. ſupra. cum dicit. Sacerdos dicat: Ego vos cõiungo &c. vel alijs vtatur verbis. Vñ patet clarè ſi hæc verba eſſent forma, non eſſe relinquẽda arbitrio ſacerdotis, vt poſſet illa, vel alia dicere: Immò Concilium verba poſuiſſet formalia, quę nullus mutare licuiſſet, vt in Baptiſmo, & alijs: & ita benedictio ſacerdotis non eſt forma ſacramenti, ſed ſacramentale quoddã ſecundũ S.Th.4. diſtin.26.q.2.artic.1.ad 1.quem refert, & ſequitur Paul. Gryſald. ſupra.

19 SEd cùm omni iure naturali, Diuino, & humano, legitimarum perſonarum cõſenſus Matrimoniũ efficiat; qua ratione poſt Cõcil. Trident. Seſſ. 24.de Reformation. Matrim. c. 1. Eccleſia materiã illã, & formã, quæ olim legitima erat, veriſque perficiebat ſacramentum; nunc annullat, niſi tali Matrimonio Parochi interfuerit præſentia, & duorum triũve teſtiũ? Reſp. Concilium non mutaſſe Matrimonij materiam, et formã, ſed determinaſſe Matrimonium inter perſonas, quę tales cõditiones nõ ſeruaſſent, eſſe nullum: quemadmodum Matrimonium inter aliàs impeditos, nullũ eſt. Pro quo Nota de fide eſſe determinatum, Eccleſiam poſſe noua impedimẽta ſtatuere, vt hic, veteraque mutare. Cõcilium Tridẽt. Seſſ. 24. de Matrimonio. Canon. 3. vt latè probat Victoria. numero 303.

Dematería poſt Concil. Trid.

DE MINISTRO.

QVeritur. Quis ſit huius ſacramenti miniſter? Reſpon. Primo hanc quæſtionem ferè omnes Doctores intactã reliquiſſe, neſcio quare. Secũdo Reſpon. ꝙ licèt aliqui, vt Caiet. in opuſc. de Matrimonio Ledeſm. 2. part.q.44.ar.3. & Canõ. relectione de ſacramen. in communi, & li.8. de locis Tholog.c.5.& alij quos refert Sotus, infra, dicant, etiam olim opus fuiſſe ſacerdote miniſtro, ad hoc, vt Matrimonium eſſet ſacramentum? Reſpondetur Tertio; olim, & nũc, eſſentialem miniſtrũ ſacramenti Matrimonij eſſe ipſoſmet cõtrahẽtes, ſibi materiam, & formam applicãtes. Magiſter ſentent.& S.Thom.4.diſtinct.28.art.3. quos refert, & ſequitur Sot. diſt.26. q.2. art.3.verſic.Reſp.ergo.& diſt.1.q.5.art 1.argũ.2. Tenet, & probat bene Flores Theol.q. in 4. diſtin. 26.q.1.artic.4.& Paul.Gryſal. ſup.nu.15. 20

Quis ſit huius ſacra. miniſter.

SEd cõtra videtur facere Concil. Trid. ſeſſ.24.c.1.de Reformat. Matrimonij, & olim Concil. Colonien. de Matrimon. §. penult. Vbi quòd Matrimonium eſt nullum, niſi ſacerdos interfuerit: ergo? Reſpõ. Primo. Olim Matrimonium eſſe validum, & verum ſacramentum cõtractum inter ipſoſmet ſpõſos tantùm, per verba de præſenti, vel etiam per ſpõſalia de futuro, quæ accedente copula in verum tranſibant matrimonium; vt complura probant Iura, per totum titu. de Sponſ. & Matrimon. & Concil. Colon. de Matrimonio. §. Elementum, & refert Conc. Trid. ſup. & cõis omnium. 21

Matri. Olĩ ſine ſacerdote fiebat

SEcundo Reſp. nunc duplicem requiri Miniſtrum in ſacramento Matrimonij, vnum de iure diuino, de eſſentia ſacramenti, videlicet ipſos contrahentes (vt dictũ eſt,) Alter autem eſt etiam eſſentialis de iure poſitiuo Conc. Triden. qui eſt autoritatiuus, ſcilicet ſacerdos, qui tantùm, in Matrimonio, cum duob. vel trib. teſtibus, requiritur ad autorizandũ Matrimoniũ, vt in dictis Cõcilijs hř. Quare ſi ſacerdos, & teſtes adeſſent, & ſi ſacerdos nullũ uerbũ proferret: Ma- 22

Not. Duplex miniſter Mrimonij.

trimonium nihilominus valeret. Si autem abeſſent nullum eſt Matrimonium.

23 *Effectus ſacrũ matrimo.*

QVæritur. Quis ſit ſacramenti Matrimonij effectus? Reſp. eſſe dare gratiam ex opere operato digne ſuſcipiẽtibus, ſicut de omnibus ſacramentis diximus ſup. de ſacr̃ s in genere.num.9.

24 GRatia autẽ Matrimonij alios duos habet effectus, Primus eſt, reprimendi cõcupiſcentiam. Secundus faciendi coniuges fideliter aſſiſtere, & opera ſua cõmunicare, prolemque ſuſceptã religioſè ad cultũ Dei nutrire, & erudire, Viguer.c.16.§.7.verſi.4.

25 *Quæ ſint de eſſentia matrimonij*

QVæritur. Quæ ſint de eſſentia ſacramenti Matrimonij? Reſpon. Mutuum, liberumque vtriuſque cõſenſum de præſenti. Quod complura probant iura, nõ ſolum Canonica, ſed etiam Ciuilia.c.1.c.Cũ locũ.c.Tuæ.c.Tua.de Spõſal.c.Sufficit.c.Sic qppè.27.q.2.c.Tuaſ. de ſpõſ.duorũ.l. Nuptijs.ff.de Reg.iur. Conc.Colonien.de Matrimonio.§.Verbũ itaq;.Concil.Florẽt.& Trid.ſeſſ.24. de Reform. Matrimonij.c.j.Catechiſm. Roma.de Matrimonio, & probat.S.Th. D.Bonauẽt.Alexã.& Communis Theologorũ.in 4.diſt.27.q.1. Vbi nouiſſimè Sot.& Flores Theologicarũ quæſtionũ. ar.2.Angel.Matrim.2.num.2. Syl. verbo.Matrimon.1.q.3.& omnes.Victoria. nu.247.Nauar.c.22.num.20. Couar.de Matrimonio.2.par.c.num.1.

26 *Qui conſẽſus ſufficiat.*

QVæritur. V. Conſenſus cuiuſcunque perſonæ ſufficiat? Reſp. Sufficere, dummodo talis perſona habilis ſit ad contrahendum, vt infra dicetur.

27 *Copula nõ eſt de eſſentia.*

QVæritur. V. Copula carnalis ſit de eſſentia, & perfectione matrimonij? Reſp. Duplicem eſſe matrimonij perfectionem, eſſentialem, ſcilicet, & accidentalem. Et ita ſit prima concluſ. Copula coniugalis non eſt de eſſentiali perfectione Matrimonij, Conc. Colon.de matrim.§.Elementum. S. Tho.4. & 3.p.q. 29.art.2.& in addit.3.par. q.42.artic.4. Alex.Alenſ.& omnes ſup.in 4.Syl. q.4. Sot.Couar.& omnes ſup.

28 *Coniunctio animorũ requirit.*

SEd contra, quòd eſt contra diffinitionem, in qua dicitur; matrimonium eſt viri, mulieriſque coniunctio, &c. Ergo ſi non copulentur, & coniungantur; non erit matrimonium? Reſp Illã coniunctionem nõ requiri corporũ, ſed animorum, atque conſenſuum: Et ſic ſecunda ſit concluſio. Copula, non eſt de eſſentiali perfectione, ſed tantùm de accidentali Matrimonij.

29 *Matr. inter B.V. & S. Ioſeph uerum.*

VNde patet, inter Beatiſs. Virgin.& S. Ioſeph. verum fuiſſe, & perfectum Matrimonium, ſecundum omnes ſup.& S.Thom.3.par.q.29.art.2.reprobata Hęreſi. Vuiclef. dicẽtis. Matrimoniũ ſine Copula non eſſe ſacramentum quem reprobat Flores Theologic.q.ſup. & de hac materia, qualiter fuit verum Matrimon. vide Paul. Gryſal. verbo. Ioſeph.nu.1.& verbo.Matrim.nu.7.

30 *Matr. ẽ duplex.*

EX qua reſolutione patet clariſſime, duplex eſſe Matrimonium: ratum, ſcilicet (quod eſt ante Copulam) & conſummatum, quod ſit per Copulatum naturali vaſe habitam. Communis opinio.

31 *Matr. ratũ, & conſummatum differũt.*

QVæritur. Quæ differentia ſit inter matrimonium ratum tantùm; & copula conſummatũ? Reſpon. Quòd poſt matrimo. tantùm ratum licitum eſt vnicuique coniugum, altero etiam inconſulto, vel renitente intrare Religionem, & profeſſionem emittere. Poſt conſummatum autem non licet niſi de alterius conſenſu, & cum certis alijs conditionibus. vide tex.in capit. Ex publico. & ibi Doctor. de Conuerſ. Coniug. * In tantùm procedit, quòd dicat Cano.4.pœnitentialis. & habetur cap. Accepiſti.de ſponſal. duorum, quod qui contrahit cum aliqua alij deſponſata per verba de pręſenti, ipſa dimiſſa, 40.diebus ieiunet in pane, & aqua, & ſequentib. ſeptẽ annis pœniteat.

32 *In cõſũmato datur diſpẽſatio*

SEcundo differunt in hoc, quòd in matrimonio cõſummato, nulla dari poteſt diſpẽſatio. In matrimonio, autem rato, non cõſummato ſic, ſecũdũ communẽ opinionem Canoniſtarum, quam ſequitur etiam Sylu. verb. Diuortiũ. q.4. Caiet.in opere.27.quæſtionũ.q.25. Ambro.Cathar. lib.6. contra Caiet.c.3. Armill. verbo. Papa.nu.8.in fine vbi citat D. Anto.dicẽtẽ ſe vidiſſe Bullas Martini V. & Eugenij IIII. qui in tali caſu diſpẽſarunt. Tenuit etiam Michael à Medina

Theo-

Theologus inſignis. lib. 5. de ſacrorum homin. continentia, & reſoluit Nauar. c. 22. nu. 21. vbi ait Paulum III. & Pium IIII. ter, vel quater in hoc diſpenſaſſe. Quod etiam de Paulo IIII. & Iulio III. tradit Couar. de Matrimon. 2. par. c. 7. §. 4. nu. 14. Qui tandem (licèt Theologorum Cōmunem contrariā cum Soto, & alijs ſequatur) fatetur talem diſpenſatio nē minime dandā, niſi ex vrgentiſſima cauſa quā ſtante, (inquit) eſſe ſecuros in cōſcientia illos, quibus facta eſt. Ego autem, etiam ſi cōmunis Canoniſtarū pro hac opinione non fuiſſet, nihilominus partem hanc omnino tenerem, cū (ad minus) videā, ex ſupradictis, ſepties à diuerſis Summis Pōtific. diuerſis temporibus fuiſſe diſpenſatum, quod ſatis ſuperque ſufficit. Maximè, cum etiam D. Thom. diſt. 27. q. 1. ar. 3. huius ſit ſententiæ, quē refert, & ſequitur Pau. Gryſal. verb. Matrim. nu. 21.

33 *V. ſufficiat conſenſus internus.* QVæritur. V. Talis conſenſus ſufficiat, quòd ſit internus, vel ſit aliquo pacto exterius exprimēdus? Reſpō. Diffinitum eſſe in Concil. Florent. & in Colonien. de Matrimonio. §. verbum, talē contrahentium conſenſum verbis ſignisvè eſſe manifeſtandum, tenet etiam. S. Bonauent. & S. Tho. 4. d. 27. q. 2. idem S. Tho. in addit. 3. par. q. 45. ar. 1. & 2. & eſt Communis opinio Theologorum & Canoniſtarum quam refert, & ſequitur Ang. Matrimo. 2. num. 5. Syluest. Matrim. 1. q. 5. 6. & 7. Sot. 4. diſt. 27. q. 1. ar. 3. Victor. num. 250. Nauar. c. 22. nu. 20. Couar. 2. par. c. 2. nu. 2. & 3. & habetur in Catechiſ. pag. 379.

34 *Nō ſufficiet interior cō ſenſus.* VNde patet erraſſe quoſdam olim dicentes: conſenſū ſufficere interiorem tantū. Errauit etiam toto Cœlo Melchior Canus, dum li. 8. de locis Theologicis. c. 5. ad 3. ait (contra omnia ſupradicta iura, & omnium cōmunem) Matrimonium ſolis nutibus contractum, non eſſe ſacramentum. Quem reprobat Nauar. c. 22. nu. 20. & Paulus Gryſal. (cum modeſtia, quia eiuſdē ſunt Religionis) verb. Matrim. nu. 16.

35 *Quę verba dēat interuenire.* QVæritur. Quę verba debeant interuenire vt conſenſus exprimatur? Reſpond. Talia eſſe; Ego te in meam vxorem accepto, & Ego te in meum maritū accipio, c. Si inter. de ſponſ. Vel conſentio in te, tanquā in meum, vel meam cōiugem. Vel ab hoc tēpore pro mea vxore, vel marito habebo. Vel volo, vt ſis mea vxor; vel maritus. c. Ex parte. de ſpōſal. Vel alia æquipollentia. Quia illa verba requiruntur, & ſufficiunt: quibus ſignificatur ſtatim vna cū dicto, vel ſigno alterum alteri ſui corporis poteſtatē tradere, iuxta cōmunem, quam refert, & ſequitur Nauar. c. 22. nu. 20. Concil. Colon. de Matrim. §. Verbum. Ang. Matri. 2. num. 8. cum ſeq. Syluest. Matrimo. 1. q. 8. 9. 10.

QVæritur. V. Matrimonium poſſit cōtrahi per interpretem? Reſpond. quòd ſic. Glo. cōmuniter recepta in c. Ex litteris. 1. de ſponſ. tex. l. 1. §. fin. de verb. obligat. Ang. Matrim. 3. §. 8. & eius Additio nator. verbo. Confeſſio. 2. nu. 33. litera A Couar. 2. p. c. 4. §. 1. nu. 3. 36 *V. poſſit cōtrahi, per interpretem?*

QVæritur. V. ſufficiant ſigna aliqua exteriora; licèt nullum adſit verbū? Reſpon. affirmatiue, vt inclinare Caput, claudere oculos; plicare manus, vel brachia, & c. Quia hæc, aliaque ſimilia verborū habēt ſignificationē, & vim Alex. Alen. S. Tho. Scot. Paluda. & omnes in 4. d. 27. maxime Sotus. q. 1. ar. 3. verſ. Ex huiuſmodi. vbi declarat. c. Tuæ. in quo videbat probari contrariū Ang. Matrim. 2. nu. 5. Syl. Matrim. 1. q. 8. Nauar. c. 22. nu. 20. Cou. 2. p. de Matrim. c. 3. p totū. 37 *V. ſufficiat ſignū exterius?*

QVæritur. Vtrum. Sufficiat puellæ taciturnitas in præſentia Patris, pro ea contrahentis? Reſpon. quòd ſic. Mag. ſ. ſent. S. Th. Ricar. in 4. d. 27. & Sot. q. 1. ar. 3. verſ. Vtrum autem. & eſt Cōmunis Theologorum, & Canoniſtarū quam refert, & ſequitur Syl. ſup. q. 7. Naua. c. 22. nu. 20. Victor. nu. 250. Couar. 2. par. Matrim. c. 4. nu. 4. per tex. in c. 1. §. fi. de Deſpon. impub. lib. 6. Viguerius. c. 16. §. 7. ver. Quamuis. Ang. ſup. teneat cōtrariū. 38 *V. ſufficiat taciturnitas puellæ.*

QVæritur. V. Si alius à Patre Puellæ, reſpondeat illa tacēte, ſufficiat ad Matrimoniū? Reſpon. (licèt Palud. 4. d. 27. q. 2. ar. 3. abſolutè neget) eſſe ſub diſtinctione reſpondendū. Quia aut loqui- 39 *Quid ſi alius & non pater reſpōdeat?*

mur in foro conſcientiæ, aut contẽtioſo. In primo caſu, ait. Sot. 4. diſt. 27. q. 1. ar. 3. verſi. Vtrum autem, & Victoria num. 250. quòd ſufficit, etiam ſi ſit extraneus, & illa taceat. Et ita erit vera Gl. in ca. 1. §. fin. de Deſponſ. impub. lib. 6. verſi. Spõſalia: quæ ait idem eſſe, ſi ab extraneis, quàm à parẽtibus. Et tenet Flores Theolog. q. in 4. d. 27. ar. 2. In foro autem Eccleſiæ, nõ ſufficiet: quia oportet, ut ille qui reſpõdet aliquã habeat ſuperioritatem ſuper puellam. Et pro hoc eſt Gl. in ca. Honorãtur. 32. q. 2. communiter approbata ſecũdũ Nauar. c. 22. nu. 20. & facit text. ibid. & in c. 1. §. Porrò de Deſpõ. impub. lib. 6. & communis, quã abſque vlla diſt. refert, & ſequitur Couar. 2. par. de Matrimonio. c. 4. nu. 4.

40 *Quin ſi verba proferãtur ſine intẽtione.* QVæritur. Quid ſi uerba proferat, animo tamẽ omnino diſſentiat? Reſ. tale Matrimonium nullum eſſe. Probat Tho. in 4. & in addit. 3. par. q. 45. ar. 4. Angel. 2. Matrim. nu. 14. Syluef. Matrimo. 1. q. 5. & Matt. 5. q. 1. ex. c. Sufficit. 27. q. 2. Sot. 4. d. 27. q. 1. ar. 3. concluſ. 2. ex. c. Tuæ. de Spõſalib. Et reſolutiue cõcludo; ꝙ ſi interior nõ adſit liber conſenſus de præſenti, etiam ſi millies verba proferantur, & in amplexus, oſculaq; & copulam conſentiant; nullum erit matrimonium. Habetur definita. in Cõcil. Florent. Colonienſi, & alijs multis Iuris vtriuſque locis, quæ citat Sotus, ſupra, & omnes alij, maxime. S. Tho. 4. d. 27. q. 1. ar. 2. quæſtion. 4. Sco. Palu. & Adrianus. quos refert, & ſequitur Victoria. num. 252. Couar. 2. p. c. 2. nu. 4.

41 *Quis debeat prior interrogari.* QVæritur. Quis debet prius interrogari de conſenſu, vir, an mulier? Reſ. nihil referre quod vir prius. vel fœmina interrogetur, honeſtius tamẽ eſt, ac (multis de cauſis) iuſtius, ut fœminę prius quã viri requiratur, maniſeſteturq; conſenſus. Quod ex c. pen. de Sponſ. & c. licèt de ſpon. duorum, probat Couarr. 2. par. de Sponſ. c. 4. nu. 6. & patet. ex dictis. infra. nu. 45.

Nota

42 *V. ſimul debeant cõſẽſus concurrere?* QVæritur. Cùm mutuus cõſenſus requiratur in Matrimonio, Vtrum ſit neceſſarium quod ſimul eodem tempore concurrat? Reſ. quòd licèt Abb. & alij quos refert Couar. & Naua. infra, dicant cõtrariam eſſe ueriorem opinionẽ: Eſt dicẽdum, & tenendum; nõ eſſe neceſſarium vt ſimul concurrant. Satis enim eſt, ut ſecundus conſenſus, primo durante, præſtetur. Angel. Matrimo. 2. nu. 21. Et hãc dicit ueriorem, omninoq; tenendam Sylu. Matrimonium. 1. q. 6. Sot. 4. diſt. 27. q. 1. art. 3. verſic. At uero. Maior. 4. d. 27. q. 1. col. 2. Glo. Præpoſitus, Card. Hoſtieſ. Henric. Alex. Zaſius, & Cõmunis, quã refert, & ſequitur Couar. 2. par. de Matrimonio. ca. 4. num. 7. Nauar. c. 22. nu. 80.

EX qua reſolutione infertur ad Quæſtion. Vtrum. Matrimonium poſſit per procuratores inter abſentes celebrari, & an ſit ſacramentum? Reſp. quòd licèt Caietan. in quadam quæſtione adiecta ad 3. partem, & Durand. 4. d. 26. q. 3. Victor. nu. 244. & Viguerius. c. 16. §. 7. verſic. 4. teneant. non eſſe ſacramentum fallũtur tamen, cùm cõtrarium, immò quod poſſit per procuratores contrahi, ſit determinatum in ca. fin. de Procur. in 6. & in multis iuribus quę Glo. ibid. verſicu. Idoneus, citat Angel. Matrim. 5. q. 9. Alex. de Ales. Scot. Palud. & alij. Victoria. nu. 244. Flores Theolo. quęſtionũ. in 4. d. 27. q. 2. Sotus. q. 1. ar. 3. verſi. At uero quãuis. Couar. 2. par. de Matrimonio. c. 4. nu. 8. & quod ſit ſacramẽtũ, eſt probabilior & Communior ſentẽtia quã defendunt ſupra dicti, maximè Sot. 43 *V. Matrimoniũ poſſit cõtrahi ꝑ ꝓcuratores, & an erit ſacramentum.*

EX quibus Iurib⁹, & Doctoribus Nota Primo, Tria requiri, ut tale Matrimonium validum eſſe dicatur. Primũ quòd Procurator ſpeciale mãdatum habeat. Secundum; quòd mandatum ſit ei datum, de certa perſona ſpeciali, & determinata. Tertium quod conſtituens talẽ procuratorẽ, in eodem propoſito, & uoluntate perſeueret quouſque procurator contraxerit. tex. in d. c. de procurat. in 6. & omnes ſup. 44 *Quę requirant, ut tale matrim ſit ualidũ?*

Secundo. Nota; Non requiri ꝙ reuocatio mandati fuerit expreſſe facta: Satis enim eſt mandatũ implicite reuocari. v. g. per contrariũ actũ; vt ſi poſt mandatũ primum vni procuratori factum; antequam ille contrahat, ſecundũ mandatum

tum eidem,uel alteri procuratori faciat, de alia ducenda, Quo caſu tacitè primũ reuocat,text.cap.fi.de procur.lib.6.Co. ſup. num.11.Ange.Matrim. 2. nu. 18. Sylueſt.d.q.9. Idem erit, ſi ante cõtractum Matrimonij à procuratore, is qui mandatum dederit,cũ alia Matrimoniũ contraxerit,etiam ignotãte procuratore Abb.in c.Cauſis de Elect.in 6.quem refert,& ſequitur Couar. Angel. Syl.ſup.

45 QVæritur. Qui modus practicus ſeruari debet, in contrahendis ſponſalibus de futuro;uel Matrimonio, cum procuratore? Reſpon. quòd ſi contrahãtur ſpõſalia:Procurator dicet in hũc modum:Promitto tibi de mãdato Petri, uel Ioannis Domini mei,& nomine eiuſdẽ, quòd ipſe te ducet in vxorem, & hoc in animam ſuam Iuro. Cui puella reſpõdebit.Promitto tibi nomine Domini tui recipienti,& ſibi per te, quòd Ego ducam ipſum in virum,uiſi ſteterit per ipſum, & hoc Iuro.

Nota. Qualiter contrahantur ſponſalia, uel matr. cũ procuratore.

In Matrimonio verò de præſenti; dicetur ſic: Petrus, vel Ioannes Dominus meus mãdat tibi,quòd ipſe per me, ſiue mediante me,& tibi nũtiante accipit te, & cõſentit in tãquam in uxorem ſuam. Cui puella:Et ego,te mediante, Dominum tuum recipio in meũ virum,cũ ipſe te mediante me in ſuam recipiat,& in cũ cõſentio tanquam in Dominum, & maritum.Ioan.Andr.in cap. Procurator de Procurat.6.quem refert,& ſequitur Syl. Matrim.5.q.fi.

46 QVæritur. Verum. Talis conſenſus ad Matrimonium, poſſit inter abſentes per Epiſtolã præſtari? Angel. Matrim. 2.num.20.Syl.Matrimon.6. q. 12.cum multis al.js.Sot.4.d.27.q.1.art. 3.verſi. At vero quamuis.Coua.2. par.de Matrimon.cap.4.num.fi. cum multis ibid. tenent quòd ſic,cõcurrẽtibus duobus.Primum quòd mittẽs litteras,quibus exprimit, ꝙ talem accipit in uxorem de præſenti, ſi ipſa cõſenſerit, perſeueret in eadem voluntate,quouſque illa cui litteræ mittuntur,expreſſe conſentiat.Secundũ quod illa perſona exprimat cõſenſum, receptis litteris,alicui alteri,vl.reſcribat ſcribenti.

V. p Epiſtolam poſſit cõtrahi.

PRo quo, & alijs caſibus ſupra dictis 47
Nota ꝙ licèt olim, iure antiquo, hoe eſſet verum quod accedente conſenſu,per verba de præſenti inter preſentes vel per procuratorẽ inter abſentes, eſſet verum Matrimonij ſacramẽtum: Nũc autẽ poſt Conc.Trid.ſeſſ.24.c.1.de Reform.Matrim. verum. Matrimoniũ minimè erit,niſi cõcurrat Parochus, uel alius ſacerdos de eius,uel Epiſcopi licẽtia & duo uel tres teſtes: in quorum preſentia contrahentes per ſe,uel per procuratorem(ut dictum eſt)præſtent requiſitũ conſenſum.

Corrigũt multa iura antiqua per Cõc.

QVæritur.Quid quando alter cõiugũ 48 ait,coniortem uerba protuliſſe: ſed illa verba plures habere ſignificationes,& ſenſus?Reſp.In tali caſu cõmunẽ illorum verborum ſenſum eſſe conſiderandum,& ſic iudicandum, vt tenet Cõmunis opinio Canoniſtarum:in c.Ex literis.1. de ſponſa. tex. in l.Labeo. ff. de Suppl.leg.Gl.notabilis.in l.Libertorum. §.ꝙ tamẽ.ff.de leg.3.quę aſſerit communem ſenſum verborum, præualere proprię dictionis ſignificationi.Bar.Bal.Anton.Burgen.Iaſon: Gl. & Summa confeſſorum.Abb.& alij quos refert, & ſequitur Cou.2.par.de Matr. c. 4.§.1.nu. 2.& 3.Ang.Matr.2.nu.8.& ſeq.Sy.Matri.2.q.9.Sot.4.d.27.q.1.ar.3.verſ. alia.

Quid de verbis multa ſignificatibus.

QVæritur. Quid ſi vir fęminæ dicat: 49 volo cõtrahere tecũ Matrimoniũ; An cẽſeatur Matrimonium de preſenti? In hac queſtione tres ſunt Doctorum opiniones. Aſtenſ.lib. 8. tit. de Matrimonio.q.7.& Sum.Cõfeſſ.lib.4.ti.2 q.4.dicũt,nec ſpõſalia quidem eſſe de futuro. Sed male dicunt.

Volo contrahere tecũ, an ſit matrimonium?

Cardinalis.in cap.Ex literis.1. de ſpõſal. ait per dicta verba verum contractũ fuiſſe Matrimonium. Cuius etiam opinio non tenetur ſimpliciter. Sed Reſpõ. cum diſtinctione: Quòd ſi verbũ, volo, in his,quæ à ſola uoluntate pendent, ad iungatur infinitiuo, deſignanti initium actus, eiuſque ſuſpenſionem: erit contractus ſponſaliorum; ut uolo contrahere, uolo ducere te in uxorem. Ita Ioan. Andr. & Abb. quorum opinio eſt magis communis in diſtinct. capit. Ex literis.

teris. Sylu. Matrim. 2. q. 9. Matthæus de afflictis in Conſtit. Neapolitan. lib. 3. tit. 19. col. 2. Si uero verbum, volo, adiungatur verbo prænotati executionem actus perfecti, & ſic Matrimonij exercitium, cenſetur Matrimonium contractum, ut volo te habere in vxorem; volo te tenere in uxorem. ita Sylu. Matr. 1. q. 9. Hoſti. Abb. & alij, quos refert & ſequitur Couar. 2. par. de Matrimonio. capit. 4. §. 1. nu. 4. Vbi alia verba poteris videre quibus Matrimonium contrahi poſſit, uel non, vſque ad fi. §. 1.

In quid dirigat. cõſẽſus?

50 SEd, cùm vtriuſque requiratur cõſenſus ad Matrimonium: Quæritur in quid dirigatur conſenſus ille, vel in quid debeant conſentire? Reſpõ. Primo quòd adhoc, ut conſenſus faciat Matrimoniũ; oportet ſint ibi tria bona Matrimonij implicitè, & ſaltem in habitu contrahentes conſentiant. Ricar. 4. diſt. 31. q. 1. ar. 2. Ang. ſupra. nu. 23. Secundo, Reſpond. quòd hic cõſenſus exigitur, in cõiugalẽ ſocietatem Diuinitus inſtitutam; nec requiritur conſenſus explicitus in copulã. text. vbi notat Abb. & Canoniſtæ. in c. Commiſſum. de ſponſal. S. Tho. 4. diſt. 28. q. 1. artic. 4. Vbi Palud. q. 1. Caiet. 2. tom. q. 5. de Matrim. Couar. 2. par. c. 3. & Sotus, & alij.

Quæ ſint bona matrimonij?

51 QVæritur. Quę ſunt iſta tria bona Matrimonij? Reſ. quod ſunt, fides, Proles, & ſacramẽtum. Quæ tria excuſant actum illum copulę, ne ſit mortale peccatum. Sacramentum, quãtum ad vinculi inſeparabilitatem. Fides, (quantum ad eius eſſentiale) eſt non negare debitum licite petẽti. Proles, id eſt, animũ habere paratum ad procreandam, & educãdam prolem, ſi Deus dederit. Quæ tria bona habentur in cap. Omne. 27. q. 7. & ca. fi. & in Conc. Colon. de Matrimonio. §. Virtus, & §. ſeq. S. Tho. 4. diſtin. 31. q. 1. ar. 1. & in addit. 3. par. q. 49. ar. 1. 2. & 3. Ange. Matri. 2. nu. 24. Sylu. Matrim. 1. q. 3. Sot. 4. diſt. 31. q. 1. & 2.

Quibus modis poſſit cõſenſus inualidari.

52 QVæritur. Quibus modis poſſet cõſenſus, ſeu matrimonij materia inualidari? Reſpon. Tribus. Primo Conditione aliqua. Secundo Metu, vel vi. Tertio ex defectu ętatis legitimæ.

De Primo, uidelicet, de conſenſu conditionato, uel De conditionibus oppoſitis.

QVæritur. V. Conditio matrimonio appoſita, illud ſuſpendat quouſque impleatur? Reſp. licèt S. Th. 4. & addit. 3. par. q. 47. ar. 5. Ricar. Scot. S. Bonau. & alij quos refert, & ſequitur Flores Theol. q. in 4. d. 28. ar. 11. Sot. d. 29. q. 2. ar. 1. Ange. Matrim. 3. Syl. eod. Vigue. c. 16. §. 7. verſi. 6. & alij ponant cõplures cõditiones; melius tamẽ breuius, ac clarius Reſ. cũ Nauar. 22. num. 61. & Couar. 2. p. de Matrimonio. c. 3. §. 1. nu. 1. uidelicet; conditionũ in Matrimonijs tria eſſe genera, iuxta Gl. recept. in c. fi. de Condit. appoſ. Primum eſt earũ, quæ turpitudinẽ cõtinent, & contra ſubſtantiam, bonum, aut fidẽ ſunt Matrimonij, qualis eſt illa; Si curaueris non concipere; quæ eſt contra bonum generationis. Et illa; Si aliam ditiorem, aut nobiliorem in uenero; quæ eſt contra bonum indiuiduitatis. Et illa; Si victum ex adulterio quæſieris: quæ eſt contra bonum fidei. Quę oẽs ſi apponantur, matrimoniũ annullant. tex. in c. Aliquando. & c. Solet. 32. q. 2. c. fi. de Cõd. ap. declarat optimè Flores ſupra. 53

Cõditio appoſita matrimonio quid faciat.

Cõditionũ tria genera.

Secundum genus eſt earum, quæ turpes, dicuntur; aut factu impoſſibiles: ſed non contra ſubſtantiã, aut bonum matrimonij. Vt, ſi furatus fueris; Si occideris: Si cęlũ digito tetigeris: quæ non annihilant, ſed pro non appoſitis habentur; & valet Matrimonium.

Tertium earum, quæ ſunt honeſtę, ut ſi pater meus voluerit: Si tãta dos detur, quæ ſi ſunt veræ conditiones; Matrimonium ſuſpẽdunt, quouſq; talis conditio impleatur. c. De illis. c. Super eo. cap. per tua Cõdit. app. Naua. ſup. & communis.

QVæritur. V. Præſtito coniugali conſenſu, per verba de pręſenti ſub cõditione; ea adueniente, ſtatim ſine alio actu cõſenſum exprimente tacitè, vel expreſſe ſit Matrimonium, aut requiratur aliquis actus, ſaltẽ tacite conſenſum cõiugalem ſignificans? Reſpon. quòd licèt Abb. Innoc. & Canoniſtarũ Cõmunis. 54

V. adimpleta cõditione ſit neceſſarius nouus cõſenſus.

in c.

in c. De illis. & c. De eo. Henric. in ca. ſi. col. 2. de Cōdit. ap. Palud. 4. d. 29. q. 2. ar. 3. Nau. c. 22. nu. 63. teneāt ſtatim, adimpleta cōditione, eſſe matrimoniū abſque nouo cōſenſu: Cōtrariā tamen; tenet S. Th. 4. d. 29. q. 2. ar. 3. quæſtio. 3. Io. Maior. 4. d. 27. q. 4. col. 2. Adriā. 4. de Matrimonio. c. Ad diſcernēdū. Victoria in Relectione de Matrimonio, & in ſum. nu. 258 Couar. 2. p. de Matrimonio. c. 3. nu. 5. Sot. d. 29. q. 2. ar. 1. verſi. Dū autē; dicēs Theologorū cōmunē. Flores Theolo. q. in 4. diſtinct. 29. de Matrimonio conditionato: dicens etiam communem. Qui omnes aiunt, non eſſe matrimonium, abſque nouo conſenſu, ſed tantùm ſponſalia de futuro. Ratio eſt; quia nullum ſacramentum (quale eſt Matrimonium) poteſt ſub conditione confici, neque enim miniſter ſacramenti effectum poteſt ſuſpendere. Erunt autem ſponſalia de futuro ante conditionis euentum (ſecundum Cou. & quæ ibi citat ſup.) adhunc effectum, vt per copulam, vel quid æquipollens, cenſeatur à conditione recedere; non tamen quo ad alia: ſiquidem ante conditionis euentum non oritur publicæ honeſtatis impedimentum.

Quod erat verum ante Conc. Tr. ſeſ. 24. c. 1. de reform. matr. quo tempore per talem copulam animo maritali ſequutam, videbantur contrahentes à conditione recedere, & fiebat verum Matrimonium. Nunc autem etiam ſi talis copula ſequeretur, nullum erit Matrimonium. Communis omnium.

55 *Quid ſi conditione, ſi Papa diſpēſauerit.* QVæritur. V. Quando duo, legitimū habentes impedimentum, contrahunt per verba de præſenti, ſub hac conditione: Contraho tecum, ſi Papa diſpenſauerit; adueniente diſpenſatione, opus ſit nouo conſenſu, vel iam ſit perfectum Matrimonium abſque conſenſus renouatione, vel tantum ſponſalia de futuro? Reſ. in hac q. duas eſſe contrarias communes opiniones, quas referr Sylu. Matrimonium. 3. q. 9. Sot. 4. d. 29. q. 2. ar. 1. Cou. 2. p. de Matrimonio. c. 3. nu. 7. Prima eſt Canoniſtarum dicentium, nullo alio nouo conſenſu opus eſſe, facta à Papa diſpenſatione: ſed ſtatim verum eſſe Matrimonium. Communis autem Theologorum, quam refert, & ſequitur Victoria in ſum. nu. 258. Sotus. & Cou. ſup. tenet, etiam data Papæ diſpenſatione, non eſſe verum Matrimonium, nec ſponſalia de futuro: & ſic eſſe opus vt nouum præſtent conſenſum, etiam ante concilium quo tempore iſta quæſtio habebat locum. Nunc autem poſt Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de Reform. matr. nulla eſt dubitandi cauſa, cùm etiam ſi millies conſenſus de præſenti, abſque ibidē requiſitis præſtetur, nullum ſit Matrimonium de præſenti; neque talis conſenſus de præſenti, dari poterit iuridicè, ante diſpenſationem obtentam, ab Ordinarioque approbatam, atque ante denūtiationes, & alia requiſita.

QVæritur. Vtrum Matrimonium contractum cùm conditione honeſta; quæ tamen eſt contra finem, vel bonum Matrimonij, vicietur, illa, vt, Si quis con trahat hac expreſſa conditione, contraho tecum ſi mecum vixeris in perpetua caſtitate? Reſp. quod licèt Palud. 4. diſt. 30. q. 2. concl. 2. dicat tale matrimoniū valere. Contraria opinio eſt Communis & vera; quam, ex S. Bonau. Adr. Rich. & alijs, maximè ex. c. fin. de Condit. app. probant Sot. 4. d. 29. q. 2. ar. 3. verſi. Eſt enim dubium. & Cou. 2. par. de Matrimo. c. 3 §. 1. nu. 3. & multis confirmāt. 56 *De conditione honeſta contra finem tamen.*

De alijs autem Conditionibus, quæ tam ordinariæ non ſunt, uide autores, maximè Nau. c. 22. à nu. 61. Sotum. d. 29. Cou. ſup. Victoriam à nu. 258.

De Secundo, ſcilicet de conſenſu metu, uel vi præſtito.

PRO cuius intelligentia Nota. Primo metum dupliciter accipi. Eſt enim metus ab extrinſeco, & metus ab intrinſeco. Metus ab intrinſeco eſt, quando ex mortis naturalis, vel violentæ, inferni, Iudicij, infamiæ, vel alterius periculi conſideratione, in animo meo concipio, timorem aliquem, quo timore motus aliquid voueo, promitto, vel iuro. Qui metus multoties ab ipſo Deo animæ, infertur. Metus ab extrinſeco, eſt quando, alius, homo 57 *Metus duplex.*

mo minis, flagellis, inſamia, vel morte, mihi infert metũ, quo motus aliquid facio, promitto vel iuro, quod minime, niſi talis metus fuiſſet illatus, feciſſem. omnes communiter.

58 *Metus ab extrinſeco, diuidit.*

SEcundo. Nota, quòd ſecundum omnium communem, vt patet ex Abb. in c. Cum locum: de deſpõſ. Alex. Ales. S. Th. S. Bonauẽt. Ricar. Scot. Durã. Sot. & alijs, & Flor. Theolog. q. 4. d. 29. ar. 1. Metus ab extrinſeco diuiditur, in metũ cadentem in conſtantem virum, & in metum alium leuem, vel leuiorem id eſt non cadentẽ in virũ fortem, & cõſtantẽ.

59 *Metus cadẽs in cõſtantẽ virum quotuplex.*

TErtio. Nota, quòd ſecundum ſupra dictos Doctores, metus cadens in conſtantem virum eſt quadruplex. ſ. timor mortis, perpetuæ ſeruitutis, perpetui carceris, vel amiſſionis ſtatus. Caiet. autem in Summa, verbo matrimonium: impedimẽto. 6. timorem verborũ, & ſtupri adiungit. Quibus omnibus metũ grauis infamię libenter addiderim, maxime in perſona nobili: De qua illud verificari poteſt, melius eſt bonum nomẽ, q̃ diuitiæ multæ. Dicitur aũt metus cadens in conſtantẽ virum, quia quilibet, etiã magnanimus talia timere ſolet. Et quando metus excõmunicationis, vel peccati venialis, &c. dicatur talis; vide Couar. 2. par. de matr. c. 3. §. 4. nu. 12. * Nota tamen ꝙ metus mortis pro fidei defenſatione, & cõfeſſione, quantum ad verum Catholicum, non eſt metus cadens in cõſtantẽ virum, Quinimo nec metus mortis pro peccato mortali etiã minimo perpetrando, vt tenẽt Doct. Theol. & maximè. S. Tho. qui hoc tenet non ſolum de peccato mortali, immo ẽt veniali. in 1. quodl. ar. 9. Vbi de hoc quæſtionem facit in terminis ſpecialem & Augu. & habetur in c. Ne quis. 22. q. 2. quos refert, & ſequitur Direct. Inquiſ. 2. par. q. 41. De blaſphemis.

60 *De matri. voto profeſſione, &c. Nota.*

EX quibus (vt multa vno verbo comprehendamus) talẽ eliciamus concluſionẽ: Matrimoniũ, Votum, Profeſſio Religionis, Suſceptio ordinis ſacri, quo ad obligationẽ ad caſtitatẽ, & horas Canonicas, q̃n metu ab extrinſeco cadente in conſtantẽ virũ fiunt, minime tenent. tex. c. Cum locũ. c. Veniens. de ſponſ. tradit latiſſimè Nau. c. 22. à nu. 50. Sot. diſ. 29. S. Th. cõmuniter receptus. ibi. & in addit. 3. p. q. 47. ar. 3. Ang. dicens cõmunem. verbo. matrim. 3. Impedimẽto. 11. & verbo. Metus optimè Victor. nu. 268. Couar. & alij, quos refert Nauar. ſupra. Dixi: ab extrinſeco quia facta metu ab intrinſeco tenent. Communis. ¶ Vnde. Primo infertur, quod ſi quis ab inimicis obſeſſus, in virum alicuius fœminæ ſe offerat, vt obſidionem auferat, matrimonium valebit; Fuit enim liber conſenſus, cum non ab alio, ſed à ſeipſo ſit ad contrahendum inductus. 61 *De poſito in obſidione.*

SEcundo. Infertur, quòd ſi quis metu naufragij, promittat aliquam pauperculã in vxorẽ ducere, vl. de facto, titulo charitatis cum illa contrahat; erit verum matrimonium, quia nõ ab alio, ſed à ſeipſo inducitur. Idem de voto in aliqua infirmitate, periculo ferarũ vel naufragio emiſſo. Quod votũ ſtatim obligat nec opus eſt alia ratificatione, vel confirmatione extra illud periculum. Vt quidã (ſed falſo) dixerunt. Probat latiſſimè Couar. 2. p. de matrim. c. 3. §. 4. nu. 16. 62 *Matrimo. votũ, &c. factũ in naufragio.*

TErtio. Infertur idem iudicandũ eſſe de illo, qui ducitur ad patibulum ob crimina ſua: & dum portatur dicit, ſe velle matrimonium contrahere cum aliqua meretrice, vt mortẽ euitet (vt multis in Regionibus practicatur) quia verum cõtrahit matrimoniũ. Metus enim ille non eſt cauſa ſed occaſio matrimonij. Aliud eſſet ſi portaretur ad patibulũ quia non vult cum aliqua contrahere. 63 *Quid ſi duct⁹ ad patibulum contrahat.*

QVarto. Infertur contrarium eſſe iudicandum de illo, qui inuenitur in aliquo delicto carnali, ſibique dat optio vt illam ducat, vel mortẽ patiatur, quia tunc nullum eſt matrimonium. 64 *Quid de illo q in fragãti delicto cõtrahit mrimonium?*

Si autem ille in tali periculo inuentus, ad eam ducendam ſe offerret, vt mortem vitaret; teneret matrimonium.

Idẽ de illo, vel illa, quam Pater, appoſito mortis periculo, vel metu, vel ſimili inducit ad religionis ingreſſum, Profeſſionẽ, vel aliud votum. Quia cùm ſit metus ab extrinſeco illatus; nullum erit matrimonium, Votum, vel Profeſſio.

Quinto.

65 *De Metu levi.* QVinto. Infertur, quod ſi quis alio levi metu talia vota emiſerit, matrimoniumvè contraxerit; rata erunt, ac firma. Quæ omnia poteris colligere ex Doct. ſup. citatis, & ex alijs in materia de matrimonio, & metu, & ex Decretalibus in tit. de ijs, quæ vi, metuſue cauſa fiunt, maximè ex Couar. Soto, & Nauarro. ſupra.

66 *Iuramẽtum metu factum V. teneat.* QVæritur. V. Iuramentum metu factum ab extrinſeco cadens in conſtantẽ virum; teneat, vel non; ſicut de voto, matrimonio, & alijs diximus? Reſpõ. Iuramentum, quocunq; metu factũ, eſſe ſeruandum: nec contra illud poſſe venire, ante ab eo impetratam abſolutionẽ. Probat latiſſime Couar. 2. par. ca. 3. §. 5. num. 2. & 3.

67 *Quid dicat Matrimonium.* QVæritur. Cum in matrimonio inueniantur quatuor, ſcilicet conſenſus, cõtractus, mutua obligatio, vel vinculum, & copula carnalis, quod horum ſit matrimonium? Reſpõ. Nullum ſupradictorum eſſe matrimonium; ſed tãtum vinculum, & obligatio illa mutua viri, & mulieris Matrimonium nuncupatur, & dicitur. Victoria. nu. 246.

De puritate conſenſus.

68 *V. ſit mortale pctm̃ cõtrahere alio fine?* QVæritur. V. ſit mortale peccatũ, Matrimonio contrahere tantum ꝓpter carnis delectationem, pulchritudinem, diuitias, &c.? Reſpon. tantum eſſe veniale. Quia contrahere propter finem qui de ſe non eſt mortalis, tantùm eſt veniale vt declarat opinio Nauar. c. 22. nu. 79. quicquid alij in diuerſis locis contrarium dixerint.

De Tertio, ſcilicet, de ætate requiſita.

69 *Quæ ætas requirat ad matrimonium.* QVæritur. Quæ ætas requiratur ad cõtrahendum matrimoniũ per verba de præſenti? Reſpõ. quòd & ſi diuerſæ fuerint de hoc autorum opiniones; quas refert Couar. 2. par. de Matrim. c. 5. nu. 1. quod ad noſtrum tamen tangit propoſitum, Dic, regulariter in maſculis requiri ætatem. 14. & in fœminis. 12. annorum completorum. tex. in cap. Puberes. c. Continebatur. c. Atteſtationes. cap. Ex litteris de Deſponſ. impub. c. 1. §. idem quoque; eod. titulo. in 6. cum Glo. vtrobique tex. l. Quæſitum. & in l. In ſponſalibus. Vbi Gl. ff. de ſponſ. & Communis de qua vide Silueſ. Matrimo. 5. q. 1. S. Tho. in addit. 3. par. q. 58. ar. 5. Nauar. c. 22. nu. 29. Sot. d. 35. q. vnica. ar. 5. & Couar. & ſupra.

DIxi Regulariter: Quia aliquando abſque dicta ætate, poterit matrimonium contrahi; quando. ſ. malitia ſupplet ætatem, vt hãbetur in c. De illis. 2. c. Puberes. c. fi. de Deſponſ. impub. & Communis ſupra. 70 *Malitia ſupplet ætatem.*

QVæritur. In quibus conſiſtat hæc malitia? Reſpon. In duobus; ſcilicet, in diſcretione ad præſtandum conſenſum. i. quòd intelligat quid facit; Et in potentia ad carnalem copulam. Quæ malitia, hac de cauſa prudentia vocatur, in d. c. fin. Gloſſ. in d. c. De illis, verbo Malitia. Cou. ſupra. Abb. Inn. & oẽs. 71 *Malitia in quo cõſiſtat.*

QVæritur. Vtrum ſufficiat vnum habere ſine altero? Reſpon. ꝙ non. Neceſſarium enim eſt vtroq; polleat: iudicio, ſcilicet diſcretionis. & potentia. Communis, ex Couar. ſupra. 72 *V. ſufficiat vnum?*

QVæritur. Vtrum. Sit mortale peccatum contrahere ante legitimam ætatem? Reſpon. quòd quamuis aliqui tenuerint ꝙ non: verius eſt peccare mortaliter, niſi iuſta excuſet cauſa. vt ex Archid. Hug. Palud. & alijs, probat Silu. Matrimonium. 5. q. 6. 73 *V. ſit peccatũ mort. cõtrahere antè legit. ætatem.*

Quis poteſt Matrimonium contrahere.

VIſis tribus, quibus conſenſus invalidari poteſt, quæritur: Quis poſſit matrimonium contrahere? Cui quæſtioni tali Reſpond. concluſione: Omnis vtriuſque Sexus, ætate legitima, debitoque iudicio præditus Matrimonium contrahere poteſt; niſi aliquo Iuris diuini, vel Canonici impedimento arceatur, cap. Cum locum. capitu. Cum apud. de ſponſal. & communis. 74 *Quis poſſit cõtrahere.*

Dixi,

75 *De furioſo Ebrio, dormiente, &c.*

DIxi: Debito iudicio; vt intelligas furioſum, ebrium, dormiētem, dum tali vitio laborant, Matrimoniū minime cōtrahere poſſe. c. Dilectus, de ſpōſ. Clemen. Si furioſus. Vbi late Couar. de homicidio. S. Th. in addit. 3. par. q. 5. ar. 3. S. Bonau. Ricard. & alij. 4. d. 34. Flores. Thool. q. 2. ar. 3. Sot. q. vnica. ar. 4.

DE IMPEDIMETIS Matrimonij.

76 *Impedimenta mrimonij duplicia.*

QVæritur. Quæ ſunt illa quæ matrimoniū impediūt, ne fiat? Reſpō. Impedimenta matrimonij eſſe duplicia: quædam enim impediunt ne Matrimoniū contrahatur; ſi tamen de facto contractum fuerit, Matrimonium tenet, quāuis ſi contrahentes peccent, & in aliquibus caſibus mortaliter, & alijs afficiātur pęnis: vt infra ſuis locis videbis. Alia sūt quæ non tantum, prohibent Matrimonium fieri; ſed etiam. Si de facto contrahatur, eſt nullum. vt infra patebit.

De impedientibus tantùm aliqua proponam.

77 *Exiſtēs in mortali non pōt contrahere.*

PRimum. Exiſtens in mortali peccato contrahere Matrimonium non pōt abſque nouo peccato mortali; ſi tamē de facto cōtrahat, tenet S. Ant. 3. par. tit. 1. c. 19. §. fin. Nauar. in princ. de Pęnitētia. d. 5. par. 6 Glo. nu. 33. & 39. Concil. Colon. de Matrim. §. Verbum. & Communis per Couar. 2. par. c. 7. nu. 1.

78 *De illo qui vouit vel iurauit.*

SEcūdo. Ille qui iurauit, vel vouit Matrimonium non contrahere, & poſtea periurus contrahat de facto, Matrimonium tenet c. De illis c. Sicut de ſpōſ. Glo. in c. Mulieres, de iure iur. Gl. fi. de Procurat. li. 6. Couar. ſupra nu. 2.

79 *De Excōmunicato cōtrahere.*

TErtio; Matrimonium cōtractum de facto ab Excommunicato, tenet, c. Significaſti. De eo qui duxit in matrimo. quam pol. per adult. ſingularis. ſecūdū Francum in c. Decreuit, de Hęret. in 6. & in ca. primo. col. 3. de Except. in 6. Felynus in Rubtica de ſponſ. col. 5. quē tex. valde commendat Ioann. Maior. 4. diſtin. 29. ad fin. nota Gloſſ. c. Illud. 15. d. Gloſſ. in c. Alma mater verbo. Sacramentis. de ſenten. excomm. in 6. Nauar. c. 22. num. 81.

80 *De contrahēte cum excōmunicato.*

QVarto. Qui contrahit cum Excōmunicato, quia cōmunicat in sacramento Matrimonij, peccat mortaliter, tenet tū matrimonium, Viguerius. c. 16. §. 7. verſi. 8. Quod eſt verum, ſi Excommunicatus ſit publicè denuntiatus, vel notorius percuſſor clerici. Extrauag. ad Euitanda.

81 *Quid de ſpōſo cū alia cōtrahente.*

SEcundo ſponſus de futuro ligatus eſt ne cū alia contrahat; ſi tamen de facto contrahat cū alia, per verba de præſenti, valet matrimonium ſecundum, etiam ſi copula non fuerit ſequuta vt ſupra de ſponſalibus, diximus.

82 *De iudicis prohibitione.*

SExto Matrimonium contrahi non debet, contra Iudicis prohibitionem; Si tamen de facto fiat; factum tenet. c. 1. cum alijs, de matrimonio contracto contra prohibit. Vel interdict. Eccleſiæ. Ang. Syl. Couar. Nauar. & alij ſup.

83 *De Papa vel legis prohibitione.*

SEptimo. Si Matrimonium fiat, de facto, contra legis, vel Summi Pontific. prohibitionem; valet. Quando. ſ. illa prohibitio habet tēporalem, non perpetuam cauſam prohibitionis. Gl. c. Tuam de ſponſa duorū, vbi Abb. & in §. Ad diſſoluēdū de Deſpōſ. impub. Dominicus. Conſec. 33. col. 5. Decius. in c. 2. col. 2. de Teſtibus notat. Gl. inſignis in Clem. 1. verſi. Inhibentes. de Iure par. Couar. multa allegans. 2. par. de matrim. c. 6. nu. 6.

84 *De matri Clādeſt. ante Concil. Triden.*

OCtauo Ante Concil. Triden. Seſſ. 24. cap. 1, matrimonium clandeſtinum erat prohibitum per text, capit. Cum inhibitio. cum alijs de Clandeſt. Deſponſ. Si tamen de facto fiebat, factum tenebat. cap. Nec illud. 30. quęſt. 5. cap. 1. vbi Abb. & alij de Clandeſt. deſponſ. S. Thom. 4. diſt. 28. art. 3. Angel. Sylu. Sot. Nauar. Decius, & alij relati à Couar. ſup.

85 *De matri. abſque denūtiationibus.*

NOno Hodie Conc. Trid. Seſſ. 24. c. 1. de Reformat. matrim. præcipit omnino, ne matrimoniū, abſq; tribus denuntiationibus, Sacerdote, & duobus, vel tribus teſtibus contrahatur: Si tamē de facto, omiſſis denuntiationibus cōtrahatur coram Parocho, & teſtibus, verum

eſt

eſt matrimonium. Vt probat Cord. in ſum. Nauar. c. 22. nume. 69. & alij moderni.

De habenti uotum ſimplex. DEcimo. Qui votum ſimplex emiſit Caſtitatis, omnino impeditur ne matrimoniũ cõtrahat: Si tamẽ de facto id fecerit, licèt grauiſſime peccaret, matrimoniũ teneret Omnes. in c. 2. 27. diſt. Etiã ſi uterque vouiſſet; Secundũ Cõmunem, quã refert, & ſequitur Nauar. c. 22. nu. 72. quẽ uide de hoc impedimẽto. & Ang. matrim. 3. Impedimẽto. 5. Sylu. & omnes. Tradit multa congerens Caniſius. de Matrimonio. §. 4.

87 *De voto Religionis.* VNdecimo. Itẽ. Qui emiſit ſimplex Religionis votũ contrahere non poteſt; Si tamen de facto cõtraxerit, Matrimonium tenet: Communis. ſup.

88 *Qui mortua vxore.* QVæritur. An in dictis caſibus mortua vxore poſſit aliã ducere? Reſpon. quod non. Quia votum non erat ablatũ ſed executio voti. S. Th. Hug. Ricar. & alij. Ang. ſupr. num. 4. & alij quos refert Vict. num. 293.

89 *Contrahens contra uolunt. parentũ.* DVodecimo. Qui contra prohibitionem iuſtam ſuorum Parentum cõtrahit Matrimonium, peccat mortaliter Matrimonium tamen valet. Nauar. cap. 14. nu. 15.

90 *De Catechiſmo.* DEcimotertio. Qui inſtruit de rebus noſtræ Sãctæ Fidei aliquem Baptizãdum: (Ex quo actu Cognatio ſpiritualis ex Catechiſmo oritur) non poteſt cũ illo cõtrahere; Si tamẽ de facto cõtrahat factũ tenet. ca. Per Catechiſ. de Cognat. ſpirit. in 6. cap. Ante Baptiſmũ. de Conſec. d. 4. Angel. Syl. Armil. Caiet. & Couar. 2. part de Matrimonio. c. 6. § 4. nu. 11. Naua. c. 22. nu. 40. & 72. Viguerius. c. 16. § 7. verſ. 8. Quę cognatio limitatur per Cõc. Trid. ſicut illa quæ ex Baptiſmo oritur. Nauar. ſup. S. Th. tamen in addit. 3. par. q. 56. ar. 2. & Sot. 4. diſt. 42. negant ex Catechiſmo. hanc conſanguinitatem oriri: Sed tene cum alijs Doctoribus ſupra citatis.

91 *Impedimẽtum criminis duplex.* VIde alia impedimenta impedientia tantum, per Armill. Matrimonium. num. 53.

Aliud impedimentum matrimonij dicitur crimen, quòd duplex eſt; Aut impedit. & dirimit. aut impedit tantũ. de Primo poſtea dicetur.

PRo quo nota, Septem eſſe crimina, quæ Matrimonium contrahere vetant; Si tamen de facto fiat, Matrimoniũ omnino tenet. 92 *Septem crimina vetant &c.*

PRimum impedimentum eſt inceſtus S. Th. 4. & in additio. 3. par. q. 85. 93 *De inceſtu.* art. 4. Ang. Syl. Armil. maxime, verbo Matrimoniũ. nu. 35. Caiet. in ſum. verb. Matrim. Nau. c. 24. nu. 74. Couar. & Sot. Quòd impedimẽtũ dupliciter cõſideratur; Aut tale crimen inceſtus cõmiſſum eſt ante Matrimoniũ, et tunc impedit, & dirimit; Quo caſu, ſi habita diſpenſatione contrahat, mortua vxore, poterit aliã ducere. Aliud eſt quando contracto Matrimonio cognoſcit conſanguineam vxoris ſuæ.

IN quo Nota: Quod quamuis varias de hoc impedimento Nau. ſup. adducat opiniones: An. ſ. omnis inceſtus etiã, 94 *Quis inceſtus ĩpediat, &c.* cum cõſanguinea propria impediat Matrimoniũ; & pro parte affirmatiua, magna ſint fundamenta: vera tamen reſolutio hæc eſt, ꝙ tantum intelligatur de inceſtu cum cõſanguinea vxoris commiſſo. Ita ꝙ uxore mortua non poſſit inceſtuoſus cũ ulla alia in perpetuũ cõtrahere: quod eſt in pęnã peccati, propter iniuriam Matrimonio illatam: Ita ex Palu. & Communi reſoluit Nauar. c. 22. nu. 75. Ita etiam ex. c. 1. De eo qui cogn. conſang. vxor. ſuæ S. Th. S. Anton. Abb. reſoluit Armill. verbo. Matrim. nu. 57. & ex Caiet. verbo. Matr. impedim. 5. S. Th. S. Ant. Abb. Syl. Caſtro, & alijs reſoluit late Couar. 2. part. de Matri. c. 6. nu. 4. ¶ In quo caſu qualiter Epiſcopus 95 diſpenſare poſſit, & debeat. vide Nauar. ſupra.

96 *Quid ſi mortuã vxorem conſanguineã cognouit?* QVæritur. V. Ille, qui non uiuente uxore, ſed poſt eius obitum, conſanguineam eius cognouit, ſit inceſtuoſus, & ad contrahendum cum alia quacũque impeditus? Sotus 4. diſt. 37. q. unica. ar. 1. credit quod non quod mihi placet. ob rationem ſupradictam quia nullam iniuriam facit Matrimonio.

Nota

97 *De Aſſinitate īcurrenda.* NOta tamen, quòd ad hoc vt impedimentum hoc incurratur, oportet, vt vir talem conſanguineam cognouerit intra vas, & cum alijs circunſtantijs, de quibus infra in principio de affinitate.

98 *Extenditur ad ſecundum gradum.* SEcundum. Not. Quòd poſt Concil. Trid. Seſſ. 24. de reform. Matrim. & Motum proprium. Pij V. hoc impedimētum inceſtus ex fornicatione tantū extenditur ad ſecundum gradum.

99 *Quid ſi ignorabat talē eſſe.* QVęritur. Quid ſi cognouerit quis cō ſanguineam vxoris ſuæ ignorans talem eſſe? Reſp. tunc non impediri a petitione debiti, quia realiter inceſtum non commiſit Paluda. & alij, quos refert, & ſequitur Victoria ſumma. numero 238.

100 *Vxoricidium duplex.* SEcundum crimen eſt vxoricidium: Quod dupliciter conſideratur. Aut enim vir occidit vxorem, vt aliam ducat, & de hoc infra: aut occidit non hoc animo, ſed alia de cauſa. Et in hoc caſu vir occidens vxorem Matrimonium abſque diſpenſatione cōtrahere nequit. Quod ſi de facto contrahat, factum tenebit tex. c. Admonere. 33. quæſtione 2.

De īgreſſu religionis. ¶ Quem tex. omnino vide, quia allegatur quotidie ad probandum, quòd ingreſſus religionis ęquiualet omni pęnitentiæ.

101 *Quid ſi autoritate publica uxorē occidat.* QVæritur. V. hoc impedimentum contrahatur, quotieſcunque etiam autoritate publica maritus propter adulterium uxorem occidere? Reſp. quòd nō; ſed tantum quādo illam autoritate propria cum cauſa, vel ſine ea, peccando mortaliter, interfecerit, S. Thom. in addi. 3. p. q. 61. artic. 1. & 2. Sot. d. 37. q. vn. art. 3. & 4.

102 *Quid ſi mulier virū occiderit.* QVæritur. V. Eandem pęnam incurrat, atque impedimentum mulier virum ſuum interficiens? Reſpon. quòd quamuis Syl. Armil. Matrimonium. nu. 58. & alij, negent; Contrarium tamen eſt tenendum cum Palud. 4. d. 34. quem refert, & ſequitur Nauar. c. 22. num. 74. tenet Sot. 4. d. 37. Viguerius, cap. 16. §. 7. verſic. 8.

Qualiter autem maritus, vel vxor prohibeantur cum adultero contrahere, dicetur inf. de impedimento criminis.

103 *De raptu alterius Spōſæ, & quando īpediat.* TErtium Crimē eſt, Raptus alterius ſponſę. c. Statutum. 27. q. 2. S. Th. Caiet. Angel. Syl. Armil. Sot. Nauar. & omnes.

In quo nota, (ſecundum Nauar. ſup.) ꝙ licèt hoc impedimentum ante Conc. Trid. tantum erat impediens, ita ꝙ Matrimonio contracto de facto cum alterius ſponſa tenebat: Hodie autem per d. Conc. ſeſſ. 24. c. 7. de reforma. Matrimo. impedimentum hoc dirimit Matrimonium ſic contractum; niſi ſponſa ſeparetur, & in ſua relinquatur libertate ad cō trahendum.

De qua muliere īntelligat Concil. Trid. Secundo Nota, quod (meo iudicio, ni fallor) Conc. Trid. ſupra, non loquitur in caſu expreſſo tantum de ſponſa rapta ſicut Nauar. citat; Sed loquitur generaliter de omni muliere Virgine, vel nón, quæ fuerit per uim rapta: ita quòd Matrimonium generaliter, inter raptorem, & raptam contractum, minime valeat dum mulier in raptoris fuerit poteſtate. * Pro quo facit optimè Canon. 66. S. Apoſt. in hæc uerba: Si quis uirginem ſibi non deſponſatam, admota vi, detinet, a communione ſuſpenditor. Non licitum autem eſto ei alia ducere, ſed eam detineto, quam ſolicitauit, quamuis paupercula ſit.

104 *De patre tenēte filium in Bapt. &c.* QVartum Crimen eſt, malitioſa proprij filij de fonte ſuſceptio, animo fraudandi debitum cōiugi. c. De eo. 30. q. 1. idemque eſſe, ſi de Chriſmate leuet ait Caieta. verbo: Matrimo. Arm. eo. num. 59.

105 *De occidente Presbyterum.* QVintum eſt presbytericidium capit. Qui presbyterum, de pęnitent. & remiſſ. Nec eſt neceſſarium, ut talis in iudicio ſit conuictus, (vt putabat Panor.) vt ait Syl. Matrimo. 7. q. 6. Nauar. c. 22. num. 74.

106 *De pœnitent. ſolemni.* SExtum eſt pœnitentia ſolemnis iniuncta, & facta. c. De ijs ca. Antiqui. 33. q. 2. S. Tho. Ange. Syl. Armil. nu. 59.

107 *Mat. cū moniali.* SEptimum crimen eſt matrimonium contractum ſcienter cum Moniali. c. Si ergo qui 27. q. 1. & omnes Doctores qui de his agunt ſupra.

108 *Quo iure ſint introducta haec impedimenta?*

QVæritur. Quo iure ſint introducta omnia ſupradicta impedimenta? Reſpond. Quædam eſſe de iure naturæ, alia uerò tantum de iure Canonico. De quibus vide Caietan. Armil. & omnes. ſupra.

109 *V. ſit mortale cōtrahere cōtra dicta impedimenta.*

QVæritur. An ſit mortale peccatum contrahere contra dicta impedimēta? Reſp. in Septem tantum eſſe mortale, ſcilicet: Quando quis habeus votū ſimplex caſtitatis. Secundo, Quando habet votum ſimplex Religionis. Tertio, quādo quis eſt in mortali peccato. Quarto, quando eſt Excommunicatus. Quinto, quando erat cum alia per verba de futuro deſponſatus. Sexto, quando contrahit contra interdictum Eccleſiæ, vel iudicis. Septimo, qnando contrahit cum Excommunicato. ut colligitur ex Doctoribus. ſupra.

110 *Quis poteſt diſpēſare in ſupradictis?*

QVæritur. Quis poſſit in ſupradictis impedimentis tum impedientibus diſpenſare? Reſp. (omiſſis alijs altercationibus) Epiſcopum in omnibus ſupradictis impedientibus tantùm, quando cum alio non concurrunt, legitime diſpenſare poſſe; exceptis uotis caſtitatis; ita Palud. 4. d. 28. q. 2. S. Anton. 3. p. tit. 1. c. 16. §. quos refert, & ſequitur Nauarr. cap. 22. nu. 85.

DE IMPEDIMENTIS *Quæ impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt de facto contractum.*

111 *Impedimenta q̄ dirimūt contractum.*

DE quibus Nota (ſecundum omnes) quòd dicta impedimenta ſunt ſic intelligēda, ſcilicet, quod impediunt ne Matrimonium contrahant talia habentes impedimenta. Si autem quis legitimum prius contraxit Matrimonium, & aliquod talium impedimentum inciderit; Matrimonium tunc non annullatur.

Quæ impedimenta duodecim ſunt, ſequentibuſque uerſibus continentur.

Error, conditio, uotum, Cognatio, Crimen.
Cultus diſparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honeſtas.
Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis.
Hæc ſocianda uetant Connubia, facta retractant. *Duodecim ſūt.*

QVæ omnia impedimenta ſuo Ordine, prout iacent, explicabuntur.

De primo ſ. de Errore.

ERror circa multa occurrere poteſt, circa perſonam, conditionem, pulchritudinem, diuitias, & alia. Quæ omnia ad duos errores reducit. S. Thom. in addit. 3. par. q. 51. art. 1. & omnes Doctores. Ad errorem conditionis, & perſonæ. Quos omnes errores, vt melius intelligas, ſequentes nota propoſitiones. 112 *Error circa multa.*

De primo errore perſona.

PRima propoſitio. Contrahens cum una, uidelicet, Maria; quam putat eſſe Annam, non contrahit Matrimonium: quia conſenſus erat directè in Annam, & talis fuit error Rachelis, & Liæ, Ang. Matrimon. 3. impedimento. 4. Sil. Matrim. 8. q. 1. Nauar. c. 22. nu. 32. Couar. 2. par. de Matrimonio, c. 3. §. 7. nu. 1. Sot. 4. d. 30. q. 1. art. 1. concl. 1. Caiet. verbo: Matrimonium, & omnes. 113 *Contrahens cū una pro alia.*

SEcundo. Cogitans contrahere cum primogenito, & ſupponitur alius; nō contrahit. Quia deficit conſenſus. Caiet. ſup. Calder. Hoſt. & alij. quos refert, & ſequitur Nauar. c. 22. nu. 32. 114 *De primogenito.*

TErtio. Si quis cogitat contrahere cum bona, honeſta, ſana, caſta, pulchra, diuite &c. & talia non habet dona, nihilominus Matrimonium tenet: quia talis error non eſt contra ſubſtantiam Matrimonij. S. Tho. Angel. Syl. Caiet. Armil. Nauar. & Sot. ſupra. concluſ. 3. Vict. nu. 270. facit. c. Error. & c. His ita. 29. quæſt. 1. 115 *Contrahens cū alia quę caret bonis uel donis, &c.*

QVarta. Cogitans contrahere cum filia talis Regis, Ducis, Marchionis, &c. determinatè; cum talis non ſit; nullum eſt Matrimonium. Quia conſenſus tendebat in certam, & determinatam perſonam S. Thom. 4. diſt. 30. Ang. 116 *De filia Regis, Ducis, etc determinate.*

Matri.

Matri.3.impedimento.4.nu.3. Syl.ſup. Nauar.c.22.nu.32.

117 *De indeterminata perſona*

QVinta. Putans cōtrahere cum filia Regis, Ducis &c. indeterminatè, ſi talis poſtea eſſe non reperiatur, nihilominus Matrimonium tenet. Quia ſupra dicta bona ſunt fortunæ, omnes ſup.

118 *Quid ſi uirgo nō reperiantur.*

SExta. Cōtrahens cum illa, quam uirginem putabat. ſi contrarium ante copulam, vel poſt reperiatur vtroque caſu Matrimonium tenet: Quia error ille, non eſt de aſſentialibus Matrimonij. Niſi uerè ille in uirginem ſic conſenſum dediſſet, quòd alio modo nullatenus daret. Quia tunc, cùm conſenſus defuerit, nullum erit Matrimonium, deficit enim pars eſſentialis, ſcilicet conſenſus. Sed quando quis ſimpliciter contraxit cum illa, quam putabat Virginem, & ante cōſummationem matrimonij error detegitur: non eſt cogendus cōſummare matrimonium; quia cogeretur incurrere irregularitatem Bigamiæ, accedendo ad corruptam ſponſam, vt notat (& bene) Hug. in c. Raptor 37 q. 2. quem refert, & ſequitur Syl. ſup. & videbis. inf. in 2. par. de irregul. Bigamiæ.

De ſecundo impedimento, uidelicet, errore conditionis ſeruilis dirimente.

119 *De contrahēte cū ſerua &c.*

PRima Concluſio. Contrahens cum ſerua, quam putabat liberam; non contrahit. Quia error eſt eſſentialis. cap. Propoſuit. cum alijs. de coniug. ſeruorū, c. ſi quis 1. & 3. ca. Si fœmina. 29. q. 2. S. Tho. in 4. d. 30. q. 1. & in addit. 3. par. q. 52. art. 1. omnes in 4. diſt. 30. Sot. q. 1. at. 1. concl. 2. Ang. Matrim. 3. imped. 4. nu. 4. Syl. Matrim. 8. q. 2. Armil. Caiet. Viguer. & alij. Naua. c. 22. num. 33. Victor. nu. 270. Couar. 2. p. c. 3. §. 7. nu. 4.

120 *De libero cōtrahente cū libera p errorem*

SEcunda. Liber homo, vel ſeruus cogitans contrahere cum ſerua, quā poſtea reperit eſſe liberam; verè contraxit, cap. Si quis liber. §. ijs. itaque 29. q. 2. S. Thom. & communis Theologorum, & Canoniſtarum quam refert, & ſequitur Nauar. ſupra.

121 *De ſeruo contrahente inuito domino.*

TErtia. Seruus poteſt contrahere, Domino neſciente, & etiam contradicente. S. Tho. in addit. 3. p. q. 52. artic. 2. & etiam vir liber accepta vxore poteſt ſe alteri in ſeruum dare, nec per hoc ſoluitur Matrim. S. Tho. ſup. art. 3. & in 4. d. 36. Armil. Matrim. nu. 6. c. 1. de Coniug. ſeruorum.

122 *De ſeruo cōtrahente cū ancilla per errorem.*

QVarta. Seruus contrahens cum ancilla, quam credit eſſe liberam; verè contrahit. Quia ſunt in æquali gradu. Ange. Matrimo. 3. impedimento. 4. nu. 4. Sylue. Matrimo. 8. q. 2. dicens communem Theologorum, & Canoniſtarū. a qua (niſi ſingularitatis uitio eſſem notandus) forſan diſcederem. Primo. Quia talis conſenſus in illam liberam tendebat, in quam, ſi ancillā eſſe prius cognouiſſet, minimè conſenſiſſet.

Quia non omnes ſerui, nec omnes ancillę æqualis ſunt conditionis, poterit enim dari caſus (vt ſæpiſſime fit) quo ſeruus plus deſideretur in Matrimonium ab aliqua libera, quā alius liber, vel propter pulchritudinem, uocem, artem induſtriam, vel alia multa. Sed nolo a communi diſcedere.

123 *De libertis.*

QVinta Concluſio. Contrahens cum liberta, quam liberam eſſe putabat, verè contrahit. Quia iam non eſt ancilla. Sylue. Matri. 8. q. 2. cum alijs quos refert, & ſequitur Couar. 2. p. de Matri. c. 3. §. 7. num. 1.

124 *Seruus an fiat liber, & cæt.*

SExta. Seruus contrahens cum libera ſciente ſeruitutem, etiam ſciente domino, & non cōtradicēte; non ideo efficitur liber. Si autem mulier ſeruitutem ignorat, & domino præſente, & non reuelante ſerui ſui conditionem cōtrahat; efficitur liber. Communis, quam reſoluit Couar. ſupra.

125 *De dn̄o cōtrahēte cū ſerua.*

SEptima. Si Dominus matrimonium cum propria ancilla contrahat; non eo ipſo fit libera, ſed requiritur, vt illam manumittat, tex. in Auth. de Triente. & Semiſ. §. Vltimo. Quamuis. iure Regio Hiſpaniæ. l. 5. titulo 22. partita. 4. & l. 1. tit. 13. eod. par. contrarium deciſum ſit. Imò quòd ſtatim fit libera. Couarru. ſupra. num. 2.

Octaua

126 *Seruus quando efficitur liber.* OCtaua Seruus cõtrahens matrimonium cum illa, quæ eius ſcit ſerui tutem; & Dominus eius facit ei inſtrumenta dotalia; efficitur liber ex hac inſtrumenti actione, tex. l. vnica. §. ſed ſi quis homini. C. de lat. liber. tollen. Glo. per text. ibi in c. Illud, de præſumptio. Abb. & alij, quos refert, & ſequitur Co- ua. ſupra.

127 *Quo iure, hi duo errores impediant Matri.* QVæritur. Quo iure impediãt Matri. hi duo ſupradicti errores perſonæ, & conditionis? Reſ. Errorem perſonę iure naturali tollit enim liberum conſenſum. Error autem ſeruitutis tantum impedit iure poſitiuo, ex c. Propoſuit. de coniug. ſer. Vict. 270.

De Tertio impedimento, ſcilicet, voti.

128 PRo cuius intelligentia Nota. Primo hic tantũ agi de tribus votis, ſcilicet Caſtitatis, Religionis & ſacri Ordinis.

129 *Votum caſtitatis et Religionis eſt duplex, & quando dicatur ſimplex, vel ſolemne.* SEcundo. Votum Caſtitatis, aut Religionis eſt duplex, ſimplex, & ſolẽne. Simplex eſt, quando quis animo deliberato, corde, vel voce Deo caſtitatẽ, vel ingredi aliquam Religionẽ, promittit mediate, vel immediate. Mediate, quando fit Sanctiſſimæ Virgini, vel alteri Sancto. Immediate, quãdo ipſi Deo. S. Th. & omnes in 4. d. 38. Sot. q. 2. ar. 1. Ang. Syl. Cai. Nan. c. 12. per totum, et Co. 1. 2. p. de Matrim. c. 7 §. 4. nu. 7. Votum autem ſolemne eſt quando tali promisſio ni ſubſequitur perſonæ traditio realis in alterius poteſtatem ſcilicet quando nouitius, vel nouitia facit profesſionẽ. Tũc (.n.) votũ ſolẽne caſtitatis, & religionis emittit, vt notant oẽs ſup. Et ſic.

130 *Omnia vota dicuntur ſimplicia exceptis, et c.* PRima ſit Concluſio. Omnia alia vota, quæ in vniuerſo fiunt tantũ ſimplicia dicuntur, vt tradit Paluda. communiter approbatus ſecundum Nau. c. 12. nu. 32. Sot. ſup.

131 *Votum ſolemne.* SEcunda Concluſio. Votum ſolemne tantùm dicitur illud, quòd ſolemnizatur per Profesſionem tacitam, vel expresſam, factam in Religione approbata: vel per ſuſceptionem Sacri Ordinis tex. in c. Rutſus. Qui cleric. vel vouen. S. Th. 4. d. 38. & in addit. 3. p. q. 83. ar. 1. Ang. Matri. 3. imped. 5. Syl. matr. 8. q. 4. Armil. nu. 8. Victoria. nu. 293. Nauar. ſup. Sot. 4. d. 38. q. 2. ar. 1. & 2.

132 *Vota ſ. Regula S. Dominici etc.* DIxi: Approbata. Quia votum factum in non approbata; & etiam in tertia Regula S. Dominici, & S. Franciſci, non dirimeret matrimonium, quã uis plus ſcandali eſſet, ſi tales contrahe rent, quam aliæ virgines. Syl. cum al. iſ. ſup. & Cai. in Sum. verb. Matr. imped. 5.

133 *De Matrimonio contracto poſt votum ſimplex caſtit.* TErtia Concluſio. Poſt quodcunque ſimplex votum Caſtitatis, vel Religionis, matrimonium contrahi non poteſt de iure; quod ſi de facto fiat, factum tenet; grauisſimum tamen ſcelus, atque mortali peccatum erit, ſic contrahere, propter fidem Deo fractam. Et ideo talia vota, (vt ſupra dictum eſt) impediũt matrimonium, ne contrahatur: contractum tamen tenet. c. Conſuluit c. Rurſus. Qui cleric. vel vouent. c. vnico, de Voto. in 6. & Communiter omnes. S. Th. Armil. matr. nu. 55. Sotus 4. d. 38. q. 2 ar. 1. conclu. 1. & 2. * Pro quo nota quod frangenti votum ſimplex caſtitatis imponitur pœnitentia trium annorum, vt habetur in Canon. pœnit. 12. & in ca. Si vir. 27. diſtin.

134 *Voti ſolemnis vis.* QVarta Concluſio. De qua hic eſt ſermo. Votum ſolemne Caſtitatis, vel Religionis, ita impedit, & dirimit, quòd ſi Religioſus legitimè profeſſus, millies, matrimonium contrahat, nihil faciet: Quia tale impedimentum uoti ſolemnis, impedit, & dirimit. Sunt multa iura in titu. de voto. c. Presbyteris. cap. Sequenti 27. d. cap. Inſinuante. Qui cleric. vel vouen. c. Viduas, à propoſito. 27. q. 1. S. Th. 4. d. 38. & in add. 3. p. q. 53. ar. 2. Ang. Sylu. Cai. & alij, ſup. Sot. ſup. ar. 2. Vbi ait eſſe hæreſim dicere contrarium. Idem erit ſi aliquis ſacro ordine initiatus contraheret.

135 *De voto per vim.* DIxi: legitime; quia ſi per vim vel metum cadentem in conſtantem virum, fuiſſet Profesſio emiſſa; vel Ordo ſuſceptus; non tenent, vt ſup. diximus: & probant Iura, quæ citat Nau. c. 22. nu. 51. & 52.

136 ITem Quia ſi fuit ante ætatem, Profeſſio eſt nulla. Conc. Tri. Seſſ. 25. c. 15.

N Quæ-

137 *Fractio voti ſolemnis, & ſimplicis.*

QVæritur. In quo differat fractio Voti ſolemnis, & ſimplicis Caſtitatis? Reſp. Primo. Quod quamuis fractio voti cuiuſcunq; ſimplicis, peccatũ ſit mortale, & ſcãdaloſum multoties eſſet (vt ſi virgo quæ caſtitatem vouerat, contrahe ret) communiter tamen maius crimen, & ſcandaloſum eſt votum ſolemne frãgere, vt ſi monialis aliqua peccaret contra votum. Nauar. c. 12. num. 32. verſic. Decimotertio.

138 *Pœnę cõtrahentiũ poſt votum ſolẽne.*

SEcundo. Quòd ſi ille, qui habens votum ſolemne contrahit, non tantũ grauiſſimum peccatum committit, vt c. 1. de voto. 6. & in extra & in Extrauag. 1. Ioan. 22. ſed etiam incurrit Excommunicationem maiorem latam in Clemen. 1. de Conſan. & affin. Ille aũt, qui poſt Simplex votum contrahit; licet matrimonium teneat, non incurrit excommunicationem; ſed alijs afficitur pœnis. Prima. Quòd poſt contractum tale matrimonium, tenetur ſeruare votum ex parte ſua, quantum poteſt, & ita non poteſt petere debitum poſt conſummatũ matrimonium. Secunda, quòd nec reddere tenetur, priuſquam conſummet: quia ante conſummationem intrare poteſt Religionem; & ibi votũ ſeruare, c. Ex publico. de Conuer. coniugat. Tertia quòd quotieſcunque ante diſpenſatione debitũ petit, peccat mortaliter ſm communem Abb. Io. And. Io. Maioris Ang. Roſel. & aliorum, quos refert Ang. Matrim. 3. impedim. 5. nu. 4. Armil. Matrim. nu. 55. Sot. d. 38. q. 2. ar. 1. cõc. 3. & Nau. c. 16. nu. 30. licèt aliqui, aliam communem contrariam tenentes, contradicant. Quarta quòd mortuo coniuge ſuperſtes Matrimonium amplius cõtrahere non poteſt abſque diſpenſatione. Quia tenetur ſeruare votum vide Ang. & Armill. ſupra multa allegantes. Nau. c. 22. nu. 73. Ratio, eſt quia votũ non erat oblatum ſed executio voti erat ſuſpenſa cap. Quidam. de Conuerſ. coniugatorum. Sot. infra.

Nota omnia.

139 *De contrahente poſt votum ſimplex, &c.*

QVæritur. An etiam ille, qui poſt votum ſimplex Religionis, de facto contraxit, incidat in eaſdem pœnas? Reſpõ. Primò quod peccat morta. Secũdo tenetur ante conſummatione ingredi Religionem, quia poteſt, & ſic peccat conſummãdo. Tertiò quod mortuo cõiuge ſuperſtes, religionem, quam ante vouerat, tenetur intrare. In hoc tamen differt, quòd conſummato Matrimonio, exigere poteſt debitum ſemper abſque vlla diſpenſatione. de hoc vide So. 4. diſ. 38. q. 2. ar. 1. conclu. 4. & lib. 7. de Iuſt. & iur. q. 2. ar. 1.

140 *Quis diſpenſare poſſit ad exigendum debitum.*

QVæritur. Quis poteſt diſpenſare ad exigendum debitum? Reſp. Epiſcopum poſſe, ſecundum communem opinionem, quam refert, & ſequitur Armil. nu. 55. Nau. c. 12. nu. 60. & c. 16. nu. 30. & alij multi. ſ. Ang. Roſel. Speculum coniugiorum, 1. par. ar. 15. in fine. Sot. d. 27. q. 1. ar. 4. ad finem, remittit ſe ad lib. 7. de Iuſt. q. 3. ar. 1. & dicit debere diſpenſare, iuſta de cauſa, non ſolùm quando non patet acceſſus ad Papam: ſed etiam ob aliam cauſam, vt ratione periculi apud iuuenes. Et idẽ Sot. 4. d. 37. q. vnica. ad fin. affirmat Epiſcopum abſolutè diſpenſare poſſe. Nec obſtat quod dicit. lib. 3. de iuſtitia. q. 7. art. 3. Si votum caſtitatis præcedit Matrimonium, non diſpẽſat Epiſcopus; quia intelligitur, vt poſtea mortuo coniuge, poſſit contrahi, quòd eſſet diſpenſare in voto, facit etiam Nau. c. 22. nu. 76. fauet Conc. Trid. ſeſ. 24. c. 6. De qua etiam diſpenſatione vide infra nu. 210.

141 *Priuilegiũ mendicãtiũ ad diſpẽſandũ.*

IMmo adde, quòd Summus Pontifex, quidam conceſſit cuidam Prouinciali Auguſtiniano, (& conſequenter omnibus Mendicantibus per participationem) vt in foro conſcientiæ diſpenſare poſſit cum coniugibus ad petendum debitum, vt refert vera Cruz. in ſpeculo cõiugiorum. 1. par. ar. 23. ad fin. in vltima impreſſione.

142 *De voto ſacerdotum, & religioſorum.*

QVæritur. Quę differẽtia ſit inter votũ ſolẽne caſtitatis, ſolẽnizatũ p profeſſionẽ Religionis; & inter ſolẽnizatũ p ſuſceptionẽ ſacri Ordinis. i. vtrũ ſit obligatoriũ, & arctũ votũ ſacerdotũ, ſicut Religioſorũ. Reſ. votũ eſſe eſſẽtiale Religioſorũ pfeſſioni ita intrinſecè quòd ſit de eſſentia & ſubſtantia eius, iure Diuino; Votum autem Caſtitatis Ordini ſ

ſacro-

ſacrorum illis tantùm eſt annexum cõſtitutione Eccleſiæ, vt infra.

143 *Papa an diſpẽſare poſſit &c.* VNde Papa (ſecundum communiorem, & veriorem opinionem) diſpenſare non põt, vt Monachus ſolẽniter profeſſus caſtitatem, Matrimonium contrahat, vt optime ex. c. Cum ad monaſterium, de ſtatu Monach. D. Tho. D. Bonauen. & alij probat Armil. verſi. Diſpenſatio. nu. 12. & Sot. 4. d. 38. q. 2. ar. 2. verſ. De his ergo. Cum Subdiacono *Quid de Subdiacono, & alijs.* Diacono, Sacerdote, vel Epiſcopo bene diſpenſare põt: vt aliquando factum eſt, & primitiuæ Eccleſiæ vſus comprobat, vt latè probat Sot. de iuſtitia, & iure. li. 7. q. 6. art. 2. per totum. Armil. & omnes ſupr. Quamuis alij, quos Armill. citat, dicant poſſe Papam cum tali Monacho diſpenſare: id eſt, ſeparare ſtatum religionis ab hoc homine, primam tenendam dicunt multi; Ego autem tenerem Papam id poſſe, quia ratio dictat, & experiẽtia facti docet, & quia id optimè probat Henricus de Gandauo. quodlib. 5. q. 28. per totam.

144 *V. Caſtitas ſic annexa ordini ſacro ex inſtitutione diuina.* QVæſtio eſt difficilis. V. Caſtitas annexa ſit Ordini ſacro, ex iure diuino, vel conſtitutione Pontificia? Reſpõ. Grauem eſſe quæſtionem pro vtraq; parte. Sed quamuis Vigueriis. c. 16. § 7. verſic. 9. ex Canone. 6. Apoſt. & multis alijs dicat, eſſe ex inſtitutione Diuina & tenuerit Maior. 4. d. 24. q. 2. Clitoueus, de continentia ſacer. cap. 13. & probet latè Franciſcus Torrenſis li. 2. Dogmat: Cõmunis tamen opinio tenet tantùm ex Pontificia lege eſſe annexum. S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 11. & alij quos refert & ſequitur Sylu. Matrim. 8. q. 12. Sot. d. 38. q. 1. Couar. 2. par. c. 6. §. 3. nu. 1. dicens communem cum S. Tho. Soto, Caſtro, hæreſi. 4. & alijs, tenet Victoria. num. 291. & 308. allegat multa iura Marquardus, de Cęlibatu. 2. par. c. 2. ad fin. * Henricus, quolib. 5. q. 28.

De quarto impedimento, ſcilicet, cognationis.

145 *Cognatio triplex.* QVæ triplex eſt, ſecundum omnes; carnalis, vel naturalis: Spiritualis, Et Legalis.

De cognatione ſpirituali.

QVæ duplex eſt; Aut. n. impedit, & dirimit Matrimonium, aut impedit tantum. De illa quæ impedit tantùm. ſ. de illa quæ oritur ex Catechiſ. Dictum eſt ſup. nu. 90. Cognatio autem ſpiritualis quæ impedit, & dirimit; eſt attinentia duarum perſonarum, quę ex ſtatuto Eccleſiæ, oritur ex Baptiſmo, vel confirmatione, ca. Veniens, de Cognat. ſpirit. & c. 1. 30. q. 1. D. Tho. 4 diſt. 42. & in additio. 3. parte quæſtione 56. articul. 1. & 2. Angel. Matrimo. 5. impedimen. 7. Sylueſt. Matrimo. 8 quæſt. 7. Sot. 4. diſtin. 42. quæſt. 1. ar. 2. conclu. 1. communis Theolog. & Canoniſtarum, quam reſoluit Nauar. capit. 22. nu. 35. Couar. 2. parte capit. 7. §. 4. nu. 1. & 2. * Et nota Canonem pęnitent. nu. 3. & habetur in capitul. non oportet 30. quæſtio. 1. Vbi ſic habetur: Quicunque filiam ſuam ſpiritualem, vel matrem cognoſcit, ſeptem annis pœniteat; & ſimiliter ei conſentientes. Vide etiam ſupra. de confeſſ. nu. 29. in fine. 146 *Cognatio ſpiritualis, duplex.*

QVæritur. An hoc impedimẽtum ſit de iure naturali, Diuino, vel tantũ Eccleſiaſtico? Reſp. quòd quamuis ex origine ſuper illud Roman. 16. Lucius, & Iaſon, & Soſipater cognati mei: intelligente de cognatione ex Baptiſmo, poſſet probari non eſſe tantum ex iure poſitiuo, vt ait Couar. ſupra. Dicendum tamen eſt tale impedimentum tantùm eſſe ex iure Canonico: capit. Vos ante omnia, de Conſ. diſt. 4. S. Th. quem refert, & ſequitur Sylu. Matrimo. 8. q. 7. Armil. & Sot. d. 42 q. 1. ar. 2. 147 *Quo iure introducta.*

QVæritur. Qualiter hæc Cognatio impediat, & dirimat Matrimoniũ. Reſpõ. Quòd tantum quando præcedit Matrimonium. V. g. vir tenens puellam ad Baptiſmum non poteſt poſtea cum illa contrahere, quia præcedit. Item ſi mulier infantem teneat: non poteſt poſtea cum illo cõtrahere; & ſi de facto taliter contrahant, minime tenet matrimoniũ: ſecundum omnes Doct. Si autem ſuperueniat talis Cognatio non dirimit Matri- 148 *Qualiter cognatio impediat.*

 monium.

monium. Vt V. g. Quidam vxoratus tenet ad Baptiſmũ filium ſuum: non dirimitur Matrimonium. Si tamen malo animo faciat, non poteſt amplius ab vxore abſq; diſpenſatione, exigere debitum. Sylu. Matrim. 8. q. 7.

149 *Nota regulã generalẽ.* ¶ Secundũ quem Nota regulã generalem. ſ. quòd omne impedimentum faciens Matrimoniũ nullum ſimpliciter, ſi illud præcedat, facit & illud eſſe nullum ſecundũ quid, ex parte eius qui eſt in cã, ſi illud ſequatur in quantũ impedit exactionem debiti coniugalis, Sylu. ſ. ſ. cit. S. Tho. Ioan. Andr. Inno. Hoſt. & alios, & tradit Nauar. c. 22. nu 40. verſiculo. Secundum. Vide Ang. Matrim. 3. impedim. 7. Sot. ſupra.

150 *De Patrino.* Quæritur. Quis poterit, vel non Patrinus eſſe in Baptiſmo, vel Confirmatione? Reſpõ. per negationem; Abbates, Monachi, Canonici Regulares, & alij Religioſi, non debent baptizare, vel tenere ad Baptiſmum, vel confirmationem, c. Placuit. 16. q. 1. c. Non licet de cõſecrat. diſt. 4. Angel. Sylu. & omnes. Armil. Matrim. nu. 13. & diximus ſupra, de Baptiſmo. num. 69.

151 *In quibus caſibus contrahat͠, cognatio ſpiritualis.* QVæritur. In quibus caſibus, & gradibus, cõtrahatur cognatio ſpiritualis? Reſpon. Quod, quicquid olim fuerit, ſecundum iura antiqua, & Doctores quos refert, & ſequitur Syluest. S. Tho. & alij antiqui & ex modernis Couarr. Sotus. Naua. & Vigner. ponentes tres regulas, vel gradus: Hodie tñ poſt Concil. Trid. Seſſ. 24. de reform. Matri. c. 2. quo ad Baptiſmum, & confirmationem, ſequentes Nota Concluſiones.

Prima Concluſio. Patrinus vnus tantum, vir, ſiue mulier puerum tenere debet ad Baptiſmum, & confirmationem vel ad ſummum vnus, & vna. *Patrinus vnꝰ tãtum.*

Secunda Concluſio. Matrimoniũ contrahi non poteſt his temporibus.

Primo Inter leuantes, & leuatum vel eius parentes.

Secundo. Inter Baptizantem, & Baptizatum, vel eius parentes.

Quod etiam in confirmatione procedere ait dictum Concil. Trident. ſuprà.

152 *Ceſſant hodie dubia multa.* QVa deciſione ſtante, ceſſant dubia infinita ferè, quę olim à Summiſtis, & a Sot. 4. d. 42. q. 1. ar. 3. ventilabant, tacta obiter per Nauar. c. 22. nu. 38. Vbi inter alia tangit ſequentia.

153 *Maritus, & vxor poſſunt leuare puerum.* PRimum. Quòd hodie ſecurius ſine peccato, Maritus, & vxor poterint puerum leuare, ſup. nu. 39. tex. & Gl. ca. ſi. 30 4 Syl. Mat. 8. q. 7.

154 *Qualiter contrahat, cognatio quando puer baptizatur domi.* SEcundo Dicit nu. 40. quòd qñ puer domi, ob mortis periculum, Baptizatur, Cognatio Spiritualis, contrahitur inter illũ qui tunc infantẽ ad ſuſceptionẽ Sacramenti tenuit, & non inter illum qui poſtea in Eccleſia ad Catechiſmum, & Chriſmationem, vel alias ceremonias tenet: ita Ang. Matrim. 3. imped. 7. in fi. Syl. Matrim. 8. q. 7. verſ. Decimumſeptimum. Armilla nu. 14. Sot. d. 42. q. 1. ar. 2. Qui ait, tunc temporis Cognationem tantum induci; quando aqua à ſacerdote infunditur.

155 *De patre baptizante filiũ fornicariũ.* TErtium. Quòd Pater Baptizans filium ſuum ex fornicatione, etiam in articulo mortis, eſt impeditus ne contrahat cum illius matre. Quia iura quæ illud priuilegium concedunt, tantum loquuntur de marito & vxore.

156 *Quid ſi ſacer. ꝑ errorem iterũ baptizet.* QVæritur. Vtrum ſi errans ſacerdos iterum in Eccleſia baptizet puerum, qui fuerat domi baptizatus, conferat iterum Sacramentum Baptiſmi, & alia cõtrahatur Spiritualis cognatio inter alterum ſuſcipientem? Reſpõ. quòd quãuis multi Doctores affirmauerint: verius eſt contrarium: immo non reiterari Sacramentum; nec aliam de nouo induci cognationem ſpiritualem. Sot. 4. diſt. 42. q. 1. ar. 2. verſi. Atque ex his.

157 *De non baptizato Baptizante.* QVæritur. V. Non baptizatus baptizans, vel leuans infantem, contrahat cognationem ſpiritualem? Reſpon. quòd quamuis Angel. & Roſella, poſt Glo. in c. Baptiſmate, de conſec. diſ. 4. diſtinguat: Verius tamen eſt ſecũdum S. Th. Ricar. Palud. & alios, quos refert, & ſequitur Sylu. Matrim. 8. q. 7. verſic. Duodecimo, & Sot. 4. d. 42. q. 1. ar. 3. verſi. Perplexior. vbi dicit communem, nullam contrahi cognationem.

Quæritur.

158 *De Baptizante puerũ in neceſſitate.*

QVæritur. V. Ille, qui in periculo mortis Baptizat aliquē puerum contrahat hanc cognationem, ita quòd non poſſit cum Baptizati matre contrahere? Reſpō. ꝙ quãuis aliqui Doctores, (quos refert, Palud. teſte Sot. 4.d.42.q.1.ar.2. verſi. Profecto ratio:) non fuerint auſi dubium hoc determinare, ſed dixerint. Papam eſſe conſulendum, propter rationes ibi allatas: ipſe tamen Sotus, ſupra tenet cognationem in dicto caſu oriri; cui ſententiæ (ex D. Anto.) Adhæret Couar. 2. p. de Matrim. c. 6. §. 4. nu. 4.

159 *V. Requirat nudi dueri tactus.*

QVæritur. V. requiratur, quod puer nudus tangatur, vel ſatis ſit, quòd veſtitus teneatur, ad hoc, vt talis Cognatio contrahatur? Reſpon. Quocunque modo puer nudus, veſtitus, vel in aliquo Argenteo, Aureo, vel præcioſo Diſco, (honoris cauſa) teneatur; ſatis eſſe ad illam contrahendam. Sot. 4. d. 42. q. 1. art. 2. verſi. Syluester.

160 *V. Cognatio, ſpiritualis cõtrahatur ꝑ procuratorem.*

VTrum talis cognatio contrahatur per procuratorem, inter Principē, qui illum mittit ad filium alterius Principis tenendũ? Reſpon. Minime contrahi; ſed tantum contrahi per procuratorem tenentem puerum. Quia (inquit Sot. ſupra) Cognatio hęc cõſiſtit in illa actione, ad quam ſolus conſenſus non ſufficit; ſicut in Matrimonio, & alijs cõtractibus. Ita tenet Couar. 2. par. de Matrim. c. 6 § 4. nu. 6. ex Barto. Feder. Romano, Ioã. Andr. Syl. Matrim. 8. q. 7. verſi. Decimoquarto, & communi.

161 *V. Contrahat, ex fornicario cõplexu.*

QVæritur. V. Hæc cognatio contrahatur etiam ex fornicario complexu; vt ſi Petrus (v.g.) Baptizat, aut de fonte aliquem leuat, omnes mulieres, cũ quibus illuc vſq; ille Petrus fuerat fornicatus, contrahat ſpiritualē cognationē cũ illo Baptizato? Ricard. & Palud. negant per impudicum cõcubitum talē contrahi affinitatem. Quam opinionem cõplures Iuriſconſ. in c. 1. de Cogna. Spiritual. li. 6. ſequuntur: quos refert, & ſequitur Syl. Matrim. 8. q. 7. & Couar. ſup. nu. 3.

Contrarium vero tenent Alber. Magnus. S. Th. & alij antiqui, & Gl. in c. Si quis 30. q. 4 quos refert, & ſequit. Sot. 4. diſt. 42. q. 2. ar. 1. verſi. Dubium autē. Quorum ſentẽtia plus mihi placet. Sed quicquid de hac quæſtione olim fuerit, relinquentes: Nunc autem ſtante Conc. Trid. Seſ. 24. c. 2. de reform. Matrim. nulla inter dictos contrahitur cognatio ſpiritualis Nauar. c. 22. nu. 38.

162 *V. Sit neceſſariũ ꝙ patrinus reſpõdeat?*

QVæritur. V. Sit de eſſentia huius cognationis, vt Patrinus reſpondeat? Reſpō. Quicquid diuerſi tenuerint, quos refert Couar. infra, nõ eſſe neceſſaria verba ad contrahendam hanc cognationē, ſed tantum ſufficit, & eſt de ſubſtantia ſuſceptio, & leuatio ſola de Sacro fonte: cętera autem ad ſolemnitatem ſpectant. cap. 1. Vbi hoc notat Archid. de Cogna. ſpirit. li. 6. Quē in hac ſpecie Barb. ſequitur. in l. 1. ff. de verb. oblig. tenet. S. Ant. 3. p. ti. 1. c. 15. §. 3. sũma confeſſorum. Aſten. Syl. & communis, quam refert, & ſequitur Couar. 2. p. c. 6. § 4. nu. 7.

163 *De Baptizante vel leuãte filiũ Iudæi.*

QVæritur. V. Si quis Baptizet, aut leuet de fonte filium Iudæi, vel Gentilis, contrahat Affinitatem, vel cognationē, cum eius parentibus Iudæis? Reſpon. quòd quamuis Glo. c. 1. 30. q. 1. dicat, quòd nõ; S. Th. tamen, quem refert, & ſequitur Sot. 4. d. 42. q. 2. ar. 1. partem tenent affirmatiuam, quam ex eorum rationibus iudico veram.

164 *De Confeſſore, & filia ex Confeſſione.*

QVæritur. Vtrum. Hæc cognatio ſpiritualis contrahatur inter ſacerdotem, & filiam ſpiritualem ex confeſſione? vide Viguer. c. 16. § 7. verſi. 9. Vbi reſoluit talem cognationem non induci; ſed reperiri inter dictos aliam Cognationem, quæ diuerſum vinculum eſt.

De ſecunda Cognitione, ſcilicet, Legali.

165 *Quid cognatio. Legalis.*

QVæritur. Quid eſt Cognatio Legalis? Reſpon. Cognatio legalis eſt propinquitas quædam ex adoptione alicuius in filium proueniens. Gl. in cap. 1. de Cognat. Legal. Angel. Matrim. 3. impedimen. 8. S. Thom. S. Bonauen. & alij in 4. diſtinct. 42. Sot. q. 2. ar. 1. Caiet. ſumma. verbo. Matrimon. communis quam refert, & ſequitur Syluester. Matrimon. 8. q. 8. Nauar. c. 22. num. 44. Couar. 2. parte de Matrim. c. 6. §. 5. num. 1.

& Viguer. capit. 26. §. 7. verſiculo. 9.

166 *Quid adoptio.* QVæritur. Quid eſt adoptio? Reſp. Adoptio eſt extraneæ perſonæ in filium, vel nepotē, deinceps, legitima aſſumptio. Sylueſt. Armil. & alij, uerbo, Adoptio S. Th. & alij in 4. maximè Sot. ſup. S. Thom. in addit. 3. par. quæſt. 57. articul. 1.

167 *Quotuplex adoptio?* QVæritur. Quotuplex ſit talis Adoptio, uel aſſumptio, ex qua talis oritur Legalis Cognatio? Reſp. Eſſe duplicē perfectā, & imperfectā, perfecta dicitur Arrogatio: imperfecta dr̄ ſimplex in filium adoptio. Angel. Sylueſt. Armil. & omnes. verbo adoptio. S. Th. 4. diſt. 42. quæſtione 2. articul. 1. Sotus. ibidem. Couar. ſupra.

168 *Arrogatio & adoptio ī quo differant.* QVæritur. In quo differant arrogatio, & ſimplex adoptio? Reſpō. Arrogatio eſt, quando adoptatus reducitur, uel conſtituitur in poteſtatē arrogantis, ita vt adoptatus adoptanti ſuccedat ab inteſtato; nec poteſt eum pater adoptās priuare quarta parte hæredi tatis. Et ſic pfectè adoptari non poteſt, niſi ille, qui iam eſt ſui iuris. Quia ſic pfectè adoptatus nō habet amplius poteſtatē. Adoptio autē ſimplex, vel imperfecta, eſt quando quis aſſumit in filium eū qui eſt ī poteſtate patris carnalis. S. Th. Ang. Syl. Armil. Sot. Couar. & oēs ſup.

169 *De atate adoptantis, &c.* ITem. Arrogare alium in filium, non poteſt, qui non habet 60. annos; Adoptare autem poteſt quis; dummodo adoptato ſit maior. 18. annis. vt infra Sylu. Adoptio. q. 5.

170 *Adoptio quo iure īducta?* QVæritur. Quo iure ſit adoptio introducta; Reſp. eſſe iure gentium introductam; ut qui naturalibus filijs orbati ſunt, defectui illi per aliorum adoptionem mederentur. Poſtea tamen iure Ciuili. ff. & inſti. de adoptionem. confirmatum eſt.

171 *Cognatio adoptionis quo iure inducta?* QVæritur. Quo iure ſit hæc Cognatio adoptionis legalis inſtituta? Reſpō. Hanc cognationem vigorem habere ab inſtitutione Eccleſiæ, & non a lege Ciuili tantum, quæ non ſufficeret Sylu. Matrim. 8. q. 8. vt patet in Decretalibus, & lib. 6. per totū titulū de Cognatione legali. Eſt ergo reſolutiuè dicēdū; ꝙ adoptio, qua ratione ad hęreditatis ſucceſſionem attinet, iure Ciuili cōſtituta eſt; ſed qua parte Matrimoniū impedit, Eccleſiæ auctoritate, & Decreto vim illā obtinuit. S. Th. in addit. 3. par. q. 75. ar. 2. Sot. 4. d. 42. q. 2. ar. 1.

172 *Quis poſſit adoptari, vel nō?* QVæritur. Quis poſſit adoptari, vel nō in filium, cum dicatur in diffinitione; Extraneæ perſonæ? Reſpon. Per hoc verbum: Extraneę perſonę, non excludi Conſanguineos, qui quidem adoptari poſſunt; ſed dicitur extranea perſona illa, quæ ante in adoptantis poteſtate non erat. Sot. 4. diſt. 42. q. 2. ar. 1. Poteſt enim adoptari omnis, dummodo ſit præſeus: vide Syl. & alios infra.

173 *Quis poſſit alium adoptare.* QVæritur. Quis poſſit, vel non adoptare alium in filium? Reſpō. Omnis qui nō eſt prohibitus. Prohibētur. n. Primo Caſtrati oīno, non autem ſpadones, qui ex defectu accidētali generare non pñt. Scđo, Qui non eſt ſui iuris. Tertio frigidi. Quarto Minores. 25. annorum. Quinto. Fęmina; niſi ex priuilegio particulari Principis. Et reſolutiue Dic: omnē illū, qui generare poteſt, poſſe aliū in filiū adoptare; dūmodo adoptās adoptato ſit maior 18. annis; vt ex l. adoptio. ff. de adopt. & S. Tho. & alij, infra tradit Syl. verbo adopt. q. 5. Et de hac quæſtione vide S. Th. in 4. d. 42. q. 2. ar. 1. vbi Sot. ad fin. 1. ar. Ang. adoptio. nu. 6. Armil. nu. 3. & 4. & omnes Doct.

Sacerdos etiam alium adoptare poteſt, ſi naturaliter generare poſſet, ſecundum omnes ſup. & Abb. in cap. vnico de Cognat. Legali.

174 *Adoptatio ī fratrem nō eſt.* QVæritur. An poſſit quis alium in fratrē, vel in ſororem adoptare? Reſ. non poſſe. ſecūdum Ang. & omnes ſup. Sylu. q. 7.

175 *V. Cognatio Legalis īpediat matrimoniū.* QVęritur. V. Talis Cognatio Legalis impediat matrimonium? Reſp. ꝙ non tantum impedit, ne cōtrahatur, ſed etiam ſi de facto fiat, illud dirimit. c. Ita diligere. 30. q. 3. Abb. ī c. 1. de Cog. Leg. in Glo. S. Th. 4. d. 42. q. 2. ar. 2. Doctores, quos refert, & ſequit̄ Ang. Matr. 3. impedim. 8. nu. 2. & eſt cōmunior opinio, quā refert, & ſeqtur Syl. Matr. 8. q. 8. Nau. c. 22. nu. 44. Armil. Matr. nu. 19. Sotus

4. diſt.42.q.2.ar.2.Couar.2.p.de Matr. c.6. §. 5. licet alij quos referunt. Ang. & Syl. ſupra dicant tantum impedire, 176 non autem dirimere.

Cognatio legalis in q. bus det.

Qværitur. In quibus gradibus Cognatio legalis detur? Reſp. Cognationis Legalis triplicẽ eſſe ſpeciem. Prima eſt aſcendentium, aut deſcendentium, ideſt, inter adoptantem, & adoptatum, & eius deſcendentes, quæ perpetuò durat, etiam ſi talis adoptatus fuerit emancipatus, vt ait tex. in c. Ita diligere. 30. q. 3. & §. Ergo. Inſtitu. de adoptio. S. Tho. Sotus, & omnes 4. d. 42. q. 2. ar. 2. Ange. Sylu. & alij maximè Armil. nu. 16. Viguer.* c. 16. §. 7. nu. 5. Nau. c. 22. nu. 44.

Secunda eſt, quaſi tranſuerſalis. 1. Filius adoptatus, durãte adoptione, non poteſt contrahere cũ filia naturali ſui Patris adoptiui; dum talis filia eſt ſub Patris poteſtate. c. 1. de Cognation. Legal. omnes ſupra.

Tertia eſt. Adoptatus nõ poteſt contrahere cum uxore adoptantis, nec adoptans cum uxore adoptati, tex. l. Adoptiuus. ff. de Ritu. nupt.

177 *V. hoc impedimẽtum duret perpetuo?*

Qværitur. V. Hoc impedimẽtum duret perpetuo, uel ad tempus? Reſ. in prima, & tertia ſpecie, durare perpetuò. Secunda autem non, niſi dum durat adoptio, uel per illud tempus quo filia naturalis eſt ſub Patris poteſtate, ut dixi, & eſt tex. c. Adoptionem. 30. q. 3.

178 *V. impedias & dirimat.*

Qværitur. V. Hoc impedimentum impediat, & dirimat matrimonium, vel tantum impediat. in omnibus tribus ſpeciebus? Reſpon. vtrumque facere in omnibus tribus, ſecundum Gl. & communem, quã refert, & ſequitur Nauar. cap. 22. nume. 44. quamuis aliqui negẽt in ſecunda ſpecie.

179 *V. Adoptatus poſſit, &c.*

Qværitur. An adoptatus poſſit contrahere cum filia illegitima adoptantis? Reſpon. quòd ſic, ſecundum Innoc. Hoſtien. & alios, quos refert, & ſequitur Armil. Matr. nu. 18. & Nauar. c. 22. nu. 45. quamuis alij contra.

180 *De fratres, & ſorore a adoptiuis*

Qværitur. V. Vir & mulier ab vno, eodemque Patre legali adoptati poſſint matrimoniũ contrahere? Reſp. q ſic, ſecũdũ S. Anton. quẽ refert, & ſequitur Armil. ſup. nu. 19. licèt alij cõtrariũ tenuerint. * Nota tamẽ q etiã ſi filij adoptiui in multis ſint priuilegiati; nõ tamen admittũtur ad retractũ, nec etiã patres adoptiui: Vt tradit Benedic. in repetit. c. Rainutius, uerbo. Et uxorẽ nomine Adelaſiã, nu. 760. Tiraquel. de retractu. §. 1. gloſſ. 8. nu. 16. adoptiui enim (aiũt) filij sũt filij ficti, nec proprie filij adoptiui dicũtur filij, ſed ficte; ideo nõ cõprehẽdũtur in ſtatutis loquẽtibus de filijs, vt ait Bald. Conſil. 4. Statuto. ciuitatis lib. 1. Et quia etiã in eis ceſſat ratio cõſuetudinis retractus, quæ eſt ne res exeat de generẽ vide alios quos citat Tiraq. ſupra.

De tertia cognatione carnali, uel naturali ſcilicet, de Conſanguinitate.

Qværitur. Quid ſignificet hæc vox: Conſanguinitas? Reſp. Conſanguinitas, id eſt, quaſi ſanguinis unitas. Omnes, infra maximè Armilla. 181 *Vox: conſanguinitas.*

Qværitur. Quid ſit cõſanguinitas, ſeu carnalis, uel naturalis cognatio? Reſ. Eſt vinculũ perſonarũ, ab eodẽ ſtipite propinquo deſcẽdẽtiũ uel quatũ vna deſcẽdit ab alia, carnali propagatione cõtractum. S. Th. 4. diſt. 40. quæſtio. 1. art. 1. & in additione. 3. par. quæſt. 54. ar. 1. communiter recepta in arbore conſang. ſecundum Ang. Matrim. 3. impedimen. 6. Syl. Matrim. 8. q. Armil. nu. 20. Naua. c. 22. nu. 41. Couar. 2. par de Matr. c. 6. §. in principio. Sot. d. 40. q. 1. ar. 1. 182 *Quid ſit cõſanguinitas.*

Qværitur. Qui dicantur cõſanguinei? Reſpon. licèt fratres ex eodem Patre generati, vt l. 2. §. Agnati. & l. 1. §. cõſanguineos. ff. de ſuis, & legit. hæred. & §. Cæterum inſtitut. de Legali Ang. ſucceſſ. & ex eadem matre nati, dicantur, vterini, fratres, vt in Auth. de Conſan. & vter. frat. col. 2. Hodie tamen; etiam cæteri remotiores, conſanguinei dicuntur eo quod eodem ſanguine ſunt geniti ſecũdum communẽ, quam refert, & ſequitur. Couar. ſupra num. 2. 183 *Qui dicant cõſanguinei.*

Qværitur. Quod lineis gradus Conſanguinitatis aſſignentur vel diſtinguãtur? Reſ. Tres eſſe lineas. Prima 184 *Gradus cõſanguinitatis, &c.*

eſt aſcendentium, ut filius, Pater, Auus, & Proanus. Secũda. Deſcendentium, vt pater, filius, nepos, pronepos. Tertia eſt tranſuerſalium, ut fratres, & deſcendentes ab eis inter ſe in diuerſis gradibus coniuncti, text. c. 1. & per totum. 35. q. 4. S. Th. in 4. & in additio. 3. par. q. 54. ar. 2. & eſt communis, quam refert, & ſequitur Angel. Matrimo. 3. impedimẽ. 6. Sylu. & Armil. num. 21. Sot. diſtin. 40. q. unica. art. 2. Couar. 2. par. de Matrim. cap. 6. §. 6. numero 4. Viguer. cap. 16. §. 7. verſi. 9.

185 *Quomodo computẽtur.* QVæritur. Quomodo computẽtur gradus conſanguinitatis? De modo computandi gradus, multa dicũt omnes ſupra maximè Sylu. Matrim. 8. q. 7. Armill. nu. 22. Couar. ſup. num. 7. & 8. & clarius agit Viguer. ſup. Ex quibs omnibus, quo ad noſtrum tangit negocium, omiſſis legalibus Computationibus, ſequentes Notabis regulas.

Prima Regula. (ſuppoſito Arbore) Quoto gradu diſtant perſona à communi ſtipite, toto gradu diſtant inter ſe; ut duo fratres ſunt in 1. gradu, quia à Patre diſtant vno tantum gradu.

Secunda Regula. Quando duæ perſonæ inæqualiter diſtant communi ſtipite, quoto gradu remotior diſtat à ſtipite, toto gradu diſtãt inter ſe, ut puta. Petrus diſtat Ioanne duobus gradibus, & Alfonſus, diſtat à Ioanne ipſo tribus, ideo Petrus diſtat ab Alfonſo in 3. gradu c. fi. de conſang. & affinita.

Tertia Regula. In linea, quot sũt perſonæ, tot ſunt gradus vna dempta, ut pater, filios, nepos, una dempta, perſona, reſtant duæ, & ſic de alijs.

186 *In quibus gradib. ſit prohibitũ Matrimonium.* QVæritur. In quibus gradibus Conſanguinitatis ſit matrimonium prohibitũ? Reſ. aliud fuiſſe olim, aliud nunc: Preteritis enim temporibus Fabianus Papa anno Chriſti ferè. 245. Matrimonium omnino vetuit contrahi, in tertio Cõſanguinitatis gradu. At in quarto ita prohibuit, ut cõtractũ de facto omnino teneret c. De propinquis. 35. q. 2. Sed & in Septimo gradu Matrimonium fuiſſe olim prohibitũ, probat Armil. Matr. nu. 25. ex S. Th. & alijs, & tradit late Couar. 2. p. de Matrimon. cap. 6. §. 6. nu. 9. Hodie autẽ talis prohibitio tãtũ vſq; ad quartũ Cõſanguinitatis gradũ incluſiuè durat. c. Non debet. de cõſang. & affinit. Doctores ſup. Victo. nu. 285. Sot. 4. d. 40. q. vni. ar. 5. maximè. verſi. Iam ergo Viguerius, cap. 16. §. 7. verſ. 9. & omnes.

187 *Conſanguinei cõtrahẽtes quã pœnam incurrant.* QVæritur. Quam pœnam incurrant Conſanguinei contrahẽtes intra dictũ quartũ gradũ? Reſ. primo. Peccant mortaliter. Secundo. Matrimoniũ ſic cõtractum eſſe nullum. Tertio. Incidũt in Excommunicationem maiorem latæ ſententiæ, ut patet in Clement. 1. de Cõſang. & affinit. niſi ignorantia excuſet vt tradũt omnes maxime Sot. diſ. 41. q. 1. ar. 3. in fin. Nauar. c. 22. nu. 43. verſi. Secundo.

188 *De contrahentib. ſponſalia.* QVæritur. Vtrum, Incurrant eandẽ Excommunicationem cõſanguinei contrahẽtes ſpõſalia de futuro? Reſ. quod non. Nauar. ſupra. Quia quemadmodum contrahentes Sponſalia clandeſtina de futuro, non incurrunt pœnas cõtrahentium Matrimonium clandeſtinã; vt ait Gl. recepta communiter, in Clem. vnica de Conſang. quam refert, & ſequitur Couar. 2. p. de Matrimonio c. 6. nu. 22. ita in præſenti dub.

QVæritur. Vtrum Aliquis gradus cõſanguinitatis in linea recta ſit naturali iure prohibitus? Reſpon. varias in hac quæſtione eſſe Doctorum opiniones; quæ ſic aliquorum conturbant mẽtes, ut Couar. 2. par. c. 6. nu. fi. noluerit talem quæſtionem determinare. Poſtea tamen. §. 10. illam declarauit. Sot. 4. diſt. 40. q. vni. artic. 3. aliquas ponit concluſiones.

189 *V. Aliquis gradus in linea recta ſit iure naturali prohibitus.* Prima Concluſio. Præcepta illa prohibitoria Leuitici 18. ea ratione, qua illa lege poſita ſunt, nullum apud nos vigorẽ retinent. Sed tantum perpendendum eſt quantum iuris naturalis illæ prohibitiones contineant; quoniam non amplius nos obligant. His præ habitis.

Secũda ſit Concluſio. Inter patrem; & filiam illegitimam, vel legitimã, & inter filium illegitimũ. vel legitimũ, & matrẽ, ſic Iure naturali, ac Diuino Matrimonium eſt prohibitum, ut quamuis nulla alia

ſi alia lex prohiberet; eſſet nullũ. Et ideo prohibitio hęc Leuit. 18. in capite poſita fuit: Turpitudinem patris tui, & matris tuæ nõ diſcooperies. Quã cõcluſ. multis pulchriſq; rationibus cõfirmat S. Tho. in 4. & in addit. 3. p. q. 54. ar. 3. Ric. & alij quos refert, & ſequitur Syl. matrim. 8. q. 6. uerſi. Quintũ prohibitio. Armil. verbo. Diſpẽſatio. nu. 10. Sot. 4. d. 40. q. vn. ar. 1. 2. & 3. & alij multi.

Quid ſi in orbe tantum eſſent pater & filia.

190 QVæritur. V. Si in aliquo tẽpore tantùm in Orbe (ut tempore Loth) inuenirentur Pater, & filia, vel filius: & mater, poſſent ſe in Matrimoniũ copulare, ob Mũdi reſtaurationem? Caie. 2. 2. q. 154. ar. 9. ita negat, vt cogitet etiã Deũ ĩ tali caſu nõ poſſe diſpẽſare. Martinus ãt de tẽperãtia. q. de inceſtu; partẽ tenet affirmatiuã. Quẽ refert, & ſequitur Sot. 4. d. 40. q. vn. ar. 3. uerſi. Si tamen ſciſcitando urgeas. & Flores Theolog. q. de matrim. Quib⁹ libẽter adhęreo, illa ductus ratione, qua filiæ Lot cũ Patre concubuere; eadẽmet idem licere, ſi ſimilis caſus daretur.

V. prohibitio hæc duret quo ad aſcendẽtes &c.

191 QVæritur. V. Prohibitio dicta inter Parentes, & filios, duret quo ad alios aſcẽdẽtes, & deſcendẽtes in linea recta? Reſ. varias in hac quæſtione eſſe Doctorum ſententias, Ricar. enim. Scot. Dur. & Palud. 4. diſt. 40. q. vn. ar. 3. Gl. & ibi Præpoſ. in Arbore Conſ. Ab. in c. Nõ debet de Conſang. Syl. & alij, quos refert, & ſequitur Couar. par. de Matr. c. 6. nu. 11. & melius & copioſius. §. 10. nu. 4. Viguerius. c. 16. uerſi. 9. Victoria. nu. 285. & alij per text. in l. Nuptię. ff. de Ritu nuptiarum, dicunt eſſe communem opinionem, quòd ſi Adam viueret nullam poſſet in uxorem (mortua Eua) ducere. Probat etiam Add. Ang. inf. verſu. Sed ego credo.

Thomas autem de Argentina, Ang. verbo Matrimoniũ. 3. impedium. 1. nu. 1. ad fin. Caiet. ſecunda, ſecundę. q. 15. ar. 9. & alij dicũt tantum primum gradum in linea recta eſſe prohibitum.

Vltimo loco Sot. 4. d. 40. q. 11. art. 3. dictas concordans extremas opiniones tertiam aſſignat mediã ſcilicet Diuino tantum eſſe prohibitum Matrimonium inter Auum, & neptem; inter alios autẽ non in infinitum procedere. Quam opinionem validis corroborat rationibus. Quam etiam uidetur approbare Floren. Theolog. quæſt. in 4. d. 40. de gradibus Conſanguinitatis; dicens Papam poſſe diſpenſare inter Proauum, & proneptẽ. Mihi autem ſecurius videtur cum communi opinione tenere, ſicut tenet etiam dicens tutiorem ipſemet Couar. ſupra. numero 4.

Matrimon. inter fratrem & ſororem quo iure prohibitum?

QVæritur. Quo iure ſit Matrimonium 192
prohibitum inter fratrem, & ſororem? Reſpon. Doctores de hoc varia dixiſſe. S. Bonauen. enim Ricar. & Durãd. aiũt matrimonium iure diuino eſſe nullum, contractum in primo gradu lineæ collateralis. ¶ E cõtra uero. S. Th. Caiet. Th. de argentina, in 4. d. 40. q. 1. art. 3. & Loazes, in tractatu de Matrimonio. dub. 2. quos refert Couarr. 2. p. de matrimonio, §. 10. num. 5. cum multis alijs, dicũt tantùm impedire de iure Canonico, & ita quod Papa poſſit in tali primo gradu diſpenſare.

Scotus autem in 4. diſtin. 40. & Sot. ibi. q. vnic. ar. 4. concl. 1. & clarius, & melius d. 41. q. unica. ar. 3. ver. Faciamus ergo. Flores Theolog. quæſtionum, & Couar. ſup. ex D. Aug. D. Anton. Palud. Abulenſi, Ambroſio Catherino. Victoria. nu. 285. & Armi. uerbo. Diſpenſatio. nu. 10. probant tale matrimonium de iure naturali eſſe irritum, & nullum. Vbi reſpondent ad argumenta contraria. Quibus Doctorib. (licèt opinio. S. Th. & aliorum ſit probabilis) adhærendum eſſe iudico. Apud quos, maxime apud Sot. Couar. & Armill. nu 9. 10. 11. & ſeq. melius quam in alijs poteris uidere quibus gradibus, & quo iure matrimonium ſit inter Conſangineos prohibitum. Apud Armil. etiam. nu. 25. uerbo. Matrimonium, inuenies figuram arboris Conſanguinitatis clariorem, & meliorem omnibus alijs.

De arbore.

De Eccleſię prohibitione.

AN autem, & quomodo Eccleſię po- 193
tuerit gradus prohibitionis cõcedere. Vide Sotum. 4. d. 41. q. vn. ar. 5.

De Quinto impedimento, ſcilicet, Affinitate.

194 *Affinitas quid ſit?*

QVæritur. Quid ſit affinitas? Reſpō. affinitas eſt proximitas pſonarū, ex quocunq; coitu, ſeminū cōmixtione, intra naturale vas ſequuta, omni carens parētela. Quæ diffinitio colligitur ex ijs; q̄ tradit. S. Th. 4. d. 40, & Ang. Matrim. 3. impedim. 15. Syl. Matrim. 8. q. 15. Couar. 2. par. de Matrim. c. 6. §. 7. in principio, Armil. nu. 26. Gl. recepta communiter, in Arbore Affinita. Vt tradit Nauar. ca. 22. nu. 42. Sot. 4. d. 4. q. 1. ar. 1. & alij.

195 *V. Ex omni copula oriatur.*

DIxi. Ex quocunque coitu. Quia non tantùm ex licito, ſed ēt ex fornicario naſcitur Affinitas. S. Tho. ſup. & in addition. 3. par. q. 55. ar. 3. Palud. & alij; & Syl. per iura multa dicens cōmunē, & Naua. ſup. Sot. d. 41. q. vnic. ar. 2. * Nota tamen quòd quamuis affines propriè dicantur viri & vxoris cognati, dicti ab eo, q̄ duæ cognationes, quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur. l. Nō facile. §. affines. ff. de grad. affin. tamen nonnunquam affines vocamus, conſanguinitate cōiunctos: vt tradit Feſtus Pōpeius. Et in hac ſignificatione accipi videtur in l. viri. ff. vbi pupil. educ. deb. & in l. ius familiarū. C. de relig. & ſumpt. fune. & clare. in l. ſi mulier ff. de donat. inter virum, & vxor. Nam quem primū cognatum appellauerat, eundem poſtea affinē vocat. Et affinitatē quoq; pro conſanguinitate accipimus. Vt in c. 1. 35. q. 3. & in c. hæc ſalubriter. 35. q. 8. & tradunt Arch. Imol. Ioan. And. Dom. & alij quos refert, & ſequitur. Tiraq. de retractu. §. 1. gl. 9. nu. 20.

196 PEr quam cōmunem. Primo remanet reprobata opinio Gofredi dicentis tātum ex licita copula affinitatem oriri.

197 *V. Ex mr̄imonio rato oriatur.*

SEcundo. Reprobatur opinio. S. Th. 4. d. 41. q. 1. ar. 1. S. Ant. 3. p. titu. 1. ca. 11. Magiſtri ſenten. & Sot. 4. d. 41. q. 1. ar. 2. & Viguerij. c. 16. §. 9. verſ. 9. dicentium ex ſponſalibus de pręſenti ante copulam, vel ex Matrimonio rato, nō conſummato, oriri affinitatē; quos reprobat Couar. 2. p. c. 6. §. 7. nu. 6. Quamuis, S. Tho. poſtea in add. 3. p. q. 55. ar. 4. dicat, ex ſponſalibus non oriri.

198 *Quid requirat ad affinitatem?*

DIxi: Seminū commixtione ſequuta, Quia licet qs mulieris intret clauſtra pudoris: ſi intus non ſeminauerit, nō cōtrahit Affinitas, tex. in c. Extra ordinaria. 35. q. 3. S. Tho. 4. d. 41. ar. 1. quem referunt, & ſequuntur Syl. Armil. Nauar. Viguer. & omnes ſup.

Secundo. Quia ſi vir non intret clauſtra, tñ ſeminat intus, vel ſemē intus ingrat, (q̄ fieri poſſe, ēt in vaſe virgineo, aiunt oēs, maximè S. Th. quē refert, & ſequit Diaz de Lugo in practica Canonica. c. 77. de Stupro) inducit Affinitatem. Quia fit ſeminū commixtio. Armil. Viguer. & omnes ſup. Naua. ca. 22. nu. 43. Ang. infra. nu. 6. & 7. Syl. cum alijs, ſup. verſi. Secundum.

199 *Sodomia non cauſat affinitatem?*

DIxi: intra naturale vas: qa per actū Sodomiæ non inducit, ſm. S. Th. & cōmunē. in 4. d. 41. Ang. Matrim. 3. Imped. 15. n. 5. Syl. & oēs, quos refert, & ſequit Naua. ſup. Sot. 4. d. 41. q. vnica. ar. 2.

200 *De copula per vim?*

QVæritur. V. Per copulā vi p̄ceſſa, vel conditionali habitā, oriatur affinitas? Reſpō. quòd ſic. Reſoluit Couar. 2. par. de Matrimon. c. 6. §. 7. nu. 2.

201 *De copula cum dormiente?*

QVæritur. An ex copula habita cū dormiente, (q̄ fieri pōt) oriatur talis Affinitas? Reſp. q̄ ſic, ſm Card. & Præpoſ. quos refert, & ſequit Couar. ſupra.

202 *Quomodo affinitas īpediat.*

QVæritur. Quomodo hæc Affinitas īpediat Matrimonium? Reſpond. In Affinitate diuerſa eſſe genera, & gradus. Primum genus eſt quod conſiſtit in perſona, quę quālibet mulierem dicto modo cognoſcit, & ſic omnes conſanguinei talis viri ſunt affines mulieri ab eo, cognitæ in primo genere. Et è contra conſanguinei talis cognitæ, efficiuntur affines illam cognoſcenti. In ſecūdo vero genere ſunt cōſanguinei viri cōſanguineis vxoris. Et ſic perſona addita perſonæ, p carnis copulā, ſiue Matrimonium, mutat genus. Gradus autem affinitatis computant ſicut gradus Conſanguinitatis. De quibus talis ſit Regula. In eodē gradu ſum affinis. Petro; in quo vxor eius eſt mihi conſanguinea. S. Thom. Scot. Ricard. Angel. Siluestr. Palud. Couar. Sotus.

Sotus. Nauar. & omnes. ſupra.

Vſque ad quẽ gradum ĩpediat affinitas

203 NOta tamen, quòd in dicto 1. genere ſicut olim eodem modo durabat, & impediebat Affinitas ex copula illicita, ſicut ex licita vſque ad ſeptimum gradum; & poſtea vſq; ad quartum gradum c. Non debet. de Conſang. & affi. & omnes communiter, maximè Sot. 4. d. 41. q. vnica. ar. 3. per tex. in c. æqualiter. 35. q. 3. & alia iura, quæ citat Syl. Matr. 8. q. 15. verſ. Sextum. Hodie tamen Con. Tri. Seſ. 24. c. 4. de Refor. Matr. limitauit, & reſtrinxit impedimentũ Affinitatis ex illicita copula, ad primum, & ſecũdum gradum tantùm; ſtatuẽs in vlterioribus gradibus, Matrimoniũ poſtea cõtractum non dirimi. Ita ꝙ ſenſus Concili ſit, nullam affinitatem ex copula illicita prouenientem impedire, niſi vſque ad 2m gradum incluſiuè. In tertio autẽ, & quarto gradu, poſſe licitè Matrimoniũ contrahi. vt declarauit. Pius V. anno 1566. in Motu proprio incipiente. Ad Romanum. de quo Nauar. c. 22. nu. 43. Cuius reſtrictionis, & limitationis miror oblitos fuiſſe Additionatores Armillæ, Angeli, Viguerij, & Victoriæ, ſupra. nõ citantes in margine dictum Concilij, & Pij V. decretum vt ſoliti ſunt in alijs locis facere. Immò etiam oblitus fuit Cou. 2. p. c. 6. §. 7. dum agit de impedimento affinitatis.

Affinitas ex copula illicita.

Duo fratres, cũ duabus ſororibus, &c.

In ſecundo autem gradu, aut genere affinitatis, nullum eſt impedimentum; Et ſic duo fratres poſſunt contrahere cũ duabus ſororibus. Et pater & filius cum matre & filia; Et vir, mortua vxore, poterit contrahere cum relicta fratris ſuæ vxoris. Et filia vxoris ex alio marito poteſt nubere filio ſui mariti ex alia vxore: ſecundum Viguerium c. 16. §. 7. verſ. 9. Car. & alios, quos refert, & ſequitur Couar. ſupra num. 6. & §. 10. num. 8. Sot. 4. diſtin. 41. quæſt. vnica. ar. 1. verſic. Et pari modo, & Sylu. Matrim. 8. q. 15. §. Tertium in fin. Et quamuis inter fratrem, & relictam à fratre putauerit iure Diuino, & naturali eſſe prohibitum Gozad. Conſ. 51. Hier. Grat. lib. 1. vol. 2. Pariſ. Conſ. 194. vol. 4. contrarium infra, ſequenti quæſt. videbis.

V. aliq̃s gradus affinitatis ſit iure naturæ prohibitus?

204 QVæritur. V. Aliquis gradus Affinitatis ſit iure naturæ prohibitus, ita quod matrimoniũ impediat, & contractum dirimat; & in quo Papa diſpenſare non poſſit? Nota primo, primum gradum Affinitatis in duplici eſſe differentia. Prima eſt in linea recta Aſcendentium, & deſcendentium; vt ſi quis matrem, & poſt, eius filiã ducat. Aut ſi quis vxoris ſuæ filia ducat (q̃ priuigna dicit.) Aut ſi qs gener ſocrũ, vel è cõtra vna nubat patri, & filio. Aut Nouerca priuigno.

Quis poſſit ĩ hoc diſpenſare.

In ſecũda autem ſpecie, in linea collaterali primus gradus eſt, vt ſi qs ſucceſſiue duas ducat vxores, ſorores inter ſe, aut ſi vna duobus fratribus nubat. Quibus ſuppoſitis. Reſpondet Sot. in 4. diſt. 41. q. vnica ar. 3. concl. 2. auctoritatibus grauiſſimis, atq; Eccleſiæ ſanctæ exemplis. Probat primo. In primo affinitatis gradu, vel ſpecie, ideſt Aſcendentium, Papam non poſſe diſpenſare, quia (ait) iure naturæ eſſe prohibitum.

Secundo Probat Matrimonium cum duabus ſororibus, vel duobus fratribus ſucceſſiue, & alijs ſecundæ ſpeciei, non eſſe iure naturæ prohibitũ, atq; ideo. eſſe diſpenſabile per Papam. Concordat Viguerius. c. 16. §. 7. verſi. 9. iudicans ſic tenuiſſe. D. Th. 4. d. 39. q. 1. ar. 3. ad 3. Quãuis contrarium tenuerint tres auctores, in fine q. præcedentis.

Tertio. Probat Papã in reliquis omnibus Affinitatis gradibus poſſe diſpenſare. Quod probat in verſi. At vero.

Quo genere impediat Mrimoniũ affinitas.

205 QVæritur. Quomodo Affinitas impediat cõtrahere Matrimoniũ? Reſpon. Affinitatem impedire in primo genere ſupra dicto, duobus modis; Aut per Matrimonium, aut ex fornicatione. Per Matrimonium enim, Si quis cognouerit vxorem ſuam cum ſeminis emiſſione intra vas naturale, non poterit contrahere ea mortua, cum eius conſanguinea intra quartum gradum, ca. Non debet. de Conſang. & Affinit. Si autem quis aliquam extra Matrimonium cognouerit; non poterit cum eius conſanguinea in primo, & ſecundo gradu contrahere. In tertio autem & quarto ſic: vt ſupra ex Conc. Trid. & Pio V. explicauimus.

Quæri-

206 *Pœna omnium cõtrahentium.* QVæritur. Quam pœnam incurrant Affines contrahentes matrimonium gradu prohibito, ante diſpenſationẽ: Reſp. vltra peccatum mortale, incurrere Excommunicationem latę ſententiæ, vt habetur in Clemen. 1. de Cõſang. & Affini. Et tradit Nau. c. 22. num. 43. verſic. 2. & diximus latius ſupra.

207 *Quid ſi affinitas ſuperueniat matrimonij* QVæritur. Quid ſi Affinitas ſuperueniat? Reſpon. ꝙ aut ſuperuenit ſponſalibus de futuro, aut matrimonio rato, non conſummato, aut denique rato & cõſũmato. In primo caſu, (quando. ſ. quis cognouit cõſanguineã ſponſæ ſuæ de futuro) ſoluũtur ſpõſalia; nec poteſt vir habere in ſponſam illam, obſtante affinitate nec illam quam cognouit, obſtante publica honeſtate. S. Th. addit. 3. p. q. 55. arti. 9. Syl. Matt. 8. q. 15. verſic. Septimum.

In ſecundo caſu, quando ſcilicet, quis ante conſummationem matrimonij, cognouit cõſanguineam ſuæ ſpõſæ de præſenti, vel vxoris, non poteſt poſtea petere debitum ab vxore. Imo nec requiſitus poteſt matrimonium conſummare, ſecũdum Palud. & alios quos refert, & ſequitur Syl. ſup. Quia poteſt & tenetur tunc intrare Religionem ante conſummationem matrimonij, quamuis contradicat Angel. & alij.

In tertio autem caſu, quando ſcilicet, conſumato matrimonio, accedit quis ad conſanguineam uxoris ſuę: tũc remanet impeditus ab exactione debiti coniugalis, quouſque diſpenſationem exigendi obtineat. Reddere autem petenti explicitè uel implicite poteſt; & debet etiam ante diſpenſationem. Syl. Caie. Armil. Sot. Naua. & omnes.

208 *Quid ſi ignorauit?* QVæritur. Quid ſi uir ignorabat talẽ eſſe conſanguineam vxoris ſuæ. Reſp. tunc nõ impediri a petitione debiti. ita Nau. Sot. & Communis.

209 *V. hoc impedimentum exigendi debitũ procedat vſ* QVæritur. V. Hoc impedimentum ab exactione debiti procedat quotieſcunque maritus cognouit cõſanguineã vxoris, vſque ad quartum gradum, vel non? Reſpon. quod quidam putant procedere vſque ad quartum gradum, quia Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de Reform. Matrim. ſolum aufert impedimentum Affinitatis ex fornicatione in tertio, & quarto gradu quo ad Matrimonium contrahendum, uel dirimendum. Quare Naua. c. 22. num. 42. dicit peccare qui cum affine fornicaria, etiam in quarto gradu cõtrahit, ſed id poſtea corrigit ibidem. ex Decreto Pij V. Sed in noſtro in caſu nõ facit ſimplicem fornicationem, ſed inceſtum, qui durat vſq; ad quartum gradũ, ergo? Et probatur, inceſtuoſus prohibetur contrahere matrimonium, & conſequenter petere debitum, vt colligitur, ex c. Tranſmiſſæ. de eo qui duxit in Matri. quam poll. per adult. facit Syl. verbo Luxuria. §. 4. verſi. 2. Reſp. nihilominus, ꝙ ex nulla illicita copula, etiã inceſtuoſa, extenditur Affinitas, quæ impediat matrimonium, vel eius vſum, vltra ſecũdum gradum. Quod clare patet ex mente Concilij. & ita conſulti tenuerunt magiſtri Salmanticæ, & Compluti Hiſpaniæ. & tenuit Guerrerius Archiepiſcopus Granaten. & facit Sarmiento. lib. 1. Selectarum. c. 9. *que ad quartũ gradũ?*

QVæritur. V. Epiſcopus diſpenſare poſſit, vt liceat petere debitum, quando Affinitas ſuper uenit matrimonio? Reſp. ꝙ ſic. S. Ant. 3. par. & Silu. Matrim. 8. q. 15. verſ. 7. Nauar. c. 22. nũ. 75. Speculũ Coniugiorũ. 1. par. ar. 15. dub. 1. in fi. & 3. par. ar. 17. Cordub. lib. 1. quæſtionarij. q. 12. Pedraza. mãdamiento. 6. nu. 19. Ledeſ. 2. par. q. 65. ar. 1. Palud. diſ. 34. q. j. ar. 2. Sot. 4 d. 37. q. vn. art. 2. fauet. Cõc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. dũ ait: in omni caſu occulto. Quamuis oppoſitũ teneat Couarr. 2. par. de ſponſal. c. 7. §. 2. nu. 6. Ledeſ. verò, & Corduba. dicunt id poſſe Epiſcopũ, nõ de rigore Iuris, ſed ex conſuetudine. Qualiter autẽ Epiſcopus diſpenſet, quãdo procedit ex voto. vide ſup. num. 140. 210 *V. Epiſcop⁹ diſpenſare poſſit ad exigendum?*

FIguram Arboris Affinitatis meliorem, & clariorem vide apud Sotũ. ſupra. 211

De Sexto impedim. Criminis Matri dirimentis; Nam de impedimentis criminis impedientibus tantum, actum eſt ſupra.

Quæ-

112 *De criminibus dirimentibus.* QVæritur. Quot ſunt crimina impedientia, & dirimentia matrimonium? Reſp. duo tantum eſſe, ſecundum communem. Primum eſt, occiſio coniugis alterius, cauſa contrahendi coniuge ſuperſtite. quod ſic patebit.

PRima Concluſio. Si uir, & vxor alterius viri ſimul eius maritum occidãt perpetuò impediuntur à matrimonio, licèt adulterium non commiſerint. cap. Laudabilem. de Conuerſ. infid. S. Th. 4. d. 35. & d. 32. q. 2. ar. 2. omnes Doctores maxime Sot. d. 37. q. 1. ar. 4. Nau. c. 22. num. 46.

Secunda Cõncluſio. Si vir cognouerit adulteram, & poſtea ille tantum occiderit eius maritum, inſcia vxore, cauſa illam ducendi, erunt impediti, c. Super eo. De eo qui duxit in matri. quam pol. per adul. ſecundum communem, quam refert, & ſequitur Nau. ſup. Idem erit, ſi iuſſerit, aut conſilium dederit Glo. recepta in c. Si quis viuente. 32. q. 1. & in c. 1. de Conuerſ. iufidel. omnes, ſup. maxime Sot. contra Caiet. dicentem, quacunq; cauſa mors fuerit ſequuta, impedire. * Et Nota Can. 8. pœn. & tex. c. Si qua vidua. 31. q. 1. qui ſic ait: Qui duxit in Matrimonium eam quam polluit per adulterium, pœniteat quinque annis.

Tertia Concluſio. Vir occidens maritum alicuius, vt illam ducat, ſi illam ante non cognouerat; non eſt impeditus impedimento criminis. Communis ſupra. Et è contra: Si mulier vxorem ſui concubinarij occidat, Vt cum adultero contrahat Syl. ſupra licèt Victor. num. 292. contradicat.

113 *De adultero ſciẽter.* SEcundum crimen eſt, adulterare ſcienter cum coniuge alterius & contrahere Matrimonium de facto ante mortem alterius coniugis, vel dare fidem de contrahendo. De quo ſit etiã Prima Cõcluſio. Si non eſt verè vxor, ſed talis putabatur, quando commiſit illud adulterium, non impedit. tex. c. Significaſti. De eo qui duxit.

Secunda Concluſio. Sufficit quod tale Matrimonium ſit ratum tantum; & quãuis ſit ſolutum, vel ſeparatum quo ad torum, & cohabitationem.

Tertia Concluſio. Si quis de facto cõtrahit cum nupta, vel ei fidem dat ſine adulterio, non impeditur. d. c. 1. 31. q. 1.

Quarta Concluſio. Habens vxorem, ſi cum altera nupta adulterium commiſerit, & de facto contraxerit, impeditur.

Et reſolutiue. Tria ſunt crimina quæ impediunt, & dirimunt, quę ex c. Propoſuit. De eo qui duxit in matrim. D. Th. Ric. Palud. & communi reſoluit Sot. 4. diſt. 37. q. 1. ar. 4. concl. 3. *Tria ſunt crimina dirimẽtia matrimoniũ.*

Primum. Adulterium cum machinatione in mortem alterius coniugis.

Secundum. Adulterium cum fide data de ducenda adultera, mortua cõiuge.

Tertium. Vxoratus cum adultera de facto contrahens impeditur.

PRo quibus Nota quod Adulteriũ tantum, ſine fide data aut matrimonio contracto, non impedit quo minus poſtea mortua coniuge poſſint matrimonium contrahere. c. Significaſti. De eo qui duxit in matrim. quam pol. Sot. ſup. verſi. Quod dicimus. Quæ omnia poteris colligere ex Doctoribus ſup. & Victoria. nu. 292. 114 *Adulterium tãtum an impediat.*

Septimum impedim. ſ. Cultus diſparitas; id eſt, inter Baptizatum, & non Baptizatum.

QVæritur. Vtrum, Matrimonium cõtrahi poſſit inter infideles? Reſp. Matrimonium tripliciter poſſe conſiderari. Primo modo, vt eſt in officium naturæ, vt eſt contractus ad Generis humani propagationem. Secundo; vt eſt in remedium concupiſcentiæ. Tertio modo, prout eſt ſacramẽtum à Chriſto Domino nõ inſtitutũ. Quib. ſuppoſitis. 115 *De matrimonio infidelium.*

Prima Concluſio. Inter infideles poteſt contrahi, atque conſtare matrimonium, quatenus eſt cõtractus naturalis, & cõcupiſcẽtię remediũ. Quod vinculũ erit indiſſolubile, niſi Dei diſpẽſatione, cauſa religionis. Magiſter ſen. 4. d. 39. Vbi Doctores maxime. Sot. q. vnica. ar. concl. 1. S. Th. in addit. 3. p. q. 56. ar. 2. Ang. Matr. 3. imp. 10. nu. 1. Syl. Matri. 8. q. 10. per tex. in c. Gaudemus. de Diuor. Nau. c. 22. nu. 48. Victor. nu. 294.

Se-

Matrimonij ſacram inter tãtũ fideles.

Secunda Concluſio. Matrimonium autem prout eſt ſacramentum, contrahitur inter fideles, ſecundum S. Thom. & communem omnium. Sot. ſup. concl. 2.

216 *Quare nõ inter infideles*

QVæritur. Quare Matrimonij ſacramentum non contrahitur inter infideles? Reſp. quia per ianuam ſacramentorũ ideſt Baptiſmum non intrauerunt. Communis ſecundum S. Tho. & Sot. ſupra.

217 *De fideli cum infideli.*

QVæritur. V. Nunc liceat fideli cum infideli Matrimonium contrahere? Reſp. Non tantùm eſſe magnum ſacrilegij crimen ſic contrahere, ſed etiam ſi de facto contrahatur eſt nullum; Magiſter 4. d. 39. vbi S. Tho. in addit. 3. par. q. 59. art. 1. Ang. Matrim. 3. imped. 10. in princ. Syl. Armil. & omnes per tex. in c. Cauę. 27. q. 1. Sot. 4. d. 39. q. vnica. art. 1. & 2. Nauar. ſup. Couar. 2. p. c. 6. §. 11. nu. 1. Victor. nu. 294. Quod procedit (ſecundum omnes) etiam ſi talis infidelis ſit catechumenus.

218 *Quo iure prohibitum.*

QVæritur. V. Hoc impedimentum ſit ex iure naturali, Diuino, aut tantùm Canonico? Reſp. (omiſſis argumentis) tantùm eſſe de iure Canonico. S. Th. & Sot. 4. d. 39. q. vnica. ar. 2. conclu. 2. vbi multa citat Iura. Couar. alios citans. 2. par. de matrim. c. 6. §. 11. & eſt communis opin. Theol. & Canoniſtarum, ſecundum Flores Theol. & 4. 39. Victor. ſup.

219 *De Catholico cum hæretica.*

QVæritur. Quid ſi Catholicus contrahat cum hæretica? Reſp. ꝙ licèt grauiſſimè peccet, valet tamen matrimonium, & etiam cum Schiſmatica, gl. communiter approbata in c. Non oportet. 28. q. 1. S. Tho. in 4. d. 39. q. 1. ar. 1. & ibi communis Theo. Ang. ſup. nu. 8. Syl. Matri. 8. q. 10. verſi. 3. Card. & cõmunis Canoniſt. quam refert, & ſequitur Couar. ſup. nu. 4. Nauar. c. 22. nu. 49. Flor. Theol. quæſt. in 4. d. 39.

220 *Quis diſpenſet ĩ hoc.*

QVæritur. Quis poſſit in hoc impedimento diſpenſare? Reſp. Papã tantum diſpenſare poſſe, ut fidelis cum infideli contrahat. Sot. 4. c. 39. q. unica. ar. 2. verſiculo. Ex hac ſecunda.

221 *De infideli conuerſo ad fidem.*

QVæritur. V. infidelis conuerſus ad fidem teneatur cum coniuge altero infideli permanere? Hæc quæſtio ſequentib. quatuor cõcluſionib. diluctur.

Prima Concluſio. Matrimonium inter infideles legitime contractum; per conuerſionem ad fidem Catholicam, ſiue amborum ſimul, ſiue vnius tantùm coniugis: non neceſſario dirimitur.

Secunda Concluſio. Si unus tñ conuertatur: & infidelis noluerit ſine creatoris contumelia cum fideli manere; fidelis non poteſt, nec unquam potuit cum tali infideli habitare; ſed ſaltem quoad totum tenetur ab illo diſcedere, licèt per hoc tale matrim. non dirimatur.

Tertia Concluſio. Si infidelis, quanquam Baptiſmũ renuat, non tñ adeò ſit iniquus, quin velit abſque iniuria Fidei, & contumelia Chriſti cum coniuge habitare fideli, poteſt; (ſi Apoſtolica verba conſideres) fidelis cum eodem infideli coniuge habitare, & rei uxoriæ uacare.

Quarta concluſio. Quamuis infidelis vellet ſine cõtumelia ſeruatoris commorari cum fideli; fidelis nõ tenetur, neque tempore Apoſtolorum tenebatur manere cum illo: ſed erat ei liberum admittere vel non, quas concluſiones ponit; & explicat optime Sot. d. 39. q. vni. artic. 3.

De octauo imped. dirimente, ſcilicet, Violentia, uel metus.

ET Primo (vt rem omnem intelligamus) Quæritur. Quid ſit metus? Reſp. Metus eſt inſtantis periculi, uel futuri cauſa mẽtis trepidatio. l. 1. ff. Quod metus cauſa. Eſt enim metus trepidatio mentis, quia ei imaginatione futuri, & prope imminẽtis mali perturbatur mẽs Couar. 2. par. c. 3. §. 4. num. 1. 222 *Quid ſit metus.*

QVæritur. Quis dicatur metus cadẽs in conſtantem virum? Reſpon. eum eſſe, qui illatus cogit quem eligere minus malum, ob maius malum ſibi imminens effugiendũ Couar. ſup. Nauar. c. 22. nu. 51. dicens communem. S. Th. Soti, & aliorum. 223 *Quis metus cadens cõſtãtẽ uirum?*

QVæritur. Quis dicatur vir cõſtans? Reſpon. ꝙ vir conſtans eſt (ſecundum omnes. ſupra.) vir prudẽs, qui ſcit 224 *Vir conſtans qs.*

elige-

eligere minus malum, ob maius vi tandū. Vnde ſi q̃s videat ſibi mortē immine re, aut mēbri mutilationē, niſi cū Maria contrahat, eligit prudēter potius Matrimonium contrahere, quam mortis periculū, vel quid ſimile ſubire. At ſi homo diues videat ſibi imminere periculum amittēdi Centū Aureos, niſi cū tali contraxerit, & ob id contrahit, non cenſetur hic metus cadens in conſtantem virum, nec prudentē S. Th. 4. d. 29. art. 2. Ricar. Maior. Sylu. & alij, quos refert, & ſequitur Couar. ſup. nu. 2.

225 *V. Matrim. metu uel ui cōtractū teneat.*

NVnc Quæritur. V. matrimonium metu, vel vi cōtractū teneat? Reſ. Cū diſtinctione ſequentib. cōcluſionib.

Prima concluſio. Matrimonium violentia præciſa contractū, & etiā conſummatum; eſt omnino nullum c. Veniens. c. Cum locū. de ſponſal. ex. ſingul. & irrefragabilis. in c. Significauit. De eo, qui duxit in Matr. & ubiq; Abb. Inn. Fel. & oēs. S. Tho. in 4. d. 29. & in additio. 3. p. q. 47. ar. 1. Ang. Matrim. 3. Imped. 11. in princ. Syl. Matrim. 8. q. 11. Armil. nu. 41. Sot. 4. d. 29. p. 1. at. 1. Nau. dicēs cōem. c. 22. nu. 50. Couar. 2. p. c. 3. §. 4. & 5.

Secunda concluſio. Matrimoniū metu cadente in conſtantem uirum contractum, & etiam conſummatum, eſt nullū S. Tho. ſup. art. 2. Ang. Syl. Armil. Sot. ar. 2. & alij ſupra.

Tertia concluſio. Matrimonium leui metu, vel minis ſi contrahatur, tenet.

226 *V. Metꝰ Idem dicatur in uiro, & muliere.*

QVæritur. V. Idem metus qui dr̄ cadēs in conſtantem uirum, ſi idem in uiro, & muliere? Reſp. ꝙ minor timor requiritur in muliere quā in viro. Et quia ſunt mulieres aliquādo animū habentes virilē, & forte, è contra uero, viri multi animum habentes, effeminatum reperiātur: relinquitur iudicis arbitrio quis dicatur metus talis: iuxta cōem, quam refert, & ſequitur Nau. c. 22. nu. 51. & multa allegans, Couar. ſup. nu. 8. 9. & 10.

Et quia ſupra, de conſenſu libero, & coacto multa diximus, & tradit Couar. ſup. multa eleganter congerens, ad alia nos conuertamus, oportet.

De Nono Impedimento, ſ. de Ordine.

CVm ſupra in materia ſacri Ordinis dictū ſit plures eſſe Ordines; Quæritur. Vtrū vnuſquiſq; Ordo impediat, & dirimat mr̄imoniū? Reſp. Qd quēadmo dū Ordines ī duplici ſūt differētia, ſic q̄ ſtioni duab. cōcluſionib. ſatiſfaciemus. 227 *V. Vnuſquiſque Ordo impediat?*

Prima concluſio. Minores Ordines (q ſacri nōn ſūt) nullatenus matrimōniū impediunt, nec contractum dirimunt. text. vbi notant Doct. in capitif. 1. de Cleric. cōiug. c. Si quis vero. c. Seriatim. 32. d. S. Th. in addi. 3. p. q. 53. ar. 3. Aſig. Matrim. 3. impedim. 12. Syl. Matrim. 8. q. 12. Armil. nu. 42. Nau. c. 22. n. 52. So. 4. d. 38. q. 1. ar. 1. Couar. 2. p. de Matri. c. 5. §. 3. nu. 4. & Victoria. nu. 291. Contrahens aūt amittit beneficia Eccleſiaſtica, q̄ habebat. c. 1. de Cler. cōiug. Gl. & Cōis opinio, quā refert, & ſequit Sot. 4. d. 38. q. 1. ar. 1. in fi. Nau. c. 23. nu. 120. Couar. ſup. Qd ꝓcedere ipſo iure, & ēt ante copulā. Nec poſſe (ait) beneficia repetere ēt ſponſa Religionē profitente. Vbi etiam quando poſſit penſio a laico obtineri. *Minores ordines non ſunt ſacri.*

Secunda concluſio. Aliquo ſacro ordine inſignitus, Batiuus, uel Græcus contrahens Matrimoniū nihil facit. Eſt. n. nullū ipſo iure tale matrimoniū c. 1. de Cler. cōiug. c. 1. c. Si quis eorū. c. Erubeſcant cū alijs. 32. d. S. Th. & omnes ſup. maxime Syl. ver. 2. *Sacer. Ordo dirimit cōtractū.*

228 QVæritur. Quare habēs minores Ordines, poſſit contrahere abſq; peccato, & teneat matrimonium, & habēs Ordinē ſacrū, nō poſſit: imò punitur, vt infra dicetur? Reſp. Quia votū ſolēne caſtitatis, eſt annexū Ordini ſacro, nō aūt minoribus, & quēadmodū nullus ex re non ſua pōt aliquid facere: ſic Ordinatus nō pōt de re nō ſua. i. de caſtitate, quā ꝓmiſit, diſponere, ſm oēs. ſup. in Prima concluſione. maximè Sot. Nauar. & Couar. 229 *Quare det hac differentia inter ſacros & non.*

230 QVærit. Quo iure ſit uotū caſtitatis annexū Ordini. vide ſup. nu. 144.

QVæritur. Qua pœna puniatur Ordine ſacro inſignitus matrimoniū contrahens? Reſp. vltra nullitatē mr̄imonij Primo cōmittere immane ſacrilegiū. Secun- *Qua pœna puniat Ordinatus contrahens.*

cun-

cundo incurrere Excommunicationem latæ ſententiæ. Cle. 1. de Contang. & Affinit. (& qualiter intelligatur dicta Excommunicatio, & quos comprehendat, vide Nauar. c. 22. nu. 52. & ca. 37. num. 142.) & eſt irregularis. cap. 1. & 2. Qui Cler. vel vouen. Syl. Matrim. 7. q. 12. cũ Palud. tradit Couarr. 2. par. c. 6. § 3. nu. 1. Punitur etiam alijs pęnis, quas ponit
231 Diaz de Lugo in practica Crimin. c. 74.

De coniugato.

QVid autem ſi Coniugatus Ordinem ſacrũ recipiat, vide Nauar. ſup. in fi. & alios vbi ſup.

De Decimo impedim. ſcilicet Ligamine, vel ſecundis nuptijs.

232 *Ligamẽ quid?*

QVæritur. Quid eſt Ligamen? Reſp. Eſt vinculũ primi matrimonij validi, quo quis alteri coniugi eſt ligatus, Ang. matrim. 3. impedim. 13. Sylu. matrim. q. 13. Armil. nu. 43. Nau. c. 22. nu. 53. Sot. 4. d. 37. q. vn. art. 9.

233 *V. Coniugatus, poſſit ſecũdo cõtrahere.*

QVæritur. An Coniugatus, viuo complice, poſſit ſecũdo matrimonium contrahi nõ poſſe, q̃ ſi de facto fiat, infectũ erit; etiã ſi primum matrimoniũ tantùm fuerit ratum, & ſecundum cõſummatum. c. Licèt de ſponſa duorum: vbi Abb. & omnes. Angel. & eius Addit. ſup. nu. 2. Syl. Armill. Sot. & Nau. ſup.

De vndecimo imped. ſcilicet, publica honeſtatis.

234 *Quid ſit publica honeſtas*

QVæritur. Quid ſit Iuſtitia publicæ honeſtatis? Reſp. Eſſe impedimentum ab Eccleſia inductum, dirimens matrimonium contractum inter ſponſum, aut maritum, & omnes cognatos ſponſæ ſuæ, aut mariti, intra certum gradũ: Canoniſtæ in cap. Ad audientiam. c. Sponſam. de ſponſa. S. Th. 4. d. 41. q. 1. ar. 1. & addit. 3. q. p. 55. art. 4. Angel. Matrimo. 3. impedim. 14 Syl. Matrim. 8. q. 14. Caiet. Summa, Matrim. imped. 10. Armil. nu. 46. Nauar. cap. 22. nu. 57 Sotus, & alij. 4 d. 41. q. vnica ar. 2. Couar. 2. par. cap. 6. §. 2. nu. 1. Flor. Theol. q. 4. diſt. 41. art. 3. Victor. nu. 393. Ex quibus omnibus olim multæ colligebãtur, vẽtilabantur que q̃ſtiones. Quibus omiſſis.

Prima ſit Concluſio. Licèt olim impedimentum publicæ honeſtatis, ex quibuſcunque ſponſalibus etiam inualidis (excepto ex defectu conſenſus) contrahebatur, nunc autem per Concil. Tridẽ. ſeſſ. 24. c. 3. Refor. Matrim. tantùm ex legitimis, & veris ſponſalibus oritur. *Cõtrahitur tantũ ex legitimis.*

Secunda Concluſio. Quamuis olim, quemadmodũ, in affinitate impedimentum publicę honeſtatis vſque ad quartum gradũ impediebat; nunc autem ex Conc. Triden. ſup. primum gradum nõ excedit. *Vſque ad quẽ gradũ impediat.*

Tertia Cõcluſio. Licèt, vt ſupra dictũ eſt, ſponſalia inualida tale matrimoniũ non producant; matrimonium tamẽ inualidum, per verba de præſenti contractum, hoc impedimentum producere, declarauit Pius V. in Extrauag. ad Romanum. lata anno 1566. *De Matrimonio de præſenti inualido.*

De duodecimo imped. ſ. de frigidis, et maleficiatis, vel de impotẽtia ad copulã.

QVæritur. Qualiter diffiniatur hoc impedimentum? Reſp. Impotentia ad Matrimonium eſt impedimẽtum perpetuum naturale, aut accidentale, ad copulam naturalem perfectam. S. Tho. 4. d. 34 & in additio. 3. par. q. 58. ar. 1. & 2. S. Anton. 3. p. ti. 1. c. 12. Ang. Matrim. 9. imped. 16. nu. 2. Syl. Matrim. 8. q. 16. Caieta. verbo. Matrimo. imped. 12 Sot. 4. diſt. 34. q. 1. ar. 2. Armil. nu. 74. Naua. c. 22. nu. 59. Flores Theolo. quæſtionũ in 4. diſt. 34. 235 *Impotẽtia ad copulã quid?*

EX quibus Nota Primo. ad hoc vt impedimentum hoc Matrimonium impediat, & dirimat, quatuor requiri. Primũ, quòd præcedat tale impedimentũ. q̃a ſi ſequitur Matrimoniũ ratũ, non poteſt dirimere. Secundum quòd ſit tantum, & tale impedimẽtum, quod nullo modo poſſit coire. Tertium quod ſit perpetuum. Quartum. Quod ſit ignorantia maximè facti. Armil. nu. 48. 236 *Quatuor requirunt in hoc impedimento.*

Secundo Nota. Matrimonium cõtractum cũ caſtrato, eunucho, Spadone, & alijs, quos refert, & diſtinguit Sot. 4. d. 34. q. 1. art. 2. nõ valere, Abb. in c. Quod ſedem. 237 *De Caſtrato Spadone*

ſedem. de Frigid. & malefic. & Flores Theol.q.4.diſt.34. ar.1. Victoria num. 283. & alij. Quamuis Syluest. ibi celatus contradicat.

238 *De ſenibus.* TErtio Not. Matrimonium cũ illo ſene, qui ſeminare vllo modo non valet, contrahi non poſſe, ſecundũ Gloſ. communiter receptam, in c. Quod ſedẽ, de Frigid. & malefic. Quã ſequitur Nauar. c.22. nu. 59. Viguer. ca. 16. §. 7. verſ. 9. Tãbiena. & alij; quos refert Armil. num. 51. §. Sed quia (vt ait Caiet. ſupra) huius impedimenti notitia potius pertinet ad Iudicem, quam ad Confeſſ. vide multa per doctores ſupra.

DE MATRIMONIO Clandeſtino.

239 DIcto de omnibus Duodecim impedimentis commonioribus.

Matrimo. clandeſtinũ, &c. QVæritur. Vtrũ Sit aliud quo Matrimonium inualidetur? Reſpon. Eſſe aliud ab Eccleſia, in ca. Cum inhibitio. de Clandeſt. deſponſ. olim ſtatutũ; & hodie in Concil. Trid. Seſ. 24. de Reform. Matrimon. cap. 1. innouatum, quo omne matrimo. in quo non fuerit Parochus vel alius de ipſius Parochi, uel Epiſcopi licentia, & duo, vel tres teſtes, eſſe nullũ; contrahenteſque ad ſic contrahendum inhabiles.* Et Canon. pœnitentialis. 11. in d.c. Cũ inhibitio vbi, quòd Presbyter, qui intereſt Clãdeſtinis nuptij, triennio ſuſpenditur: & ſi culpa exegerit grauius puniatur Primo quo Nota, quòd licèt tex. ib. ſoltùm dicat, q. in hoc delinquens ſuſ[p]ẽditur ab officio, intelligendum eſt, quòd talis ſuſpenſio inducit etiam ſuſpẽſionem à beneficio, cum hoc ſit regulare, vt notat Gl. mag. verſic. Et nota. & ibi Cardin. in d. c. cum inhibitio, quem refert, & ſequitur Præpoſit. ibid. col. fi. & Bernard. Diaz in practica c.67.

240 *V. Sacerdos ſit miniſter mrĩmonij.* PRo quo Nota. primo, quòd licèt in Concil. requiratur pręſentia Parochi de eſſentia matrimonij; non ideo ille ſacerdos eſt Miniſter conferens ſacramẽtũ, vt ſup. de Miniſtro Matr. diximus

241 *Verba ſacerdotis non ſunt forma.* SEcundo. Not. quòd licèt in Cõcil. apponantur verba, quæ ſacerdos dicere dẽt, ad cõiugẽdos ſpõſos, nõ tamẽ illa uerba sũt forma eſſẽtialis Matrimonij vt ſup. de materia, & forma diximus.

242 *Quid ſi omittantur denunciationes.* TErtio Not. q. ſi matrimoniũ cõtrahatur, præſente Parocho, & teſtibus, etiamſi denunciationes malitiosè, vel alio modo omittãtur; teneret Matrimoniũ, licet Parochus grauiter peccaret eſſetq; acriter puniendus. Concil. Trid. ſup. verſ. Qui aliter & Naua. c.16. nu.36. & alij recentiores.

243 *Quas pœnas incurrant.* QVarto Not. quòd licèt in tali caſu cõtrahentes incurrere in Excommunicationem Synodalem latam cõtra clãdeſtine contrahentes, affirmet Nauarr. in additione. c.22. nu. 70. & Latina nu. 70. Oppoſitum eſt probabilius, ſecundũ Sot. 4. d. 28. q. 1. ar. 1. & 2. cõcluſ. 2. Maior d.27. q. 1. Paluda. diſt. 28. q. 2. ar. 3. concluſ 3. Panor. Syluest. Matr. 8. q. 27. Ledeſ. 2. par. q. 47. ar. 5. Couar. 2. par. ca. 6. in principio nu. 1. facit Speculum Côiugiorum. in appendice. pagina. 60. quamuis in 1. par. ar. 1. in fin. ſequatur Nauarrum. Fauet quia Concil. Triden. ſupra; ipſi Parocho videtur committere, ut poſſit denunciationes ex cauſa omittere.

244 *Qui Parochus requiratur.* QVinto Not. ſufficere Parochũ viri, vel mulieris, ſecũdum cõſuetudinẽ loci, ut tradit Nauar. ca. 25. nu. 144. ex Congregatione Cardinalium.

245 *Quales teſtes.* SExto Not. Sufficere vt teſtes ſint matrimonio pater, et mater, vel fratres & ſorores, uel alij Conſanguinei contrahentium Angel. verbo. Teſtes, num. 13. Probat latè Couar. 2. par. de matrim. c. 8. §. 12. num. 8.

DE DISPENSATIONE in dictis impedimentis.

246 *Quis poſſit diſpẽſare dictis impedimentis.* QVæritur. Quis poſſit in dictis impedimentis diſpenſare? Reſp. ſequẽtibus concluſionibus. Prima Concluſio. Papa diſpẽſare poteſt in omnibus impedimẽtis, Iure humano inductis tex. in c. Cũcta per mundũ. 9. q. 3. c. Propoſuit. de Cõceſ. prębẽ. ut sũt omnia ſup. dicta, excepto impedimento Conſanguinitatis inter Aſcendentes, & deſcendentes, & impedimento erroris & Iudicij rationis. Ang. Sylue. Tabien. Armill. & alij Summiſtæ. verbo. Papa. & Diſpenſatio.

S. Thom.

S.Thom.& alij.in 4.maximè Sotus. diſtin.49.quæſt.vnica.art.5.Couar.& alij maximè Nauar. cum illis,quos citat.ca. 22.num.84.

247 *In gradib⁹ Leuitici qd.* Secunda Concluſio. In gradibus Leuitici.18.prohibitis, non ſolet Papa diſpenſare:quia non expedit,poteſt,enim, ſi vult. (omiſſis multorum diſputationibus) vt probat Nauarr. ſupra verſic. Verum.

248 *Epiſcopus in q. bus poſſit, & infra. nu. 250.* Tertia. Epiſcopus diſpenſare poteſt in omnibus impedimentis, etiam dirimentibus; dummodo iſta concurrãt. Primo quòd impedimentum ſit occultum.Secundo Matrimonium publicum. Tertio. Separatio maximè ſcandaloſa. Quarto ad Papam,aut ad alium poteſtatem habentem, propter legitima impedimenta,vel magnam paupertatem,non ſit acceſſus.Angel. & Sylu. quos refert, & ſequitur Nau. ſupra num.85. verſic. Dubium autem.Abb.Armill. Diſpenſatio.nu.19.& alij multi.

249 *Quid ſi poſt Matrimonium reperiatur impedimētum.* Quæritur. An poſt matrimoniũ,bona fide contractum,ſit reperiatur impedimentũ,præcipuè Affinitatis fornicariæ,poſſit Epiſcopus diſpẽſare? Sot.li. 1. de Iuſt.q.7.ar.3.negat. & Couarr.2.p.c. 6.num.11.dicit communem Canoniſtarũ. Tenet poſt multa Cord.lib.1. q.11. ar.1.quamuis dicit oppoſitũ probabile. Reſp. Si matrimonium eſſet publicum, maximè cum numeroſa prole, impedimentum verò ſit ſecretum; & communiter ſequatur graue ſcandalũ ex ſeparatione, poteſt, & deberet Epiſcopus diſpenſare.Doc.ſupra & fatet Soto.4.diſ. 37.q.11.art.2. Speculũ Coniug.2.par. ar.18.in fi.& poteſt colligi ex magiſtro 4.diſtin.38.fin. Hugo. de ſacram.lib.2. pag.11.c.Martinus.de temperantia.q.2. Adrian.quodl.1.art.3.ad tertium.

250 Quarta Concluſio. In omnibus impedimentis impedientibus tantùm, etiam inceſtus:& in omnibus impedimẽtis impoſitis ab inferioribus poteſt Epiſcopus diſpẽſare.Palud.4.d.28.q.2.S.Anton.3. p.tit.1.c.16.§.4.Nauarr.c.22. num.85. & vide ſupra nu.210.

251 *Quę erit cauſa iuſta diſpẽſandi.* Quæritur.Quę erit cauſa iuſta ad diſpenſandũ inter Conſanguineos; etiam in quarto gradu? Reſpon. ſecundum Nauar.cap.22. in fin. tantùm tres haberi pro iuſtis in Curia Romana.Prima. Defectus dotis competentis. Secunda. Extinctio magnæ litis. Tertia quòd maior pars ſibi patrium ſuæ Ciuitatis, vel loci inſignis, quem inhabitat, ſint ei conſanguinei, vel affines intra quattum gradum, vel ſi eſt alius locus minor,ſi ipſa non habet ſufficientem dotem ad nubendum extra illum.

DE DEBITO CONiugali reddendo.

252 *Ad quid teneant coniuges inter ſe.* Contracto Matrimonio; Quæritur. Ad quid teneantur Cõiuges inter ſe? Reſp. Primo. Sponſos per verba de futuro carnaliter ſe commiſcentes ante Matrimonium contractum coram Parocho & teſtibus, peccare mortaliter peccato ſtupri, ſi virgo erat: & fornicationis,ſi talis non erat. Quod peccatum eſt Epiſcopo reſeruatum in Conc. Mediolan.Prouinc.

253 *Tenetur uterque ad debitum.* Secundo. Reſp. Virum teneri ad reddendum debitum vxori, & vxorem viro. Prima Corinth.cap.7. ex. capitul. Tua nos.2.de iur.iur. capit.1.33. quæſtio.5.Magiſter ſentẽt.& ibi.S Th.4.& in addit.3.part.quæſt.64.art.1. Sanctus Bonauent.Ricar.Scot. Duran.Palud.& alij.4.diſtinctio.32.quæſt.1.Syluest.& omnes verbo. Debitum Coniugale.Conner.2.par.de Matrimon.c.7.§.2.nu.1.

254 *V Sit mortale peccatũ conſummare ante benedictiones nuptiales.* Tertio. Grauem eſſe quæſtionem; An ſit peccatum mortale conſummare matrimoniũ ante benedictiones nuptiales? In qua quæſtione Dicendum ꝙ licèt Palud.4.diſt.28. in principio.& S.Anto.3.par.titul.1.cap.16.2.argumẽto tex.in ca. Conſultationi. de ſponſal. dicant eſſe mortale peccatum ante benedictionẽ coire.Contrarium tamen eſt dicendũ cũ S.Th.4.diſt.29.art.2.Aug.De bitum num.1.Sylu.eod.quæſt.6.Armil. num. 12. Flores Theolog. q. in 4.diſt. 32.ar. 1. ꝓbat optime Victoria.nu.267. Couarr.2.part. de Matrimo. cap.7.§.2. nu.2.Nauar.c.16.nu.38.cũ multis alijs: immo non eſſe mortale; niſi adſit contem-

temptus; quin potius aliquãdo licere, & eſſe ſponſis cõſulendũ, ob multa pericula pollutionum, & ſimilia vitãda ſtatim conſummare. Ang ſupra.

255 *V. ſtatĩ teneant reddere debitũ.*

QVæritur. Verũ, contracto Matrimonio, ſtatim ſub mortali peccato, teneatur vxor reddere debitũ? Reſpõ. Nõ teneri intra duos primos menſes ſibi à iure cõceſſos, ad meliorẽ ſtatũ eligendũ Religionis. ex. cap. Ex publico. cũ multis. de cõuerſ. coniugat. ex S. Th. & alijs probat Sotus. diſt. 32. q. 1. art. 3.

256 *V. Elapſis duob. menſib. &c.*

QVæritur. V. Elapſis duob. menſibus, teneantur ſibi coniuges reddere debitum ſub mortali peccato? Reſp. Cõplures tam confeſſores, quàm nõ, in hoc ſæpiſſime, errare, mortale peccatũ iudicantes, quod tale nõ eſt; è contra verò, cum tale eſt, non intelligentes; Pro quo Nota. Primo generalem concluſionem: Quotieſcunq; vir vel mulier petat à cõiuge debitũ explicite, per verba, vel tactus: vel implicite, aliquo modeſto nutu, vel ſigno: tenetur alter cõſentire, & erit mortale illud non reddere, ſecundum omnes. S. Thom. 4. & in addit. 3. pat. q. 54. art. 2. Sotum Nauar. niſi iuſta excuſet cauſa.

257 *Confeſſor pudice interroget.*

NOta Secundo, Antequam ad alias quæſtiones deſcendamus, quod in hac materia Confeſſor debet procedere caute, modeſte, atque cum ædificatione, maximè cum mulieribus. Vict. nu. 274. & omnes.

258 *Pericula in retardatione a debito.*

TErtio Not. quod importat valde, vt quo ad redditionem debiti, vterque agnoſcat ſui complicis naturam, vehementiã, tentationẽ, vel fragilitatẽ. Sunt enim aliqui ſic calidi, q̃ niſi ſtatim, q̃ actum, vel copulam deſiderant, eis concedatur, fœdiſſimas procurant voluntarias pollutiones. Alij, qui inuoluntariè ſtatim illam patiuntur. Alij, qui magno laborãt dolore, & etiam infirmãtur (quod dolendum eſt) ſtatim q̃ a libidine abſtinent. In his omnibus, & ſimilibus ſtatim tenetur ſocius conſentire, ob malum animę, & corporis in coniuge uitandum. Ang. Matrimo. 3. nu. 6. & Flor. Theolo. quæſtio. 4. d. 32. art. 1. dicentes in hoc caſu coniugem teneri offerre debitum alteri, etiam non petenti. Victo. nu. 275.

Quibus ceſſantibus, vir aliquando debitum petat, & uxor reſpondeat ſe non eſſe ſic diſpoſitam, nec bene ualere, uel uelle communicare, aut aliud ſpirituale opus facere, & uir nihil reſponderit, in tali caſu non reputo mortale non conſentire. Si autem ille in petitione inſtet, maximè ſi plurimum, & illa non redderet, mortale erit peccatum, ut ex omnib. Doctoribus colligi poteſt, maximè Syl. verbo Debitum coniugale. quæſt. 10.

QVæritur. V. Vir accedens ad vxorẽ tempore menſtrui, peccet mortaliter? Reſp. q̃ licèt S. Tho. 4. diſt. 32. q. 2. ar. 2. & alij quos refert Nau. c. 16. nu. 32. & Scot. dicat eſſe mortale petere, & reddere, quẽ citat Sot. 4. d. 32. q. 1. ar. 2. ad ſi. & alij maximè Syl. verbo Debitũ. nu. 8. dicat in muliere ſẽper exigere eſſe mortale, verius tamẽ eſt, & tenendũ non eſſe mortale: & ſępe nec ueniale; ſi iuſto fine petat, maximẽ ad euitanda alia mala. Palud. 4. d. 32. q. 2. S. Anton. Caſtro, & alij quos refert, & ſequitur, Nauarr. Sot. ſupra. Victoria. nu. 276. 259 *De tempore mẽſtrui.*

QVæritur. V. Oſcula, amplexus, & tactus impudici inter coniuges ſint peccatum mortale? Reſp. (Ad vitandos ſcrupulos pęnitentium, & animos quietandos confeſſorum) omnia ſupra dicta quocunque modo inter coniuges fiant, etiam ſi nõ ſint cum intentione ad actũ perueniendi cõiugalem, ſed tantum delectationis cauſa, nullum eſſe mort. peccatũ, vno excepto caſu, q̃n. ſ. in eorũ aliquo periculum pollutionis extra vas timeretur. Eſt opinio communis Caieta. Syl. uerb. Debitum. §. 6. & 7. Ange. eod. nu. 25. & 26. Armil. nu. 8. Nauar. ca. 16. nu. 41. & omnium aliorum bene de hoc ſentientium, ſecundum Victor. nu. 274. 260 *De oſculis, & tactis, &c.*

QVæritur. V. Coniuges non ſeruantes modum naturalem, uas tamen naturale ſeruantes, peccent mortaliter? Reſp. Hoc duobus modis euenire poſſe, vel cum cauſa, vt quia vxor eſt grauida, ne abórſus forte ſequatur, uel alia iuſta de cauſa. Vel Secundo modo, ob brutalem tantum delectationem. Quibus ſuppoſitis, ſit Concluſio. 261 *De non ſeruantib. modum.*

Quo-

Quocunq; modo & ordine non naturali uir accedat ad uxorem, dummodo in naturali uaſe infundi, & retiueri ſemẽ poſſit, non erit mortale peccatum de ſe; ſed tantùm graue ueniale in ſecundo caſu, ideſt, quando tantum ob delectationem. Et digni ſunt grauiſſima repræhenſione. Reſoluit optimè Ang. ex multis diuerſis opinionibus. verbo. Debitum coniugale. num. 25. & 26. Syl. eod. q. 6. & 7. Nauar. c. 16. nu. 42. & omnes. In primo autem caſu, quando iuſta de cauſa, licitè poteſt fieri, ſecundum omnes ſup.

262 *Copula matrim. in Eccleſia an ſit mortale peccatũ.* QVæritur. V. Conſummare actum matrimonij in Eccleſia ſit mortale peccatum? De hac quæſtione agit Angel. uerbo Debitum. nu. 6. Syl. eod. nu. 5. Armil. & omnes ſummiſtæ. Ex quibus omnibus, & Caietano, verbo Matrimonialis uſus. Soto, Couarr. 2. par. c. 7. §. 2. num. 3. reſoluit Nauar. c. 16. nu. 32. copulam coniugalem, quacunque cauſa habitam in Eccleſia, eſſe mortale peccatum, nec excuſari coniuges, ob lõgum tempus. Quam opinionem, ueriorem iudicat, & communiorem: licèt alij contrarium dixerint. Quæ etiam mihi uidetur rationi conformior, cùm, ſecundum Glo. communiter receptam ibid. in c. unico. de Conſec. Eccleſ. vel Altare, relatam, & ſequutam a Couar. ſup. Eccleſia tali copula polluatur.

263 *De copula ante, vel poſt communionem.* QVæritur. V. Copula ante, vel poſt Communionem coniuge inſtante, ſit peccatum mortale? Reſp. Secluſo omni malo fine, & contemptu: tantum eſſe veniale peccatum in exigente, propter irreuerentiam tanti Sacramenti. In reddente autem poterit eſſe abſque vllo peccato, propter obedientiam; & etiam in exigente, ſi iuſta moueatur cauſa. Quæ omnia colliguntur ex Doctoribus ſup. Et cum his ſatisfactum iudico multis alijs dubijs in hac materia occurrentibus.

Et ſic materię Matrimonij. huicq; primæ parti de Sacramentis finem impono. Ad laudem, & gloriam Sanctiſs. Trinitatis, Sacratiſſimæque Virginis Marię, Omniumque Sanctorum. In quorũ ſolemnitate, anno 1586. hora. 3. hoc opus finitum, fuit.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CANDELABRVM AVREVM ECCL. S. DEI,

8.39.0.28²

CONTINENS CENSVRARVM ac Irregularitatum materias;

Chriſtianis omnibus, præcipuè Animarum curam gerentibus; nec non caſus conſcientiæ ſcire volentibus omnino neceſſarias.

PARS SECVNDA.

AVCTORE ILLVSTRI, ADMODVMQVE R. D. DON MARTINO ALFONSO Viualdo Hiſpano. I. C.

Atque ex ſacro, ac celeberrimo Theologorum Bonon. Collegio Excellentiſſimo Doctore; In ciuitate Saonæ olim publico Profeſſore, Examinatore generali, ac Pœnitentiario maiori.



VENETIIS, Apud Nicolaum Morettum. 1596.

D. MARTINVS ALFONSVS VIVALDVS,

Ad Lectorem.

CVM ſuper Aureum Candelabrum in prima parte, ſeptem fulgentiſſimas Diuinorum Sacramentorum lucernas omnium oculis (licèt non vt par erat) poſuerimus: In hac ſecunda eius parte impedimenta, quibus homines irretiti, ad eorundem Sacramentorum dignam receptionem, adminiſtrationem, & collationem minus idonei reddi ſolent notare curauimus. Et quia inter omnia Canonica impedimenta Excommunicatio, Suſpenſio, Interdictum, & Irregularitas principaliora ab omnibus iudicantur: Ideò de eis in ea (vt homines a peccato arceamus) agere opere pretium duximus. Vale.

IN HAC SECVNDA PARTE CONTENTA.

PRIMO. Index quæſtionum vniuſcuiuſque materiæ.
Secundo. Tractatus de ſententia excommunicationis latiſſimè.pag. 1
Tertio. Tractatus mirabilis, atque vnicuique neceſſarijſſimus ſuper Bullam Cęnæ Domini. S. D. N. Sixti Pap. V. pag. 28
Quarto. De excommunicatione minori, materia ſcitu digniſſima.pag. 53
Quinto. Tractatus de Suſpenſione ad longum, magis quàm vnquam, pag. 56
Sexto. Tract. de Eccleſiaſtico interdicto ſatis abundè.pag. 82
Septimo. Tract. de Irregul. &c. mirabiliter. pag. 120
De prima ſpecie Irregula ſcilicet ex defectu Sacramenti, ideſt de Bigamia.pag. 126
De ſecunda ſpecie, ſcilicet de defectu animæ, ideſt de Infidelib. Neophitis Hæreticis, Apoſtatis, Idiotis, vel Illiteratis, & de vitæ honeſtatis defectu.pag. 132
De tertia ſpecie, ſcilicet de corpore vitiatis, vbi de Illegitimis, & de omnibus alijs corporis vitijs.pag. 142
De quarta ſpecie, ſcilicet de Irregul. quæ prouenit ex delicto. vbi primum de Homic. voluntario; De dante cauſam mortis; De mandante, & conſulente; De Homic. ex aliqua culpa, vel caſuali; De opem dante; De Omiſſione; De ratificante. pag. 155
De quinta ſpecie, ſcilicet ex defectu perfectæ lenitatis. p. 175
De Abſolutione Homicidij, & diſpenſationib. pag. 176
Octauo. De ceſſatione a Diuinis.pag. 180

INDEX QVAESTIONVM,

QVAE IN HAC SECVNDA PARTE LIBRI,

Candelabrum Aureum nuncupati, continentur. Ordine Quæſtionum in vnaquaque materia contentarum ſeruato.

DE SENTENTIA Excommunicationis.

QVALITER fuerit Excommunicatio figurata; in initio ante quæſtionem.

VOX: Excommunicatio, quid ſignificet. nu. 1.
Quid ſit Excommunicatio. num. 2.
Cenſuræ Eccleſiaſticæ quot. num. 3.
Cenſuræ nomen quid ſignificet. num. 4.
Cenſuris officium, quod. ibidem.
Pœna priuat aliquo bono. ibid.
Excommunicatio qua communione priuet. nume. 5.
Communicatio quotuplex in hac materia. ibidem.
Quæ bona participent fideles ob Charitatem. num. 6.
V. Propter bona aliorum in Charitate facta conferat Deus, &c. nu. 7.
Excommunicatio, qualiter olim priuabat, & nunc qualiter. nu. 8.
* V. Priuet communicatione quæ fundatur in Charitate. &c. nu. 9.
Exiſtens in peccato mort. quibus bonis ſit priuatus. ibidem.
Quid ſi excommunicatus per pœnitentiam conſtituatur in gratia. ibid.
Excommunicatus aliquando apud Eccleſiã; liber apud Deum, &c. ibid.
Orare, in Memento, pro excommunicato, an liceat. num. 10.
Memento Miſſæ, an ſit publica Eccleſiæ oratio. ibid.
Orare publicè pro excommunicatis quando liceat. num. 10.
Sacerdos, Vtrum poſſit partem ſuam pro excommunicato applicare. nu. 11.
V. Ceſſante ſcandalo, liceat orare publicè pro excommunicato, qui creditur publicè in gratia. num. 12.
V. Liceat orare pro defunctis Excommunicatis. ibid.
V. Excommunicatus qui eſt in gratia, priuetur ſuffragijs Eccleſiæ. nu. 13.
Quid ſi de facto aliquis pro talibus oret? numero 14.
Eccleſia poteſt priuare excõmunicatos ſuffragijs; &c. ibid.
Eccleſia habet poteſtatem ſuper omnia publica

blica eccleſiaſt.ſuffrag. ibid. 17
Excommunicatio maior appellatur anathema, nu.15
Excommunicatio, & Anathema qualiter differant. nu 16
Anathema, qua ſolemnitate feratur, ibid.
Anathema, quod nomen, & quando Græcum, & Hebraicum. nu.17
Accentus in qua parte ponendus in hac dictione. ibid.
Quis homo olim dicebatur Anathema, numero 18
V. Sit poteſtas in Eccleſia a Chriſto excõmunicandi rebelles, nu.19
Excommunicatus maiori Excom. Vtrũ, & qualiter priuetur receptione, & participatione Sacramentorum, &c. nu.20
Sacerdos miniſtrans Sacram. Excommunicato, &c. qualiter peccat, nu.21.
Quæ Sacramenta teneãt collata excommũnicato, nu.22
De Sacerdote excom. & denunciato, abſoluente, &c. ibid. & nu.23
De Sacerdote in minori excom. miniſtrante, &c. nu.24
Quid ſi excommunicatus maiori excom. bona fide abſoluatur, &c. nu.25
Quid ſi accedit ignorãtia culpabili. &c. n.26
V. Talis abſolutio eſſet, &c. nu.27
Excommunicatus de facto, recipiens Sacramenta, &c. nu.28
Sacramenta, quibus conſtent, nu.29
Excommunicatus recitans horas in Choro, an ſatisfaciat, &c. nu.30
Abſolutio impenſa excommunicato, quando non teneat, ibid. concl.3. & 4.
Quid ſi excommunicatus minori excomm. abſoluatur a peccatis, &c. nu 21
V. In art. mortis liceat excommunicatum prius a peccatis, quam ab Exc. &c. nu.32
Excommunicatus maiori, qualiter dicatur ſuſpenſus, &c. nu.33.
Quid ſi talis exercuerit actum Ordini annexum, &c. nu.34. & 35.
Quid ſi excommunicatus maiori excommunica, ignoranter exerceat actum, &c. num.36.
Quid faciet celebrans, ſi excommunicatus ingrediatur Eccleſiam, nu.37
Quid, ſi Sacerdos celebrat coram excommunicato, &c. nu.38
Quid, ſi Epiſcopus faciat celebrare coram excommunicato, &c. nu.39
Epiſcopus in quibus irregularitatibus occultis poſſit diſpenſare, nu.40
Delictum quando dicetur, quo adhoc, occultum, nu.41
Quid ſi delictum ſit in iudicium deductum, non tamen probatum, nu.42.
Quid de excom. excommunicatione nulla, &c. nu.43
Excommunicationis minoris effectus quotuplex, nu.44
Quod peccatum recipere Sacramenta in minori excom. num.45.
Quod peccatum ea conferre in ead. excommu. num.46.
Excommunicatus minori excom. an poſſit actus iuriſdictionis exercere. nu.47.
Quid, ſi de facto eligatur, num.48.
Quid ſi ignoranter eligatur excommunicatus minori, &c. nu.49.
Quid, ſi ſcienter acceptet electionem ſuam. num.50.
Excommunicatio generaliter ſumpta quotuplex. nu.51.
Excommunicatio generalis, & particularis, quæ, ibidem.
Excommunicatio diuiditur in latam a iure, & ab homine. num.52.
In quo differant inter ſe, &c. nu.53.
Excommunicationes Bullæ Cęnę quando a iure dicantur, &c. nu.54.
Excommunicatio diuiditur iniuſtam, & in iuſtam, nu.55.
Excommunicatio iuſta, & iniuſta, quæ dicatur, num.56.
Excommunicatio iniuſta, quæ diuidetur in nullam, & validam, nu.57.
Excommunicatio iniuſta nulla quotuplex. & declaratur, num.58.
Quid, quando iudex excommunicat participantes, nu.59.
V. requiratur eos ſpecialiter nominare, n.60
Excommunicatio iniuſta nulla nullos habet effectus. num.61.
V. Sic excommunicatus teneatur abſtinere a diuinis, ibid.
Excommunicatio iniuſta valida diuiditur, &c. nu 62. & declaratur, ibid.
Modus ferendę excommunicationis duplex. nume.63.

Quid quando excommunicatur innocens, &c.nu.64.
Excommunicatio maior nõ fertur ſine mortali, ibidem.
Quid ſi talis innocẽs ſit clericus, & exerceat ordinem, &c.ibid.
Excommunicatio iniuſta, vtrum ſit valida &c.ibidem,
Excommunicatio iniuſta valida, indiget abſolutione, ibid.
Innocens aliquando excommunicatur, & qualiter, & quando conuenit.nu.65.
Iudex tenetur innocentem punire, ſecundũ allegata, & probata, nu.66.
Innocentes interdicuntur, nu.67.
Vtrum excommunicatio iniuſta valida habeat effectum &c.nu.67.
Non eſt credendum de pia Eccleſia, quod velit innocentem excommunicare, ibidem.
Excommunicandi poteſtas data in ædificationem, ibidem.
Sententia iniuſta non eſt ſententia, ſed peruerſo Iudicij, ibid.
Excommunicatio iniuſta, qualis timenda, &c num.68.
Excommunicatus iniuſtè tenetur quærere remedia Iuris, &c.ibid.concl.2.
Quid, ſi ſe immiſceat Sacris, & non obediat, ibid.concl.3.
V. Talis innocenter excom. poſſit ſecreto celebrare &c.ibid.concl.4.
V. Si celebret in tali excom. publice, vel ſecreto, ſit irregul.nu.69.
An, prohibita ſit Communicatio cum Excommunicatis, num.70.
Extrauagans: Ad euitanda ſcandala, quo tẽpore lata, nu.71.
Quid contineat extrauagans: Ad euitandã ſcandala, ibid.
Extrauagans: Ad euitanda, PP. Martini V. renouata, & ampliata in conc. Baſilienſi, generaliter, nu.72.
Quæ differentia inter vtramque conſtitutionem, ibid.
Quæ extrauagãs ſeruanda Conſtantienſis, vel Baſilien.nu.73.& 74.
Quę requirantur ad vitandum excommunicatum, nu.75.
Extrauagans; Ad euitanda, nil releuat Excõmunicatos, nu.76.
Excommunicati qualiter peccent ſe immiſcendo &c.nu.77.
Fideles an peccent communicando cum Excommunicatis, &c. & quãdo ſic, num.78.
Quid de Communicatione in diuinis, cum excommunicato, nu.79.
V. Liceat miniſtrare Sacramenta Excommunicato non denunciato, nu.80.
Sanctum dare Canibus, omni iure illicitum, ibidem.
Communicare cum Excommunicato denunciato, quibus caſibus non liceat, comprehenduntur quæ in illo verſi. Os, Orare, vale, &c.nu 81.
Quæ comprehendantur ſub illa particula, Os, num.82.
* Quæ comprehendantur ſub illa dictione. Orare, nu.83.
V. liceat audire Miſſam intra eãdem Eccleſ. in alia Capella, nu.84.
Quid ſi excommunicatus obiter tranſit per Eccleſiam, nu.86.
Excommunicatus poteſt intereſſe concioni, ibidem.
Quæ comprehendantur ſub dictione, vale, num.86.
Pœnæ ſunt reſtringẽdæ, nõ ampliandę, ibid.
Qualiter ſit littera ſcribenda excommunicato, &c.nu.87.
Excommunicatus, qualiter ſalutãdus ibidẽ.
Quæ prohibeantur ſub hac voce: Communio, num.88.
Quæ comprehendantur ſub nomine: Menſa, num.89.
Quid ſi excommunicatus ſedeat ad eandem menſam, &c.ibid.
Quod peccatum erit communicare cum Excom. denunciato, &c.nu.90.
V. Aliquo caſu ſit mortale peccatum cum tali communicare, num.91.
Communicare in diuinis cum Excom. eſt mortale, nu 92.
V. Recitare horas Canonicas cum tali, ſecreto, ſit mort. ibid.
Excommunicatus tenetur dicere Horas Canonicas, ad quas erat obligatus, num.93.
Excommunicatus recitans Horas, an debeat dicere Dominus vobiſcum, ibid.
Communicare cum Excommu. in crimine criminoſo, quid ſit, & quod peccatum ſit. num.94.

V. Sit

V.Sit mortale participare cum Excom.quãdo excommunicantur participantes cum illo,num.95.
Communicare cum excommunicato in contemptum Clauium, quid ſit,& quod peccatum erit,num.96.
V. Participans cum excomm. incurrat aliquando maiorem excomm.num.97.& in quibus caſibus,ibid.
Quid de communicante cum minorem excom.habente,nu.98.
Qui excuſantur participando cum excommu.denuntiato, comprehenduntur in illo verſ. Vtile,lex,humile,&c.num.99.
Quid ſit de vxore,filijs,& alijs communicãtibus cum marito, patre &c. Excommu. num.100.
Quid ſi ob vitandam communicationem, &c.immineat periculũ mortis, num.101.
Mortem pati oportet priuſquam peccato cõſentire,ibid.
V.Eccleſia præcipiat vitare excomm. cum periculo mortis, & quando hoc procedat & obliget,ibid.concl.1.2.& 3.
De qua excom. intelligantur Canones abſolutè loquentes,vel Iudex,num.102.
Excommunicatus, per quantum tempus vitandus,num.103.
Quando conſtabit de abſolutione excommunicati,num.104.
Nullus poteſt excommunicari niſi pro peccato mortali,nu.105.
Siue ſit excommunicatio à iure, vel ab homine,num.106.
Erit ſatis præceptum Iudicis, etiam ſi opus non ſit mortale,num.107.
V.Incurratur excomm. quãdo quis verè,cõram Deo, non peccauit mort.num.108.
Quid ſi detur excommunic.contra furantes, & illi non ſint ſoluendo,numero.109.
Nota de illo qui potuit reſtituere, & noluit &c.ibid.
Quid ſi quis ſurripuit aliquid titulo compẽſationis, & fertur excommunicatio, numero.110.
Et an ſcientes talem ſurripuiſſe, teneantur declarare,ibid.
Quid,ſi excommunicatio præcipiat manifeſtari etiam ſic,&cæt.numero 111.
V.talis ſic ſurripiens titulo compenſ. peccet morta.& incurrat excomm.&c.ibidem.
Quid quando fertur excom. ſuper aliquas ſcripturas &c.num.112.
Inobedientia, & contumacia requiritur Excommunicandum,num.113.
V.Poſſit quis pro peccato præterito excommunicari,num.114.
Admonitio etiam requiritur ad ferendam excomm.nu.115.
Canones & Concilia ferentia Excommunicatione, non indigent monitione, n.116.
Admonitio qualis, & qualiter ſit facienda ad excommunicandũ,nu.117.
Admonitionis tempus ſolet aliquando breuiari,ibid.
Admonitio talis ad excommunicat. an requiratur de eſſentia,&c.num.118.
Admonitio de peccato præterito, & futuro,& qualiter facienda,nu.119.
V.Iudex teneatur ſeruare ordinem iuris, excommu.&c.120.
V.Pro quocunque peccato mort. danda ſit Excomm.nu.121.
Excommunicatio non ferenda niſi pro regãtur,ibid.
Vtrum creſcente contumatia, debeat creſcere etiam pęna,nu.122.
V.Excommunicatio debeat tolli,& quando, creſcente contumatia,ibid.
Quis poteſt excommunicare,num.123.concl.1.& 2. Vbi Parocho.
Prælatus,etiam occultè excommunicatus excommunicare nõ poteſt. ibidem.concl.3.
Quando ſententia talis excommunicati erit valida,ibid.concl.4.
Quid de Irregulari excommunicante, &c. ibid.concl.5.
Quis poſſit excommunicari, nu.124. per 4. concluſiones.
Excommunicationem certus numerus an detur,&c.125.

EXCOMMVNICAT. PAPAE reſeruata extra Bullam in Cęna Domini.

Hæ quæ colliguntur ex Decreto, & decretalibus,num.126.
Prima contra percutientes Clericum. ibidem.
Secunda. Contra ad id conſilium dantes.

Tertia.

Tertia. Contra excommunicatos a Delegatis,&c.

Quarta. De falſarijs,qñ Epiſcopus &c.

Quinta. Contra Clericos ſcienter participãtes in Diuinis.

Sexta. Contra Communicantes excommunicatis a Papa.

Septima. Contra incendiarios denuntiatos.

Octaua. contra Sacrilegios, effringentes eccleſias &c.

Quæ colliguntur ex lib. 6. Decretalium num. 127.

Nona. contra eligentes in Senatorem Romanum Imperatorem,&c.

Decima. contra aſſentientes nominationi,& electioni,&c.

Vndecima. contra inſequentes, &c. cardinales, vel auxilium,&c.

Duodecima. contra dantes facultatem capiendi &c. perſonas Eccleſiaſticas.

Quę ex Clementinis colliguntur. num. 128.

Decimatertia. Contra iniurioſe vel temere Epiſcopum percutientes,&c.

Decimaquarta. Contra Inquiſitores, & eorum miniſtros odio,&c.

Decimaquinta. Contra Religioſos adminiſtrantes Sacramenta,&c.

Decimaſexta. Contra Religioſos, & Clericos inducentes ad.&c.

Decimaſeptima. Contra prohibentes, ne Excommunicati denuntiati,&c.

Decimaoctaua. Contra Excommunicatos, & Interdictos,&c.

Decimanona. Contra Principes, & alios cogentes,&c.

Quæ colliguntur ex Extrauag. & Concilij, nu. 129.

Vigeſima. Contra incidentes cadauara, & in aqua coquentes,&c.

Vigeſimaprima. Contra violantes interdictum Apoſt. &c.

Vigeſimaſecunda. Contra conſpirantes contra Papam,&c.

Vgieſimatertia. Contra dantes, & accipientes &c. pro Simonia.

Vigeſimaquarta Contra dantes, vel accipientes pro ingreſſu Religionis.

Vigeſimaquinta. Contra Religioſos Mendicantes tranſeuntes ad aliam,&c.

Vigeſimaſexta. Contra inuadentes, vel occupantes bona Cardinalium,&c.

Vigeſimaſeptima. Contra Cõfeſſores abſoluentes excommunicatos,&c.

Vigeſimaoctaua. Contra eos, qui dicunt peccare mortal. tractãtes de Cõceptione,&c.

Vigeſimanona. Contra habentes libros continentes contra ſupradicta.

Trigeſima. Contra Cardinales in electione Papæ,&c.

Trigeſimaprima. Contra ingredientes Monaſteria Monialium,&c.

Trigeſima ſecunda. Contra facientes libellos famoſos,&c.

Trigeſimatertia. Contra prædicantes, docentes, ac defendentes prædictos Religioſos, &c.

Trigeſimaquarta. Contra euntes ad S. Domini Sepulcum ſine licentia Papæ.

Trigeſimaquinta. Contra cardinales reuelãtes ea quę fiunt in Conſiſtorio,&c.

Trigeſimaſexta. Contra prædicantes miracula falſa, vel incerta,&c.

Trigeſimaſeptima. Contra detrahentes in ſermonibus Prælatis,&c.

Trigeſimaoctaua. Contra quoſcunque Officiales Papæ (præter Cardinales) in terris Eccleſiæ,&c.

Trigeſimanona. Contra aliquo modo vtentes Pragmatica,&c.

Quadrageſima. Contra omnes Seculares impedientes loca, Iuriſdictiones,&c.

Quadrageſimaprima. Contra non reddentes computa in Camera Apoſtolica,&c.

Quadragemaſecunda. Contra tractantes, Conſulentes, &c. de nouo Papa eligẽdo.

Quadrageſimatertia. Contra pugnantes in Duello &c.

Quadrageſimaquarta. Contra prouiſos de Parochialibus Eccleſijs,&c.

Quadrageſimaquinta. Contra impedientes &c. volentes intrare aliquam religionẽ.

Quadrageſimaſexta. Contra Clauſtrales recipientes &c. ad habitum &c.

Quadrageſima ſeptima. Contra Tertiarios, Hæremitas, Mulieres,&c.

Quadrageſimaoctaua. Contra Fratres minimos S. Antonij de Paula,&c.
Quadrageſimanona. Contra Fratres Minores de Obſeruantia,&c.
Quinquageſima. Contra eoſdem fauorẽ dantes, vel procurantes, &c.
Quinquageſimaprima. Contra prouidentes alijs de beneficijs Eccleſiaſticis, & ide &c.
Quinquageſimaſecunda. Contra bannientes Clericales, &c.
Quinquageſimatertia. Contra Ordinarios locorum, officiales, &c.
Quinquageſimaquarta. Contra recipientes beneficia prædictorum, &c.
Quinquageſimaquinta. Contra fingentes ſe nepotes Cardinalium, &c.
Quinquageſimaſexta. Contra Eccleſias, Eccleſiaſticaque beneficia quæcunque in cõfidentiam, &c.
Quinquageſimaſeptima. Contra Officiales Sacræ pœnitentiariæ, &c.
Quinquageſimaoctaua. Contra Correctores Cancellariæ Apoſt. &c.
Quinquageſimanona. Cõtra Moniales excũtes de clauſura, &c.
Sexageſima. Contra quoſcunque ingredientes Monialium Monaſteria, &c.
Sexageſimaprima. Contra officiales ſacræ Pœnitentiariæ accipientes aliquid &c.
Sexageſimaſecunda Contra accipientes aliquid ex fructibus primi, &c.
Sexageſimatertia. Contra omnes, Epiſcopis inferiores proponentes populo, &c.
Sexageſimaquarta. Contra omnes, qui cum vacauerit Caſtrum, &c.
Sexageſimaquinta. Contra Legatos, Gubernatores, reducentes Bannitum, &c.
Sexageſimaſexta. Contra Barones, ac Dominus admittentes tales, &c.
Sexageſimaſeptima. Contra Dominos ſubditos Eccleſiæ occidentes, &c.
Sexageſimaoctaua. Contra Proceres ac Dominos Regni Siciliæ, &c.
Sexageſimanona. Cõtra capientes in ſeruos, Chriſtianos habitantes &c.
Septuageſima. Contra ingredientes Monaſteria Monialium, &c.

EXCOMMVNICATIONES Epiſcopis, a Iure reſeruata, nu. 150.

PRima. Contra Mulieres, Clericos, vel Monachos verberantes.
Secunda. Contra percutientes leuiter ſupradictos.
Tertia. Contra omnes, qui Iudicio Epiſcopi, non poſſunt Romam venire, &c.

Excõmunic. Epiſcopis, per Synodalia, uel prouincialia Decreta reſeruata, nu. 131.

Quarta. Epiſcopus abſoluit a reſeruatis ſuperiori, quando, &c.
Quinta. Scienter participantes Excommunicato nominatim ab Epiſcopo, &c.
Sexta. Quando ex præcepto Papæ committitur Epiſcopo, &c.

EXCOMMVNICATIONES nulli reſeruata.

Ex Decreto, & Decretalibus. n. 132.

PRima. Principes & Iudices, qui ter admoniti negligunt, &c.
Secunda. Contra vſurpantes ſibi nomen Papæ, confiſi, &c.
Tertia. Contra affirmantes Ordinationes factas ab Octauiano, &c.
Quarta. Contra vſurpantes Epiſcopatum in ciuitate &c. diuerſarum linguarum.
Quinta. contra Clericos, vel Monachos accipientes officium Vicecom. &c.
Sexta. contra Religioſos extra clauſtra, vel clericos, obtinentes dignitatem, &c.
Septima. contra Scholares Bonon. locantes domos aliorum &c.
Octaua. contra ſeruantes ſtatuta, &c. contra libertatem Eccleſiæ.

Ex Sexto libro Decretalium. nu. 133.

Nona. contra Dominos temporales, non ſeruantes, c. Fęlicis, &c.
Decima. contra interficientes Chriſtianos, per aſſaſſinos, &c.
Vndecima. contra Dominos temporal. prohibentes vendi neceſſaria Eccleſiaſticis.
Duodecima. contra compellentes Eccleſiaſticos ſoluere pedagia, &c.
Decimatertia. contra occupantes bona Eccleſiaſtica &c.
Decimaquarta. contra Clericos, & Monachos id procurantes, &c.
Decimaquinta. contra Clericos locantes domos ſuas manifeſtis vſurarijs, &c.
Decimaſexta. contra impedientes litigantes

in

in foro Eccleſiaſtico,&c.

Decimaſeptima. Contra concedentes repręſalias contra Eccleſiaſticos.

Decimaoctaua.contra vtentes fraude vt Iudex ad mulierē vadat ꝑ teſtimonio, &c.

Decimanona. Contra non impedientes diſcordias in electiõn. Monialium,&c.

Vigeſima. Contra offendentes electores in Monaſterijs,alijsve locis.&c.

Vigeſimaprima, contra cõpellentes eccleſiaſticos,eccleſias,&c.Laicis ſubijcere.

Vigeſimaſecunda,contra partem inducentē conſeruatores,&c.

Vigeſimatertia,contra officiales deficientes in negotio Inquiſitionis,&c.

Vigeſimaquarta, contra offendentes immunitatem Eccleſiæ,&c.

Vigeſimaquinta, contra mittentem aliquid Cardinali in conclaui,&c.

Vigeſimaſexta,contra Dños,& Magiſtratus non ſeruantes præcepta,&c.

Vigeſimaſeptima, contra ſumētes nouā religionem,vel habitum ſine licentia Papę.

Vigeſimaoctaua, contra ſepelientes Hæreticos in loco ſacro.

Vigeſimanona, contra extorquentes abſolutionem a Cenſuris,&c.

Trigeſima,contra Doctores docentes leges, aut medicinam Religioſis,&c.

Trigeſimaprima, contra Religioſus dimittentes habitum,&c.

Trigeſimaſecunda, contra Beghinarum ſtatum ſeruantes,vel ſectantes, &c.

*Ex Extrauagantib. & Conc Gener.nu.*134.

Trigeſimatertia, contra impugnantes literas Papę factas ante coronationem,&c.

Trigeſimaquarta contra ſtatum Beghinarum,vt ſupra.nu.32

Trigeſimaquinta, contra alienantes bona Eccleſiaſtica,&c.

Trigeſimaſexta, contra impedientes Legatos,vel Nuntios Apoſt.&c.

Trigeſimaſeptima, contra imprimentes librum,&c.ſine licentia Superiorum.

Trigeſimaoctaua,contra impugnantes mõtem pietatis,&c.

Trigeſimanona, contra exercentes diuinationes,ſortilegia,&c.

Quadrageſima, contra Fratres S. Franciſci de Paula,alios admittentes,&c.

Quadrageſimaprima,contra Fratres, & Sorores S.Dominici,appellantes,&c.

Quadrageſimaſecunda, contra Fratres, & Moniales S.Claræ vtentes gratijs,&c.

Quadrageſimatertia,contra prædicatores ꝑdicantes de Ind.S.Mar.de Populo.&c.

Quadrageſimaquarta, contra ficte reſignantes beneficia Eccleſiaſtica,&c.

Quadrageſimaquinta, contra incantatores Dęmonis adoratores,&c.

Quadrageſimaſexta, contra præſentantes in Curia commiſſiones,&c.

Quadrageſimaſeptima,contra ꝓhibētes facere Eleemoſynas Fratrib.S.Aug.&c.

Quadrageſimaoctaua, contra Gloſſantes, vel addentes ad Conc.Trid.&c.

Quadrageſimanona,cõtra officiales,& Magiſt.&c. non obedientes in negoc.Inquiſitionis,&c.

Quinquageſima,contra Doctores,& Magiſtros, &c. non faciētes profeſſionē Fidei.

Quinquageſimaprima, contra Nuntios Apoſt.quęrentes fauores a Regibus,&c.

Quinquageſimaſecunda, contra occidentē, &c.Inquiſitorem,accuſantem,&c.

Quinquageſimatertia, contra perturbantes Notarios Ordinis Prædicatorum.

Quinquageſimaquarta,cõtra Gubernatores &c. permittētes portare arma breuiora.

Quinquageſimaquinta, contra miniantes Agnos Dei,&c.

Quinquagemaſexta, contra exigentes datia,vel Gabellas ab Eccleſiaſticis,&c.

Quinquageſimaſeptima, contra exigentes aliqd a Mendicãtib.pro reparatione, &c.

Quinquageſimaoctaua, contra moleſtantes Mendicantes,eorumque Colonos,&c.

*Excommunicationes aliquot ex Conc.Trid nu.*135.

Quinquageſimona, cõtra docentes &c. ſufficere contritionem,&c.

Sexageſima, contra affirmãtes Matrimonia ſine conſenſu Parentum,&c.

Sexageſimaprima, contra raptores mulierum,&c.

Sexageſimaſecunda,contra Dños,&c.cogētes aliquos contrahere Matrim.&c.

Sexageſimatertia, contra Magiſtr. non pre-

 bentes

bentes auxilium Brachio Eccleſiaſtico.
Sexageſimaquarta,contra ingredientes ſepta Monaſterij,&c.
Sexageſimaquinta,contra cogentes aliquam ingredi Religionem.
Sexageſimaſexta,contra omnes ad prædicta auxiliantes,&c.
Sexageſimaſeptima,contra ſcientes, & præſentes tali actui,&c.
Sexageſimaoctaua, contra impediẽtes alicui ingreſſum Religionis.
Sexageſimanona,contra concedentes locum ad Duellum,&c.
Septuageſima, contra Duellum committentes,&c.
Septuageſimaprima, contra dantes conſiliũ in cauſa Duelli,&c.

INDEX IN BVLLAM
Cęnæ Domini.

HAeretici ante hanc Bullam erant excõmunicati.In principio.
Hæreſis ſpecies quotuplex. nu.1.
* De omnibus Hæreſiarchis, & hæreſibus. ibidem.
quid ſi hæreticus mentalis prodit ſignũ, &c. num.2.
* Hæreſis mentalis,& peccata volũtatis differunt.nu.3.
Fautor hæreticorum quis.nu.4.
quid ſi Iudex ſæcularis ſcit innocentem, quẽ Inquiſitor,&c.nu.5.
Fautor hęreticorũ dicitur eos excuſans. n.6.
Hęreticorum defenſor quis dicatur.n. 7.per tres concluſ.
Receptator hæreticorum quis dicatur proprie.num. 8.
De patre receptante filium, contra. num. 9.
De credentibus hæreticis,& quis ſit proprie. num.10.
* De legentibus libros prohibitos,& quales. num.11.
De legente conciones hæreticorum.nu.12.
De habentib.libros Magicę artis,&c.nu. 13.
Papa quando poſſit,vel non errare.num.14.
Quid ſi Papa alicui faceret iniuriã, an liceat appellare.nu. 14.
V.Papa ſit ſupra Concilium Generale, vel e contra.nu.15.
quid q̃n verſatur cauſa dubia fidei, &c. 16.
Papa licitè excommunicat appellantes ad Conc.nu.17.
Papa in dubijs põt eligere vnam partem.ibi.
Olim non erat caſus reſeruatus appellare, nunc ſic.nu.18.
Conſulens appellare,an excõicatus.num. 19.
Diſcurrens per Mare ſiue deprædatione an ſit excomm.nu.20.
qui actus requirantur ad incurrendã excom. in mari,num.21.
V.Conſulens deprædationem per Mare, incurrat excomm.nu. 22.
De auxilium dante ad deprædandum. ibid.
qui dicantur Piratæ.nu.23. vbi de Hiſpanis, Italis, &c.
De repræſalijs,& q̃ dicantur.n.24.25.& 26.
Clauſula Bullæ S.D.Sixti V.differt, &c.numero 27.
quid ſi nauis non pereat ex tẽpeſtate, &c.28.
quid ſi nauis quę paſſa eſt naufragium erat Iudæorum &c.nu. 29.
quo iure tenemur ad reſtitutionem.ibid.
Oẽs etiã infideles ſunt proximi noſtri. ibid.
quid ſi talis nauis erat Hæreticorum nu. 30.
quid ſi quis ſuſcipiat talia bona bono animo nu.31.
quid ſi quis fuerit in mora reſtituendi bona Naufragorum.nu. 32.
V.talis excom.extendatur ad tertiam perſonam ementem aliquid illo qui abſtulit ex Naufragio.nu.33.
quid ſi res,quam de naui ſurripuit, erat ſtatim peritura.nu.34.
quid quando expoſuit vitam ſuam periculo mortis.ibid.
quid ſi res fuerũt iactatæ in Mare ad exonerandam Nauem.nu.35.
quis poſſit imponere tributa, vel Gabellas, &c.nu. 36.
quid intelligatur pro Gabella ad incurrendã excom.nu.37.
De recipientibus Siſam,vel Guidagiũ a Clericis.num. 38.
quid ſi a Clerico exigatur tributum.nu.39.
quando Clericus dicatur negotiator,vt ſoluere teneatur.&c.num. 40.
quid de Dño,&c.faciẽte ſtatutum ne res neceſſariæ vendantur Clericis.nu.41.
quid de imponentibus Clericis Siſam carnis, vini,&c.nu.42.
De tributo impoſito in bonũ publicũ. n.43.

quid ſi clericos noluerit tale tributũ ſoluere num.45.
quo ad falſarios, Bulla hæc qualiter differt ab alia.nu.46.
quæ requirãtur vt quis puniatur vt falſarius. num.47.
Falſaus literas Papæ,an excommunicatus ſit cum fautoribus.nu. 48.
quid de falſantibus ſignaturas Apoſtol. vel ſupplicationes &c. ibid.
qualiter differant falſificans, & vtens falſificatis nu.49.
De impetrantibus literas ſurreptitias,&c. numero.50.
quid de falſante literas Nuntij, Sacræ Pœnitentiariæ,&c.nu.51.
quid ſi falſificauit litteras Apoſt.quæ expirauerant.nu.52.
Paruitas rei in omni materia excuſat mortali.nu.53.
quid ſi aliquis contigeret aliquam literã vel minimam partem.ibid.
Excommunicatio maior non incurritur, niſi ob mortale nu.14.
In hac Bulla in caſu 7.aliqua verba adiũcta, &c.nu.55.
Hæretici vtrũ ſint inimici nominis Chriſti,& excommunicati.nu.56.
quid requiratur vt quis ratione priuilegij excuſetur,&c.nu.57.
* V.ſit excommunicatus qui deferet aurum, &c.in ipſa materia,&c.nu.58.
quid de vendente Nauem Turchis,&c. n.59
quid, ſi quis commutat arma quædam cum alijs,cum infidelibus.nu. 60.
quid de mittante alicui infideli gladium,&c. ratione doni.nu. 61.
Exigens minimam Gabellam, &c.a Clericis non incidit in excom.ibid.
Simonia nõn inuenitur in minimis. ibid.
Actus mortalis requiritur ad incurrendam excomm.ibid.
* quid,ſi aliqua mittantur,vel deferantur extra tempus guerræ, nu.62.
V.pro captiuis poſſint dari arma,aliaq; merces infidelibus.nu.63.
quid ſi quis detulit arma, tamen pœnitentia duc[illegible]lit.nu.64.
Affectus quando puniatur vt effectus. ibid.
quid ſi infideles habebant ſufficientia arma, &c.nu.65.
quid de Chriſtianis transferentibus arma ex terris Saracenorum,&c.nu.66.
Armorum nomine in hac Bulla quid veniat. num.67.
Cultelli,& claui, non veniunt armorum appelatione.ibid.
De Chriſtianis remigantibus cõtra Chriſtianos in Triremibus Turcarum.num.68.
quid ſi remigent contra alios infideles, ibid.
quid ſi tales patiantur mortis periculũ &c. ibidem.
quando teneatur quis exponere vitam corporalem.ibid.
qualiter,& quando tales remigando peccabũt mort.& an incurrant excommunicationem huius Bullæ.ibid.
Præcepta humana an,& quando obligent cũ periculo mortis.ibid.
Aliquando non incurritur excomm.lata pro peccato,etiam peccato ſequuto.ibidem.
* Clericus quando poſſit occidi abſq; excommunicatione.nu.69.
Portãtes mercimonia ad vſum Romæ.V.poſſint cogi ad pedagia,&c.nu.70.
Princeps poteſt prohibere ne extrahatur triticũ &c.nu.71.& An incurrat tũc aliquã excom.ibid.
qualiter Princeps teneatur cõſeruare Prouinciam,&c.nu.62.
De quibus mercibus ferẽdis Romam loquatur Bulla.nu.53.
Aſſaſſinus capiens merces, quæ in Curiã portantur &c.nu.74.
quid de ſpoliante aliquem pecunijs tantum. num.75.
Clauſula contra interficientes Romipetas diuerſa ab alia.nu.76.
Et an includantur conſilium,vel fauorẽ dantes,&c.ibid.
De quibus occiſis intelligatur, an de peregrinis tantum,&c.nu.77.
quid ſi Sedes Apoſtolica nõ eſſet Romę pro peregrinis.nu. 78.
qualiter olim intelligebatur de peregrinis Hieruſalem nu.79.
quid de vulnerante peregrinum morantem Romæ.nu.80.
V.Requiratur quod occidens peregrinum, faciat in contemptum religionis. numero 81.
quid ſi peregrinus in via, vel Romæ. de-

linquat,&c.82.
Curia Papæ,& Sedes Apoſt.non ſemper fuit Romæ.nu.83.
Nunc,aliquando curia non eſt,vbi eſt Papa, &c. ibid.
qualiter ſint excommunicati conſilium dantes,&c.in morte peregr.nu.84.
Ecommunicatio contra tangentes Clericos, &c.nu.85.
Ecommunicatio contra vulnerantes Cardin. &c.extenditur,nu.86.
Non ſolum incurrunt Excomm.ſed alias pęnas,&c.nu.87
Quid de occidente, &c. Epiſcopum electum tantum,nu.88.
quid de auxilium, vel conſilium dantibus in talem mortem,&c.nu.89.
Clauſula 12.& 13.in Alia Bulla,erat vna tātum.nu.90.
quid de infamantibus,&c.venientes,vel morantes Romæ,&c.nu.91.
quando non incurratur Excomm. etiam effectus mortis ſequuto.nu.92.
quid de ſurripiente clam.quod ſibi debetur, &c.nu.93.& quando erit licitū id facere. ibid.
Caſus.13. amplior eſt alio antiquo. &c. numero 94.
quos compræhendat dicta clauſula.13. vel 13.caſus.nu.95.
An incurrant talem mandantes.nu.96.
quid de Iudice capiēte Clericum nocte, numero 97.
Clauſula 14.huius Bullæ difficilis ſatis.98.
Idem omnino continet quod illa Greg.13. licet videatur alia.nu.99.
Nauarrus qualiter loquatur de hac Clauſula num.100.
Hiſpaniæ,Gallileæ, &c. mos detinendi Bullas &c.nu.101.
Vtrum tales detinentes dictas Bullas ſint excommunicati.nu.102.
Conc.Trid.hortatur Principes.&c.ibid.
Officium boni Principis.&c.ibid.
Iudex ſæcularis an, & quando ſe intromittat in cauſa Eccleſiaſtica.nu.103.
quilibet in ſui licitam defenſionē poteſt Clericorum,&c.occidere.nu. 104.
Hiſpanorum mos circa extraneos admittendos,& quare non. ibid.
Multi Doctores repetiuntur in Hiſpania, maxime poſt Conc.nu. 105.
Teſtatorum voluntas omnino adimplenda. num.106.
Hiſpaniæ beneficia ex quibus redditibus ſunt data ibid.
Hiſpaniarum Reges,quare nō debent diſpēſare cum extraneis.ibid.
Papa in prouiſione Extraneorum ad Hiſpaniam,qualiter,&c. ibid.
Nullus,(nec ipſe Summus Pont.) habent Regem Philippum pro Excom. nu. 107.
Habens ius ad aliquem finem,habet ad remedia,quibus conſequi poteſt.ibid.
Chriſtus an reuocet Ius naturale in Euangelio,nu.108.
Rex Hiſpaniarum tueri vult Regna ſub obedientia S.R.E. ibid.
quid quando eſt cauſa, Bullas non admitten di in Hiſpania,&c.nu.109.
Epiſcopus examinat Bullas Papæ abſque pęna.nu.110.
In Clauſula.15. vel caſu.quædam verba mutantur.nu. 111.
quid de facientibus ſtatuta contra libertatē Eccleſiaſticam.&c.nu.112.
Clauſula 16.cōtra impediētes.&c. eadem eſt cum illa Greg.vide nu. 113.
Nefas eſt ſæculari poteſtati prohibere Eccleſiaſtico Iudici,&c.nu.114.
Auditores Regij qualiter procedant per viā violentiæ.nu.115.
Clauſula uel caſu.17.clarus eſt. & per ſe patet.ibid.
In Clauſula,vel caſu.18. ſublata ſunt quatuor verba.nu.116.vbi agitur de imponentibus collectas,Decimas,Tallias,&c. Clericis.&c.
quid ſi talia petantur a Clericis,abſq; impoſitione,nu.17.& 18.
Clauſula uel caſus 19. vbi agitur exēptione eccleſiaſticorum breuio alia.num.119.
quis olim,& nunc dicitur Clericus rigore.numero 120.
Clericus primæ tonſuræ vt gaudeat priuilegijs,&c.ibid.
quando prima tonſura initiati veniant nomine Clericorum.nu.121.
Appellatione religioſorū qui ue[illegible].nu.122.
De miniſtro iuſtitiæ ſæcularis percutiēte clericum leuiter,&c.nu 123.
quid,ſi aliquis detineat Clericorum colloquētem

tem cum matre,&c.nu.124.
Quid, ſi Iudex ſæcularis faciat informationẽ &c. contra clericum, nu.125.
quid de præſcriptione contra eccleſiam, &c. num.126.
In hac Bulla ſublata fuit clauſula, 21. poſita olim, nu.127.
quid de illo qui abſtulit reliquias, nu.128.
V. Excommunicatione Bullæ dicantur a iure vel ab homine, nu.129.
Excommunicatio a iure, & ab homine in qui bus differat, nu.130.
Excommunicationes Bullæ Cœnæ, continen tur in iure antiquo, nu.131.
In §. Cæterum. huius Bullæ, addita ſunt quædam verbam, nu.132.
quid ſi conſtitutus in art. mort. nõ poſſit dare cautionem de ſoluendo &c.133.
Abſolui a caſibus in Bulla contentis poteſt quis ſemel in uita ratione priuilegiorum, ſcilicet &c. num.134.
Proniores debemus eſſe ad Miſericordiã, quã ad iuſtitiam, &c. nu.135.
Prima tonſura initiatus an poſſit abſoluere ab excom. in ar. mortis, ibid.
Et, an taliter abſolutus poſtea teneatur abſol ui a ſacerdote, nu.136.
Vtrum quę licent pro articulo, liceant pro pe riculo mortis, nu.137.
Intentio Summi Pont. qualis, pro exiſtẽti in art. mortis, ibid.
Confeſſarius abſoluens a caſibus Bullæ, quã do incurret excom. nu.138.
Si autem detur ſine priuilegio &c. ipſo iure eſt nulla, nu.139.
Vtrum excommunicatio hæc abſoluentis ſit de contentis in Bulla, nu.140.
V. Per Bullam, ſit ablata poteſtas, quã Conc. Trid. concedit Epiſcopis, nu.141.
Epiſcopi an poſſit abſoluere a caſibus Bullæ ſecretis in foro conſcientiæ, ibid. fine.
quid poſſit Confeſſor cui Prælatus concedit omnes ſuos caſus, nu.142.
quid ſi parochus abſoluat ab excommunicatione epiſcopi &c. nu.143.
quid ſi religioſus abſoluat ab excommunica tione Epiſcopi, &c. nu.144.
qualiter tenebantur olim, & nunc. Confeſſores penes ſe hebere bullam, nu.145.

De Excomunicatione Minori.

QVid ſit excommunicatio minor, nu.1.
Quibus caſibus, & qualiter incurratur, nu.2.
Olim multi caſus numerabantur, hodie tãtũ &c. ibid.
In quibus caſibus communicando cũ excom municato, incurratur, nu.3.
V. Excõmunicatus minori excom. poſſit Eccleſiam ingredi &c. nu.4.
V. Talis poſſit Sacramenta conferre, nu.5. & quæ non ibid.
V. Talis excommunicatus poſſit, & quæ Sacramenta accipere, nu.6.
V. Talis poſſit alium excõicare &c. nu.7.
V. Peccet abſoluendo alium a maiori, vel minori excomm. &c. nu.8.
V. Talis minori excom. poſſit aliũ ad dignitatem eligere, num.9.
V. Communicans cum talis excommunicato minori, incidat in eandem, nu.10.
quod peccatum ſit participare cum excõmunicato minori, nu.11
quis poſſit a minori excommunicatione abſoluere &c. nu.12
Peccata venialia quis poſſit abſoluere, ibid.

DE SVSPENSIONE.

MAteria ſuſpenſionum a multis tractata, nu.1.
Suſpenſio, quotupliciter ſumatur, nu.2.
Suſpenſio in genere, quid ſit, nu.3.
Suſpenſio particulariter, & in ſpecie, quid, num.4.
Suſpenſio, & interdictum differunt, & in qui bus, nu.5
Suſpenſio quotuplex ſit, nu.6.
Suſpenſionis in genere tria aſſignantur genera, ibid.
Suſpenſio cenſura quotuplex ſit, nu.7.
Suſpenſio & irregularitatis differũt, & in qui bus, num.8.
Suſpenſio minor quot modis incurratur 9.
Quid ſi minore ſuſpenſione innodatus celebret &c. nu.10.
V. poſſit quis tales ſuſpenſos inducere ad celebrandum &c. nu.11.
Quid d maiori excõicatione innodato, ibid.

Quis dicatur ſuſpectus quo ad alios &c. nu. 12.
De literis dimiſſorijs,&c.ibid.
Clerici peregrini , & ignoti æquiparantur, ibidem.
* De ſigillo requiſito in dimiſſorijs, nu. 13.
Dimiſſoriæ qua diligentia examinandæ,&c. ibidem.
Suſpenſio maior, & minor in quo differant, num. 14
Peccatum mortale quam antiquum.ibid.
De celebrante in peccato mortali.ibid.
Excommu. maior vel minor videtur,ſed non eſt ſuſpenſio,ibid.
Suſpenſio non ſemper eſt peccatum mortale.ibid.
Excommunicatus, & ſuſpenſus qualiter abſoluendi a peccatis,ibid.
Confeſſor an poſſit pœnitentem ſuſpendere,nu. 15
Et an talis fieret irregularis,ibid.
Quis poſſit alium ſuſpendere, nu. 16
Quis poſſit ſuſpendi,nu. 17
Quot modis poſſit quis ſuſpendi , nu. 18
Clericus fornicarius qualiter ſuſpenſus,&c. num. 19
Qualiter tollatur talis ſuſpenſio, ibid.
V. Intelligatur de omnibus ordinibus , &c. num. 20
Quando dicetur notorius fornicator,nu. 21.
Notorium eſt duplex,nu. 22
Quid ſi tales notorij fornic. adminiſtrent, &c.nu. 23
Si tantum erat ſuſpenſus quis poſſit cum eo diſpenſare,nu. 24
De ſuſcipiente ſimoniace dignitatem, vel curatum,nu. 25
Quis diſpenſet cum tali,ibid.
* De recipiente beneficium ſimplex ſimoniace,nu. 26
De ordinante aliquem ſine patrimonio, &c. num. 27
De ordinato cum titulo ficto,nu. 28.Nota totam quæſtionem.
Vbi,an ſit tantum ſuſpenſus, vel etiam irregularis.
Quid de ordinato cum alimentis promiſſis , num. 29
Quid ſi poſt ordines receptos remittit ius, &c.nu. 30
De ordinato ad titulum patrimonij &c.n. 31
Mediator in ſimonia publica,& quis diſpenſet,numero 32
De ordinato ab Epiſcopo ſimoniaco in ordine &c.nu. 33
Quid ſi ignoranter factum fuit, nu. 34
De ſimonia commiſſa ex parte ordinatoris tantum,nu. 35
De commiſſa ex parte ordinati, nu. 36
Quid,ſi ſimonia fuerit occulta,nu. 37
Vicarius ſpecialiter electus ab Epiſcopo qd poſſit &c.nu. 38
Suſpenſus ob ſimoniam quas pœnas incurrit,nu. 39
Suſpenſus quo ad ordines , an ſit quo ad iuriſdictionem,nu. 40
De ſimonia in conſequutione ordinũ,nu. 41
V. Acquitẽtes dignitates,&c. ſimoniace ſint ipſis iure priuati,nu. 42.
De prælatis & alijs accipientibus aliquid de redditibus &c. nu. 43
De ſurripientibus , vel conſumantibus bona relicta &c.nu. 44
De religioſis accipientibus paſtum,vel prandia &c.nu. 45
De eccleſiaſticis obligantibus Eccleſiæ ſuæ bona &c.nu 46
De recipiente duos ordines ſacros eodem die &c.nu. 47
De ordinato (vt aiunt) per ſaltum,num. 48
* De ſepelientibus publicum vſurarium, 49
Quis dicatur vſurarius publicus ad hunc effectum,nu. 50.
De capitulis &c. tranſgredientibus bullam, &c.nu. 51
De Epiſcopo ordinante inuitum.nu. 52
De ordinaris huius temporis inuolutis cenſuris,ibid.
De ordinante coniugatum &c.nu. 53
De ordinante ſcienter Bigamum, nu. 54
De ordinãte ſolemniter pœnitentem, nu. 55.
De ordinante illegitimum abſque diſpenſatione, nu. 56
Qui dicantur filij illegitimi,nu. 57
Quis poſſit cũ illegitimo diſpenſare, nu. 58.
* De prælatis &c.capientibus fructus,&c. numero 59
De prælatis locantibus domos vſurarijs,&c. num. 60
De promouente ad ordines obſ[illegible] curiæ,num. 61
De ordinante neophitum,nu. 62
Vox;Neophitus,quid ſignificet, nu. 63

Neo-

Neophiti quando poterunt ad dignitates aſſumi, nu. 64.
Miſerum eſt magiſtrum fieri qui nunquam diſcipulus fuit, ibid.
De fratribus mendicantibus ad Epiſcopatũ aſſumptis, nu. 65.
De clericis eligentibus Epiſcopum illegitimum, nu. 66.
De Cardinalibus eligentibus Papam illegitimum, nu. 67.
De clericis prouocantibus alium ad duellũ, num. 68.
quid ſit duellum, nu. 69. & de alijs eis ſinonymis, ibid.
Excommunicans aliquem ſine monitione, &c. nu. 70.
Excommunicans, ſuſpendens &c. alium verbo tenus, nu. 71.
De prælatis alienantibus res eccleſiæ, &c. numero 72.
De prælatis regular. concedentibus, ad vitã &c. num. 73.
De iudicibus Eccleſ. facientibus contra conſcientiam &c. nu. 74.
De religioſis adminiſtrantibus quædam ſacramenta &c. nu. 75.
De religioſis non facientibus ſcrupulum circa decimas, &c. nu. 76.
De epiſcopo citramontano ordinante vltramontanum, nu. 77.
De epiſcopo vltramontano ordinante citramontanum, nu. 78.
De epiſcopo ordinante monachum ſine licẽtia, nu. 79.
De conſeruatore Apoſtolico cognoſcente de ijs, quæ non ſunt notoria, nu. 80.
De admittente excommunicatos &c. ad diuina &c. nu. 81.
Et an intelligatur de omnibus, vel tantum de exemptis, ibid.
De prælatis tradentibus bona eccleſiarum in emphyteuſim, nu. 82.
De ordinante irregularem, cum quo ipſe diſpenſare non poterat, nu. 83.
De prælatis ordinantibus ſeruum abſq; &c. nu. 84.
De ordinantibus illiteratum atq; indoctum, nu. 85.
quis dicatur illiteratus in hoc caſu, ibid.
quæ literatura requiratur ad vnumquemque ordinem, nu. 86.
Maiores ordines non conſerantur niſi inſtructis in minoribus, nu. 87.
De ſcientia requiſita ad ſacerdotium, & epiſcopatum, ibid.
De apoſtatis a religione recipientibus ordines, nu. 88.
De excommunicato pro manuum iniectione ordinato, nu. 89.
De epiſcopo differente congregare clericos poſt ſex menſes &c. nu. 90.
De ſuperioribus procedentibus odio, amore &c. contra iuſtitiam &c. 91.
De canonicis cathedralium qui non ſunt ſubdiaconi, nu. 92.
De prælatis admittentibus ad magiſterium &c. nu. 93.
De abbatibus, &c. portantibus ſotulares, &c. num. 94.
De abbatibus venatoribus &c. nu. 95.
De electoribus negligentibus præſentare electionem &c. nu. 96.
De confirmantibus indignum electum, &c. num. 97.
De clerico electo a ſæcularib. &c. nu. 98.
De non ſeruantibus interdictum, num. 99.
De fratribus minoribus perturbantibus, prædicatores, &c. nu. 100.
De religioſis grauantibus eccleſia, num. 101.
Excommunicati maiori excom. ſunt ipſo iure ſuſpenſi, num. 102.
De prælatis ordinantibus religioſum abſque licentia &c. nu. 103.
De profeſſis ante annum probationis a iure num. 104.
De prælatis circa viſitationes, &c. nu. 105.
De ordinato poſt matrimonium ratum, &c. num. 106.
De prælatis impedientibus notarios ordinis prædic. nu. 107.
De ordinato ab Hæreticis, nu. 108.
De clericis portantibus veſtes varij coloris, num. 109.
De ordinato ante ætatem, nu. 110.
De ordinato extra tempora ſine licentia numero 111.
De ordinato ab alio Epiſc. ſine liter. Dimiſſorijs, nu. 112.
Quæ ætas requiratur in quocunque ordine &c. ibid.
De ordinante alium ante legitimam ætatem num. 113.

De ordinato ab Epiſcopo qui renuntiauit Epiſcopatui,nu.114
De Prælat.publicantibus indulgentias cum ſtipendio,num.115
De diſputantibus de Conceptione B. Mariæ Virginis,nú.116
De Prælatis ingredientibus monaſteria, &c. num.117
De Religioſis introducentibus mulieres numero 118
De Iudicibus ſe intromittentibus in cauſis electionum,&c.num.119
De beneficiato non accipienti ordinem requiſitum,&c.num.120
De Clericis & Monachus audientibus leges,&c.nu.121
De deficiente in probatione &c.nu.122
De Ordinatis cum Dimiſſorijs capituli, &c. num.123
De Epiſcopo celebrante Ordines &c. extra &c.num.124
De Epiſcopo titulari (Hiſpani de Anillo,) num.125
* De ordinatis a non ſuo Epiſcopo, nu.126
De Parocho adminiſtrante Matrimonium &c.num.127
De Epiſcopo concubinario,nu.128
* De epō miniſtrante in alia diœceſi,129
Suſpenſio quando abſoluatur per Papā, & quando per Epiſcopum,nu.131
Quæ abſolutio ſuſpenſionis concedatur tēpore Iubilæi,ibid.
Suſpenſus miniſtrans quid,& quid poſſit tūc Epiſcopus,nu.132
Epiſcopus poteſt auferre ſuſpenſion.a ſe latam,ſed non irreg.&c.ibid.
De contraueniente ſuſpenſioni,nu.133
Quid de faciente contra ſuſpenſionem ex contemptu,nu.134
Quid ſi appelletur e ſuſpenſione,nu.135
Quid procedit etiā ſi gñaliter &c. num.136
V.Fiat irregularis in quocunq; Ordine, &c. num.137
Suſpenſus generaliter ab ordinibus, de quibus intelligatur,nu.138
Nota damna,& mala, quæ infert ſuſpenſio, num.139
Suſpenſo beneficia cōferri non poſſunt.ibid.
De ſuſpenſo ab ingreſſu Eccleſię,nu.140
V.Sit irregularis ſuſpenſus celebrās in quo cunque ordine,&c.nu.141
De ſuſpenſo ab exercitio ordinum, nu.142
De Epiſcopo ſuſpenſo a benedictione &c. numero 143
De ſuſpenſo a benedictione nuptiarum, & alijs ſuſpenſ.&c.nu.145
De Epiſcopo ſuſpenſo à Pontificalibus tantum,num.146
De ſuſpenſo permanente per annum.147
De ſuſpenſo intrante chorum,nu.148
Qui per alium facit,per ſe ipſum facere videtur,ibid.
Odia reſtringi, fauores cōuenit ampliari ibid.
Nullus irregularis iudicandus, niſi reperiatur in iure &c.ibid.
* De ſuſpenſione ex facto,nu.149
De regulari ſuſpenſo &c.nu.150
Mulier vtrum poſſit ſuſpendere,&c.nu.151
Inobediētia qualis inducat peccatum mort. &c.ibid.
Suſpenſum abſoluere quis poſſit &c. n. 152
De ſuſpenſo a ſuſceptione Sacramentorum &c,nu.153
De ignorante ſe eſſe ſuſpenſum &c.nu.154
Quid ſi Sacerdos celebrans, recordatur ſe eſſe ſuſpenſum,ibid.
Suſpenſio debet eſſe certa ad irregularitatē incurrendam,nu.155
Suſpenſus ab vna functione,qualiter &c.numero 156
Suſpenſus ab officio,an ſit etiam a beneficio &c.ibid.
De ſuſpenſo a collatione Sacramentorum ea conferente &c.nu.157
De ſuſpēſio ab ingreſſu Eccleſiæ, &c.nu.158
Suſpenſio debet eſſe vera,& realis ad irregular.&c.nu.159
Quid de ſuſpenſo, donec pęniteat, &c.numero 160
Suſpenſio dupliciter fertur.&c.nu.161
Suſpenſio qualis inducat irregularitatem. ibidem.
Suſpenſio duplex reprobatiua,& approbatiua.num.163
Et quid de celebrante in vnaquaque earum. ibidem.
De ſuſpenſo ab aliqua lectura,&c.num.163
De ſuſpenſo à Sindicatura, vel [illegible] alia,&c.ibid.
Suſpenſio tantum facit irregularem in ſpiritualibus.nu.164

Reges,

Reges, Barones, Domini, ac alij, &c. aliquan quando ſuſpenduntur. ibid.
Epiſcopus qualiter ſuſpendat Notarios, &c. ibidem.
Suſpenſio an debeat eſſe iudicialis, 165
Suſpenſio debet eſſe lata, non ferenda, ad incurrendam irregul. nu. 166
Quid de ſuſpenſio ad adminiſtratione, &c. num. 167
Quid de Vicario Epiſcopi, Archidiacono, &c. Suſpenſis. ibid.
Epiſcopi, & ſupra, non includuntur in generali ſuſpenſione num. 168.
Suſpenſus tenetur abſtinere, etiam poſt contritionem. &c. nu. 169
Suſpenſum quando teneamur vitare, n. 170
De ſuſpenſo ab officio. &c. nu. 171
* Sodomia. V. ſit omnium carnalium criminum grauius. nu. 172 *
Sodomia, quæ mala inferat, ibid.
De Sodomita publico, & qualiter ſit irregularis. ibid.
De Sodomita ſecreto an ſit ipſo iure ſuſpenſus. ibid.
Sodomiam exercens quis dicatur, & quędã declarantur, &c. ibid.
De diſpenſatione ſuſpenſionum. nume. 174.
Quid ſit ſuſpenſio ab homine. nu. 174
Quibus verbis proferenda ſuſpenſionis ſententia, nu. 165
Qui poſſit ſuſpenſionem ferre, nu. 176
Suſpendere poteſt ille, qui excommunicare; num. 177
Laicus, & Mulier an poſſint ſuſpendere, nume. 178
V. In ſuſpenſione ſit neceſſaria admonitio. num. 179
Quis poſſit a ſuſpenſione abſoluere, nu. 180. vbi late per quinque concluſ.
Quid ſi ſit abſoluendus in foro exteriori, vel interiori, &c. ibid.
Tribus caſibus non poteſt quis a ſua ſuſpenſione abſolui, &c. nu. 171.

DE INTERDICTO.

Quid hæc vox: Interdictum, ſignificet, [illegible] num. 1.
Quotupliciter hoc nomen, Interdictum accipiatur. nu. 2
Quid ſit interdictum eccleſiaſticum, num. 3
Interdictum in quo conueniat cum alijs cenſuris, num. 4
Interdictum a iure vel ab homine. nu. 5
Interdicitur Collegium, &c. cogens perſonas Eccleſiaſticas, &c. num. 6
De vniuerſitate locante domum vſurarijs, &c. nu. 7
De miniſtris ciuitatis vbi eligitur Papa, &c num. 8
De vniuerſitate concedente repræſalias, &c. num. 9
De Territorijs locantium domos vſurarijs. num. 10
De occidentibus Cardinales, &c. nu. 11
De territorio vbi proprius Epiſcopus percutitur iniurioſè, nu. 12
Interdicuntur Regna &c. impedientia Nuntios, &c. nu. 13
Interdicuntur Collegia & Capitula ſi accipiant fructus, &c. nu. 14
De vniuerſitate, vel Collegio, &c. appellante ad Concilium. nu. 15
Interdicuntur Principes diſſipantes bona Eccleſiaſtica. nu. 16
Interdictum contrafacientes contra libertatem Eccleſiæ. nu. 17
De capitulis concedentibus licentiam ad ordines, &c. nu. 18
De Eccleſijs, &c. vbi ſepulti fuerĩt ij, qui ab eius Eccleſię clericis, &c. nu. 19
Aliquando cum ſuſpenſione inuenitur excommunicatio. &c. nu. ibid.
Quando interdicantur clerici propter celebrationem, &c. nu. 20
De impedientibus fieri Eleemoſ. Fratribus, &c. nu. 21
Contra prohibentes vti priuilegijs, &c. 22
Contra impedientes ſepulturam in Monaſterijs, nu. 23
Contra idem perſuadentes, &c. nu. 24
Contra celebrantes in Monaſterijs ſine licẽtia. &c. nu. 25
Contra cogentes Fratres ſoluere, &c. nu. 26
Contra impedientes Mantellatos, &c. n. 27
Contra impedientes dare habitũ, &c. nu. 28
Contra compellentes Fratres ire ad Synodos, &c. nu. 29
Contra negantes Sacramenta confeſſis cum Fratribus, &c. nu. 30
Contra eadem committentes in Fratres & loca quorumlibet ordinum, &c. nu. 31

Euan-

Euangelia S.Eccleſiæ quatuor,&c.nu.32
Ordines Mendicantes quot.ibid.
Concilia Generalia,quot.ibid.
Doctores S.Eccleſiæ,quot.ibid.
Ordines non Mendicantes an habebant participationem.&c.nu.33.
Contra Epſ alienantes bona, &c.num.34
Profeſſionem Fidei quis teneatur, & qualiter facere.nu.35
Contra Prælatos commētantes Conc. Trid. &c.num.36
De confidentiarum crimine,& eorum pœnis. vide à nu.37. vſque ad nu.52. incluſiuè.

De caſibus quibus Eccleſia interdicitur.

QVot caſibus Eccleſia ſit interdicta, & debeat reconciliari,nu.53
De humani ſanguinis effuſione, &c. nu.54
Quid ſi effundatur in campanili, vel campanarum turri,&c.nu.55
Quid,ſi Eccleſia non ſit conſecrata, &c.numero 56
Quid,ſi ſanguis non effundatur, ſed tantum percuſſio fiat.nu.57
De animalium ſanguine,&c.nu.58
Effundere qualiter intelligatur,&c.num.59
Menſtruum cadens in Eccleſiam, an violent illam,&c.nu.60
De furioſis,& pueris percutientibus,&c.numero 61
Quid,ſi aliquis defendens ſe percutiat in Eccleſia. nu.62
Quid,ſi vulnus fuit extra Eccleſiam, & effuſio intra.nu.63
Quid ſi intra vulnus illatum, & ſanguis foras affluxit.nu.64
De Martyrio facto in Eccleſia.&c.nu.65
De mortuo intra Eccleſiam ſine ſanguine, num.66
Quid ſi exiſtens in Eccleſia iaciat lapidem, &c.nu.67
De ſeminis humani effuſione in Eccleſia numer.68
De ſemine animalium,&c.nu.69
quorumcunque hominum ſemine polluitur Eccleſia.nu.70
De pollutione habita in ſomnis, &c.nu.71
V.copula coniugali polluat Eccleſia nu.72
De excōicato ſepulto in Eccleſia. nume.73
De infideli ſepulto,&c.nu.74
De Eccleſia conſecrata ab excommunicato.nu.75
De Eccleſiæ renouatione,&c.nu.76
Cœmiterium duplex,contiguum, & ſeparatum,&c.nu.77
V.ſit pollutum cœmiterium, polluta Eccleſia,&c.nu.78
Magis dignum,V.& quando,& in quibus attrahat ad ſe minus dignum,&c.nume.79
Violato cœmiterio,non eſt polluta Eccleſia. num.80
De duobus cœmiterijs, quæ vno muro circundantur,&c.nu.81
quantitas parua qualiter in omnibus excuſat a mortali,&c.nu.82
V.Sit neceſſaria publicitas ad violationem Eccleſiæ.&c.nu.83
V.requiratur iudicis ſententia de violatione.nu.84
quid, ſi celebretur in Eccleſia polluta ante reconciliationem.&c.nu.75
Talis celebrans ſit ſuſpenſus.nu.86.
De ſchiſmaticis celebrantibus, &c. num.87
De paganis ſepultis in cœmiterijs. &c.nu.88
De excōicatis ſepultis in loco ſacro. nu.89

De caſibus in quibus ſepultura eccleſiaſtica iure interdicitur.

DVplex perſonarū genus poteſt mortuū ſepelire.nu.90
Sepultura eccleſiaſtica negatur Hæretico. num.91
Sepultura eccleſiaſtica eſt interdicta excommunicato maiori excom. nu. 92
Mortuus quando ſit vitandus, nu.93
V. ſit neganda ſepultura excom. minori excom.&c.nu.94
Sepultura negatur omnibus Iudæis.95.
Admittens in ſua eccleſia corpus excommunicati,an ſit excom.&c.nu.96
Semetipſos interficientibus negatur ſepultura,&c.nu.97
Sepultura priuantur oēs ſuſpēſi denūciati.98
Sepultura negatur vſurarijs manifeſtis, &c. num.99
Sepultura negatur admittēti vſurarium.100
De nō confitentibus ſemel in anno,&c.101
De raptoribus & incendiarijs, &c. nu.102
De Sacerdote admittente eos,&c. nu.103
De incendiario notorio,&c. nu.104

De

De Religioſo habenti, & morienti cum proprio,&c.nu.105.
quid ſi in talia morte accedat licentia ſuperioris,&c.nu. 106.
Peccatum nō dimittitur niſi reſtituatur ablatum,&c.nu. ibid.
quid circa proprietatem regularium in Cōc. Trid.&c.nu.107.
De Laicis non ſoluentibus decimas, &c.108.
De Blaſphemis,&c.nu.109.
De morientibus ſine pœnitentia in peccato mortali.nu.101.
De mortuo in hæreſi ſecreta,quæ poſt detegitur.nu.111.
De mortuis in torneamentis.nu.112.
De illis quibus ingreſſus eccleſiæ eſt interdictus.nu.113.
De relinquente tutorem ſuorum filiorum Sacerdotem.nu 114.
De infamibus decedentibus ſine baptiſmo. num.115.
V.Infantes morietes cū Baptiſmo, ſine exorciſmis ſunt in ſacro ſepeliendi.116.
De morientibus in duello.nu.117.
De congredientibus cum Tauris, & alijs feris.nu.118.
quotuplex ſit interdictum,&c.119.
quid quando interdictum particulare cōprę hendit multa loca,&c.nu.120.
Interdictum perſonale quod,&c.nu. 121.
De interdicto perſonali particulari.nu. 122.
De interdicto locali,& perſonali ſimul. 123.
quis poſſit interdicere,&c.nu. 124.
Papa poteſt interdicere,&c. nu. 125.
Legatus qualiter poſſit interdicere. 126.
Subdelegatus qualiter poſſit interdicere numero 127.
Ordinarius qualiter poſſit interdicere, &c. num.128.
Epiſcopus electus tantū, & confirmatus an poſſit,&c.nu.129.
De omnibus alijs qui interdicere poſſunt.nu. 130.131.132.& 133.
V.Mulier poſſit interdicere. nu. 134.
V.capitulum poſſit interdicere.nu.135.
quis poſſit interdici nu.136.
Vniuerſitas,an poſſit interdici.nu.137.
V.Locus quī non poteſt ſuſpendi,poſſit interdici.nu.138.
Religioſi, an poſſint interdici ab epiſcopo &c.nu.139.
qui religioſi non poſſint interdici num.140.
V.Pueri poſſint interdicto comprahēdi,&c. num.141.
Interdictum quā ob rē ponendū,&c.nu.142.
qūo ſit interdictū ponēdū,num.143.& an cū monitione,vel an in ſcriptis.ibid.
V.interdicti ſententia ſuſpēdatur per appellationem.nu.144.& ſeq.
Interdictū inducit irregularitatem per celebrationem,&c.nu.146.
Interdicti abſolutio fit,mediante iuramento, &c.nu.146.
Interdictum iniuſtum ligat,ſi nō ſit nullum, &c.num.147.
Interdictū impedit electionem actiue,& paſſiuè,&c.ibid.
Interdictū debet ab ipſis ſuperioribus obſeruari,&c.ibid.
Nullus poteſt teſtari durante interdicti ſentētia.ibid.
Omnis interdictus eſt ſuſpenſus,non è cōtra ibidem.
Cum interdicto,extra diuina poteſt participari,&c.ibid.
qn̄ interdictū eſt locale,gn̄ale,&c.locus tantū,eſt interdictus,non perſonæ,&c. num. 148.Ideo Incolæ poterūt alio in loco nō interdicto ſacra audire,&c.ibid.
Clerici etiam ibidem omnia Sacra peragere, &c.ibid.
Interdictum qualiter ſeruandum ſit,&c. ibi. nu. 148.
quid eſt locū aliquem interdicere, &c. 149.
qualiter intelligatur interdicta ſepultura, &c.nu.150.
Omnia diuina prohibentur per quodcunque interdictum.nu.151.
Ad quid ſe extendat interdictum perſonale particulare.nu. 152.Ideo quādo alicui interdicitur ingreſſus Eccleſiæ: omnia diuina ſunt illi interdicta,&c. ibid.
Cui interdictus eſt ingreſſus Eccleſiæ, poteſt in eam intrare,&c.nu. 153.
quæ dicantur diuina officia, quo ad hanc materiam.nu. 154.
quid quando fertur interdictum generale cōtra totum Regnum,&c.nu.155.
quæ dicantur Suburbia,&c.nu.156.
De populo gn̄aliter interdicto,&c.num.157.
Interdicto clero,an ſit interdictus populus, &c.nu.158.

V.cleri

V.cleri appellatione veniant religioſi? &c. num.159
V.Eccleſia interdicta, ſit Clarus interdictus. num.160.
Quando teneamur ad obſeruationem interdicti.num.161.
V. Religioſi teneantur ſeruare interdicta, &c.& quando non.nu.163.
Qn̄ teneatur vitare interdictos.nu.163.
V.Epiſcopi incurrant cenſuras, &c.nu.164.
V.Interdicto populo, includantur Barones, & alij Nobiles.nu.165.
V.Interdicta Eccleſia, dicatur interdicta Capella,&c.nu.166.
De eccleſia cohęrenti interdictæ.&c.167.
V.interdictam familia, comprahendantur Clerici eiuſdem,&c.nu.168.
V.Doctores Cleri veniant nomine Doctorum.nu.169.
Specialiter interdictus, an ſit vbique Interdictus.nu.170.
De Bannito,a populo interdicto.nu.171.
Quid ſi interdictus intrat religionem.172.
V.Ignorãtia excuſet in interdicto, &c.173.
Interdictum.V.relaxandũ cũ cautione.174.
De interdicto in articulo mortis.num.175.
De ſepulturis tempore interdicti.num.176.
Quod olim Cęmiteriũ, hodie eccleſia. 177.
Quid quãdo interdicitur terra alicuius.178.
V.Maritus ſit dominus dotis vxoris.ibidem.
Quid ſi interdicatur Collegiũ aliqđ.nu.179
De celebrante in præſentia interdictorũ.&c. num.180.
De collegiali abſenti, quãdo Collegium interdicitur.nu.181.
Vota populi, qui teneantur ſeruare. &c.numero 182.
De populo interdicto per longum tp̄s. 183.
Ciuitas Vrbini interdicta triginta annis.ibidem.
De habitantibus in ſuburbijs.nu.184.
De veniente de nouo ad populum interdictum.nu.185.
De interdicto ab aliquo actu diuini officij. num.186.
V. Religioſus poſſit interdici ab Epiſcopo, &c.num.187.
V. Teneantur obſeruare omnes interdictũ; liceat alij non,&c.nu.188.
Interdictum quando eſt nullum.nume.198.
Interdictum quando erit iuſtum,&c.190.
Interdictum iniuſtum,in ſeruandum.191.
Admonitio qualiter ſit neceſſaria.192.
De priuilegijs conceſſis particularib.193.
V.Locus poſſit interdici pro debito pecuniario.num.194.
De priuilegio conceſſo a Legato.&c.195.
Forma ferendi interdictum.nu.196.
De Filijs ſpecialibus D.Papæ nu.197.
Qui poſſint intereſſe diuinis,ſine priuilegio. num.198.
V.poſſint recipere oĩa ſacramenta. nu.199.
De ſacro cõfirmationis tp̄e interdicti.200.
V.ſacrm̄ pnię ſit adminiſtrãdum,&c.n.201,
V.Sacroſanctum Euchariſtię Sacramẽ. poſſit miniſtrari,&c.nu.202.
V.Poſſit deſſerri ad infirmos,& qualiter. nume.203.
V.Supradicta liceant in Eccleſia ſpecialiter interdicta.nu.204
V.Euchariſtia danda ſit dannatis ad mortem,nu.205.
V.Euchariſtia danda ſit exiſtentibus in periculo mortis.nu.206.
V.Clericis ſit danda,tẽpore interdicti, 207.
V.Laici ſine priuilegio poſſint adeſſe adminiſtrationi,nu.208.
De Sacro matrimonij tẽpore interdicti.209
Extrema Vnctio an, & quibus concedatur. num.210.
Sacramentum Ordinis tempore interdicti, an miniſtrandum,nu.211.
Quid ſi extra neceſſitatem cõferat, &c. 212
De ſepultura concedenda, vel non tempore interdicti,num.213.
Clerici coniugati,qn̄ dicantur clerici,214.
V.poſſint intereſſe diuinis Officijs,215.
Quæ concedebantur olim, per multa iura, in interdicto,nu.216.
Qui multum emungit elicit ſanguinẽ. 217
Officia diuina qualiter dicenda tempore interdicti,nu.218.
Qui admittẽdi, vel non tpe interdicti,219.
De diſtributionibus canonicorum tempore interdicti,nu.220.
Quæ concedantur, vel non, tempore interdicti,221.vſque ad 225.incluſiue.
Campanæ qn̄ pulſandæ,vel non, num.226.
Portæ qualiter claudendæ tempore interdicti,nu.227.
Officium diuinum dici debet,num.228.
Vox,in offõ,qualiter eleuanda, vel nõ,229.

Quot

Quot poterunt recitare Horas, Canonicas, nu.230.
V. Intra eccleſiam poſſint recitare &c.131.
V. Duo, vel tres in Sacello aliquo poterunt, num.132.
V. Clerici teneantur ad Horas tempore interdicti, &c.num.233.
Textus.in ca. Alma mater a quo, & quando factus, nu.234.
Sacrm pęnit. quibus hodie datur, ibid.
Interdictum quibus feſtiuitatibus ſuſpendatur a iure, nu.235.
V. Extendatur ad Octauas, nu.236.
V. ſuſpendat᷑ p oẽs dies Natalis, &c.nu.237.
Diſtributio dierum Natalis Domini, &c. nume.238.& ſeq.
Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari, num.240.
Beneficium Principis, qualiter interpretandum, nu.241.
V. debeat ſuſpendi a Miſſa Vigiliæ Natalis Domini &c.num.242.
Interdictum ſuſpenditur in die corporis Chriſti, & Conceptionis, B. Mariæ Virginis, & qualiter per Octauas, num.243.
Interdictum. V. ſuſpendatur in feſto omniũ Sanctorum, nu.144.
V. ſuſpendatur vſque, ad veſperas, vel vſque ad Completorium. nu.257.
Qualiter intelligendum Completorium in hoc caſu, nu.246.
Interdictum, quo ad quæ omnia ſuſpendatur, num.247.
V. Tunc poſſint celebrari Miſſæ, de alio Feſto, nu.248.
Epiſcopus quid facere poſſit ſuſpenſo interdicto, nu.349.
Quid de mortuis ſepeliendis, quando ſuſpẽditur interdictum, nu.250.
Quid de communicandis ſanis, illis diebus quando ſuſpenditur, nu.251.
V. Sacramentum Extremæ Vnctionis poſſit adminiſtrari, nu.252.
De Sacram. Matrim. adminiſtrando tempore interdicti, nu.253.
Nuptiæ, vel benedictiones Nuptiales quando conceſſę, nu.254.
Quod interdictum ſuſpendatur, nu.255.
Quid de Octaua corporis Chriſti, & Conceptionis, nu.256.
Interdictum qualiter poſſit ab homine ſuſpendi, nu.257.
Pęnæ non ſeruantium interdictum, 258.
Fit inelligibilis, caretque voce, &c.nu.259.
Quid, ſi interdictus miniſtrat in ordine Sacro &c.nu.260.
V. Tantum in illa ciuitate incurrant has pęnas, nu.261.
De Collegialibus interdictis, nu.262.
De celebrante in Eccleſia ſpecialiter interdicta.num.263.
Quid ſi celebrauit generali ſtante interdicto, nu.264.
De celebrante in eccleſia polluta, num.265.
De pulſante campanas in interdicto. nu.266
De clerico celebrante coram non interdictis loci interdicti, nu.267.
De recitantibus Horas in agro &c.268.
Tpe interdictis excludendi ſunt Laici 269.
V. bñficiatus recitet noĩe eccleſię, num. 270.
Et vbi poſſit, nu.271.
P. F. Franciſc. de Alcoces Doctiſs. &c. ibid.
Quid ſi celebret coram interdictis in loco non interdicto, nu.272.
De ſuſpenſo ab ingreſſu eccleſiæ. ibid.
Quis dicatur miniſtrare in ordine Sacro numero 273.
Audire Miſſam in Eccleſia, tempore interdicti, num.274.
De domino temporali iubente celebrare. numero 275.
De Clerico ſepeliente Laicum, &c.nu.176.
De Prælatis & Clericis facientibus prohibita, nu.277.
De Congregationi Laicorum interdictis, numero 278.
Quando tales incurrant irregularitatem, numero 279.
Quando tales Confraternitates poterunt in eccleſia congregari, nu.280.
V. Violans interdictum peccet mort. n.281.
Quid qñ eſt annexa excommunicatio, ibi.
De Monialibus violãtibus interdictũ n.282.
V. Nomine Clerici interdicti veniant religioſi, nu.283.
Snia ſummę Sylueſtrinæ in hoc, num.284.
Violans interdictũ &c. Suſpenſus, nu.285.
Interdicta requirunt certa verborũ formã, num.286.
Quid requiratur ad incurrendas pœnas, &c. num.287.
Interdictum denuntiari debet, num. ibid.

V. ſit neceſſaria particularis intimatio, numero 288
Conſuetudo legum interpres, nu. 289
Conſuetudo quid poſſit contra interdictum, ibid.
Interdictum tripliciter ponitur, num. 290
Tripliciter relaxatur interdictum, numero 291. 292. & 293. vbi ponuntur uerba relaxationis.
Interdictum & excommunicatio differunt, num. 294
Quid ſi eccleſia ſit a Papa interdicta, numero 295
Quid ſi perſona ſpecialiter interdicta vult ſatisfacere, nu. 296
Quis poterit interdictum ab homine relaxare, nu. 297
Quis interdictum a iure, nu. 298
Index pōt interdictum ſuſpendere, num. 299
Quid ſi culpatus uult ſatisfacere, & cæt. numero 300
BVLLA Cruciatæ quid concedat pro interdicto, nu. 311
Clauſula Bullæ Cruciatæ pro interdicto, vide, ibid.
Quid concedat Bulla pro articulo mortis, num. 302
Interdictum & ceſſatio a diuinis, in quibus differant &c. nu. 303
Priuilegia nihil valent ijs, qui cauſam dederunt &c. nu. 304
Habentes Bullam Cruciatam, quid poſſint, num. 305
De clericis non habentibus priuilegia, &c. num. 306
Quid poſſint circa Miſſam habentes Bullā, num. 307
Qualiter concedatur celebrare in Oratorio particulari, ibid.
Epiſcopi diligenter examinent circa Oratoria, nu. 308
De Oratione requiſita in Bulla cruciata numero 309.
Renuntiare iuri ſuo an liceat vnicuique, numero 310.
V. priuilegiatus teneatur audire Miſſam tempore interdicti, ibid.
V. Habens Bullam poſſit ſepeliri in loco Sacro, nu. 311.
Pompa funeralis moderata qualis, 312.
* Familia, uel familiares perſonæ quæ dicantur, nu. 313.
quid a iure, & quid a bulla circa familiares, num. 314.
quid concedatur epiſcopis, Baronibus &c. circa familiares, ibid.
Sacerdos celebraturus, poteſt habere vnum miniſtrum. nu. 315.

DE IRREGVLARITATE.

AVtoris intentio in principio.
Difficile de irregularitatibus tractare, & quare, ibid.
quaſi impoſſibile omnes irregularitates numerare, nu. 1.
quos autores viderit Autor ibid.
Flaſes, & modi, quibus in iure irregularitas figuatur, nu. 2.
Vox: Animaduerſio, quid ſignificet. num. 3.
Diffinitiones omnes periculoſæ, num. 4.
Irregularitates variæ. ibid.
Irregularitas diffinitur. nu. 4. & 5. melius 6.
Irregularitas incurritur cum, & ſine peccato. num. 6.
Irregularitatis ethymologia, nu. 7.
Irregularitas aliqua, an iure diuino inuenta, nu. 8. & 9.
Papa in quibus diſpenſat, vel non. num. 10.
Pius Papa V. diſpenſauit in Homicidio voluntario, nu. 11.
Aliquid eſſe de iure diuino, dicitur duobus modis, nu. 12.
Inferior non diſpenſat in lege ſuperioris, numero, 13.
Papa qualiter poſſit diſpenſare in iure diuino num. 14.
Omnis irregularitas iure canonico, num. 15.
V. irregularitas ſit ſuſpenſio, nu. 16.
V. irregularitas ſit cenſura, nu. 17.
Affectus quādo puniatur vt effectus, nu. 18.
Irregularitas nō incurritur, niſi in iure exprimatur, nu. 19.
Nullus iudicandus irregularis, &c. num. 20. & quando ſic.
In dubijs pars ſecurior eſt eligenda. num. 21.
quibus modis poteſt quis dubitare, num. 22.
De conſcientia inquieta, num. 23.
Ceſſante cauſa ceſſat effectus, num. 24.
Ceſsāte cauſa irregularitatis, ceſſat ipſa. ibid.
Irregularitas, qualiter conſideretur, num. 25.
Irregularitas quid reſpiciat, num. 26.

De omni

De omni magna deformitate, nu. 27.
De ægrotis, & impeditis, nu. 28.
De mutilatione ſuperuenienti, nu. 29.
De prohibitio miniſtrare in ordine ſuſcepto. num. 30.
De corporalibus defectibus, nu. 31.
Habens corporalem defectum, quid ſi miniſter, nu. 32.
De in irregularitate ex crimine, adminiſtrante, num. 33.
quæ crimina inducant irregularitatem, numero 34.
Faciens alium irregularem, qualiter ſit irregularis, nu. 35.
Irregularitas aliquando fortior ſine peccato, num. 36.
quid quando irregularitas pendet ab actu interiori, nu. 37.
Et an, & quando ſit remittenda conſcientiæ, num. 38.
Omne reddens hominem incapacem, eſt irregularitas, nu. 39.
Omnes defectus relinquuntur arbitrio Epiſcopi, nu. 40.
De diſpenſatione facili, &c. nu. 41.
De homicidio cauſa tuendæ vitæ, &c. nu. 42.
quid quando requiritur declaratoria Epiſcopi, ibid.
Irregularitas duplex parua, & magna, &c. numero 43.

DE PRIMA SPECIE, ſcilicet Bigamia.

VOx Bigamia, quid ſignificet, nu. 1.
quot ſint ſpecies Bigamiæ, nu. 2.
* Bigamia vera qualis, nu. 3.
Bigamia interpretatiua quæ ſit, nu. 4.
quid de deflorante virginem, & ducente illã, num. 5.
De cognoſcente vxorem ſuam adulteram numero 6.
quid ſi talis vxor violenter fuit cognita, nu. 7.
quid ſi Matrimonium fuit fraudulenter factũ num. 8.
De vxore mortua, & reſuſcitata, nu. 9.
De Sacerdote mortuo reſuſcitato, &c. ibi. & nu. 10. ubi etiam de Religioſo mortuo.
V. V. teneatur vxorem reſuſcitatam ducere ibidem.
Et, V. talis eſſet Bigamus eã acceptãdo, n. 11.
De Bigamia ſimilitudinaria. nu. 12.
De Religioſo profeſſo contrahente Matrimonium, nu. 13.
De contrahente cum habente votum Caſtitatis, num. 14.
Vide aliqua reſolutiue, de Bigamia, num. 15.
V. Bigamia fuerit in omni lege, vel nunc tantum, nu. 16.
V. liceat ad ſecundas nuptias tranſire, nu. 17.
Rex Philippus I I. qualiter contraxit, &c. ibi. & Alter, &c. nu. 18.
Quare dicatur Bigamus, &c. ibid.
Matrimonium quid ſignificet. ibid.
Non poteſt bene Caſtitatem hortari, qui &c. num. 19.
* Sacerdotis dignitas, nu. 20.
V. Solus conſenſus in duo Matrimonia faciat Bigamum. nu. 21.
V. Tñ requiratur carnis copula &c. nu. 22.
De marito cognoſcente vxorem extraordinariè. num. 23.
quid ſi clauſtra non intrauit, tamen fecit grauidam. nu. 24.
De cognoſcente Sodomiticè primam vxorẽ. num. 25.
quid de illo qui primo erat fœmina, poſtea vir factus, &c. nu. 26.
quid ſi bigamus de facto ordinetur. nu. 27.
Pœnæ contra Bigamos. nu. 28.
Irregularitas Bigamiæ. V. tollatur Baptiſmo. num. 29.
S. Auguſtini & S. Hieronymi opinio contraria. ibid.
quis poſſit cum Bigamo diſpenſare. num. 30.
Bigamia quo iure introducta, num. 31.
Apoſtoli erant non tantum Apoſtoli, ſed eccleſiæ Rectores. ibid.
Papa diſpenſat in omni Bigamia. num. 32.
Summi Põtifices diſpenſarunt cum Bigamo. num. 33.
V. Epiſcopi poſſint, & in qua Bigamia diſpẽſare. nu. 34.

DE SECVNDA SPECIE idest, ex defectu animę. De infidelibus.

* INfideles in triplici differentia. nu. 35.
V. Infideles ſunt promouendi, &c. n. 36.
Cathecumeni, an & quando poſſint ordinari. num. 37.

De preſbytero non baptizato,&c.nu.53.
V. Bis baptizatus ſit irregularis,& quare nu mero 59.
Quid ſi ignoranter fuit bis baptizatus. n.40.
Quid ſi ratam habuit rebaptizationẽ. n.41.
De rebaptizato per vim,vel metũ, &c.n.42.
* De baptizante bis aliquem.nu.43.
De iterantibus alia Sacramenta.nu.44.
De differente baptiſmum vſque ad finem. nume.45.
V. Talis irregularitas tollatur ipſo Baptiſmo,num.46.

De Neophitis.

NEophitorum ſpecies multæ.nu.47.
Ad tres ſpecies reducuntur omnes.nu me.48.49.& 50.
Neophitus,quo iure ſit irregularis.nu.51.
Neophitus in fide quis ſit.nume.52.
Qualiter omnes Neophiti in Fide ſint irregulares.nume.53.
* Quare non admittantur ad ordines.n.54.
Ordinum interſtitia ſeruanda.num.55.
Et quando poterunt non ſeruari, & prætermitti.nume.56.
De Iudæis nouiter conuerſis ad fidẽ. nu. 57.
De Nouitio in Religione,&c.nu.58.
Profeſſio in Religione quãdo faciẽda.n.59.

De Hæreticis.

HAeretici omnes ſunt excommunicati. num.60.
Hæreticus quatuor modis dicitur quis n.61.
Hæreticus eſt qui non bene declarat ſcripturam.num.62.
Hæreticus dr̃ diuiſus a Sacris, &c.num.63.
Hæreticus dr̃ peruerſor Sacrorum.nu.64.
De dubio in fide qualiter dicatur infidelis. num.65.
Hæreticus eſt qui facit contra priuilegia Eccleſiæ Romanæ.nu.66.
Qui dicantur Hæretici ſtricto, & largo modo.num.67.
Quot requirantur ad inducendam hæreſim, ibidem.
V. Propoſitio erronea, ſine pertinacia inducat hæreſim.nu.68.
Duo requiruntur vt quis dicatur hæreticus. num.69.
Hæreſis tribus modis accipitur.nu.70.
Hæretici ordinum incapaces,etiam facta pœnitentia,nu.71.
Quod etiã hẽt locũ in prima tonſura. n.72.
V. Fautores,Auxiliantes, &c. Hæreticorum ſint irregulares.nu.73.
Fauens Hæreticis,quãdo irregularis, nu.74.
Filij innocentes hęreticorum puniuntur.nu me.75.& quare.nu.76.
De ſchiſmaticis,& eorũ filijs,& pęnis.n.77.
Quis poſſit cum talibus diſpenſare.nu.78.
Quadrupliciter diſpẽſatur cũ hęretico.n.79.
Cum Hęretico occulto quis diſpenſat.n.80.
* Secreta Epiſcopi diſpenſatio ad quid valeat.num.81.
De abiurantibus hæreſim.ibid.

De Apoſtatis.

APoſtaſia quotuplex ſit,num.82.
Apoſtata a fide quis dicat.n.83.& 84.
Pœnæ contra Apoſtatas.nu.85 & 86.
Adorans dæmonũ,dicitur Apoſtata, nu.87.
De Apoſtata per vim,vel metum,nu.88.
Quis poſſit cum apoſtatis diſpenſare.nu.89.

De Idiotis,vel Illiteratis.

DE ſcientia ordinandorum,nu.90.
Idiota qualiter ſit irregularis atq; incapax,&c.nu.91.
Quis dicatur idiota, & illiteratus quo ad hoc,num.92.
* Ordinatus ten& ſcire neceſſaria &c.n.93.
Quando vir Eccleſiaſticus, poſſit ſine literis admitti,nu.94.
De quodam inſigni Sacriſta,nu.95.
Monachus illiteratus potius admittendus quam &c.nu.96.
In illiteratura quis diſpenſet,nu.97.
Literatura, & ſcientia, quo iure neceſſaria, ibidem.

De uitę honeſtatis defectu.

DE Criminibus varie ſcripſere doctores, num.98.
Tres regulæ circa crimina, num.99.
Tres opiniones circa tres dictas regulas, numero 100.
Eſſe aliquem ſine peccato,eſt res penè cõtra natu-

naturam,num.101.

Crimina triplicia ex quibus irregularitas oriri poterit,num.102.

Et qualiter intelligantur facta pęnitentiæ, nume.103.

Crimina enormia duplicia,ibidem.

De criminibus enormibus occultis. nu.104.

* Crimina mediocria in duplici differentia, nume.105.

* Minora crimina quæ dicantur,nu.106.

Qualiter Epiſcopus diſpenſat in criminibus occultis,ibid.

DE TERTIA SPECIE *de corpore uitiatis.*

De corpore uitiatis incipit,nu.107.

De Illegitimis.

Illegitimi nati omnes ab ordinibus repelluntur,num.108.

Illegitimorum prohibitio vnde ſit, nu. ibid.

Manzer tantũ,erat olim prohibitus,nu.109.

Quot ſit illegitimorum ſpecies, nume.110.

Quare illegitimi non admittantur. nu. 111.

Illegitimi quando admittendi,num.112.

Ad quos ordines ſint admittendi,num.113.

V.Poſſint diſpenſari quo ad epiſcopatum. nume.114.

V.Filij legitimentur ſequuto matrimonio, alio interpoſito,nume.115.

De filio clerici in minoribus ordinibus, numero 116.

De filijs legitimis Sacerdotum,num.117.

Copula inter ſponſos de futuro, peccatum mortale,nu.118.

De filio habito ex ſponſa de futuro,ibid.

Quid ſi filius fornicarius de facto ordinetur, num.119.

V.Infantes expoſiti ſint pro legitimis habendi,nume.120.

Quando expoſitus liberatur a patria poteſtate.num.121.

Filius expoſitus liberatur a patria poteſtate, num.122.

* V.Expoſiti ſint promouendi ſine diſpenſatione,num.123.

Quis diſpẽſet cũ omnibus illegitimis,n.124.

Quid ſi illegitimi ingrediantur religionem numero 125.

Religionis ingreſſus, tollit irregularitatis ingratitudinem,nume.126.

De illegitimis remanẽtibus in ſęculo,n.127.

* De ſeruis promouendis, vel non, nu.128.

De corpore uitiatis.

Vitium corporis,quadrupliciter conſideratur,num.129.

Monſtrum quid ſit,ibid.

Mõſtruoſitas,& deformitas differũt. n.130.

De Membrorum imparitate,nu.131.

De capite cuiuſdam Gigantis.nume.132

Gigantes non vbique erunt irregulares, numero 133.

De Hermofroditis.

Hermofrodita quis ſit,nu.134.

Hermofroditæ complures repetiuntur in Aphrica,nu.135.

Irregularitas Hermofroditæ, & quare nõdinandus,nu.136.

De Oculorum defectibus.

Vtrum oculi ſint membra,nu.137.

Quid dicatur membrum in homine, ibidem.

* Cęcus qualiter ſit irregularis,nu.138.

Quid ſi cęcitas Sacerdoti ſuperueniat,n.139

De monoculo ordinando, vel non, quando ex culpa,nu.140.

De illo qui alium oculo priuauit,nu.141.

Faciens alium irregularem, ſit irregularis, ibidem.

De monoculo,vel cęco naturaliter,nu.142.

De oculo Canonis, & quis dicatur talis, & quare,ibid.

De habentibus nubem in oculo,nu.143.

De habẽtibus oculos lachrimantes,nu.144.

De Albugine oculorum,nu.145.

V.Per ingreſſũ Religionis tollat,&c.n.145

De faciei deformitate.

Deformitas faciei,animæ deformitatem notat,num.146.

De habentibus faciem diuerſorum Colorũ, nume.147.

claritas animę,& corporis requiritur ad Ordines

dines,&c. ibidem.
De gibbo in facie apparenti, nu.143.
De nigro uel Aethiope,nu.ibid.

De naſi defectibus.

NAſi defectus ſpiritualiter declarantur, num.149
De paruum naſum habentibus. 150
Naſus in ordinando requiritur de neceſſitate præcepti,ibid.& de non habente.
Quæ dicantur de eſſentia Sacramenti uel neceſſitate præcepti,nu.151
Quis poſſit in dicto defectu diſpenſare, numero 152.

De Labiorum defectibus.

LAbiorum defectus raro, aut nunquam impedit & relinquitur Epiſcopi arbitrio,num.153

De Dentium defectibus.

VTrum Dens ſit membrum ,nu.154
De extrahente ſibi aliquem dentem, numero 155
De amputante ſibi particulam digiti, ibid.

De auris,uel Auriculę defectu.

AVrium defectus,duplex,nu.156
De ſurdo omnino, & de ſurdaſtro ordinando,vel non,ibid.
De ſurdo iam ordinato &c. nu.157
De carentibus auricula,& V.Sit membrum, num.158
De habenti amputatam auriculam. 159
De auricula caſualiter amputata, num.160.
De abſcindenti alicuius auriculam, nu.161.

De linguę defectibus.

MOrs & uita in manibus linguæ,nume. 162
Lingua quam neceſſaria in ſacerdote, ibid.
Mutus qualiter non ordinandus, ibid.
De habente impedimentum linguæ, nu.163
Epiſcopo conuenit de impedimento linguæ iudicare,nu.164

De Eunuchis,uel Caſtratis.

* DE abſcindente ſibi virilia vel partem, &c.nu.165
De illo cui culpabiliter virilia abſcinduntur, num.166
De inuento in delicto cū aliqua &c. nu.167
De illis qui ſe caſtitatis cauſa caſtrauerunt. num.168
* De caſtratis ob neceſſitatem aut infirmitatem,nu.169
De caſtrante ſeipſum ob neceſſitatem,num. 170
Quid ſi motus ira ſeipſum, etiam cum neceſſitate caſtrauit. ibid.
De illo qui virilia ſibi,ob timorem abſcidit, num.171
Metus dupliciter conſideratur , ibid.
Vtrum ſit neceſſarium portare ſecum uirilia,&c.num.172.& ſeq.vbi uide Regulas quaſdam generales pro omnibus uitiatis.
Quando Papa , & Epiſcopus diſpenſet cum vitiatis,nu.174

De dæmoniacis,furioſis,&c.

GRauiſſima quęſtio olim de Dęmoniacis.arreptitijs,&c. nu.175
Quis dicatur Dæmoniacus , Energumenus, &c.nu.176
V.ſit bonum eſſe dæmones,ibid.
Epilenticus quis dicatur,nu.177
Lunaticus quis,& unde dicatur, nu.178
Furioſus quis dicatur, nu.179
Quando omnes ſupradicti ſint, uel non ordinandi,nu.180
V.Sint ordinandi , ſi ſemel tantum talibus morbis fuerint infecti, nu.181
De freneticis ob febris ardorem,vel magnitudinem,nu.182
De iam promotis incidentibus in tales morbos,nu.183
De Sacerdote dæmoniacum habenti,n.184.
* Dæmonum uexatio ad quid,nu.185
De maleficiato ordinando,vel non,nu.186.
De ſimulante ſe dæmonium habere, numero 187
Quis poterit diſpenſare in omnibus dictis impediment.nu.188

DE QVARTA SPECIE irregul. ſcilicet de Homicidio, maxime iniuſto.

Homicidij materia qualiter diſtinguatur, nu. 189.
Homicidium graue eſt peccatum, nu. 190.
Irregularitas homicidij, &c. nu. 191
Quid ſi Papa ipſe aliquem occidiſſet, n. 192.
* Homicidium voluntariũ peccatum mortale eſt, &c. nu. 193.
Quid ſit homicidium voluntarium, nu. 194.
V. Homicidium ante baptiſmum inducat irregularitatem, nu. 195.
Occiſio, & mutilatio, qualiter æquiparentur, num. 196.
Omnis homicida voluntarius irregularis, num. 197.
De occidentibus alium ſine voluntate, n. 198.
Quocunque modo fiat enſe, gladio, lapidè, &c. num. 199.
V. qui occultiſſime occidit ſit irregularis, numero 200.
De mutilante ſeipſum, nu. 201.
Quid ſi occidat quis excommunicatum, numero 202.
Quid ſi occidat Paganum, nu. 203.
* Quid ſi occidat quis aliquem bannitum, numero 204.
Mors requiritur cum effectu, &c. num. 205.
De morte, quam ciuilem appellant, ibid.
De percutiente alium, nu. 206.
De vulnerante grauiter cum animo occidendi, num. 207.
De marito occidente vxorem in delicto inuentam, num. 208.
De marito, &c. interficiente Clericum inuentum cum vxore, &c. nu. 209.
De patre interficiente filiam adulteram, numero 210.
De fratre occidente fratrem bannitũ, n. 211
Quando liceat filio patrem occidere, vel è contra, ibid.
De adultero occidente maritum adulteræ, num. 212.
* quando non erit irregularis occidens inuasorem, nu. 213.
Moderamen inculpatæ tutelæ quid, n. 214.
Defenſio qualiter debeat ſequi periculum non è contra, nu. 215.
Olim non ſeruabatur hoc de moderamine, &c. nu. 216.
V. Vim vi repellere liceat, & quo iure, ibidē.
Quid ſi aggreſſus fugere potuit, &c. n. 217.
Quid ſi ex tali fuga ſequeretur dedecus, num. 218.
Quando aggreſſus teneatur fugere, vel non num. 219.
* Quid quando talis aggreſſus eſt nobilis. &c. num. 220.
* Quid ſi aggreſſus eſt Clericus, vel Frater, num. 221.
* Argumentum valet de milite terreſtri ad Cœleſtem, num. 222.
De religioſo qualiter ſit filius religionis. ibidem.
Aggreſſus aliquando occidendo non peccat mortaliter, irregularitatem tamen in paucis effugiet, nu. 223.
Quid ſi aggreſſor voluiſſet tantum mutilare, & non occidere, nu. 224.
Quid ſi aggreſſus potuit euadere mutilando, & occidit, nu. 225.
Quid ſi aggreſſor voluiſſet tantum iniuria afficere, &c. nu. 226.
De aggreſſo dante operam rei licitæ, vel illicitæ, num. 227.
Quid ſi defendendo Patrem &c. alium occidat, nu. 228.
De infante, dormiente, furioſo &c. n. 229.
* De procurãte, vel cauſante abortũ, n. 239.
Anima in corpore quãdo infundatur n. 213.
Quis diſpenſet cum procurante abortum, ibidem.
* De Iudice, teſte, accuſatore, &c. num. 232.
De illo qui latronem ligauit, &c. nu. 233.
Proteſtatio qualiter facienda, ibid.
Irregularitas ſola voluntate non contrahitur, num. 234.
Nauarrus, aliquando nõ citat contrarios numero 235.
De Inquiſitore procedente ex odio &c. numero 236.
Inquiſitor an incurrat irregul. tradẽdo comburendum &c. nu. 237.
Cautela pro Dominis Inquiſitoribus, ibidē.

De dante cauſam homicidio.

Cauſam damni dans, damnum dediſſe videtur, num. 238.

De dan-

De dantibus uenenum, poculum amatoriũ, &c.ibid.
De Pœnitente habente animum præbendi venenum,nu.239
De ligante furem,abſque malo animo, &c. num.240
De illo qui alium percuſſit,& poſtea fuit ab alio occiſus,nu.341
De Patre,Magiſtro,domino,& alijs parentibus &c.ibid.
Quid ſi rixatur quis, & eius amici accedentes,&c.nu.242
*De tenentibus infantem in lecto, &c. nu. 243
Conſuetudo Saonæ circa baptiſmum,&cæt. ibidem.
Beatiſſima Virgo Maria quid fecit nato domino,nu.244
Magiſter meus Gratiales laudatur,ibid.
Nulla irregularitas, ſi infans,adhibita diligentia,moriatur,nu 245
De mouente caput infirmi &c. in articulo mortis,nu.246
De prouocantibus infirmnm ad iram,n.247
Regulæ generales pro multis caſib.nu.248.
De dante operam rei licitæ,ibid.
De non adhibente diligentiam, ibid.
De dante operam rei illicitæ, ibid.

De mandante,& conſulente.

Mandans, conſulens &c. fieri homicidium irregulares,nu.249
Quid ſi homicidium ſit iuſtum, nu.250
De facientibus, vel conſulentibus facere legem,&c.nu.251
De mandante,etiã ſi non ſtatim &c.nu.252.
Quid ſi præcipi homic. miraculo tamen, nõ fuit ſequutum, nu.253
Quid ſi mandatarius noluit acceptare,num. 254
Quid ſi non expreſsè,ſed tacitè &c. nu.255
De Confeſſoribus, Prædicatoribus Principum,nu.256
Quid ſi ante homicidium,reuocauit mandatum,nu.257
V.Occidendus ſit monendus,&c.nu.258
Quid ſi è contra,mandatarius occidatur,numero 259
Quid ſi mandatarius exceſſit fines mandati, num.260
De delatoribus, exploratoribus, ſuſurronibus,&c.nu.261

De homicidio caſuali,aut ex culpa.

Peccatum non dicitur, niſi voluntarium. num.262
De homicidio incogitato vel caſuali.ibid.
* Caſus fortuitus quis dicatur, ibid.
Quando taliter occidens fiat irregularis,numero 263
Quid quãdo aliqua culpa interuenit,n.264.
De lata culpa in homicidio,nu.265
Culpa leuiſſima quæ dicatur,nu.266
De proijciente lapidem ludendo. nu.267
De ludentibus cum calcibus,aut pugnis,numero 268
De iacente lapidem contra aliquem,&c.numero 269
De occidente clericum pro laico.nu.270.
De volente occidere auem,&c.ibid.
Multi caſus homicidij caſualis,remiſſiuè,numero 271.

De opem præſtantibus, &c.

Circunſtantia(quibus auxilijs) confienda,nu.272.
De aſſociante alium ad homicidium,&c.numero 273
De aſſiſtente homicidio, & ibid.
De publica perſona aſſiſtenti. nu. 274
De prælatis habentibus utramque iuriſdictionem,num.275
De clericis aſſiſtentibus iudicio ſanguis,numero 276
Aſſiſtere quis dicatur,nu.277
De portantibus ligna ad comburendum aliquem,nu.278
Cautela ſeruanda ab ijs qui facultas portãt quando aliquis eſt comburendus. numero 279
De medicantibus infirmum,nu.280
De quodam qui fuit alligatus ſtipiti,numero 281
De multis inſimul rixantibus,nu.282.

De homicidio ex omiſſione.

Omnes tenemur proximum defendere, nu.183

Vtrum

Vtrum non defendens proximum ſit irregularis.ibid.
De peccantibus contra charitatem, nu.284.
De peccantibus contra iuſtitiam, num.285.
Peccantes contra charitatem an ſint irregulares,nu.286.
Quo iure ſit proximus defendendus, n.287.
Quibus caſibus incurratur irregularitas cōtra charitatem,nu.288.
Qualiter filij,vaſalli,& ſerui teneantur,&c. nume.289.

De ratum habente homicidium.

RAtum haberi aliquid, quando poſſit, nume.290.
De approbante homicidium mente tātum, nume.291.
Reſtitutio ex ratihabitione,nu.292.
De ratum habente percuſſionem clerici,nu. 263 & 294.
De offenſione facta cardinali,nu.295.
De offenſione facta Epiſcopo,nu.296.
Infamia, & ſcandalum quādo facit irregul. nume.297.
Ratihabitio ſcandaloſa quæ dicatur, n.298.
Ratihabitio percuſſionis clerici quid inducat,num.299.
Ad contraria argumenta reſpondetur, n.300.
V.Sit reſtituendum ex vi ratihabitionis.numero 301.
Duo requiruntur ad ratihabitionem,n.302.
De occultantibus, vel receptantibus homicidias,nu.303.
De Aſſaſſinis, & qualiter dicantur Hiſpanicè.ibidem.

DE QVINTA SPECIE irregul.ſ.ex defectu perfectæ lenitatis.

VErba ex defectu perfectæ lenitatis, quid ſignificent,nu.303.
caſus in quibus datur defectus perfectæ lenitatis,nu.304.
De ordinato a non ſuo Epiſcopo, num.305.
De irregularitate recipiendi ordines ante ætatē,extra tēpora,&c.remiſſiuè,nu.306.
De ordinate cum titulo ficto, remiſſiuè. numero 307.
De Vltramontanis, & citramontanis ordinandis,&c.num.308.
Regulam generalem pro alijs irregularitatibus. vide.nu.309.

DE ABSOLVTIONE a peccato homicidij, & diſpenſatione in eius irregularitate.

IN Homicidio duo inueniuntur. numero 310.
Homicidij peccatum à quo abſoluatur,ibid.
De peccatis Papæ reſeruatis.ibid.
Omnes irregularitates diſpenſabiles, &c.numero 311.
V.Papa poſſit in homicidio voluntario diſpenſare.nu.312.
Vox,irrecuperabiliter,quid operetur,numero 313.
Papa eſt ſupra omne ius canonicum, ibidē.

De diſpenſ.Epiſc.reſeruatis.

QValiter,& in quibus Epiſcopus diſpenſet,nu.314.
Occultum quid dicatur in hac materia, numero 315.
Epiſcopus diſpenſat in omnibus non prohibitis,num.316.
Epiſcopus diſpenſat quo ad minores Ordines,num.317.
Epiſcopus diſpenſat in homicidio caſuali, num.318.
Epiſcopus diſpenſat in homicidio facto in defenſione,num.319.
Homicidium quando dicatur voluntarium numero 320.
Probatur ſententia Modernorum de diſpenſatione in homicidio voluntario occulto,&c.num.321.
Exceptio firmat regulam,nu.322.
V.Qui caſu occidit habeat defectum perfectæ lenitatis.nu.323.
Epiſcopus quid olim cum homicida voluntario,&c.nu.324.
V.poſſit diſpenſare nunc in occultiſſimo,numero 325.

De diſpenſatione quo ad fratres.

REligionum ſuperiores quid poſſint circa irregul.nu.326.
V. Poſſunt diſpenſare cum homicida non volun-

voluntario, numero 327.
Ratio, quia non dicitur abſolutè homicidium. num. 328.
V. Poſſint cum homicida caſuali. nu. 329.
Conſilium pro diſpenſatione facienda per Iubilæum, &c. nu. 330.
V. Nomine pœnarum veniat irregularitas, numero 331.
V. Sub generali conceſſione veniat homicid. &c. nu. 332.
Conſilium pro tempore Iubilæi quo ad abſolutionem, & diſpenſationem, &c. numero 333.

DE CESSATIONE A Diuinis.

Ceſſatio a diuinis, quid, nu. 1.
Ceſſatio quæ compræhendat, num. 2.
V. ſit neceſſaria abſolutio, num. 3.
Ceſſatio a diuinis eſt duplex, num. 4.
Ceſſatio, & interdictum olim confundebantur, nu. 5.
V. In ceſſatione liceat celebrare, ſicut in interdicto, nu. 6.
V. Habens priuilegium audiẽdi Miſſam poſſit communicare, nu. 7.
Ceſſatio generalis an ſuſpendi poſſit, num. 8.
quid de feſtis priuilegiatis, &c. nu. 9.
V. Ponens ceſſationem poſſit cõcedere alicui licentiam, nu. 10.
quid de cogente celebrare tempore ceſſationis, num. 11.
De prohibente de facto ceſſationem. numero 12.
V. Clerici teneantur Horas recitare, &c. numero 13.
V. Duo ſimul poſſint recitare, nu. 14.
V. poſſit audire Miſſam, qui poteſt in interdicto, nu. 15.

Gratiarum actio pro fine Libri.

INCIPIT MATERIA SEV TRACTATVS

De Sententia Excommunicatione, &c.

De qua,

TRACTAT Mag. ſenten. & Theo. in 4. maxime S. Tho. & hodie Dominicus Soto. diſtin. 18. q. 2. Concordat ipſe S. Thom. in addit. 3. par. q. 21. Canoniſtæ; & in Rubrica, & per totum, de ſent. excom. in Decretalibus, Sexto, Clementinis, & Extrauag. Gratianus, & Doctores, in Decreto, 9. q. 1. & 11. q. 3. & 24. q. 1 & 2. Summiſtę verbo. excommunicatio, inter quos Sylu. Caiet. & Armill. Nauarr. Man. c. 27. in princ. S. Anto. 3. par. titu. 24. Couarr. in c. Alma mater. de ſenten. excom. lib. 6. Caietan. in opuſ. ad 3. p. to. 1. q. 13. Vict. in ſumma. Petrus à Soto ſacerd. tractatu de clauibus, Lect. 2. Martinus Ayala, De conſtitu. Eccleſiaſt. 3. p. ar. 5. Rofens. ar. 23. & 24. contra Lutherun. Alfonſus Caſtro. Vuald. lib. de Sacramentalibus, Bart. Medin. in ſum. & multi alij.

ET antequam ad quæſita veniamus, notare oportet excom. fuiſſe in lege veteri præfiguratam in leproſis illis, qui extra Caſtra excludebantur; & etiã à Synagoga. vt de Cœconato narrat. D. Ioann. cap. 6. tradit Paulus Gryſaldus. verbo. excom. in principio.

QVæritur Primo. Quid hęc vox, excommunicatio, ſignificat? Reſpõ. quòd idem eſt, quòd extra cõmunionem fieri. Componitur enim, ab extra, & communio. Communio verò vocabulum eſt Latinum, quod ſignificat ſocietatem in rebus (vt colligitur ex Cicerone, in Oratione pro Cornelio Balbo) ſermone, & beneficio. Ait enim Cicero: Mihi maximè communionem beneficiorum, præmiorum Ciuitati continere videtur. 1 *Vox excõmunicatio, qd ſignificet?* *Cõio, & cõmunicare qd?*

Hinc deriuatur verbum: communicare; quod ſignificat participem facere conſiliorum &c.

Hinc Eccleſia, eiuſq; S. Patres ex hoc verbo, communicare, duxerunt excommunicare; quod eſt ſeparare à communione, vt ex multis tradit Couar. in c. Alma. de ſenten. excomm. 6. in initio. 1. par. num. 1.

Nota. Pro intelligentia huius materiæ, quod cum ſit diffuſè à ſupradictis auctoribus tractata, non ſic eos paſſim citabimus, quemadmodum in materia ſacramentorum fecimus. Quo ſuppoſito.

2 *Quid ſit excõicatio?*

QVæritur. Quid ſit excommunicatio? Reſpond. excommunicatio eſt, cenſura Eccleſiaſtica, qua ſeparatur Chriſtianus à communione fidelium, vel Eccleſiæ. Solent addere multi, quantum ad fructum, & ſuffragia generalia: quod non oportet addere. Diximus, Eccleſiaſtica cenſura, vice generis; habet.n. eccleſia multas cenſuras ſcilicet tres, quæ ſunt excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum. c. Quærenti. de verborum ſignificatione; & ibi, & vbique communis.

3 *Cenſuræ quot.*

4 *Verbũ, cenſura, quid ſignificet.*

QVæritur. Quid ſignificet cenſura? Reſpond. Duo ſignificare ſecundum Naua. Primo ſignificat quandam dignitatem Romanorum. Secundo correctionem, & pœnam. Nam cenſor puniebat Ciues Romanos de delictis, & in hac acceptione vſurpat eccleſia cenſuram. Cõmunis opinio.

Nota, quòd cùm pęna priuet aliquo bono, & excomm. ſit cenſura, & pęna: conſequens eſt, quod priuet aliquo bono, & hoc bonum eſt communicatio Eccleſiæ, quæ eſt maximum bonum.

5 *Excõicatio quibus priuet.*

QVæritur. Qua communione priuet excommunicatio? Reſp. Multiplici communione priuare. Prima communio eſt fidelium politica, & Ciuilis, quæ etiam eſt communis alijs gentibus, qualis eſt communio in contractibus, & commercijs. Vnde hæc communio non eſt propria fidelium, vt fideles ſunt. Secunda. Communio eſt alia fidelium, vt fideles ſunt ſcilicet communio in orationibus, & rebus ſacris, vt audiendo ſacrum, & c. Tertia Communio eſt in participatione Sacramentorum actiua, vel paſſiua: maximè in participatione Euchariſtię, quæ per Antonomaſiam, dicitur communio, vt ait. S. Diony. c. 3. de Eccleſiaſ. Hierar. & S. Damaſ. lib. 4. de fide c. 14. Quarta. Eſt alia communio, qua fideles communicant in orationibus, ſuffragijs, & ſacrificijs, quæ offert Eccleſia pro fidelibus. Quinta. Eſt alia communicatio, quæ fundatur in charitate, & gratia fidelium. Quæ duæ vltimæ maximè ſignificantur in Symbolo, de quo vide Catechiſ. Pij V. Quas etiã communiones explicauit Dauid. Pſal. 118. Participes ego ſum omnium timentium te quem Pſal. D. Ambr. & Aug. ita explicant.

Fideliũ cõicatio quotuplex?

6 *Quæ bona participant fideles ob charitatem?*

QVæritur. Quæ bona ſunt iſta, quæ participant fideles ob charitatem? Reſpon. Conſtare inter Doctores, quod Deus; propter bona opera, quæ alius fidelis facit mihi patrocinatur, & defendit à tentationibus, & c. Probatur ſimilitudine, quam affert D. Paul. Rom. 12. & 1. Cor. 12. & ad Eph. 4. Quemadmodum membra corporis inuicem communicãt influxu mutuo, & mutuo gaudent de ſuis bonis, ita fideles vniti per fidem, & charitatem interſe, & Chriſto communicant.

7 *Bona opera aliorum quid præſtent mihi?*

QVæritur. V. Propter bona opera, quæ alij fideles faciunt, Deus conferat mihi aliquem nouum gradum gratiæ, charitatis, vel ſatisfactionis? Reſpõ. eſſe communem opinionem, quod loquendo de gratia & charitate non datur talis gradus. De ſatisfactione verò, quidam, vt Philippus Meneſias in li. qui dicitur Luz de alma; & Ledeſ. 2. par. q. 23. ar. 3. affirmant hoc modo, intelligẽdam eſſe communionẽ Sanctorum. Pro quo Nota, quòd iſti Doctor. loquuntur de fidelibus exiſtentibus in gratia. Sententiã hãc explicat bene Sot. 4. d. 22. q. 1. ar. 1.

8 *Qua cõmunione priuat excõicatio maiori?*

QVæritur. Qua communione priuet excommunicatio maior? Reſpon. Primo olim fuiſſe morem in eccleſia, paulatim priuare fideles, communione, incipiendo, à paruam communione. Primo enim priuabantur oſculo pacis. Secundo, ingreſſu eccleſiæ. Tertio, Ne oraret ſimul cũ fidelibus. Quarto. Euchariſtia, vt habetur in c. De presbyteris 17. q. 4. Poſtea priuabantur perceptione reliquorum Sacramentorum. Vide hæc apud Caſſianum, de inſtitutis renuntiantium. Modò verò genera paruæ Excommunicationis abierunt in deſuetudinem, reſtant tamen aliquæ excõmunicationes, aliquando priuatur ab ingreſſu eccleſiæ & c. Secundo Reſp. ad q. quod excommunicatio maior priuat illo primo genere communionis ſcilicet communione politica. Secundo participatione ſacramentorum actiua, & paſſiua.

na. Tertio. Priuat,ne poſſit excommunicatus orare domi, vel in eccleſia modo non celebrentur diuina officia. Poteſt etiam concioni, & ſacris lectionibus intereſſe. Naua.c.27.nu.36.Quarto. Priuat ſuffragijs, & orationibus eccleſiæ. De quibus (vltra omnes) vide Nau. ſup. num.17.& 18.Quinto. Priuat omnibus illis,contentis in illo verſicu. Glo. in c. Statuimus de ſent.exc. lib.6. Os, orare, vale communio,menſa negatur: quem verſum omnes vbique maxime, Sot.Coua.& vltimò Nau.c.27.nu.1.ſequuntur & interpretantur.

An priuet côitione fundata in gratia.

9 QVæritur. An excommunicatio maior priuet vltima illa communicatione, quæ fundatur in charitate,& gratia: Aliqui Docto. quos refert Sot.4.diſ. 22.q.1.ar.1.affirmant. Nihilominus tamen uerior & communior opinio eſt, non priuare. Ita Victoria in ſiue ſum. Sot.ſup. Ledeſ.2.p.q.23.ar.1. Couar. c. Alma in princ.nu.2. Nau.c 27. nu.18. & tangit.nu.36.& alij multi.Ratio eſt, Quia bona iſta fundantur in amore; & gratia quæ ſolum à Deo pendent. Hinc fit, quòd eccleſia non poſſit priuare bonis, quæ conſequuntur gratiam,& charitatem. Vnde quando quis excommunicatur propter peccatum mortale, iam tunc eſt priuatus his bonis. Si tamen poſtea reſipiſcit, & pœnitentiam agit; iam tunc fruitur illis bonis, quamuis adhuc excommunicatus maneat. c. A nobis. 2. de ſenten.excom. Vbi, quòd aliquando quis eſt ligatus apud Deum, & ſolutus quoad eccleſiam, & contra, ligatus quo ad Eccleſiam, & ſolutus apud Deum. * Et quòd iure communi excommunicatos non poſſit petere retractum, tradit latiſſimè Andreas Tiraq. de vtroq; retractu.§.1.gloſ.9.nume.276.& concludit num. 282.

V. liceat ſacerdoti ĩ Miſſa orare pro &c.

10 QVæritur. An liceat ſacerdoti orare in Miſſa, ſaltem in memento,pro excommunicato? Reſpon. Duas eſſe opiniones. Prima affirmat, quam tenet Sylueſt. Excommunicatio. Primo, in principio citans alios. Sot. 4.diſt.22.quæſt.1. art.1. Armil.verbo, excommun. Nauar. cap.27.num.36.quorum ratio eſt, uam ſpatium illud, quod ſacerdoti datur in Miſſa ad orandum, datur, vt oret pro quibus voluerit. Vnde hæc oratio non eſt publica eccleſiæ,ſed priuata ſacerdotis. Qua ratione poterit ſacerdos priuatim orare pro excommunicato. ita Felicianus Epiſcopus Scalenſis infra.

Sacerdoti concedit Memento.

Pro cuius confirmatione dicitur in ordinario Miſſæ, Sacerdotem in Memento Miſſæ poſſe orare pro quibus voluerit. Ex quo conſtat orationem illam eſſe priuatam,& nõ publicam eccleſiæ. Hęc ſententia mihi videtur verior,& tenẽda, quamuis alijs, vt Ledeſm. 2. par. quæſtione 23. articul.1.ad fin.teneant contrarium: Cuius ratio eſt: nam quamuis ſacerdos poſſit orare in Memento pro quibus voluerit; oratio tamen illa fit à ſacerdote,vt à miniſtro Eccleſiæ, & vt ſic,omnia quæ facit in Miſſa, omnia vt talis facit. Poterit tamen ſacerdos generatim pro excommunicatis Deum publicè orare,non autem ſpeciatim. D. Felicianus Epiſcopus Scalenſis in Ichiridio de Cenſuris,c.32.ad fin.

Oratio facta in Memento, an publica, &c.

QVæritur, etiam. An poſſit ſacerdos partem, quæ ſibi obuenit, propter ſacrificium Miſſæ, applicare pro excommunicato vt Deus illum conuertat? Nauar. Manual. cap. 27.nu.36.tenet, quòd ſic; cui ſententię libẽter incumbo. Quia ille fructus, qui obuenit ſacerdoti eſt beneficium particulare, & ita poteſt cui vult applicare.

V. ſacerdos poſſit parte ſuã &c.

QVæritur. An liceat orare publicè ceſſante ſcandalo, & offerre ipſum ſacrificium Miſſę pro excommunicato, qui creditur eſſe in gratia, vel quia pęnitentiam egit, vel quia excommunicatus eſt iniuſte, ſed excommunicatione valida? Reſp. Duæ ſunt ſententiæ quarum prima affirmat. Hoſt. in c.cum voluntate, de ſent.excom. quem ſequitur Naua. 11

V. Liceat ſecrete celebrare p excõicato.

c.Quando de Conſec.diſt.1. notab. 19. & Manual.c. 27.nu. 36. & Couar. in c. Alma. §.6.con.9. Ratio horum eſt, nam cum hic excommunicatus iam ſit in gratia, non videtur matrem Eccleſiam velle hunc his beneficijs priuare. 12

Secunda ſententia negans, (quam probabiliorem reputo) eſt Soti 4. diſt.

22. quæſt. 1. art. 1. & 4. Ledeſ. 2. par. q. 25. ar. 1. Sylu. verbo. Excommunicatio. 5. q. ſi. Panor. & Canoniſtarum. in c. A nobis. & ſacris. de ſentent. excommun. Quorum ſententia probatur. Primo. Quia videtur eſſe apertè ſecundum iura Canonica, ut patet ex c. A nobis, & c. Sacris. ſup. In quibus quæritur à Papa: An liceat orare pro illis Excommunicatis defunctis, qui antequam obierunt, ſignū Contritionis oſtēderunt, ſed abſolui non potuerunt; Ad quod Reſp. Papa, nequaquam licere pro illis orare, niſi prius abſoluantur ab Excommunicatione, & poſtea orentur pro illis.

Quādo liceat orare pro mortuis excōicatio.

Ex quo ſequitur argumētum à maiori ad minus, ſ. Quia ſi pro mortuis excōmunicatis orare nō licet, quanto minus pro uiuis Excommunicatis licebit? Probatur etiam ratione. Iſte quamuis re vera ſit in gratia adhuc tamen eſt Excommunicatus. ergo prohibentur fideles pro illo orare. Probatur, nam Eccleſia pro illis nunquam orare permiſit: ergo.

13 *V. Excōicatus in gratia, priuet. ſuffragijs Eccleſiæ?*

QVæritur. V. excommunicatus iſte qui eſt in gratia, uel quia iniuſtè Excommunicatus fuit uel iam pœnitentia egit, excludatur, & priuetur ſuffragij Eccleſiæ, & Orationibus? Reſp. q̄ licèt Couar. ſup. Turrecremata in ca. Si quis Epiſcopus, 11. q. 3. Rich. 4. diſ. 18. S. Anto. 3. par. tit. 24. c. 76. & Nauar. c. 27. nu. 37. dicant, Excommunicatū in gratia, non priuari ſuffragij Eccleſiæ: Contrariam tamen ſententiam (quæ probabilior) tenet Sotus. Ledeſ. & Syluester. ſupra. Canoniſtæ. in d. c. A nobis, & c. Sacris. Cui opinioni dicta iura maximè fauent.

14 *Quid ſi de facto quis oret pro illo?*

QVæritur. An, ſi de facto, contra Eccleſiaſticas ſāctiones qui pro iſtis Excommunicatis Oratione Eccleſiæ; An in illa Oratio proſit Excommunicatis; nā poterit aliquis aſſerere Eccleſiam præcipere, & prohibere, ne Orationes pro illis fiant; tamen ſi quis etiam peccando contra prohibitionem Eccleſiæ oret; dubium eſt, An illis proſit? Reſpon. Ex communi Doctorum non tam illum peccare orando pro Excommunicatis; ſed Excommunicatis Orationes nihil prodeſſe. Eccleſia enim poteſt priuare bonis ſpiritualibus, & ſuffragij Excommunicatos, reddēdo illos inhabiles, & incapaces ad recipiendum talia ſuffragia. & ſic iſto non poteſt publica Oratione orare, Quia Eccleſia habet poteſtatem ſupra omnia publica ſuffragia.

15 *Excōicatio uocatur Anathema.*

NOta Excōmunicationem hanc maiorē appellari Anathema, quo uocabulo vtuntur Concilia; (ut patet in Trid. & reliquis) Quòd idem ſit, quòd Anathema: probatur in c. Engeltrudam. 3. q. 4. & ca. Certum. 24. q. 3. quòd ſumptum eſt ex Sexta Synodo generali. Eſt tamen diſcrimen accidentale inter excōmunicationem, & Anathema; Anathema. n. grauius eſt, & maiorem iuris ſolemnitatem requirit, ut patet in c. Debet. 11. q. 3. Nam in Anathema debent duodecim ſacerdotes Epiſcopum circundare, Duodecim lucernas accenſas habentes; & in concluſione Anathematis proijciūt eas in terram, & conculcant eas, cum diris imprecationibus, & execrationibus.

16 *Et ī quo differāt.*

17 *Anathema quid & unde dictum.*

Quæritur. Quid propriè ſignificet, Anathema & quod uocabulum ſit Græcum, an Hebraicum? Reſp. Duas eſſe opiniones. S. Hier. in Epiſtolam ad Galat. c. 1. & Alciat. in c. Cum nōn ab homine de Iud. & Sot. 4. diſt. 22. q. 1. ar. 1. & alij multi aiunt: Anathema eſſe nomen Hebraicum, ſiuè Syriacū, ſignificatq; pro primo idem quod deteſtatio, execratio, maledictio. Probatur Nume. c. 21. Vbi poſtquā Hebræi ſubuerterant loca illa Gomortheorum: vocatūt loca illa Horma, i. anathema, & Ioſue. c. 6. Cum Hierico eſſet ſubuertenda, dixit Ioſue: ſit Ciuitas hæc Anathema. Et ad Gala. 1. Roma. 9. vtitur Paulus hoc nomine: Anathema. Vnde quia excōmunicatus maledicitur, & arcetur à communione fidelium, ideo dicitur Anathema.

Alij Doctores dicunt: Anathema nomen eſſe Græcum, q̄ deriuatur à verbo; Anathema; q̄ ſignificat donaria, quæ tēplis offerebantur. Vnde queadmodum non licebat donaria illa contingere pp honorē, quia Dijs erant dicata, ita per contrarium, Excōicatus, quia erat ſeparatus, & non licebat eo communicate,

ideo

ideo dictus eſt Anathema. Hoc affirmar. S. Athanaſ. ad Roman. & S. Chriſoſt. ad Roman. homil. 16. S. Auguſt. Num. cap. 40. 41. & in Epiſtolam, 138. & S. Th. & Caiet. ad Ro. c. 9. & hãc ſequitur Couar. c. Alma. 1. p. § 8. nu. 6. Vtraq; ſententia eſt probabilis. Si vero ſequamur hanc expoſitionem Græcam producenda eſt penultima, Anathema Si autem expoſitionem primam, quòd ſit nomen hebræũ, corripienda eſt, Anathema, penultima.

18 *Excõicatus quare dicat Anathema.* NOtauit præterea Budeus in Commentarijs linguæ latinæ, olim hominem illum, cuius Caput erat ſacratum; & dedicatum Dijs inferni; vocatũ fuiſſe, Anathema. Vnde, cùm excommunicat⁹ tradatur Satanę, & quaſi ſaceretur diris imprecationib⁹, Dæmonibus; hinc fit, vt Excommunicatus dicatur Anathema. Quæ explicatio per multum mihi placet.

19 *Quo iure cõceſſa excõicãdi autoritas.* QVæritur. An in Eccleſia ſit poteſtas a Chriſto conceſſa ad Excõicandum fideles rebelles? Reſ. ꝙ licèt Vuielef, Ioannes Hus, Hieronymus Praga. Lutherus, & alij impijſſimi hæretici hanc poteſtatẽ negauerint; Nihilominus tamen Concluſio Catholica, & de fide tenenda eſt; iure Diuinó, ex Chriſti inſtitutione, & facultate, Eccleſiam poſſe excommunicare peccatores, & rebelles, & priuare bonis ſpiritualibus. Primo ex Matth. 18. ibi: Sit tibi tanquam Ethnicus. quo loco omnes Docto. ſic interpretantur. Secundo. Prima Corint. ca. 5. Vbi Paulus vſus hac Chriſti autoritate Excommunicauit Corinthium illum. Tertio. Secunda Corint. 1. tradidit Satanæ Alexandrum, & Hymæneum & ſecunda ad Theſalon. c. 3. & Ioãnis, epiſtola. 2. c. 1. Item ex antiquiſſimo Eccleſiæ more, quo ſemꝑ vſa eſt: ut ĩ Canone. 11. 35. 68. & 69. Apoſtolorum patet. Itẽ Clemens. lib. 1. Cõſt. Apoſt. c. 21. 41. 42. & 43. vtitur Excommunicatione, & ca. 44. vocatur Excõmnicatio gladius ignis, & c. 21. dicitur: Ad Excommunicatum cõtinuo accedunt truculenti lupi, ideſt Dæmones idem Clemens Epiſtola 2. Decretalium, & Anacletus, & omnes eius ſucceſſores. Vltimo patet ſanctorum Patrũ autoritate. Tertul. in Apologia aduerſus Gentes. cap. 39. Origenes, Leuitici. 2. & Iudicũ homil. 3. qui locus male attribuitur Diuo Hieronymo à Gratiano. Cyprianus. lib. 3. Epiſtolarum, Epiſtola. 9. Diui Hierony. & habetur in capitul. Re ſecandæ. 23. q. tertia. Diui Ambr. lib. 2. officiũ. cap. 27. D. Chriſoſt. ad Hebręos. D. Aug. de verbis Apoſtoli, ſermone. 28. Leo Magnus, Epiſt. 67. & vide Aialam de Cathol. inſtitut. Caſtrum de hæreſibus, verbo Excõmunicatio. Roſenſem. ar. 23. & 24. Albert. Pignum lib. 5. Eccleſiaſt. Hierar. & quid aliud opus eſt? omnia generalia Concilia Excommunicatione, & Anathemate vtuntur, vt patet. * Et qualiter excommunicatione ideſt ſeparatione à ſacrificijs, vtebantur gentiles, ſic ait Tiraquel. de vtroque retractu. §. 1. gl. 9. nu. 276. Excommunicatio hæc (quam vocamus) ab antiquorum, & Græcorum, & aliorum ritibus, legibuſque ortum habuiſſe videri poteſt non à D. Paulo, vt Canoniſtę, & Theologi opinantur; Cæſar. nu. lib. 7. commentariorum, quo loco noſtrorum Druydũ mores ac ritus deſcribit, de his in hæc verba loquitur: Si quis aut publicus, aut priuatus, eorum decreto non ſtetit, ſacrificijs interdicunt. Hæc pęna apud eos eſt grauiſſima. Hæc ille, & infra ex multis probat.

QVæritur. V. Excommunicatus maiori, priuetur receptione, & participatione ſacramentorum, ita vt ſi forte acceperit ſacramentum ſit validum? Reſpon. Aliqua certa, aliqua dubia eſſe apud Doctores: * Et de pęnitentia ſacerdotis excommunicati celebrantis agit Canon. 13. pœnitentialis, & extra. in c. De ijs. 11. q. 3. in hac verba: Qui excommunicatus celebrauerit, debet triennio pœnitere, & per ſecundam, quartam, & ſextam feriam à vino, & carnibus abſtinere. 20 *V. Excõicat⁹ maiori, priuetur ſacramentis?*

PRima Concluſio. Eſt omnium communis; Excommunicatus, & ſacerdos dans tale ſacramentum ante abſolutionem Excommunicationis ſcienter, vterque peccat mortaliter, & ſacrilegiũ 21 *Dans, et recipiẽs ſacram. Excõicatus*

committunt. Patet ex ca. Si celebrat. de Cler. Excom. miniſt. c. Cum illorum. de Sent. Excom. c. Sacris. quòd metus cauſa, & diximus ſupra prima parte de Abſolutione.

22 *Quæ Sacramēt. teneant collata Excōicato?* SEcūda Concluſio. Nota, quòd vel loquimur de ſacramēto Pœnitentię; aut de alijs; ſi loquamur de alijs; valida ſūt, quamuis fructus ſacramentorum non percipiat. Conclu. eſt etiam Communis, Quia alia ſacramenta habent propriam materiam externam, quę, ſi excommunicato applicatur, valida eſt.

Tota difficultas conſiſtit in ſacramēto Pœnitentiæ. In qua tres ſunt Doctorum ſententiæ. Prima eſt dicentium talem Confeſſionem eſſe nullam, ſiue Excommunicatus accedat, bona fide, cum ignorantia, vel ſine illa. Silu. Confeſſio. 1. q. 3. Sot. 4. d. 22. q. 1. ar. 1. & multi Doctores. ſupra iura illa. primæ concluſio. Probatur hæc ſententia.

23 Primo, Sacerdos Excommunicatus denuntiatus, vel manifeſtus percuſſor Clerici, ſi miniſtraret ſacramentum Pœnitentiæ, non tantum peccat mort. ſed ſacramentum eſt nullum, ergo ſimiliter, ſi pœnitens Excommunicatus abſoluitur, antequam abſoluatur ab Excommunicatione, nulla prorſus eſt Abſolutio. Probatur, quia par eſt ratio vtrobique.

24 *De Excōmunicato minori miniſtrāte.* Secundo. in c. ſi celebrat. de Cler. excom. mini. dicitur, quod ſi Excommunicatus excommunicatione minore miniſtret aliquod ſacramentum, eſt validum? non enim prohibetur miniſtrare, ſed tātum recipere ſacramenta, vbi innuitur, receptionem eſſe nullam, quanto magis de excommunicatione maiore?

Secunda ſententia. Si excommunicatus excommunicatione maiori, ignorantia inuincibili, & bona fide abſoluatur à peccatis antequam ab excommunicatione, abſolutio eſt ualida, & fructifera. Palud. 4. d. 18. q. 4. Adria. q. 2. ad fi. Ledeſ. 2. p. q. 23. ar. 1. Couar. in c. Almā. 1. p. §. 6. nu. 7. Caiet. & Nau. infra. Vict. de clauibus. q. 3.

26 *Quid ſi excōicato ſcien-ter, culpabili-ter recipi-at, etc.* Tertia ſententia ait, non tantùm Cōfeſſionem factam ab excōmunicato ualidam eſſe, quando acceſſit bona fide, ſed etiam, quando acceſſit cum ignorantia culpabili, ualidam eſſe. ita Caieta. ſumm. uerb. Abſolutionis impedimētū, & uerbo. Confeſſionis iteratio. & in opuſ. ad 3. p. opuſ. de confeſſione. Nauar. in c. Fratres. de pœn. diſt. 5. nu. 30. & 45. & Man. c. 9. num. 3. Rich. 4. diſt. 18. art. 9. Supplementum verb. Confeſſio. fauet Ange. Confeſſio. 1. q. 3.

Probatur primo. Si hæc abſolutio eſſet nulla, maximè quia iure Canonico irritaretur, ſed hoc non eſt, quia tātùm in iure prohibetur, ne accedat excommunicatus ad Sacramentum Pœnitentiæ, ſed non dicitur, quod ſi accipiat abſolutionem excommunicatus, ſit nulla. 27

Secūdo. Si Excommunicatus recipiat alia Sacramenta, re uera illa accipit. ergo etiam ſi recipiat hoc Sacramentum pœnitentiæ. 28

Tertio Confeſſor in Sacramentis, cōcurrente materia, forma, & miniſtro, cum debita intentione, ſacramentum cōficit, ut ſupra de Sacrament. in genere diximus. Sed hic dantur omnia iſta ergo? 29 *Neceſſaria 3 cōni ſacramento.*

Quarto. Si Excommunicatus recitat horas Canonicas ſolemniter in Choro re vera ſatisfacit præcepto, & ualida eſt ſatisfactio: ergo valet abſolutio? 30 *De excōicato recitante.*

Prima Concluſio. Cōiot, & valde probabilis eſt ſententia prima.

Secunda Concluſio. Probabilis, & in praxi tuta eſt ſecunda ſentētia ex doctoribus ſupra. Maior tamen difficultas eſt, quando excommunicatus abſoluitur ſcienter, uel cum ignorantia craſſa.

Tertia concluſio. Quando excommunicatus maiori Excommunicatione accedit ſcienter, & intelligit ſe male facere tunc Confeſſio eſt nulla ſiue confiteatur illud peccatum, quod ibi committit, ſiue non. Communis, vt notat Nau. ſupra. Et hoc modo limitandus eſt. Caiet. qui locutus eſt generaliter. Et nota, quod confeſſio eſt nulla, non quia impenditur excōmunicato, ſed quia ille talis eſt impœnitens, accedēdo in peccato mortali, cuius non pœnitet. Si uero ignorantia ſit craſſa, dicunt multi abſolutionem eſſe nullā ita Palud. Adria. Sylu. Sot. Ledeſ. Couar. 31 *Quæ abſolutio data excommunicato ſit nulla & quare.*

Quarta

Quarta Concluſio nihilominus ſit. Probabilis eſt ſententia Nauarri, Caiet. Victor, Suplem. & Ricardi dicentium abſolutionem, & confeſſionem, eſſe validã, tamen informem. i. quod nõ recipit gratiam, ita quod ſolũ tenetur repetere hoc peccatum, quod ſi committit accedendo excõicatus ad confeſſionem. De hoc ſupra. 1. part. de confeſſione.

31 *Excommunicatus minori abſolutus ante abſolu. etc.*

QVæritur. An ſi excõicatus minori excõicatione, à peccatis, antequã ab excõicatione, abſoluatur abſolutio valeat, & an teneatur repetere cõfeſſionẽ? Reſ. quod licet Palud. quẽ refert, & ſeqtur Sylu. Cõfeſſ. 1. q. 3. dicat abſolutionẽ quocunq; modo datã, eſſe nullã, Cõfeſſionẽq; eſſe iterãdem: Cõtrariũ eſt tenendum, Cum Caiet. Victoria. Nauar. & alijs ſupra. & Sot. 4. d. 22. q. 1. artic. 1. Nota tamen, quòd abſolutio eſt valida, modo fiat ignoranter, licèt ignorãtia ſit craſſa; quia eccleſia non prohibet excommunicatos minori tanto rigore, vt ſi de facto recipiant ſacramenta, irrita ſint. Quæ ſententia probabilis eſt, & in praxi tuta.

32 *De abſolutione ab excom. in art. uel periculo mortis.*

QVæritur. An in articulo mortis, vel periculo liceat excommunicatum prius abſoluere a peccatis, quam ab excommunicatione, propter periculũ moræ? Reſpond. Si re vera periculum eſt, quod moriatur abſq; abſolutione à peccatis: poteſt, quia Eccleſia in tanto periculo non voluit prohibere, ne prius abſoluatur à peccatis, Adria. q. 2. de Clauibus. Sot. 4. d. 22. q. 1. ar. 1. Caiet. in ſum. verbo. Abſolutionis impedimentum. Nauarr. cap. Fratres. de pœniten. diſtin. 3. num. 10. & 45. Victoria de Clauibus. quæſtio. 3.

Secundo Reſpõ. Raro, aut nunquam, tale poſſe contingere. Quod ſi eueniat, vno verbo poteſt ab vtroque pœnitens abſolui. ſcilicet. Abſoluo te à peccatis, & cenſuris. Vide quæ diximus, ſup. in materia Abſolu. ſup. in 1. par.

33 *Excommunicatus quomodo ſuſpenſus?*

NOta excommunicatum maiori, & præditum Ordine ſacro, eſſe ſuſpenſum quo ad ſe, & quo ad alios ab executione talis ordinis. Vnde infertur, talem fieri irregularem, ſi exerceat actum ſuo ordini deputatum. In qua irregularitate ſolus Papa diſpenſare poteſt. tex. in cap. 1. & cap. Is cui. de ſenten. excom. li. 6. c. Clerici. c. Latores. de clerico. excom. miniſt. & ibi Doct.

34 *De cenſuratis exercentibus ordinem.*

VNde deducunt Doctores hoc Axioma; Si excommunicatus maiori excommunicatione, ſuſpenſus, aut interdictus exercuerit actum ordini ſacro deputatum, efficitur irregularis: ita Nauar. c. 27. num. 241. & 244. & Communiter omnes. Diximus: excommunicatus maiori excommunicatione; quia ſi tantùm (35) fuerit minori, non fit irregularis, neque mortaliter peccat. c. ſi celebrat. de Clerico excom. miniſt.

De exercitantibus bona fide.

Diximus: Ordini ſacro. Quia ſi tantum exercuerit actum minoribus deputatum, non erit irregularis, peccabit tamen, ſecundum aliquos.

36

QVæritur. Quid ſi excommunicatus maiori, bona fide, ignoranterque exerceat actum ordini ſacro deputatũ? Reſpond. Si ignorantia fuit inculpabilis quod talis nec peccat, nec fit irregularis. Quia iſta irregularitas infligitur ꝓpter delictum, quo iſte caret, ita habetur. ca. Apoſtolicæ. Vbi Glo. & Docto. de Cleric. Excom. miniſt. Couar. in c. Alma. 1. par. §. 6. nume. 9. Silueſt. & alijs Summiſtæ. verbo. Irregularitas, Nauar. c. 27. nume. 244.

37 *Quid ſi excõicatus intret Eccleſiam.*

QVæritur. Quid faciet celebrans ſi excommunicatus ingreditur Eccleſiam? Reſpond. Si excommunicatus nolit ex profeſſo audire Miſſam, ſed obiter ingreditur, tunc poteſt proſequi ſacrum, hoc enim non eſſet intereſſe ſacris. Si autem vult in Miſſa intereſſe, tũc ſacerdos (ſi fieri poteſt ſine ſcandalo) eum expellere extra Eccleſiam debet, monendo illũ, & ceſſando a ſacro. Quod ſi abſque ſcandalo fieri non poteſt, & nõdum incepit Canonem, regrediatur ad ſacriſtiam. Si verò incepit Canonẽ, proſequatur Miſſam vſque ad corporis, & ſanguinis ſumptionẽ, quibus ſumptis in ſacriſtiam vadat; & ibidem Miſſam finiet. Communis ferè omnium.

38 *De ſa-*

QVæritur. Quid ſi ſacerdos celebret coram Excommunicato denũtiato

ſacerdote celebrante corā excōicato?

to? Reſpond. Celebrans prima vice qua celebrat, peccata mortaliter, non tamen fit irregularis. c. Is qui. de ſent. excom. 6. Si verò bis, aut ter celebret, iam fit irregularis. Ratio eſt; quia talis celebrans propter primam vicem, qua celebrauit coram excommunicato, manet ſuſpenſus, & interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ Gloſ. in d. c. Is qui. Vbi Ioan. Andr. & Arch. & D. Anton. 3. par. tit. 26. §. 1. c. 4. Silu. Interdictum, 6. q. 2. Nicol. Ploue in ſacerdotali. De interdicto.

Contrarium tamen tenet Cald. Conſil. 4. de excommunicatione. Villa Diego, de irregularitate. capit. 2. Couar. 1. par. §. 6. num. 9. in c. Alma mater. de ſent. excom. in 6. tangit Nauar. c. 27. nu. 244. Ratio eſt; Quia c. Illud, quod uidetur facere pro prima ſententia, non loquitur de omnibus illis, qui celebrant ſecunda, uel tertia uice coram excommunicato; ſed de quibuſdam, qui uirtute quorundam priuilegiorum, præſumebant celebrare coram excommunicato. Quæ ſententia ſuſtentabilis eſt ſecundum Doctores ſupra.

39 QVæritur. Quid ſi Epiſcopus faciat celebrare coram excommunicato, quamuis ipſe non celebret? Reſpond. Si Epiſcopus, uel aliquis Dominus temporalis aliqua cenſura ligatus faciat corā ſe celebrare, fit irregularis. cap. Illud. de Cleri. excom. miniſt. tenet Couarru. Villa Diego. Panorm. Imol. & Nauarr. c. 27. num. 244. & Gloſ. in Clem. 2. de Priuilegio.

De Epiſcope faciēte celebrare.

40 DIximus ſupra in hac irregularitate tantùm Papam diſpenſare poſſe; quod intelligo ſecundum iura antiqua, Hodie autem, per Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. Epiſcopus poteſt; dummodo delictum tale nō ſit deductum ad forum exterius contentioſum, & modo ſit delictum occultum. In deductis enim Epiſcopus diſpenſare non poteſt, vt infra, de irregularitate, ad finem videbis.

Epiſcopi in quib. irregularitatib. diſpē ſeat.

41 QVæritur. Quando in hoc caſu, delictum dicitur occultum? Reſpon. Delictum occultum tunc dici, quando celebratio eſt occulta, quamuis clericus publicè ſit excommunicatus Nauar. c. 27. nu. 241. & vide late. infra de irregularitate.

Delictū occultū, quod.

42 QVæritur. Quid ſi delictum deductum ſit ad forum contētioſum, non tamē probatum, & reus abſoluitur in foro contentioſo à delicto, quod vere commiſerat? Reſpond. Epiſcopum diſpenſare poſſe; quia adhuc excommunicatus manet occultus. Ita grauiſſimi Doctores Salmanticæ, quibus libenter adhæreo, licèt alij contra.

Quid ſi non ſuit pbatū.

43 NOta. Quòd quando aliquis eſt excommunicatus excommunicatione nulla, aut valida, ſed iniuſta ex parte cauſæ, & abſoluitur à peccatis, antequā à cenſura; valida eſt abſolutio. Communis opinio, quam tenent Canoniſtæ. in c. Solet. de ſent. excom. lib. 6. & in capitul. Cum contingat, de Reſcri. Vbi. Nauarr. pag. 100. & in Manuali c. 9. nume. 4. vbi dicit cōmunem cōplures citans autores.

Quid ſi excōicatio ē nulla &c.

DE EFFECTV EX-com. minoris.

44 QVæritur. Quotuplex ſit excommunicationis minoris effectus? Reſpon. Duplicem eſſe (potiſſimum) iuxta communem, in c. Si celebrat de clerico excom. miniſt. Primus eſt, priuat participatione ſacramentorū paſſiua idest quod nullū poteſt ſuſcipere ſacramentum. c. Si celebrat. ſupra. S. Tho. Ricard. Palud. 4. diſt. 18. maximè Sotus, & Ledeſma. Silu. excōmunicatio. 1. nq. 4. Nauar. c. 27. num. 1. & 24. Couar. in c. Alma mater. 1. par. § 8. nu. 2. Secundus effectus eſt priuatio electionis paſſiuæ. i. quod non poteſt eligi ad aliquam Eccleſiaſticam Dignitatem. d. c. Si celebrat. & Doctores ſupra & habetur in l. Caſtellę. 6. titul. 9. par. 1.

Minoris excōicationis effectus.

QVæritur. Quale peccatum erit ſi excommunicatus minori recipiat ſacramenta? Reſ. eſſe mortale. Communis Canoniſtarū. in d. c. Si celebrat. Vbi maxime Hoſt. & Innocen. & Communis Theologorum. in 4. maxime Sotus. diſt. 22. q. 1. ar. 1. & q. 2. ar. 3. S. Anton. 3. par. tit. 25. Caiet. in ſum. verbo, Excōmunicatio minor.

De recipiēte ſacramenta in minori.

Quæritur

46 *Quid ſi cõferat.* QVæritur. An ſit mortale peccatum ſacramentum conferre? Reſp. quod quamuis Silu. Excommunicatio. 4. & text. in d. l. 6. Caſtellæ tit. 9. par. 1. Archid. in cap. Vir cum propria. 31. q. 4. Duran. 4. diſtin. 18. Adrian. de clauibus. q. 3. & alij dicant peccare mortaliter; quibus videtur fauere text. d. c. Si celebrat. Communior tamen opinio eſt, tantùm peccare venialiter, ita Hoſtien. Abb. Innoc. & multi. in d. c. Si celebrat. Caiet. ſup. Palud. Ricard. Sot. Ledeſ. Victor. ſupra. Couar. ſupra. nu. 2. & 3. Nau. c. 27. num. 24. Quod clare colligitur ex ipſomet. cap. Si celebrat, ubi ait, quòd recipiendo ſacramenta peccat grauiter. Cũ autem loquitur de collatione, uel de cõferente, dicit tantum; peccat.

47 *V. poſſit exercere actus iuriſdict.* QVæritur. Vtrum poſſit exercere actus iuriſdictionis. ſ. præſentare, iudicare, & audire Diuina? Reſpon. Doctores dicunt poſſe audire Diuina. text. d. l. 6. tit. 9. par. 1. & Archidia. dicunt non poſſe dictos actus exercere. Communis tamen opinio Canoniſtarum, & Theologorum affirmans poſſe; quod verius eſt. Hæc de communi, & primo effectu excommunicationis minoris.

48 *Quid ſi de facto eligat?* DE ſecundo effectu. Quæritur. V. Si de facto eligatur, teneat electio? Reſpõ. Duas eſſe Doctorum opiniones: Prima tenet electionem valere, ſed eſſe irritandam. ita Felinus, & alij. in c. Dilecte. de except. & probant ſic: nam in ca. Si celebrat, non dicitur electionem eſſe nullam, ſed quod debet irritari. Secunda tamen opinio, quæ Communis eſt, tenet eſſe iure irritam, & inanem. Hoſt. Abb. Innoc. & alij in cap. ſi celebrat. Couarr. in c. Alma. 1. par. §. 1. nu. 3. Silu. Excommunicatio. 3. in prin. & Excommunicatio. 4. Nauar. c. 27. nu. 24. Caiet. ſup. D. Anton. 3. par. tit. 25. c. 2. & omnes Theologi, & ſic tene. Ad primum autem; Dic quòd electio eſt irritanda, i. irritam, & inanem fuiſſe pronuntiandam.

49 *De electio ignorantes.* QVæritur. Quid ſi, talis excommunicatus ignoranter eligatur? Reſ. quod licèt videatur electio valida eſſe, quia in d. c. Si celebrat dicitur; ſi ſcienter eligatur: Nihilominus tamen, etiam, ſi ignoranter, eſt nulla electio. Abb. Cardi. & alij. in d. c. ſi celebrat. Silu. Couar. & alij. ſup.

50 *Et an mortal. peccet.* VNum tamen Nota, quòd ſi excommunicatus minori Excomm. ſcienter acceptet electionem ſuam; peccat mortaliter. quia peccat contra iuſtitiam. Caieta. ſup.

DE EXCOMMVN. in Communi.

51 *Excom. quotuplex?* QVæritur, Quotuplex ſit excommunicatio generaliter ſumpta? Reſp. Primo excommunicationem diuidi in generalem, & particularem, vt colligitur ex cap. A nobis. & cap. Statuimus. de ſent. excom.

Generalis eſt, quando in vniuerſo excõicat, q hoc fecerint, uel nõ fecerint. Particularis, quando quis priuatim.

52 *Excõ. a iure, & ab homine.* ITem excõmunicatio aliter diuiditur, quædam enim eſt lata à iure, altera ab homine. Illa dicitur à iure, quæ in aliquo Canone, vel Eccleſiaſtica lege ſtatuitur, vt in Decretalibus, Sexto, Clementinis, & Concilijs. Ab homine nuncupatur illa; quæ à iudice Eccleſiæ fertur. c. 2. de Conſt. 6. Clemen. 2. de Hæreti.

53 *In quo differãt.* SEd Quæritur. Quæ differentia datur inter excommunicationem a iure, & ab homine? Reſpond. quòd excommunicatio ab homine expirat cum latore, vel quando mouetur ab officio, Vnde mandata Epiſcopi, & Viſitatorum in Diœceſi, expirant cum Epiſcopo, vel quando mouetur ab Epiſcopatu. Qui tamen incurrerat excommunicationem, antequam periret Epiſcopus, excommunicatus manet donec abſoluatur.

§ Et hinc olim erat opinio Nauar. c. 27. num. 40. & 41. & Sot. 4. d. 22. q. 2. ar. 3. Excommunicationes Bullæ Cœnæ expirare mortuo Papa: At vero Pius V. & Gregor. XIII. decreuerunt in Bulla Cœnæ, quòd tales excommunicationes durent, & valeant donec alius Papa alias conſtituat in ſua Bulla. Idem fecit hoc anno 1586. S. D. N. Papa Sixtus. V. Ex-

54 *Excommunicatio a iure perpetua.* communicationes autem à iure in perpetuum durant, quouſque ius illud reuocetur,

cetur, vel antiquetur. Glo. in c. A nobis, de ſenten. excom. quam ſequuntur Hoſ. Abb. Felyn. Innoc. & alij Canoniſtæ. D. Ant. 3. par. tit. 24. c. 74. Sot. 4. diſt. 22. q. 2. ar. 3. Naua. c. 27. nu. 2. Ledeſm. 2. par. q. 23. & de hoc. infra. in Bulla Cœnę. numero 129.

Diuidit in iuſtã, et in iniuſtam.

55 TErtio. Diuiditur excommunicatio in iuſtam, & in iniuſtam, de qua diuiſione. Gl. & Doct. in c. ſententia. 11. q. 3. (vbi D. Greg. homil. 26. in Euang. ait: Sententia Paſtoris iuſta, uel iniuſta timẽda eſt.) & Canoniſtæ. in c. Per tuas. & c. Sacro. de ſent. excom. Sot. & Ledeſ. ſupra. arti. 4. Couar. in c. Alma. 1. par. §. 7. nu. 5. & §. 11. nu. 12. Nauar. c. 25. nu. 3. & 4. Caiet. 2. 2. q. 70. art. 4. & in opuſc. tract. 10. q. 2. de effectu. Excom. Syl. Excomm. 2. q. 1. & 2. S. Anton. 3. par. ti. 24. cap. 76. S. Thom. Palud. Duran. Maior. 4. d. 18. q. 1. & 2.

Iuſta qualis? Iniuſta qualis?

56 SEntentia iuſta dicitur illa, quæ fertur à legitimo iudice ob iuſtã cauſam, ſeruatis debito ordine, & fine, ita omnes ſupra. Iniuſta eſt illa, cui deeſt aliqua ex conditionibus aſſignatis excommunicationis iuſtæ.

Iniuſta diuidit.

57 QVarto. Excommunicatio iniuſta diuiditur in excommunicationem iniuſtam, quæ eſt nulla, & in excommunicationem iniuſtam, quæ eſt valida ipſo iure.

Iniuſta nulla quotuplex.

¶ Excommunicatio iniuſta nulla eſt quintuplex, ut notat Gl. in c. Præſenti. de ſent. excomm. Syl. tamen ſupra, illas ad quindecim reducit; ſed cõmunis ſententia diuidit illas in quinque.

Prima. Quando fertur à non iudice; vel quando, eſto ſit iudex, eſt tamen excõmunicatus, & nominatim denunciatus publicè.

Secunda. Quando excommunicado fertur contra tenorem priuilegiorum, vt habetur. c. Quando de priuileg.

Tertia. Excommunicatio fertur poſt legitimam appellationem. cap. per tuas. de ſenten. excommu. cap. Ad præſentiam. de appel.

Quarta. Quando continet expreſsè errorem intolerabilem, vt ſi quis excommunicetur, quia non facit aliquod malum, c. Venerabilibus, de ſent. excõ. li. 6.

Participãtes ex cõicãtis, &c.

Quinta. Quando iudex communicat participantes cum excommunicato à ſe, non tamen eos nominat expreſsè. c. Præſenti. c. Conſultationum, aliàs conſtitutionum. de ſent. excom. ſi verò excommunicet participantes cum excommunicato ab alio; non eſt opus communicantes nominare expreſsè, ſed ſat eſt generaliter.

V. requiratur nominare participantes.

60 SEd dubium eſt, quia videmus nequaquam vſu, & more obſeruari, vt participantes cum excommunicato nominentur ſpeciatim ſed generaliter nominantur, ergo ius iſtud iam eſt abolitum? & ita Hoſt. & Pan. quos citat Couar. ſupra. §. 3. nu. 6. aſſerunt; non eſſe iã opus exprimere nominatim participantes, ſed ſatis eſſe generaliter exprimere. Nauar. tamen Reſ. Primo ius iſtud ſeruari in Luſitania. Secundo Reſpond. Sicut iudices de more habent non nominare expreſsè participantes; ita, & ipſi participantes de more habent non ſe gerere tanquam excommunicatos. Couar. verò Hoſtien. & Pan. ferè cum Nauarr. conſentiunt. Sed ait Couar. ſufficere huiuſmodi conſuetudinem excommunicandi generaliter, vt poſteà ſeratur excommunicatio maior propter inobedientiam.

Excom. iniuſta nulla nullos habet effectus.

61 NOta tamen, huiuſmodi excommunicationem iniuſtam nullam, nullos habere effectus excommunicationis, quia non priuat participatione ſacramentorum, nec electione ad beneficium. Aduertunt tamen Doctores talem excommunicatum propter ſcandalum debere ſe abſtinere à Diuinis, quouſq; innoteſcat Populo illam excommunicationem fuiſſe iniuſtam nullam.

Iniuſta ualida.

62 ALtera excommunicatio eſt iniuſta, ſed ualida, quæ diuiditur in iniuſtam accidentaliter; ſcilicet, quia deeſt illi aliqua conditio: & in iniuſta ſubſtantialiter, quia deeſt cauſa, quæ eſt veluti anima. Excommunicatio, primo modo contingit tripliciter, Primo. Quando excommunicatio iuſta eſt ſecũdum ius, ſed iudex excommunicat animo maleuolo.

Secundo, Quando deeſt modus iuris in excommunicatione ferenda; qui modus duplex eſt; Primus, ut excommunicatio feratur in ſcriptis. Alter, ut excommunicatio feratur poſt trinam monitionem, vel unam tribus æquiualentem. ca. ſacro. c. Medicinalis. de ſent. excom. De his ergo excommunicationib. cõis ſententia eſt, omnes eſſe validas.

64 Difficultas eſt de excommunicatione iniuſta ſubſtantialiter, quãdo quis eſt innocens, & non eſt cauſa qua excõmunicatur, nam (ut diximus, & videbimus) excommunicatio maior nõ poteſt ferri niſi, propter peccatum mortale.

De excõicatione iniuſta ſubſtantialiter.

Prima. Sententia dicit talem excommunicationem ligare. Vnde excommunicatio habebit ſuos effectus, de quibus ſupra. Maximè (ait iſta ſententia,) quòd ſi ſit clericus, & exerceat ordinem ſacrũ, manet irregularis, ita Sil. u. excommunicatio. 2. S. Thom. 4. diſt. 18. q. 2. ar. 1. ad 4. Hoſt. & plerique Canoniſtæ. in c. Per tuas. de ſent. excomm. Palu. 4. diſt. 18. q. 1. ar. 3. & quantum ad irregularitatem etiam hoc concedit Couar. videtur faue re Ale. 4. q. 81. num. 2. Probatur. Quia excommunicatio hæc, ſecundum iura, eſt valida, vt in c. per tuas. ergo ſortitur ſuum effectum? ergo &c.

Confirmatur. Excommunicatio indiget abſolutione, vt d. cap. Per tuas, ergo ligauit.

Confirmatur. Secundo. Non obſtat, ſi quis dicat crudele videri, hominem innocentem excommunicari; nam propter bonum commune, & diſciplinam eccleſiaſticam non inconuenit innocentem ligari.

¶ Et patet a ſimili, nã iudex ſæcularis tenetur (ſecundum D. Th. & Doct.) hominem innocẽtem punire ſecundum allegata, & probata.

¶ Itẽ Innocentes interdicuntur, ſecundum communem, vt infra de interdict.

Sententia contraria eſt, quòd licèt excommunicatio ſit valida non tamen habet effectum. Vnde dicunt huiuſmodi excommunicationem penè eſſe nullam, ita Abb. in cap. Ex parte. de officio ord. Card. ibid. in c. Quod ſuper: de fide inſtrum. Decius in cap. cum venerabilis. de except. late Adria. quodlib. 6. Caiet. 2. 2. q. 70. ar. 4. Sot. 4. d. 22. q. 2. ar. 3. & 4. Maior, & Ledeſ. 4. d. 18. q. 2. D. Ant. citatus, Palud. & Ricard. 4. d. 18. q. 2. ar. 7. Turrecrem. in c. ſi quis Epiſcopus. 11. q. 3. Ioa. Arboreus. in li. 5. ſuæ Theoſophiç. c. 2. Et quãtũ ad ſuffragia Eccleſiæ idem dicit Couar. 1. par. §. 7. nu. 5. Pro qua ſententia vide argumẽta apud Adr. Ledeſ. & Sotum. Qui omnes fundantur hac ratione: Non eſt credendum de pietate eccleſiæ velle tanto damno afficere innocentem, qui propter malitiam accuſatus eſt. Item, quia Chriſtus dedit eccleſiæ autoritatem excõmunicandi, non in deſtructionem, ſed in ædificationem. Item, ſententia iniuſta (ait D. Th.) non eſt ſententia, ſed prouerſio iudicij: ergo iſta non erit ſententia. Pro ſolutione, ſit.

Poteſtas eccleſiæ ædificationem.

Prima Concluſio. Excommunicatio iniuſta ſubſtantialiter; ſed iuſta ſecundum allegata, & probata, timenda eſt, & talis excõicatus tenet ſe abſtinere à diuinis, & ſe gerere publicè tanquã excommunicatus. Quæ concluſio eſt cõmunis, & probatur. c. Sententia. 11. q. 3. Alioquin daretur occaſio contemnendi eccleſiæ diſciplinam. 68

Excõ. iniuſta timenda, &c.

Secunda Concluſio. Talis excommunicatus tenetur quærere remedia iuris, vel appellando, vel manifeſtando innocentiam.

Tertia Concluſio. Si iſte talis ſe immiſceat ſacris, & non obediat excommunicationi iudicis; peccat mortaliter.

Quarta Concluſio. In ſecreto loco vel in publico ſine ſcandalo poteſt intereſſe diuinis, & celebrare ſine peccato. Ita Doctores Secundæ ſententiæ.

Excommunicatus iniuſte, quid poſſit vel non facere.

Quinta Concluſio. Siue cum ſcandalo, ſiue ſine illo celebret publicè, non incurrit irregularitatem. Quæ omnia intellige, quando euidens eſt, talem excõmunicatum eſſe innocentem, nam ſi res eſt dubia, licèt in re non habeat cauſam, excommunicationis, tenetur parere; & ſi celebrat, vel exercet ordinem ſacrum, fit irregularis. Hanc ſententiam tenet Nau. c. 27. nu. 3. 4. & 5.

69 *V. Incurrat irregularitatem.*

Quæ-

70 *In quibus ſit prohibita participatio cũ excom.*

QVæritur. An prohibita ſit fidelibus participatio, & Cõlcatio cũ excommunicatis, & in quibus? Reſpõ. Affirmatiue, ex iure. Eſt ĩn differẽtia inter antiqua iura, & ius nouũ, quã ſecundũ iura antiqua, tempore S. Thomæ, non licebat participare cum excõmunicato, ſiue eſſet occultus, ſiue manifeſtus, ſiue denunciatus, ſiue nõ; ſed excõmunicatus ſecretè, erat vitandus. At verò anno 1400. tẽpore Martini Papæ V. & Sigiſmũdi Imperatoris in Cõcilio cõſtantienſi edita eſt cõſtitutio, vt non teneãtur fideles vitare excõmunicatos, ſiue in diuinis, ſiue extra, præterquã in duobus caſibus. Primo quando excommunicatis eſt nominatim, & publice denunciatus. Secundo quando quis eſt manifeſtus percuſſor Clerici, licèt non ſit denunciatus.

Extrauag. Ad euitãda.

72 NOta tamen poſtea in Concil. Baſilienſi. ſeſ. 21. editam fuiſſe eãdẽ conſtitutionem verbis generalioribus; ita vt comprehendat plures excommunicatos vitandos. Cuius cõſtitutionis meminit. S. Ant. 3. p. ti. 25. c. 3. refert. Caiet. ſumma propè finem. Felin. in c. Rodul. de Reſcript. & Pragmatica Sãctio facta in Concilio Bituricenſi, titulo de excõmunicato non vitando.

Differunt extrauagans Cõcil. Conſtant. & Baſiliẽ.

Differunt ergo Conc. Cõſtãtienſe, & Baſilienſe, nam conſtitutio Cõc. Conſtãtien. tantum præcipit vitare duo excommunicatorũ genera. (vt dictum eſt) Cõc. Autem Baſilien. pręcipit vitare omnem excommunicatum notorium, & manifeſtum.

Hinc factum eſt, vt Doctores in contrariam ſententiam abierunt in hac quęſtione: quodnam Concilium ſequendum ſit?

73 *Qualiter ſæpẽ quæ in Extrauag. Ad euitanda.*

MVlti dicunt ſequendum eſſe Baſilienſe. Ita Nau. c. 1. §. Laboret. nu. 16. de Pœnit. diſt. 1. & in Manual. c. 27. nu. 35. Sil. excom. 5. q. 7. Cou. in c. Alma. 1. p. §. 2. nu. 7. Felin. & alij. Prob. Primo Conſtitutio Concil. Baſil. eſt poſterior, & coarctat conſtitutionem Conc. Conſtant. Secundo confirmatur: nam ſeſſio iſta, in qua edita eſt hæc conſtitutio confirmata eſt ab Eugen. 4. Tertio conſtitutio iſta confirmata eſt in Concil. Bituricenſi Galliæ. Quarto Concilium Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ. 11. idem confirmat. Vltimo. (meo iudicio, viget,) quod patet ſummos Pont. voluiſſe dictam conſtitutionem obſeruari in multis enim priuilegijs ordini S. Benedicti conceſſis per Eugenium IIII. & alios ſum. Pont. conceditur Monachis, vt poſſint abſq; vlla excommunicatione communicare (etiam in diuinis) cum excõmunicatis, niſi ſint ſpecialiter denunciati. Ergo ſi hoc poſſent per Concilium Conſtantienſe, vacuum eſſet hoc in priuilegiis concedere?

74 *De Concil. Conſtant.*

COntrarium tamen ſententiam immo ſeruandum eſſe Cõc. Coſtant. tenent multi Doctores; D. Anto. ſup. Caiet. ſumma verbo. excommunicatio ad fin. Sot. 4. diſ. 22. 1. ar. 2. Ledeſ. 2. par. q. 25. ar. 1. Victor. in ſumma in fine de excõ. Ioann. Maior. 4. diſt. 18. q. 3. Adr. 4. de cõfeſſione. q. 9. & de Clauibus. q. 5. Driedon. de Libert. Chriſtiana, pagina. 88. & Silu. reuocat ſententiam in ſuo cõflactorio in ſua Epiſtola; ad finem. Turre Crem. in ſumma, de eccleſia, vbi ait cõſtitutionem Conc. Baſilien. editam fuiſſe poſt concilij reuocatio nem. Et ſic; Cõcil. Coſtantienſe nobis ample ẽtendũ eſt. Quod vſum, & morem vniuerſi ſeruare ait Nauar. ſupra. & Flores Theol. q. diſ. 18. q. vnica. ar. 3.

Ad Argumenta oppoſita? Reſpõ. Eſto Conc. Baſil. fuerit poſterius; tamen (vt ait Turre Crem. qui dicto Concilio interfuit,) conſtitutio illa edita fuit, poſtquam dictum Conc. erat diſſolutum per Papam.

Ad Cõc. Lateran. Reſpõ. Plura decreta illius Concilij (vt ait Caiet. in ſumma, & Miranda Archiepiſcopus Toletan.) non ſunt vſu recepta.

Ad priuilegia ordinis S. Benedicti, Reſpon. Summos Pont. (forſan) hoc cõceſſiſſe ad tollendos ſcrupulos ſuper hac opinione.

75 *Quis excõmunicatus vitandus.*

PRo cuius conſtitutionis Conc. Conſtant. (quæ incipit: Ad euitanda ſcandala) maiori intelligentia Not. Primo nõ ſatis eſſe, vt teneamur vitare excom-

cōmunicati, certò cōſtare nobis de tali excommunicato, nec eſſe excommunicatum nominatim, ſed requiritur, vt ſit denuntiatus, & publicatus, & ſic ſeruatur hodie, vt ait Couar.

Hinc colligitur erraſſe Adrianum, & Ioan. Medin. C. de pœnit. tractat. 2. q. 5. de confeſſione facta excōicato, qui oppoſitū in hac opinione tenuerunt. Niſi dicamus alıam conſtit. ſequutos.

76 *Conſtitutio ad vitādā non releuat ipſos &c.* SEcundo Nota huiuſmodi conſtitutionem Conſtant. vel Baſil. nullo modo releuare ipſos excommunicatos. Facta eſt enim tantùm in fauorem fidelium, vt habetur in Conc. Baſil.

HIc colligitur, iuxta omnes Doctores, perinde peccare excommunicatos, ſi ſe immiſceant participationi fidelium, atque peccabant ante dictam conſtitutionem.

77 *Excommunicati tenentur &c.* SEd Quæritur. Si perinde peccant excommunicati modo communicando cum fidelibus, atque olim ante conſtitutionē, ſequitur peccare etiam fideles cōicando cum excōicato non denuntiato, & ita non prodeſſet conſtitutio.

78 *V. Fidelis peccēt communicādo cum excōmunicatis? & quando ſic, vel non.* Probatur ſi enim excōicatus peccat loquendo mecum: ergo & ego, quia etiam cooperor peccato illius? Cai. & D. Ant. ſupra, affirmant excommunicatum perinde peccare, ac ante conſtitutionē? Reſ. inhæſimus cum Ledeſ. & Soto. cum d. Aut enim fidelis ipſe prius incipit cōicare cum excōicato, aut è diuerſo; ſi ſit primus, neuter peccat; Quia fidelis habet priuilegiū: excōicatus ſimiliter non peccat, reſpondendo, quod cōceditr illi in fauorem fidelis. Quando verò, ipſe excommunicatus prior incipit communicare cum fideli, peccat, ſicut olim. Quod intellige de communione ciuili.

79 *De communicatione in diuinis.* MAius tamen dubium eſt, de cōicatione in diuinis, An poſſim petere à clerico excōicato, ſed nominatim denūtiato, ſacramēta, vel ſi excōicatus, ſed nō publicatus petat ſacramēta? Reſ. Primo. Cōſtare inter Doctores, nos poſſe cōicare cū excōicatis, in diuinis, & recipere ſacramenta, & audire ſacra ab illis. Quod intellige ſi ipſi excommunicati ſe introduxerint in celebrando, Aliud eſt, n. ſi nos petamus, vt celebrent, vel vt nobis miniſtrent ſacramenta. Si verò ſacerdos excommunicatus, ſed non denuntiatus, eſt meus parochus; licet petere ab illo ſacramenta, ita Sot. 4. d. 2. q. 5. art. & d. 22. q. 1. art. 2. Nec tunc peccat excommunicatus parochus, modo ipſum pœniteat de peccato, pro quo eſt excommunicatus, & curet abſolutionem. Et hoc conceditur excommunicatis, in gratiam ipſorum fidelium.

QVæritur. An liceat miniſtrare Sacramenta excommunicatis non denuntiatis? Reſp. q ſic, probatur ex Cōc. Conſtant. non eſſe vitandum talem excommunicatum, etiam in diuinis, ergo. Syl. Excommunicatio. 5. q. 4. affirmat. E contra eſt aliud argumentum: Iure diuino, & naturali illicitum eſt ſanctum dare canibus, ergo? Reſp. cum Adr. 4. 3. de clauibus, & Conar. ſupra. §. 2. in fin. cum Sot. 4. d. 22. q. 1. art. 2. & Ledeſ. 2. p. q. 25. ar. 3. Primò, ſi tantùm attendamus conſtitutionem Concilij Conſtant. non peccat, virtute illius miniſtrando ſacramenta. Secundo, ſi attendamus ius diuinum, & naturale, tunc diſtinguendum. Si peccat publicè, & ille eſt excommunicatus occultus, non peccat ſacerdos miniſtrando, propter ſcandalum. Si verò in occulto accedit, vel publicè, & eius excommunicatio eſt publica, tunc non licēt miniſtrare ſacramenta, vt diximus, ſup. de ſacram. in genere. in 1. par. 80 *An liceat miniſtrare ſacram. excōicatis nō denūtiatis*

NOta præterea, non licere communicare cum excommunicato denuntiato, vel manifeſto percuſſore Clerici, in his quæ ſequuntur. 81 *Prohibita excōicatis.*

Os, Orare, Vale, Communio, Menſa negatur.
Si quis pro delicto Anathema efficiatur.

Quos verſiculos Primo poſuit Gl. c. Statuimus. de ſenten. excom. lib. & poſtea omnes.

OS: Primo negatur oſculum pacis, & amplexus. Secundo negatur locutio per ſe ipſum, vel per nuntium, & literas actiuè, & paſſiuè. i. mittendo, vel recipiendo, niſi ad ſalutem animæ eius 82 *Os declarat.*

per-

pertineat, vt illi conſulat, vel coram illo prædicet, vel Thologiam legat, quia hæc ad illius correctionem ſpectant.

83 *Orare, explicatur.* ORare. Primo prohibetur orare cũ excommunicato oratione publica. i. non licet audire Miſſam cum eo ſimul, nec intereſſe ſimul diuinis, nec recitare horas Canonicas cum illo: commnnis contra Duran. * Facit expreſſe. Canon. 20. Apoſtolorum, vbi ſic habetur: ſi quis cum excommunicato, licet in domo preces coniunxerit, iſte communione priuatur.

84 *V. Liceat ĩ eadem eccleſia.* SEd an liceat intra eandem eccleſiam audire Miſſam in alio Sacello, vel capella, excommunicato audiente in alia? Reſp. ꝙ ſic, Ledeſ. Caiet. & Armil. & Nauar. & omnes.

85 *Quę oratio cõcedatur?* QVæritur. V. ſit communicare cum excõmunicato, ſi excõicatus tranſit obiter per eccleſiam, dum ego audio ſacrum, licèt aliquãtulum oret? Item, ſi ſit in aliqua parte eccleſiæ negociando? Reſp. cum Caiet. & Armil. nõ eſſe hoc cõicare, quia parum pro nihilo reputatur, ita ſi ſit negociãdo, nõ eſt adeſſe ſacris formaliter, ſed tantùm materialiter. *De concione, oratione angelica &c.* Poteſt tamẽ intereſſe Cõcioni, & lectioni ſacræ ſcripturæ, & poteſt cum illo recitari Oratio Angelica, in meridie, & nocte, cum pulſatur. Nau. & omnes.

86 *Hoc uerbo uale, quid?* VAle: per hoc prohibetur ſalutatio, & reſalutatio. Quidam dicunt nõ prohiberi detegere caput, vel aſſurgere, abſque vllo verbo, quia non eſt locutio vocalis. Item, quia pœnæ non ſunt extendendæ, ſed reſtringendæ, ergo cum aperire caput non ſit ſalutatio, non eſt prohibendum, tanquam ſalutatio? Ita Ang. excom. 8. nu. 4. S. Ant. 3. par. tit. 25. ca. 2. Armil. excom. num. 41. Sot. 4. d. 22. q. 1. ar. 4. Maior. 4. q. 18. art. 2. *Aperire caput v. ſit ſalutare.* Contraria eſt communior, vt ait Syl. Excom. 5. & ſequitur Nauar. c. 27. nume. 19. Et probatur. Quia in communi hominum conuictu, & politia aperire caput, & aſſurgere ſunt ſigna communicationis politicæ; ergo prohibentur? Reſp. hanc ſententiam communiorem eſſe veriorem, primam tamen, probabilem ſatis iudico, & Nauar. illam dicit ſuſtineri poſſe, dummodo apertio capitis non fiat animo ſalutandi.

NOta, ꝙ quando quis ſcribit excommunicato, in caſu conceſſo, non eſt ponenda conſueta ſalutatio; ſed poteſt poni, ſpiritum conſilij ſenioris; & quando ſalutat quempiam excommunicatus, poteſt reſponderi: Deus vos emendet, vel ſimilia. S. Ant. quem refert, & ſequitur Armil. excommunicatio. nume. 40. & alij. 97 *Scribere excõicato, qualiter.*

COmmunio. Prohibetur primo participatio ſacramentorum actiuè, & paſſiuè. Secundo communicatio cuiuſcunque contractus, electionis, aut iudicij, & cæterorum, quæ iuridicè fiunt. Not. tamen quòd ſi quis ſit in eadem domo, vel camera cum excõicato, pro diuerſo negotio, non dicitur participare cum excommunicato, ſecundum Innoc. quem refert, & ſequitur Armil. nu. 24. 88 *Sub uerbo, cõio, quid prohibeat, uel concedatur.*

MEnſa. Prohibetur qs comedere cũ excommunicato, vtcunque fiat inuitatio, in vna, vel diuerſis menſis. Poteſt tamen in eadem domo, & in eadem camera comedere; dummodo non fuerit inuitatus ad conuiuium. Guilier. quẽ refert, & ſequitur Armil. nu. 43 Flores Theolo. q. de excom. Nauar. c. 27. numero 20. 89. *Sub nomine, menſa, quid ueniat.*

Quid, ſi quis in aliquo hoſpitio iter agens, & ſtans ad menſam, accedẽs excommunicatus, ſedeat in eadem menſa, vel in diuerſa ad manducandum? Reſp. Illud non eſſe communicare in menſa, nam ſi diuerſis Menſis ſedeant, patet nõ cõmunicare, ſi vero ſedeant in eadẽ mẽſa, illud eſſet diuerſa prãdia formaliter ſumere, licet idem prãdiũ materialiter. *Quid ſi excõicatus in cõuiuio ſit.*

QVæritur. Quod peccatũ erit communicare cum ſupra dicto excommunicato notoriè denunciato, vel publico clerici percuſſore? Reſp. Communiter loquendo, tantùm eſſe veniale peccatum, vt ait S. Tho. 4. diſt. 18. q. 2. Hoſt. in ſum. ti. De excommunicatione. §. 2. & omnes alij, maximè Canoniſtę in c. ſacris, de ijs quę ui. 90 *Quod peccatũ cõicare cũ excõicato?*

QVæritur. An aliquo caſu ſit mortale peccatum cum tali communicare? Reſp. ꝙ in aliquibus caſibus erit mortale. 91 *An aliquo caſu ſit mortale.*

tale. Syluest. verbo. Excommunicatio. 5. vbi plures enumerat. Nauarr. c. 27. nu. 28. Sex tantum aſſignat, & Sot. 4. diſt, 22. q. 2. artic. 4. quatuor enumerat. Couarr. tamen, in c. Alma. 1. par. §. 5. num. 7. ad tres caſus omnes alios reducit.

¶ Primus ergo caſus, ſecundum omnes, eſt communicare in diuinis cum tali excommunicato, vt dictum eſt.

92 *V. Sit mortale dicere horas cum excōicato.*

QVæritur. Vtrum ſit mortale peccatum dicere horas canonicas priuatim, & ſecretò cum excommunicato, qui ad eas tenetur? Communis ſententia ait hoc eſſe communicare in diuinis, & peccare mortaliter. Nam etiā, ſi iſtæ horæ Canonicæ priuatim recitentur ab excommunicato; qui ad id tenetur, eſt tamen oratio publica; & iſte recitat, vt publicus miniſter Eccleſię. Nihilominus Couar. ſupra: ait fortè non eſſe peccatum mort. recitare priuatim horas cū excommunicato; quia tūc (ait) eſt peccatum mort. communicare in illis actibus diuinis, qui prohibentur excommunicato, vt audire Miſſam, & celebrare, q: illi prohibetur. At verò. recitare horas non prohibetur, & ſic licebit recitare ſimul cū illo. Quæ opinio, quàm plurimum mihi placet, iuriq; videtur conformis, maximè ob tanti Auctoris dignitatem.

93 QVæritur. V. Excōicatus recitans horas ſolus, poſſit dicere Dominus vobiſcum? Reſp. Primo, Excommunicatum teneri dicere horas. Communis. Secundo, non debet dicere: Dominus vobiſcū, quia illud eſſet iam communicare. S. Ant. 3. par. tit. 25. c. 2. Nau. & alij.

94 *Cōicare in crimine criminoſo.*

SEcundus caſus, quod eſt mort. peccatum communicare cū excommunicato in crimine criminoſo, ꝑpter quod quis eſt excommunicatus, vt qui ſuadet alicui ne obediat excommunicationi datæ propter aliquod peccatū, vel ſi quis ſuadeat alicui, ne eijciat concubinam propter excommunicationem, quia qui talia ſuadet, nouum peccatum committit.

95 *Excōicatio participantiū*

TErtius caſus eſt. Quando excommunicatio eſt participantium, & nominatim.

96 *Cōicare in contēptū clauium.*

QVartus, Quando quis communicat cum excommunicato in contemptum clauiū. De quo vide Caiet. in ſum. verbo, contemptus. Pan. & alij addunt quintum caſum; quando quis frequenter, & ſæpè frequentat communicare cū excommunicato, tūc peccat mort. quod non eſt abſolutè tenendum; niſi quando illa frequentatio communicationis generaret graue ſcandalum. Vel quando talis frequentatio verteretur in contemptum cenſuræ.

97 *Participans cū excōica. quādo incurret eandem.*

QVæritur. V. Aliquando participans cum excōmunicato incurrat maiorem excommunicationem? Reſpon. quòd ſic, in tribus caſibus.

Primus. Quando communicat in crimine criminoſo propter quod eſt excōmunicatus, vt in cap. Nuper. de ſentent. excom.

Secundus. Quando clericus admittit ad diuina officia, & communicat cum excommunicato à Papa, & denuntiato.

Tertius. Quando data eſt excommunicatio de participantibus debito modo. De quibus caſibus, vltra alios vide Armil. excom.

98 *Quid de participatione cum minori, etc.*

QVæritur. Vtrum qui communicat cum excommunicationem minorem habente incurrat aliam? Reſpond. quòd non, nec communiter peccat mortal. commuuis vide infra, de excom. mino. num. 11.

99 *Qui excuſatur participando?*

QVæritur. An aliqui excuſentur communicantes excommunicato denuntiato? Reſpon. Excuſari omnes qui comprehenduntur in illo verſ.

Hæc Anathema ſoluunt, ne poſſit obeſſe.
Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.

De quibus omnes Summiſtæ: Angel. Silueſt. Armil. Corona confeſſorum, maximè Sot. Couar. & Nauar. c. 27. nu. 26. Ideo quia dictorum verborum explicatio communis eſt, illa omitto, &c.

100 *V. Filij excuſentur cōicādo cū patre excom.*

QVæritur, tantum de verbo (lex.) V. excuſentur filij, vel tantum mulier communicantes cum marito, vel patre.

tre excommunicato? Reſpond. Primo ſecundum omnes, excuſari maritum quo ad vxorem, & è contra quo ad debitum coniugale. Secundo Reſpond. quod licèt aliqui auctores dicant, non licere marito communicare cum uxore, vel filijs excommunicatis, niſi in ijs, quæ ad Matrimoniũ ſpectant; vt ait D. Ant. 3. p. ti. 25. c. 1. Goff. Raim. Sil. excommunicatio. 5. Armil. excõmunicatio. nu. 45. Conat. ſupra, & alij: Contraria tamen opinio eſt uerior. ſ. licere marito communicare cum uxore in omnibus, & communicare filijs, qui ſunt ſub eius poteſtate, non mancipatis. Ratio eſt, quia pater tenetur ſubuenire filijs, & vxori. Ita tenet Sot. 4. diſ. 22. q. 1. ar. 1. Ledeſ. 2. par. q. 25. ar. 1. Maior. in 4 diſtin. 18. Caiet. verbo. excommunicatio.

Pater tenet ſubuenire filijs, et uxori.

101 QVæritur. V. Vſq; adeò teneantur fideles excommunicatum vitare, maximè in diuinis, vt etiã, ſi immineat mortis periculum, non liceat communicare, ſed potius mortem ſubire tanquã Martyres? Ratio Dubij eſt nam. c. Sacris. de ijs, quæ vi. habetur quòd potius eſt mors petenda, q̃ cõicare cum excõicato in diuinis, in quo. e. multi Doct. ſidẽ dñt, & Adr. q. 3. de clauib. Probatur. Nã peccatum eſt non vitare excommunicatum, maxime in diuinis, & videtur de iure diuino Matt. 18. ſit tibi tanquam ethnicus, &c. Ergo potius licet mortẽ ſubire, quàm communicare cum excommunicato. Confir. Eccleſia poteſt obligare etiam cũ periculo mortis, & patet, quia poteſt hoc Princeps, ergo à fortiori poteſt eccleſia, ſed maximum præceptum eſt uitare excom. ergo? Contrarium tenent aliqui. Probatur, Nam mater Eccleſia non pręcipit vitare excommunicatos cum tanto rigore, maximè cum cognoſcat imbecillitatem, & hominum fragilitatem. Ita tenet Silue. Excommunicatio. 5. q. 4. Maior. 4. diſt. 19. q. 4. Nauar. c. 27. nu. 36. Sot. 4. d. 22. q. 1. arti. 4. Ledeſ. ſup. q. 3. Couar. in c. Alma mater. 1. par. §. 3. num. 9. Victoria in ſumma, in fi. Caiet. 2. 2. q. 75. Et hæc ſententia eſt communior. Pro reſolutione nota concluſiones.

Quid ſi imineat mortis periculũ in participando.

Eccleſia non præcipit uitare excõ. cum mortis peric.

Prima Concluſio, Loquendo abſolutè, eccleſia poteſt obligare ſub periculo mortis, vt uitentur excommunicati, Ita omnes Doctores.

Secunda concl. Eccleſia, de facto, ita non obligat eos ſic uitare.

Tertia concl. In hoc caſu tenetemur uitare excõicatos cũ euidẽti piculo mortis, ſ. vt cũ ille impius homo imperaret celebrare in cõtemptũ Clauiũ, & prãtis Eccleſiaſticę. Ita Ang. Syl. Armil. Nau. & alij. Ad rex. in c. Sacris. Reſp. intelligi in caſu huius tertiæ concluſionis.

QVæritur. De qua excommunicatione intelligatur, quotieſcunque excommunicatio a Canone, vel ab homine profertur? Reſp. Semper intelligi de maiori. cap. Si quem. de ſenten. excom. maximè in iure nouo, quia olim erant multæ minores excommunicationes. Patet etiam, Quia Analogum per ſe ſumptum ſtat pro famoſiori ſignificato. 102

Excõicatio abſolute, intelligit maior.

QVęritur. Per quantum tempus ſit excommunicatus vitãdus? Reſ. quod excommunicatus ſemper præſumitur talis, & debet vitari; donec conſtet de abſolutione. Doctores in Gl. c. Propoſuit. de cler. excom. 103

Excõicatus quãto tpe uitandus?

QVæritur: Quando conſtabit de abſolutione? Reſpon. Primo, per ipſum inſtrumentum abſolutionis. Secũdo per relationem proborum hominum. Tertio ſi ipſe excommunicatus fide dignus, dicat iam ſe eſſe abſolutum, ita tenent omnes. 104

Qñ conſtabit de abſolutione?

DE CAVSIS EXCOMMUNICATIONIS.

NOta in primis, nullum poſſe excõmunicari pro actione, quę non ſit mortale peccatum, nec excõicationẽ maiorem dari poſſe pro veniali actione. Communis, & colligitur ex ſcriptura, ut infrà. 105

Excõicatio maior non fertur p veniali.

SEcundo excommunicatio à iure, vel ab homine non poteſt ferri, niſi pro peccato mortali. S. Th. Palud. Ricar. Maior. Duran. 4. d. 18. q. 3. Sot. d. 22. q. 1. ar. 2. Ledeſ. 2. par. q. 23. Nauar. c. 27. num. 9. Couar. in c. Alma, 1. par. §. 7. nu. 5. & §. 12. 106

Excom. maior non datur niſi p mort.

§. 11. Victor. de excom. Silue. excom. 2. q. 3. D. Ant. 3. par. tit. 24. c. 27. Adr. q 3. de clauibus. tex. in c. Nemo Epiſcoporũ. 11 q. 3. c. Nullus. ibid. c. 1. de iudic. c. ſacro. de ſent. excom. capit. Romana. eod. tit. 6. Probatur Matth. 18. Quia propter contumaciam excommunicantur. Probatur ratione. Excommunicatio eſt grauiſſima pœna omnium, quas habet eccleſia, infligitque grauiſſima damna; ergo pro grauiſs. malo, id eſt morta. peccato danda?

Excõ grauiſſ pœna.

107 NEc eſt opus, vt incurratur excommunicatio, vt illud opus ob quod infligitur ſit ſuapte natura peccatum mort. Sed ſatis eſt, vt præceptũ iudicis efficiat illud opus neceſſariũ, vt obliget iudex ſub peccato, vt epiſcopus, q præcipit clericis intereſſe proceſſioni, &c. Docto.

Satis eſt præceptũ iudicis ad incurrẽd. excom.

108 EX quo primo infertur, quod non incurritur excommunicatio à iure, vel ab homine, quando quis coram Deo non peccauit mortaliter.

Quid ſi quis corã Deo.

109 SEcundo Quando fertur excõmunicatio contra eos qui furati ſunt bona aliena, qui furatus eſt, & non poteſt ſoluere, deſiderat tamen, non incurrit excõmunicationem. Si autem poſtea, poſſit ſoluere, & non ſoluit, incurrit; quia durat uis excommunicationis.

Quid quando quis non põt ſoluere &c.

Si autem quando lata fuit excõicatio potuit ſoluere, & noluit, poſtea uero factus eſt inops, & non poteſt, incurrit excõicationẽ. Facit ad hoc tex. in cap. ſuper eo. de Raptoribus. Cord. q. 18.

110 TErtio ſi clam ſurripuit quis aliena titulo cõpenſationis, quia debitor non uult ei ſoluere, & fertur excommunicatio, non incurrit, nec tenetur ſe manifeſtare. Neque hoc ſcientes, tenentur declarare. Quod eſt uerum quando res eſt quidem liquida, & manifeſtum debitum: nam ſi eſt dubium debeatur ne, uel non, non licet. Communis.

Quid de accipiente tit. cõpenſationis.

111 QVid ſi excõicatio præcipiat, vt manifeſtentur ẽt furata titulo cõpenſationis? Ioan. Med. dicit, ꝙ ſi ſurripiẽs poteſt illas res recuperare coram iudice, ꝙ tenetur reſpondere. Nihilominus. Sot. Syl. & alij aiũt, ꝙ licèt malè fecerit taliter recuperando res ſuas, & peccauerit lætaliter, quia cũ habeat ſcripturas, quibus coram iudice poſſit recuperare bona, quæ ſibi debebantur, ipſe ſe cõſtituit iudicem, & vſurpauit officium alienũ; non tamen incurrit excommunicationem nec tenetur reſtituere, quia nõ ſurripuit aliena, ſed tantum bona propria. vide Cord. q. 63. 64. 65. 111. & 131.

Quid ſi pcipiat ſit cõpẽſationis?

112 QVæritur. Quid ſi feratur excommunicatio ſuper aliquas ſcripturas, quæ occultantur; An habens illas, etiam ſi exhibitio illarum ſibi noceat, teneatur manifeſtare, & ſimiliter ſcientes? Reſp. Si conſtat in illis nihil eſſe, quod poſſit iuuare petenti, continentur tamen alia, quæ poſſunt habenti nocere, non tenetur manifeſtare, nec id ſciens. At uero ſi illę ſcripturæ continent aliquid, quod prodeſt petenti, etiam ſi habenti noceat, tenetur manifeſtare. Ita communis iuriſtarum, & Theologorum, niſi res eſſet certa, detegentem ſcripturas habere iuſtitiam, & qui petit quærere, ut faciat vexationem, tunc non manifeſtet.

De exc. lata ſuper ſcript. &c.

113 NOta ꝙ non tantum requiritur peccatum mort. ad excommunicationem maiorem ferendam, & incurrendam, ſed etiam inobedientia, & contumacia. Vnde ſi feratur ſine inobedientia, & contumacia, irrita eſt ſecundum iura, & Doct. ſupra & Matth. 18. Si eccleſiã non audierit, & c. certum. 11. q. 3. & S. Th. 4. d. 18. q. 1. ait contumaciã requiri,

Inobediẽtia requiritur ad exc.

114 HInc colligitur contra Caiet. 2. 2. q. 69. nullum poſſe pro peccato prę terito excommunicari, cùm nulla præceſſerit admonitio. Dixit enim Caietan. poſſe eccleſiam excommunicare propter peccatum præteritum, licèt id non habeat de more eccleſia. Ratio vero noſtræ ſententiæ eſt, quia nulla eſt contumacia, vbi non præceſſit monitio.

Excom. an poſſit ferri pro pecc. præterito.

115 ITem, vt excommunicatio valida ſit, neceſſe eſt, vt præcedat aliqua monitio, alias non erit contumacia.

Monitio requiritur.

116 SEd nota, quòd quando in decretis Conciliorum, & Põtificum ponitur excommunicatio, non eſt neceſſaria admonitio. Quia ipſa lex, & Canon eſt admonitio communis omnium.

In decretis nulla requirit monitio.

117 *Admonitio qualiter facienda.*

QVæritur. Qualiter fieri debeat talis admonitio? Reſpō. Iura ipſa præcipiunt, vt ad excommunicationem ferendam, præcedat trina monitio, vel ſaltem vnica, cum interuallo ſex dierum, & in hoc eccleſia ſequuta eſt Chriſtum, Matth. 18. vbi tres ponũtur admonitiones. Notant Doctores, quãdo negocium vrget, ſolet tẽpus breuiari. ita c. Omnis. 16. q. 7. c. de presbyteris. 17. q. 4. c. Sacro. c. Cũ medicinalis. de ſentẽ. excõ. vbi graues ponuntur pœnæ iudicibus.

118 *Admonitio an ſit de eſſentia.*

QVæritur. V. Admonitio requiratur de eſſentia, ante excommunicationem? Reſpõ. quòd ſic, ſecundum Doct. quos refert, & ſequutur Silu. Excom. 1. q. 4. Nau. aũt (qui. c. 27. nu. 11. ait validã eſſe excommunicationem ſine monitione, quamuis peccet iudex) intelligi dẽt ſine trina, vel vna abſq; ſpatio dierũ.

119 *Q̃uo facĩeda de peccato futuro, &c.*

QVæritur. Quomodo facienda admonitio de peccato præterito, & de futuro? Reſp. ſecundũ Silu. ſupra, quòd quãdo admonitio naſcitur ex præterito, admoneri debet talis, vt ſe corrigat, & emendet, vel reſtituat ſub pœna excom. Quando autem, ex peccato futuro, vt quando Prælatus præcipit, vel prohibet ſub pœna excommunicationis tale fieri, vel nõ.* Pro quo nota, quòd excommunicationis ſententia laca ſub illa conditione, & clauſula, ex nunc, nõ afficit ante conditionẽ, ſed ſuſpẽditur effectus ipſius. Gl. in Clemẽ. 1. verbo, ex nũc de cõceſ. præbend. quam ſequitur ibid. Cardin. in 1. opin. & Imol. col. 2. & Innoc. Hoſt. Abbas antiquus. Ioan. Andr. & alij multi, quos refert, & ſequitur Andr. Tiraq. de vtroque retractu. tit. de retract. conuentio. §. 2. gl. in 87.

120 *Vt iudex.*

QVæritur. V. Iudex teneatur ſeruare ordinem iuris in excommunicatione ferenda? Reſp. quòd ſic, & nõ ſeruans peccat mortaliter, ſecundum Siluest. Couãr. Ledeſima. Nauar. & communem.

121 *V. Pro quocũq; pec. mor. dãda excom.*

QVæritur. V. Pro quocunque peccato mort. danda ſit excommunicatio? Reſpon. ꝙ non, ſed tantùm pro graui, quando deſunt alia remedia; valida tamen erit, ſi pro quocunque mort. cum inobedientia detur.

Hinc inferunt Doctores, quàm temere, & contra antiqua iura faciant iudices, pro quacunque re excommunicationem dantes. Quapropter Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. aliqua de hoc præcipit.

V. Creſcente cõtumacia creſcere debeat pœna.

QVæritur. V. Creſcente contumatia, 122 creſcere debeat pœna? Reſp. ꝙ licèt omnes Doct. colligãt ex. c. Præterea, verſic. cleric. de iure patro. & c. Cùm cõtumatia. de Hæret. in 6. & in cap. Cùm non ab homine. de Iudic. creſcente contumatia, pœnam eſſe augendam, fallit tamen hæc regula, in ſent. excom. quæ etiam creſcente contumatia, debet tolli, ſecundum S. Th. 4. diſ. 18. & omnes in c. 1. de ſent. excom. 6. Quæ fallentia habet alias duas, ſcilicet, ſi fuerit ſpes correctionis, & conuerſionis, & ſi fuerit ſententia excommunicationis ab homine, ſecus à iure ſecundum Palacios, Ruinos in repet. Rub. de dona. int. vir. & vxor. fol. 66. & ſingulariter Fel. in c. Apoſtolicæ. de exception.

Fallit hæc regula.

Quis poſſit excõ.

QVæritur. Quis poteſt excommunica- 123 re? Reſp. in hac quæſtione notandas eſſe concluſiones nonnullas, quæ ex S. Th. D. Bonau. Pal. Ricar. Maior. Sot. Nau. Couar. Ledeſ. Victor. & alijs colligi poſſunt.

Prima Concl. Papa, vniuerſale, ſeu Prouinciale Concilium legitimè Prouinciale Concilium legitimè congregatum, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Religionũ Prælati, Generales, Prouinciales, Abbates, Priores, Guardiani, & omnes alij qui ordinariam, vel delegatam habent iuriſdictionem, poſſunt excommunicare, colligitur ex. c. Cùm eccleſia. de maior. & obed.

V. Curati.

Secunda Concluſ. Curati, licèt olim poterant excommunicare. c. Cum eccleſia, ſup. nunc autem contraria conſuetudine eſt abolitum.

Prælat. excõicatus? etc.

Tertia Concl. Pręlatus etiam occultè excommunicatus excõmunicare non poteſt, quãuis nõ ſit uitandus abſq; denuntiatione, hoc tenet Gl. in ſum. c. Audiuimus. 24. q. 1. ſed contrarium eſt verius. Nauar. cap. 27. nume. 7.

Quarta Concl, Sententia Prælati ex-

com-

communicati erit valida, ſi ſui ſubditi id ignorant.c.Infames.3.q.7.

Et an ſi irregularis ſit? Quinta.Prælatus irregularis nõ priuatur poteſtate excommunicandi, ut tenẽt omnes commu.& habetur, infra, de irregularitate.

124 *Quis poſſit excõicari?* QVæritur. Quis poſſit excommunicari? Reſp. Sequentibus concluſionibus.

Prima. Papa nullo modo excõicari poteſt, niſi in duob. caſib. ſ. in Hæreſi, & Apoſtaſia, Flor. Theolog. q.4.d.18.q. vni. ar.4. Et de hac q. vide in Bulla Cœnæ infra, num.15.

De mortue excõmunicato. Secunda concluſio. Nullus ſibi æqualem excõicare põt, Communis opinio.

Tertia concluſio. Collegiũ, & vniuerſitas in generali, excõicari non poteſt. Syl. verbo excõmunicatio.1.§.3. & omnes, contra Ricar. & alios.

Quarta. Mortui pro criminib. inuita commiſſis excommunicari nõ poſſunt, quia iam ſunt extra eccleſiã, & non ſunt homines. Poterit nihilominus iudex declarare, dum viuerent, in excomm. incidiſſe, tex.c. ſane.24.q.2.

¶ An Animalia, & Locuſtæ poſſint, vide Doctores.

125 *Infinit(ſere)ex cõicatio num numerus.* *ANtequam excommunicationes Papæ, Epiſcopis, & alijs Prælatis reſeruatis ponam, aduertere oportet duo. Primum excommunicationum certum non poſſe dari numerũ. Creſcente enim hominum malitia, Summorum Pontif. quotidie uidemus (iuſtiſſimè quidem) excommunicationes pullulare. Quapropter omnes hucuſque ex iure Canonico veteri, iureque nouo Concilij Trident. alijſque nouis extrauagantibus colligere breuiſſimè procurabo, explicationem tamen earum Angelo, Syluestro, Caietano, Armilla, & nouiſſimè Nauarro. cap.27. relinquendo. Secundum. Quòd licèt excommunicationes Bullæ in Cœna Domini ſint principaliori loco ponendæ: eas tamen infra, in particulari tractatu explicabimus copioſius (fortè) quàm nullus alius.*

EXCOMMVNICATIONES Papæ reſeruatæ extra Bullam in Cœna Domini.

EX DECRETO, ET *Decretalibus colliguntur.*

PRima. In c. ſi quis ſuadente.17.q.4. contra percutientes clericum. 126 *Exc. Papæ reſeruatæ.*

Secunda. In c. Mulieres. de ſent. exc. contra ad id conſilium dantes.

Tertia. In c. ſtuduiſti. de officio legati. & c. ſanè. de officio delega. contra excommunicatos a deleg. qui non poteſt abſolui tranſacto tempore.

Quarta. In c. Ducta. de crimine falſi. Vbi Epiſcopo excommunicante, defertur abſolutio ad Papam, ſi intra uiginti dies Epiſcopo non obtemperauerint. *Ex Decretalibus.*

Quinta. In c. Significauit. de ſent. excommu. contra Clericos ſcienter participantes in diuinis cum excommunicatis nominatim à Papa.

Sexta. In c. Nuper. & c. ſi concubinæ. de ſent. excom. In communicantes ſcienter cum excommunicatis nominatis a Papa, dando conſilium &c.

Septima. In c. Tua de ſent. excomm. vbi incendiarij excommunicati, & denunciati a Prælatis, tantùm à Papa abſoluuntur.

Octaua. In c. Conquæſtus de ſenten. excom. in ſacrilegos effringentes, & ſpoliantes eccleſias.

EX LIB. VI. DEcretalium.

NOnã. In c. Fundamenta, de elect. Cõtra eligentes in Senatorem Romanum aliquem Imperatorem, Regem, Comitem, aut alium procerem, aut fratrem, aut dictorum filium, &c. vt ibidẽ. 127 *Ex li. 6. Decret.*

Decima. In eo.c. Contra aſſentientes nominationi, & electioni Senatoris Ro. aut Gubernatoris & præfecti.

Vndecima. In c. Fœlicis de pœnis. Contra inſequentes, percutientes, vel capientes hoſtiliter Cardinales, vel auxilium, cõſiliũ, vel fauorẽ dantes. Pius V. in ſuis

conſtit. fol. 150. hoc extendit ad ſcientes quodl bet crimen in ipſos Cardin. commiſſum, vel commitendum, & non reuelantes illud opportunè Papæ, vel Ordinario.

Duodecima. In ca. Quicunq; de ſenten. excommun. Contra dantes facultatem capiendi, interficiendi aut uexandi perſonas aliquorum, aut eorum facultates, aut ſuorũ, eo quòd tulerunt excommunicationis, ſuſpẽſionis, vel interdicti ſententiam contra Reges, & quoſcunque alios, & eorum miniſtros, &c.

EX CLEMENTINIS.

128 *Ex Clemẽtinis.* Decimatertia. In ca. ſi quis. de pœnit. Contra eum qui iniurioſè, vel temerè Epiſcopum aliquem percuſſerit, cęperit, vel bannierit. &c. facta eſt Bullæ Cęnæ.

Decimaquarta. In c. Multorum. §. Verum. de Hæret. contra Inquiſitores, & eorũ miniſtros odio, gratia, vel quæſtu, alioſvè commodo ductos, negligẽtes in officio ſuo, vel ſi falsò hęreſim imponũt.

Decimaquinta. In ca. Religioſi de priuileg. contra Religioſos ſine lic̃etia præſumentes miniſtrare Sacramenta Extremę Vnctio. Euchariſtiæ, aut nuptias benedicere, aut abſoluere excommunicatos à Canone &c.

Decimaſexta. In c. Cupientes de pœnis. Contra Religioſos, & Clericos inducentes ad vouendum de accipienda ſepultura in ſuis Eccleſiis.

Decimaſeptima. In c. Graue. de ſent. excom. Contra prohibentes ne excommunicati denuntiati, ab Eccleſia exeant tempore Miſſæ, & Diuinorum.

Decimaoctaua. In eod. c. Contra excommunicatos, & interdictos inobediẽtes Sacerdoti, pręcipienti exire ab eccleſia dicto tempore.

Decimanona. In eod. ca. Contra Principes, & alios, cogentes directè, vel indirectè celebrare in eccleſia interdicta.

EX EXTRAV. ET CONcilijs.

129 *Ex extrau. & cõcilijs.* Vigeſima in Extrau. de ſepult. Contra incidentes cadauera, & in aqua coquentes, vt oſſa ſeparent à carnibus, & ſepeliant in alio loco.

Vigeſimaprimá. In Extra. Si Dñici, de pœn. & remiſſ. contra Violantes interdictum ab Apoſtolica ſede promulgatum.

Vigeſimaſecũda. In ead. Contra perſonam Rom. Pontifi.

Vigeſimatertia. In ead. & in Extrau. Deteſtabile de Simon. & in multis alijs. Contra dantes, & accipientes aliquid quomodocunq; Simoniacè in ordine ſuſcipiendo, vel beneficio conſequendo.

Vigeſimaquarta. In Extrauag. 1. & in ca. Sane de Simon. Contra dantes & accipientes aliquid pingreſſu Religionis.

Vigeſimaquiuta. In Extrau. Viã ambitioſæ de Regular. Contra Religioſos Mendicantes tranſeuntes ad aliam Religionem non Mendicantem, ſine licentia Papæ, excepta Cartuſiæ.

Vigeſimaſexta. In Concil. Conſtantien. Seſſ. 41. c. Omnis ætas. Contra inuadentes, vel occupãtes bona Cardinalium inconclaui exiſtẽtiũ, vel electi in Papã.

Vigeſimaſeptima. In Extrauag. Etſi Dominici de pœnit. & remiſ. Contra cõfeſſores abſoluentes excommunicatos à caſibus, & cenſuris reſeruatis d. Extrau.

Vigeſimaoctaua. In Extrauag. Graue nimis, & Conc. Trid. in fin. de iuſtificatione, & Pius V. in conſtitu. Super ſpecul. Contra eos dicunt quare peccati mortaliter, qui dicunt Virginem Mariã fuiſſe conceptam ſine peccato originali, & è contra.

Vigeſimanona. In ead. Cõtra habẽtes libros continentes contra ſupradicta.

Trigeſima. In Concil. Lateran. Seſſ. 5. ſub Iulio II. Contra Cardinales in electione Papæ Simoniam committentes.

Trigeſimaprima. Ab Eug. IIII. & Bon. VIII. Contra ingredientes monaſteria Monialium ordinis Minorum, & Dominicanorum, vt habetur in priuil. Dominicanorum.

Trigeſimaſecunda. Ibid. Cõtra faciẽtes libellos famoſos, aliaué ſcripta contra ſtatum ordinis Minorum, ac Prædicatorum, uel ea componentes, habentes ac in lucem emittentes.

Trigeſimatertia. In eod. Contra prædicantes, docentes, ac defendentes prędictos Religioſos non eſſe in ſtatu perfectionis, vel non licere eis viuere de eleemoſynis, nec prędicare, nec audire cõfeſſiones cum licentia Papæ, ſine conſenſu aliorum Prelatorum inferiorum, & alia complura.

Trigeſimaquarta. Ponitur à S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 30. Contra euntes ad ſanctum Domini Sepulchrum ſine licentia Papę.

Trigeſimaquinta. In Conc. Lateran. ſub Leon. X. Seſſ. 9. Contra Cardinales reuelantes ea, quæ in conſiſtorio ſub ſpeciali præcepto iubentur ſecreta ſeruari.

Trigeſimaſexta. In eod. Seſſ. 11. Contra prædicantes miracula falſa, uel incerta, vel Prophetias in Biblia non contentas recitantes.

Trigeſimaſeptima. Ibid. Cõtra detrahentes in ſermonibus, Prælatis, Epiſcopis, & ſuperioribus, eorumque ſtatui.

Trigeſimaoctaua. In Extrauag. Munera. Pauli II. Contra quoſcunque officiales Papæ, (Præter Cardinales) in terris eccleſiæ exercentes quodcunque officium, accipientes munera, præter comeſtibilia, & potabilia; q̃ biduo cõſumi poſsũt, & tenẽtur reſtituere, & ẽt dãtes.

Trigeſimanona. In ead. Seſſ. 11. Cõc. Lateran. Contra aliquo modo vtentes pragmatica ibid. reprobata.

Quadrageſima. In Concil. Trid. Seſſ. 22. ca. 11. Contra omnes ſæculares impedientes loca, iuriſdictiones, bona, cenſus, ac fructus cuiuſcũque Eccleſię, Monaſterij, uel loci pij. Vbi vide latius.

Quadrageſimaprima. In Extrauag. Cum ſicut. Pauli III. & Greg. XIII. contra non reddentes computa in Camera Apoſtolica integraliter.

Quadrageſimaſecunda. In Extrauag. Cum ſecundum. Paul. IIII. Contra tractantes, conſulentes, vel adiuuãtes, uel aliquo alio modo monentes de nouo Papa eligendo, viuente Papa, &c.

Quadrageſimatertia. In Extrau. Ea quæ. Pij IIII. Clementis VII. Iulij II. & Leon. X. Contra pugnantes in Duello, Dominos (exceptis Regibus) dantes eis campum, auxilium præſtantes, eiſque intereſſentes. Idem de diffidatione omnino ſeruatur, ut ibi patet.

Quadrageſimaquarta. In Extrauag. Inter multiplices. Pij IIII. Contra prouiſos de parochialibus eccleſiis vicarijs perpetuis, à Papa, &c. & non adimplentes iuramenta fideiuſſoria, &c.

Quadragaſimaquinta. In Bulla ordini S. Benedicti conceſſa, quæ incipit. Etſi ad uniuerſas. Contra impedientes, prohibentes, uel moleſtantes perſonas non impeditas, volentes ingredi dictam Religionem.

Quadrageſimaſexta. In Bulla; Virtute conſpicuos. Iulij II. & in alia: Quãuis aliàs. Leon. X. & Sinceræ mentis Pauli III. Cõtra Clauſtrales recipiẽtes, aut habitum ſuæ religionis dantes fratribus S. Franciſci de Paula profeſſis, ſine licentia Papę, & eorum Generalis.

Quadrageſimaſeptima. In breui: Licet alias. Leon. X. Contra Tertiarios, Hæremitas, mulieres, alioſq; Religioſos portantes habitum Fratrum Sancti Franciſci de Paula.

Quadrageſimaoctaua. In Bulla; Cũ ſicut, Paul. III. Contra fratres Minimos S. Franciſci de Paula, profeſſos, ſubtrahentes ſe ab obſeruantia, vel obedientia ſuorũ Correctorum; portantes caputiũ longum poſt terminum eis præfixum.

Quadrageſimanona. In Bulla: Paſtoralis Officij. Pij V. Cõtra Fratres Minores de obſeruãtia, q in quibuſuis elect. & ante eas p ſex mẽſes, pro ſe, vel pro alio ſubornauerint, vel tales non detulerint.

Quinquageſima, Ibid. Contra eoſdẽ ad officium obtinendum, fauorem quorumuis extra religionem procurantes.

Quinquageſimaprima. In Extr. Sollicitè. Greg. XI. Cõtra ꝓuidẽtes a lijs de beneficijs eccleſiaſticis, & aliquid inde capiẽtes, vel ſibi ꝓmitti facientes directè. & illos qui nuntiant, vel noua portant.

Quinquageſima ſecunda. In Extrau.

cetur, vel antiquetur. Glo. in c. A nobis, de ſenten. excom. quam ſequuntur Hoſ. Abb. Felyn. Innoc. & alij Canoniſtæ. D. Ant. 3. par. tit. 24. c. 74. Sot. 4. diſt. 22. q. 2. ar. 3. Naua. c. 27. nu. 2. Ledeſm. 2. par. q. 23. & de hoc. infra. in Bulla Cœnę. numero 129.

55 *Diuidit in iuſtã, et in iniuſtam.* TErtio. Diuiditur excommunicatio in iuſtam, & in iniuſtam, de qua diuiſione. Gl. & Doct. in c. ſententia. 11. q. 3. (vbi D. Greg. homil. 26. in Euang. ait: Sententia Paſtoris iuſta, uel iniuſta timeda eſt.) & Canoniſtæ. in c. Per tuas. & c. Sacro. de ſent. excom. Sot. & Ledeſ. ſupra arti. 4. Couar. in c. Alma. 1. par. §. 7. nu. 5. & §. 11. nu. 12. Nauar. c. 25. nu. 3. & 4. Caiet. 2. 2. q. 70. art. 4. & in opuſc. tract. 10. q. 2. de effectu. Excom. Syl. Excomm. 2. q. 1. & 2. S. Anton. 3. par. ti. 24. cap. 76. S. Thom. Palud. Duran. Maior. 4. d. 18. q. 1. & 2.

56 *Iuſta qualis? Iniuſta qualis?* SEntentia iuſta dicitur illa, quæ fertur à legitimo iudice ob iuſtã cauſam, ſeruatis debito ordine, & fine, ita omnes ſupra. Iniuſta eſt illa, cui deeſt aliqua ex conditionibus aſſignatis excommunicationis iuſtæ.

57 *Iniuſta diuidit.* QVarto. Excommunicatio iniuſta diuiditur in excommunicationem iniuſtam, quæ eſt nulla, & in excommunicationem iniuſtam, quæ eſt valida ipſo iure.

Iniuſta nulla quintuplex. ¶ Excommunicatio iniuſta nulla eſt quintuplex, ut notat Gl. in c. Præſenti. de ſent. excomm. Syl. tamen ſupra, illas ad quindecim reducit; ſed cõmunis ſententia diuidit illas in quinque.

Prima. Quando fertur à non iudice; vel quando, eſto ſit iudex, eſt tamen excõmunicatus, & nominatim denunciatus publicè.

Secunda. Quando excommunicatio fertur contra tenorem priuilegiorum, vt habetur. c. Quando de priuileg.

Tertia. Excommunicatio fertur poſt legitimam appellationem. cap. per tuas. de ſenten. excommu. cap. Ad præſentiam. de appel.

Quarta. Quando continet expreſsè errorem intolerabilem, vt ſi quis excommunicetur, quia non facit aliquod malum, c. Venerabilibus. de ſent. excõ. li. 6.

Quinta. Quando iudex communicat participantes cum excommunicato à ſe, non tamen eos nominat expreſsè. c. Pręſenti. c. Conſultationum, aliàs conſtitutionum. de ſent. excom. ſi verò excommunicet participantes cum excommunicato ab alio; non eſt opus communicantes nominare expreſsè, ſed ſat eſt generaliter. *Participãtes ex cõicãtis, &c.*

SEd dubium eſt, quia videmus nequaquam vſu, & more obſeruari, vt participantes cum excommunicato nominentur ſpeciatim ſed generaliter nominantur, ergo ius iſtud iam eſt abolitum? & ita Hoſt. & Pan. quos citat Couar. ſupra. §. 3. nu. 6. aſſerunt; non eſſe iã opus exprimere nominatim participantes, ſed ſatis eſſe generaliter exprimere; Nauar. tamen Reſ. Primo ius iſtud ſeruari in Luſitania. Secundo Reſpond. Sicut iudices de more habent non nominare expreſsè participantes; ita, & ipſi participantes de more habent non ſe gerere tanquam excommunicatos. Couar. verò Hoſtien. & Pan. ferè cum Nauarr. conſentiunt. Sed ait Couar. ſufficere huiuſmodi conſuetudinem excommunicandi generaliter, vt poſteá ſe tatur excommunicatio maior propter inobedienriam. 60 *V. requiratur nominare participantes.*

NOta tamen, huiuſmodi excommunicationem iniuſtam nullam, nullos habere effectus excommunicationis, quia non priuat participatione ſacramentorum, nec electione ad beneficium. Aduertunt tamen Doctores talem excommunicatum propter ſcandalum debere ſe abſtinere à Diuinis, quouſq; innoteſcat Populo illam excommunicationem fuiſſe iniuſtam nullam. 61 *Excom. iniuſta nulla nullos habet effectus.*

ALtera excommunicatio eſt iniuſta, ſed ualida, quæ diuiditur in iniuſtam accidentaliter; ſcilicet, quia deeſt illi aliqua conditio: & in iniuſta ſubſtantialiter, quia deeſt cauſa, quæ eſt veluti anima. Excommunicatio, primo modo contingit tripliciter, Primo. Quando excommunicatio iuſta eſt secũdum ius, ſed iudex excommunicat animo maleuolo. 62 *Iniuſta ualida.*

Secunda

Secundo, Quando deeſt modus iuris in excommunicatione ferenda; qui modus duplex eſt, Primus, ut excommunicatio feratur in ſcriptis. Alter, ut excommunicatio feratur poſt trinam monitionem, vel unam tribus æquiualentem. ca. ſacro. c. Medicinalis. de ſent. excom. De his ergo excommunicationib. cõis ſententia eſt, omnes eſſe validas.

64 *De excõicatione iniuſta ſubſtantialiter.*

DIfficultas eſt de excommunicatione iniuſta ſubſtantialiter, quãdo quis eſt innocens, & non eſt cauſa qua excõmunicatur, nam (ut diximus, & videbimus) excommunicatio maior nõ poteſt ferri niſi, propter peccatum mortale.

Prima. Sententia dicit talem excommunicationem ligare. Vnde excommunicatio habebit ſuos effectus, de quibus ſupra. Maximè (ait iſta ſententia,) quòd ſi ſit clericus, & exerceat ordinem ſacrũ, manet irregularis, ita Silu. excommunicatio. 2. S. Thom. 4. diſt. 18. q. 2. ar. 1. ad 4. Hoſt. & plerique Canoniſtæ. in c. Per tuas. de ſent. excomm. Palu. 4. diſt. 18. q. 1. ar. 3. & quantum ad irregularitatem, etiam hoc concedit Couar. videtur fauere Alc. 4. q. 81. num. 2. Probatur. Quia excommunicatio hæc, ſecundum iura, eſt valida, vt in c. per tuas. ergo ſortitur ſuum effectum? ergo &c.

Confirmatur. Excommunicatio indiget abſolutione, vt d. cap. Per tuas, ergo ligauit.

Confirmatur. Secundo. Non obſtat, ſi quis dicat crudele videri, hominem innocentem excommunicari; nam propter bonum commune, & diſciplinam eccleſiaſticam non inconuenit innocentem ligari.

¶ Et patet a ſimili, nã iudex ſæcularis tenetur (ſecundum D. Th. & Doct.) hominem innocẽtem punire ſecundum allegata, & probata.

¶ Itẽ Innocentes interdicuntur, ſecundum communem, vt infra de interdict.

Sententia contraria eſt, quòd licèt excommunicatio ſit valida non tamen habet effectum. Vnde dicunt huiuſmodi excommunicationem penè eſſe nullam, ita Abb. in cap. Ex parte. de officio ord. Card. ibid. in c. Quod ſuper: de fide inſtrum. Decius in cap. cum venerabilis. de except. late Adria. quodlib. 6. Caiet. 2. 2. q. 70. ar. 4. Sot. 4. d. 22. q. 2. ar. 3. & 4. Maior, & Ledeſ. 4. d. 18. q. 2. D. Ant. citatus, Palud. & Ricard. 4. d. 18. q. 2. ar. 7. Turrecrem. in c. ſi quis Epiſcopus. 11. q. 3. Ioa. Arboreus. in li. 5. ſuæ Theoſophiç. c. 2. Et quãtũ ad ſuffragia Eccleſiæ idem dicit Couar. 1. par. §. 7. nu. 5. Pro qua ſententia vide argumẽta apud Adr. Ledeſ. & Sotum. Qui omnes fundantur hac ratione: Non eſt credendum de pietate eccleſiæ velle tanto damno afficere innocentem, qui propter malitiam accuſatus eſt. Item, quia Chriſtus dedit eccleſiæ autoritatem excõmunicandi, non in deſtructionem, ſed in ædificationem. Item, ſententia iniuſta (ait D. Th.) non eſt ſententia, ſed prouerſio iudicij; ergo iſta non erit ſententia. Pro ſolutione, ſit.

Poteſtas eccleſiæ ædificationem.

PRima Concluſio. Excommunicatio iniuſta ſubſtantialiter; ſed iuſta ſecundum allegata, & probata, timenda eſt, & talis excõicatus tenet ſe abſtinere à diuinis, & ſe gerere publicè tanquã excommunicatus. Quæ concluſio eſt cõmunis, & probatur. c. Sententia. 11. q. 3. Alioquin daretur occaſio contemnendi eccleſiæ diſciplinam. 68

Excõ. iniuſta timenda, &c.

Secunda Concluſio. Talis excommunicatus tenetur quærere remedia iuris, vel appellando, vel manifeſtando innocentiam.

Tertia Concluſio. Si iſte talis ſe immiſceat ſacris, & non obediat excommunicationi iudicis; peccat mortaliter

Quarta Concluſio. In ſecreto loco vel in publico ſine ſcandalo poteſt intereſſe diuinis, & celebrare ſine peccato. Ita Doctores Secundæ ſententiæ.

Excommunicatus iniuſte, quid poſſit vel non facere.

Quinta Concluſio. Siue cum ſcandalo, ſiue ſine illo celebret publicè, non incurrit irregularitatem. Quæ omnia intellige, quando euidens eſt, talem excõmunicatum eſſe innocentem, nam ſi res eſt dubia, licèt in re non habeat cauſam, excommunicationis, tenetur parere; & ſi celebrat, vel exercet ordinem ſacrum, fit irregularis. Hanc ſententiam tenet Nau. c. 27. nu. 3. 4. & 5. 69

V. Incurrat irregularitatem.

Quæ-

70 *In quibus ſit prohibita participatio cũ excom.*

QVæritur. An prohibita ſit fidelibus participatio, & Cõicatio cũ excommunicatis, & in quibus? Reſpõ. Affirmatiue, ex iure. Eſt tñ differẽtia inter antiqua iura, & ius nouũ: nã ſecundũ iura antiquã, tempore S. Thomæ, non licebat participare cũm excõmũnicato, ſiue eſſet occultus, ſiue manifeſtus; ſiue denunciatus, ſiue nõ; ſed excõmunicatus ſecretè, erat vitandus. At vero anno 1400. tẽpore Martini Papæ V. & Sigiſmũdi Imperatoris in Cõcilio cõſtantienſi edita eſt cõſtitutio, vt non teneãt fideles vitare excõmunicatos, ſiue in diuinis, ſiue extra, præterquã in duobus caſibus. Primo quando excommunicatis eſt nominatim, & publice denunciatus. Secundo quando quis eſt manifeſtus percuſſor Clerici, licèt non ſit denunciatus.

Extrauag. Ad euitãda.

72 NOta tamen poſtea in Concil. Baſilienſi. ſeſ. 21. editam fuiſſe eãdẽ conſtitutionem verbis generalioribus; ita vt comprehendat plures excommunicatos vitandos. Cuius cõſtitutionis meminit. S. Ant. 3. p. ti. 25. c. 3. refert. Caiet. ſumma propè finem. Felin. in c. Rodul. de Reſcript. & Pragmatica Sãctio facta in Concilio Bituricenſi, titulo de excõmunicato non vitando.

Differunt extrauagans Cõcil. Conſtant. & Baſiliẽ.

Differunt ergo Conc. Cõſtãtienſe, & Baſilienſe, nam conſtitutio Cõc. Cõſtãtien. tantum præcipit vitare duo excommunicatorũ genera. (vt dictum eſt) Cõc. Autem Baſilien. præcipit vitare omnem excommunicatum notorium, & manifeſtum.

Hinc factum eſt, vt Doctores in contrariam ſententiam abierunt in hac quæſtione: quodnam Concilium ſequendum ſit?

73 *Qualiter ſe ptẽ qua in Extrauag. Ad euitanda.*

MVlti dicunt ſequendum eſſe Baſilienſe. Ita Nau. c. 1. §. Laboret. nu. 16. de Pœnit. diſt. 1. & in Manual. c. 27. nu. 35. Sil. excom. 5. q. 7. Cou. in c. Alma. 1. p. §. 2. nu. 7. Felin. & alij. Prob. Primo Conſtitutio Concil. Baſil. eſt poſterior, & coarctat conſtitutionem Conc. Conſtant. Secundo confirmatur: nam ſeſſio iſta, in qua edita eſt hæc conſtitutio confirmata eſt ab Eugen. 4. Tertio conſtitutio iſta confirmata eſt in Concil. Bituricenſi Galliæ. Quarto Concilium Lateranen. ſub Leone X. ſeſſ. 11. idem confirmat. Vltimo. (meo iudicio, vrget,) quod patet ſummos Pont. voluiſſe dictam conſtitutionem obſeruari in multis enim priuilegijs ordini S. Benedicti conceſſis per Eugenium IIII. & alios ſum. Pont. conceditur Monachis, vt poſſint abſq; vlla excommunicatione communicare (etiam in diuinis) cum excõmunicatis, niſi ſint ſpecialiter denunciati. Ergo ſi hoc poſſent per Concilium Cõnſtantienſe; vacuum eſſet hoc in priuilegiis concedere?

74 *De Concil. Conſtant.*

COntrarium tamen ſententiam immo ſeruandum eſſe Cõc. Coſtant. tenent multi Doctores; D. Anto. ſup. Caiet. ſumma verbo. excommunicatio ad fin. Sot. 4. diſ. 22. 1. ar. 2. Ledeſ. 2. par. q. 25. ar. 1. Victor. in ſumma in fine de excõ. Ioann. Maior. 4. diſt. 18. q. 3. Adr. 4. de cõfeſſione. q. 9. & de Clauibus. q. 5. Driedon. de Libert. Chriſtiana, pagina. 88. & Silu. reuocat ſententiam in ſuo cõflactorio in ſua Epiſtola, ad finem. Turre Crem. in ſumma, de eccleſia, vbi ait cõſtitutionem Conc. Baſilien. editam fuiſſe poſt concilij reuocatio nem. Et ſic, Cõcil. Coſtantienſe nobis amplectendũ eſt. Quod vſum, & morem vniuerſi ſeruare ait Nauar. ſupra. & Flores Theol. q. diſ. 18. q. vnica. ar. 3.

Ad Argumenta oppoſita? Reſpõ. Eſto Conc. Baſil. fuerit poſterius; tamen (vt ait Turre Crem. qui dicto Concilio interfuit,) conſtitutio illa edita fuit, poſtquam dictum Conc. erat diſſolutum per Papam.

Ad Cõc. Lateran. Reſpõ. Plura decreta illius Concilij (vt ait Caiet. in ſumma; & Miranda Archiepiſcopus Toletan.) non ſunt vſu recepta.

Ad priuilegia ordinis S. Benedicti, Reſpon. Summos Pont. (forſam) hoc cõceſſiſſe ad tollendos ſcrupulos ſuper hac opinione. 75

Quis ex cõmunicatus vitandus.

PRo cuius conſtitutionis Conc. Conſtant. (quæ incipit: Ad euitanda ſcandala) maiori intelligentia Not. Primo nõ ſatis eſſe, vt teneamur vitare ex-

com-

cõmunicatũ, certò cõſtare nobis de tali excommunicato, nec eſſe excommunicatum nominatim, ſed requiritur, vt ſit denunciatus, & publicatus, & ſic ſeruatur hodie, vt ait Couar.

Hinc colligitur erraſſe Adrianum, & Ioan. Medin. C. de pœnit. tractat. 2. q. 5. de confeſſione facta excõicato, qui oppoſitũ in hac opinione tenuerunt. Niſi dicamus alias conſtit. ſequutos.

76 SEcundo Nota huiuſmodi conſtitutionem Conſtant. vel Baſil. nullo modo releuare ipſos excommunicatos. Facta eſt enim tantùm in fauorem fidelium, vt habetur in Conc. Baſil.

Conſtitutio ad vitãdũ non releuat ipſos &c.

HIc colligitur, Iuxta omnes Doctores, perinde peccare excommunicatos, ſi ſe immiſceant participationi fidelium, atque peccabant ante dictam con-
77 ſtitutionem.

Excommunicati tenentur &c.

SEd Quæritur. Si perinde peccant excommunicati modo communicando cum fidelibus, atque olim ante conſtitutionẽ; ſequitur peccare etiam fideles cõi-
78 cando cum excõicato non denunciato, & ita non proderit conſtitutio.

V. Fidelis peccet communicãdo cum excõmunicatis? & quando ſic, uel non.

Probatur ſi enim excõicatus peccat loquendo mecum: ergo & ego, quia etiam cooperor peccato illius? Cai. & D. Ant. ſupra, affirmant excommunicatum perinde peccare, ac ante conſtitutionẽ? Reſ. nihilominus cum Ledeſ. & Soto. cum d. Aut enim fidelis ipſe prius incipit cõicare cum excõicato, aut è diuerſo; ſi ſit primus, neuter peccat; Quia fidelis habet priuilegiũ: excõicatus ſimiliter non peccat; reſpondendo, quod cõcedit illi in fauorem fidelis. Quando verò, ipſe excommunicatus prior incipit communicare cum fideli, peccat, ſicut olim. Quód intellige de communione ciuili.

MAius tamen dubium eſt, de cõicatione in diuinis, An poſſim petere à clerico excõicato, ſed nominatim denũtiato, ſacramẽta, vel ſi excõicatus, ſed nõ publicatus petat ſacramẽta? Reſ. Primo. Cõſtare inter Doctores, nos poſſe cõicare cũ excõicatis, in diuinis, & recipere ſacramenta, & audire ſacra ab illis. Quod intellige ſi ipſi excommunicati ſe introduxerint in celebrando, Aliud eſt. n. ſi nos petamus, vt celebrent, vel vt nobis miniſtrent ſacramenta. Si verò ſacerdos excommunicatus, ſed non denunciatus, eſt meus parochus, licet petere ab illo ſacramenta, ita Sot. 4. d. 1. q. 5. art. & d. 22. q. 1. art. 2. Nec tunc peccat excommunicatus parochus, modo ipſum pœniteat de peccato, pro quo eſt excommunicatus, & curet abſolutionem. Et hoc conceditur excommunicatis, in gratiam ipſorum fidelium.

De communicatione in diuinis.

80 QVæritur. An liceat miniſtrare Sacramenta excommunicatis non denunciatis? Reſp. q̃ ſic, probatur ex Cõc. Conſtant. non eſſe vitandum talem excommunicatum, etiam in diuinis, ergo. Syl. Excommunicatio. 5. q. 4. affirmat. E contra eſt aliud argumentum: Iure diuino, & naturali illicitum eſt ſanctum date canibus, ergo? Reſp. cum Adrian. 3. de clauibus, & Couar. ſupra. §. 2. in fin. cum Sot. 4. d. 22. q. 1. art. 2. & Ledeſ. 2. p. q. 25. ar. 1. Primò, ſi tantùm attendamus conſtitutionem Concilij Conſtant. non peccat, virtute illius miniſtrando ſacramenta. Secundo, ſi attendamus ius diuinum, & naturale, tunc diſtinguendum. Si petat publicè, & ille eſt excommunicatus occultus, non peccat ſacerdos miniſtrando, propter ſcandalum. Si verò in occulto accedit, vel publicè, & eius excommunicatio eſt publica, tunc non licèt miniſtrare ſacramenta, vt diximus, ſup. de ſacram. in genere. in 1. par.

An liceat miniſtrare ſacram. excõicatis nõ denũtiatis

81 NOta præterea, non licere communicare cum excommunicato denunciato, vel manifeſto percuſſore Clerici, in his quæ ſequuntur.

Prohibita excõicatis.

Os, Orare, Vale, Communio, Menſa negatur.
Si quis pro delicto Anathema efficiatus.

Quos verſiculos Primo poſuit Gl. c. Statuimus. de ſenten. excom. lib. & poſtea omnes.

82 OS: Primo negatur oſculum pacis, & amplexus. Secundo negatur locutio per ſe ipſum, vel per nuncium, & literas actiuè, & paſſiuè. i. mittendo, vel recipiendo, niſi ad ſalutem animæ eius per-

Os declarat.

pertineat, vt illi conſulas, vel coram illo prædicet, vel Thologiam legat, quia hæc ad illius correctionem ſpectant.

83 *Orare, explicatur.*

ORare. Primo prohibetur orare cũ excommunicato oratione publica. i. non licet audire Miſſam cum eo ſimul, nec intereſſe ſimul diuinis, nec recitare horas Canonicas cum illo: communis contra Duran. * Facit expreſſe. Canon. 20. Apoſtolorum, vbi ſic habetur; ſi quis cum excommunicato, licet in domo preces coniunxerit, iſte communione priuatur.

84 *V. Liceat ĩ eadem eccleſia.*

SEd an liceat intra eandem eccleſiam audire Miſſam in alio Sacello, vel capella, excommunicato audiente in alia? Reſp. ꝙ ſic, Ledeſ. Caiet. & Armil. & Nauar. & omnes.

85 *Quę oratio cõcedatur?*

QVæritur. V. ſit communicare cum excõmunicato, ſi excõicatus tranſit obiter per eccleſiam, dum ego audio ſacrum, licèt aliquãtulum oret? Item, ſi ſit in aliqua parte eccleſiæ negociando? Reſp. cum Caiet. & Armil. nõ eſſe hoc cõicare, quia parum pro nihilo reputatur, ita ſi ſit negociãdo, nõ eſt adeſſe ſacris formaliter, ſed tantùm materialiter.

De concione, oratione angelica &c.

Poteſt tamẽ intereſſe Cõcioni, & lectioni ſacræ ſcripturæ, & poteſt cum illo recitari Oratio Angelica, in meridie, & nocte, cum pulſatur. Nau. & omnes.

86 *Hoc uerbo uale, quid?*

VAle: per hoc prohibetur ſalutatio, & reſalutatio. Quidam dicunt nõ prohiberi detegere caput, vel aſſurgere, abſque vllo verbo, quia non eſt locutio vocalis. Item, quia pœnæ non ſunt extendendæ, ſed reſtringendæ, ergo cum aperire caput non ſit ſalutatio, non eſt prohibendum, tanquam ſalutatio? Ita Ang. excom. 8. nu. 4. S. Ant. 3. par. tit. 25. ca. 2. Armil. excom. num. 41. Sot. 4. d. 22. q. 1. ar. 4. Maior. 4. q. 18. art. 2.

Aperire caput v. ſit ſalutare.

Contraria eſt communior, vt ait Syl. Excom. 5. & ſequitur Nauar. c. 27. nume. 19. Et probatur. Quia in communi hominum conuictu, & politia aperire caput, & aſſurgere ſunt ſigna communicationis politicæ, ergo prohibentur? Reſp. hanc ſententiam communiorem eſſe veriorem, primam tamen, probabilem ſatis iudico, & Nauar. illam dicit ſuſtineri poſſe, dummodo apertio capitis non fiat animo ſalutandi.

97 *Scribere excõicato, qualiter.*

NOta, ꝙ quando quis ſcribit excommunicato, in caſu conceſſo, non eſt ponenda conſueta ſalutatio; ſed poteſt poni, ſpiritum conſilij ſenioris; & quando ſalutat quempiam excommunicatus, poteſt reſponderi: Deus vos emendet, vel ſimilia. S. Ant. quem refert, & ſequitur Armil. excommunicatio. nume. 40. & alij.

88 *Sub verbo, cõio, quid prohibeat, vel concedatur.*

COmmunio. Prohibetur primo participatio ſacramentorum actiuè, & paſſiuè. Secundo communicatio cuiuſcunque contractus, electionis, aut iudicij, & cæterorum, quæ iuridicè fiunt. Not. tamen quòd ſi quis ſit in eadem domo, vel camera cum excõicato, pro diuerſo negotio, non dicitur participare cum excommunicato, ſecundum Innoc. quem refert, & ſequitur Armil. nu. 24.

89 *Sub nomine, menſa, quid ueniat.*

MEnſa. Prohibetur qs comedere cũ excommunicato, vtcunque fiat inuitatio, in vna, vel diuerſis menſis. Poteſt tamen in eadem domo, & in eadem camera comedere; dummodo non fuerit inuitatus ad conuiuium. Guilier. quẽ refert, & ſequitur Armil. nu. 43 Flores Theolo. q. de excom. Nauar. c. 27. numero 20.

Quid ſi excõicatus in cõuiuio ſit.

Quid, ſi quis in aliquo hoſpitio iter agens, & ſtans ad menſam, accedẽs excommunicatus, ſedeat in eadem menſa, vel in diuerſa ad manducandum? Reſp: Illud non eſſe communicare in menſa, nam ſi diuerſis Menſis ſedeant, patet nõ cõmunicare, ſi vero ſedeant in eadẽ mẽſa, illud eſſet diuerſa prãdia formaliter ſumere, licet idem prãdiũ materialiter.

90 *Quod peccatũ cõicare. cũ excõicato?*

QVæritur. Quod peccatũ erit communicare cum ſupra dicto excommunicato notoriè denuntiato, vel publico clerici percuſſore? Reſp. Communiter loquendo, tantùm eſſe veniale peccatum, vt ait S. Tho. 4. diſt. 18. q. 2. Hoſt. in ſum. ti. De excommunicatione. §. 2. & omnes alij, maximè Canoniſtę. in c. ſacris, de ijs quę ui.

91 *An aliquo caſu ſit mortale.*

QVæritur. An aliquo caſu ſit mortale peccatum cum tali communicare? Reſp. ꝙ in aliquibus caſibus erit mortale.

tale. Sylueſt. verbo. Excommunicatio. 5. vbi plures enumerat. Nauarr. c. 27. nu. 28. Sex tantum aſſignat, & Sot. 4. diſt. 22. q. 2. artic. 4. quatuor enumerat. Couarr. tamen, in c. Alma. 1. par. §. 3. num. 7. ad tres caſus omnes alios reducit.

¶ Primus ergo caſus, ſecundum omnes, eſt communicare in diuinis cum tali excommunicato, vt dictum eſt.

92 *V. Sit mortale dicere horas cum excõicato.*

QVæritur. Vtrum ſit mortale peccatum dicere horas canonicas priuatim, & ſecretò cum excommunicato, qui ad eas tenetur? Communis ſententia ait hoc eſſe communicare in diuinis, & peccare mortaliter. Nam etiã, ſi iſtæ horæ Canonicæ priuatim recitentur ab excommunicato, qui ad id tenetur, eſt tamen oratio publica; & iſte recitat, vt publicus miniſter Eccleſię. Nihilominus Couar. ſupra. ait fortè non eſſe peccatum mort. recitare priuatim horas cũ excommunicato; quia tũc (ait) eſt peccatum mort. communicare in illis actibus diuinis, qui prohibentur excommunicato, vt audire Miſſam, & celebrare, ꝙ illi prohibetur. At verò. recitare horas non prohibetur, & ſic licebit recitare ſimul cũ illo. Quæ opinio, quàm plurimum mihi placet, iuriq; videtur conformis, maximè ob tanti Auctoris dignitatem.

93 QVæritur. V. Excõicatus recitans horas ſolus, poſſit dicere Dominus vobiſcum? Reſp. Primo, Excommunicatum teneri dicere horas. Communis. Secundo, non debet dicere: Dominus vobiſcũ, quia illud eſſet tam communicare. S. Ant. 3. par. tit. 25. c. 2. Nau. & alij.

94 *Cõicare in crimine criminoſo.*

SEcundus caſus, quod eſt mort. peccatum communicare cũ excommunicato in crimine criminoſo, ꝓpter quod quis eſt excommunicatus, vt qui ſuadet alicui ne obediat excommunicationi datæ propter aliquod peccatũ, vel ſi quis ſuadeat alicui, ne eijciat concubinam propter excommunicationem, quia qui talia ſuadet, nouum peccatum committit.

95 *Excõicatio participantiũ*

TErtius caſus eſt. Quando excommunicatio eſt participantium, & nominatim.

96 *Cõicare in contẽptũ clauium.*

QVartus, Quando quis communicat cum excommunicato in contemptum clauiũ. De quo vide Caiet. in ſum. verbo, contemptus. Pan. & alij addunt quintum caſum; quando quis frequenter, & ſæpè frequentat communicare cũ excommunicato, tũc peccat mort. quod non eſt abſolutè tenendum, niſi quando illa frequentatio communicationis generaret graue ſcandalum. Vel quando talis frequentatio verteretur in contemptum cenſuræ.

97 *Participans cũ excõica. quãdo incurret eandem.*

QVæritur. V. Aliquando participans cum excõmunicato incurrat maiorem excommunicationem? Reſpon. quòd ſic, in tribus caſibus.

Primus. Quando communicat in crimine criminoſo propter quod eſt excõmunicatus, vt in cap. Nuper. de ſentent. excom.

Secundus. Quando clericus admittit ad diuina officia, & communicat cum excommunicato à Papa, & denuntiato.

Tertius. Quando data eſt excommunicatio de participantibus debito modo. De quibus caſibus, vltra alios vide Armil. excom.

98 *Quid de participatione cum minori, etc.*

QVæritur. Vtrum qui communicat cum excommunicationem minorem habente incurrat aliam? Reſpond. quòd non, nec communiter peccat mortal. communis vide infra, de excom. mino. num. 11.

99 *Qui excuſatur participando?*

QVæritur. An aliqui excuſentur communicantes excommunicato denuntiato? Reſpon. Excuſari omnes qui comprehenduntur in illo verſ.

Hæc Anathema ſoluunt, ne poſſit obeſſe.
Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.

De quibus omnes Summiſtæ. Angel. Silueſt. Armil. Corona confeſſorum, maximè Sot. Couar. & Nauar. c. 27. nu. 26. Ideo quia dictorum verborum explicatio communis eſt, illa omitto, &c.

100 *V. Filij excuſentur cõicãdo cũ patre excom.*

QVæritur, tantum de verbo (lex.) V. excuſentur filij, vel tantum mulier communicantes cum marito; vel patre.

tre excommunicato? Reſpond. Primò ſecundum omnes, excuſari maritum quo ad vxorem, & è contra quo ad debitum coniugale. Secundo Reſpond. quòd licèt aliqui auctores dicant, non licere marito communicare cum uxore, vel filijs excommunicatis, niſi in ijs, quæ ad Matrimoniũ ſpectant; vt ait D. Ant. 3. p. ti. 25. c. 1. Goff. Raim. Sil. excommunicatio. 5. Armil. excõmunicatio. nu. 45. Conar. ſupra, & alij: Contraria tamen opinio eſt uerior. ſ. licere marito communicare cum uxore in omnibus, & communicare filijs, qui ſunt ſub eius poteſtate, non mancipatis. Ratio eſt, quia pater tenetur ſubuenire filijs, & vxori. Ita tenet Sot. 4. diſ. 22. q. 1. ar. 1. Ledeſ. 2. par. q. 25. ar. 1. Maior. in 4 diſtin. 18. Caiet. verbo. excommunicatio.

Pater tenet ſubuenire filijs, et uxori.

101 QVæritur. V. Vtſ; adeò teneantur fideles excommunicatum vitare, maximè in diuinis, vt etiã, ſi immineat mortis periculum, non liceat communicare, ſed potius mortem ſubire tanquã Martyres? Ratio Dubij eſt nam. c. Sacris. de ijs, quæ vi. habētur quòd potius eſt mors petenda, q̃ cõicare cum excõicato in diuinis, in quo. c. multi Doct. idē dñt, & Adr. q. 3. de clauib. Probatur. Nã peccatum eſt non vitare excommunicatum, maxime in diuinis, & videtur de iure diuino Matt. 18. ſit tibi tanquam ethnicus, &c. Ergo potius licet mortē ſubire, quàm communicare cum excommunicato. Confir. Eccleſia poteſt obligare etiam cũ periculo mortis, & patet, quia poteſt hoc Princeps, ergo à fortiori poteſt eccleſia, ſed maximum præceptum eſt uitare excom. ergo? Contrarium tenent aliqui. Probatur, Nam mater Eccleſia non præcipit vitare excommunicatos cum tanto rigore, maximè cum cognoſcat imbecillitatem, & hominum fragilitatem. Ita tenet Silue. Excommunicatio. 5. q. 4. Maior. 4. diſt. 19. q. 4. Nauar. c. 27. nu. 36. Sot. 4. d. 22. q. 1. arti. 4. Ledeſ. ſup. q. 3. Couar. in c. Alma mater. 1. par. §. 3. num. 9. Victoria in ſumma, in fi. Caiet. 2. 2. q. 75. Et hæc ſententia eſt communior. Pro reſolutione nota concluſiones.

Quid ſi imineat mortis periculũ in participando.

Eccleſia non præcipit uitare excõ. cum mortis peric.

Prima Concluſio. Loquendo abſolutè, eccleſia poteſt obligare ſub periculo mortis, vt uitentur excommunicati. Ita omnes Doctores.

Secunda concl. Eccleſia, de facto, ita non obligat eos ſic uitare.

Tertia concl. In hoc caſu teneremur uitare excõicatos cũ euidēti piculo mortis; ſ. vt cũ ille impius homo imperaret celebrare in cōtemptũ Clauiũ, & prãtis Eccleſiaſticę. Ita Ang. Syl. Armil. Nau. & alij. Ad tex. in c. Sacris. Reſp. intelligi in caſu huius tertiæ concluſionis.

QVæritur. De qua excommunicatione intelligatur, quotieſcunque excommunicatio a Canone, vel ab homine profertur? Reſp. Semper intelligi de maiori. cap. Si quem. de ſenten. excom. maximè in iure nouo, quia olim erant multæ minores excommunicationes. Patet etiam, Quia Analogum per ſe ſumptum ſtat pro famoſiori ſignificato. 102

Excõicatio abſolute, intelligit maior.

QVæritur. Per quantum tempus ſit excommunicatus vitãdus? Reſ. quod excommunicatus ſemper præſumitur talis, & debet vitari, donec conſtet de abſolutione. Doctores in Gl. c. Propoſuit. de cler. excom. 103

Excõicatus quãto ipe uitandus?

QVæritur: Quando conſtabit de abſolutione? Reſpon. Primo, per ipſum inſtrumentum abſolutionis. Secũdo per relationem proborum hominum. Tertio ſi ipſe excommunicatus fide dignus, dicat iam ſe eſſe abſolutum, ita tenent omnes. 104

Qñ conſtabit de abſolutione?

DE CAVSIS EXCOMMUNICATIONIS.

NOta in primis, nullum poſſe excõmunicari pro actione, quę non ſit mortale peccatum, nec excõicationē maiorem dari poſſe pro veniali actione. Communis, & colligitur ex ſcriptura, ut infrà. 105

Excõicatio maior non fertur p ueniali.

SEcundo excommunicatio à iure, vel ab homine non poteſt ferri, niſi pro peccato mortali. S. Th. Palud. Ricar. Maior. Duran. 4. d. 18. q. 3. Sot. d. 22. q. 1. ar. 2. Ledeſ. 2. par. q. 23. Nauar. c. 27. num. 9. Couar. in c. Alma. 1. par. §. 7. nu. 5. & §. 12. 106

Excom. maior non datur niſi p mortali.

§ 11. Victor. de excom. Silue. excom. 2. q. 3. D. Ant. 3. par. tit. 24. c. 27. Adr. q 3. de clauibus. tex. in c. Nemo Epiſcopor. 11 q. 3. c. Nullus. ibid. c. 1. de iudic. e. ſacro. de ſent. excom. capit. Romana. eod. tit. 6. Probatur Matth. 18. Quia propter contumaciam excommunicantur. Probatur ratione. Excommunicatio eſt grauiſſima pęna omnium, quas habet eccleſia, infligitque grauiſſima damna; ergo pro grauiſs. malo, ideſt morta. peccato danda?

Exc grauiſ pœna.

107 *Satis eſt præceptũ iudicis ad incurrẽd. excom.*

NEc eſt opus, vt incurratur excommunicatio, vt illud opus ob quod infligitur ſit ſuaptè natura peccatum mort. Sed ſatis eſt, vt præceptũ iudicis efficiat illud opus neceſſariũ, vt obliget iudex ſub peccato, vt epiſcopus, q pręcipit clericis intereſſe proceſſioni, &c. Doctio.

108 *Quid ſi quis corã Deo.*

EX quo primo infertur, quod non incurritur excommunicatio à iure, vel ab homine, quandò quis coram Deo non peccauit mortaliter.

109 *Quid quando quis non põt ſoluere &c.*

SEcundo Quando fertur excõmunicatio contra eos qui furati ſunt bona aliena, qui furatus eſt, & non poteſt ſoluere, deſiderat tamen, non incurrit excõmunicationem. Si autem poſtea, poſſit ſoluere, & non ſoluit, incurrit; quia durat uis excommunicationis.

Si autem quando lata fuit excõicatio potuit ſoluere, & noluit, poſtea uero factus eſt inops, & non poteſt, incurrit excõicationẽ. Facit ad hoc tex. in cap. ſuper eo. de Raptoribus. Cord. q. 18.

110 *Quid de accipiente tit. cõpenſationis.*

TErtio ſi clam ſurripuit quis aliena titulo cõpenſationis, quia debitor non uult ei ſoluere, & fertur excommunicatio, non incurrit, nec tenetur ſe manifeſtare. Neque hoc ſcientes, tenentur declarare. Quod eſt uerum quando res eſt quidem liquida, & manifeſtum debitum: nam ſi eſt dubium debeatur ne, uel non, non licet. Communis.

111 *Quid ſi pcipiat tit compẽſationis?*

QVid ſi excõicatio præcipiat, vt manifeſtentur ēt furata titulo cõpenſationis? Ioan. Med. dicit, ꝙ ſi ſurripiẽs poteſt illas res recuperare coram iudice, ꝙ tenetur reſpondere. Nihilominus. Sot. Syl. & alij aiũt, ꝙ licèt malè fecerit taliter recuperando res ſuas, & peccauerit lætaliter, quia cũ habeat ſcripturas, quibus coram iudice poſſit recuperare bona, quæ ſibi debebantur, ipſe ſe cõſtituit iudicem, & vſurpauit officium alienũ; non tamen incurrit excommunicationem nec tenetur reſtituere, quia nõ ſurripuit aliena, ſed tantum bona propria. vide Cord. q. 63. 64. 65. 111. & 131.

112 *De exc. lata ſup ſcript. &c.*

QVeritur. Quid ſi feratur excommunicatio ſuper aliquas ſcripturas, quæ occultantur; An habens illas, etiam ſi exhibitio illarum ſibi noceat, teneatur manifeſtare, & ſimiliter ſcientes? Reſp. Si conſtat in illis nihil eſſe, quod poſſit iuuare petenti, contineant tamen alia, quæ poſſunt habenti nocere, non tenetur manifeſtare, nec id ſciens. At uero ſi illę ſcripturæ contineant aliquid, quod prodeſt petenti, etiam ſi habenti noceat, tenetur manifeſtare. Ita communis iuriſtarum, & Theologorum, niſi res eſſet certa, detegentem ſcripturas habere iuſtitiam, & qui petit quærere, ut faciat vexationem, tunc non manifeſtet.

113 *Inobediẽtia reqritur ad exc.*

NOta ꝙ non tantum requiritur peccatum mort. ad excommunicationem maiorem ferendam, & incurrendam, ſed etiam inobedientia, & contumacia. Vnde ſi feratur ſine inobedientia, & contumacia, irrita eſt ſecundum iura, & Doct. ſupra & Matth. 18. Si eccleſiã non audierit, & c. certum. 11. q. 3. & S. Th. 4. d. 18. q. 1. ait contumaciã requiri,

114 *Excom: an poſſit ferri pro pecc. præterito.*

HInc colligitur contra Caiet. 2. 2. q. 69. nullum poſſe pro peccato pręterito excommunicari, cùm nulla præceſſerit admonitio. Dixit enim Caietan. poſſe eccleſiam excommunicare propter peccatum præteritum, licèt id non habeat de more eccleſia. Ratio vero noſtræ ſententiæ eſt, quia nulla eſt contumacia, vbi non præceſſit monitio.

115 *Monitio requiritur.*

ITem, vt excommunicatio valida ſit, neceſſe eſt, vt præcedat aliqua monitio, alias non erit contumacia.

116 *In decretis nulla requirit monitio.*

SEd nota, quòd quando in decretis Conciliorum, & Põtificum ponitur excommunicatio, non eſt neceſſaria admonitio. Quia ipſa lex, & Canon eſt admonitio communis omnium.

117 *Admonitio qualiter faciẽda.*

QVæritur. Qualiter fieri debeat talis admonitio? Reſpõ. Iura ipſa præcipiunt, vt ad excommunicationem ferendam, præcedat trina monitio, vel ſaltem vnica, cum interuallo ſex dierum, & in hoc eccleſia ſequuta eſt Chriſtum, Matth. 18. vbi tres ponũtur admonitiones. Notant Doctores, quãdo negocium vrget, ſolet tẽpus breuiari. ita c. Omnis. 16. q. 7. c. de presbyteris. 17. q. 4. c. Sacro. c. Cũ medicinalis. de ſentẽ. excõ. vbi graues ponuntur pœnæ iudicibus.

118 *Admonitio an ſit de eſſentia.*

QVæritur. V. Admonitio requiratur de eſſentia, ante excommunicationem? Reſpõ. quòd ſic, ſecundum Doct. quos refert, & ſequitur Silu. Excom. 1. q. 4. Nau. aũt (qui. c. 27. nu. 11. ait validã eſſe excommunicationem ſine monitione, quamuis peccet iudex) intelligi dẽt ſine trina, vel vna abſq; ſpatio dierũ.

119 *Qũo facieda de peccato futuro, &c.*

QVæritur. Quomodo facienda admonitio de peccato præterito, & de futuro? Reſp. ſecundũ Silu. ſupra, quòd quãdo admonitio naſcitur ex præterito, admoneri debet talis, vt ſe corrigat, & emendet, vel reſtituat ſub pœna excom. Quando autem, ex peccato futuro, vt quando Prælatus præcipit, vel prohibet ſub pœna excommunicationis tale fieri, vel nõ.* Pro quo nota, quòd excommunicationis ſententia lata ſub illa conditione, & clauſula, ex nunc, nõ afficit ante conditionẽ, ſed ſuſpẽditur effectus ipſius. Gl. in Clemẽ. 1. verbo, ex ſic de cõceſ. præbend. quam ſequitur ibid. Cardin. in 1. opin. & Imol. col. 2. & Innoc. Hoſt. Abbas antiquus. Ioan. Andr. & alij multi, quos refert, & ſequitur Andr. Tiraq. de vtroque retractu. tit. de retract. conuentio. §. 2. gl. in 87.

120 *Vt iudex.*

QVæritur. V. Iudex teneatur ſeruare ordinem iuris in excommunicatione ferenda? Reſp. quòd ſic, & nõ ſeruans peccat mortaliter, ſecundum Silueſt. Couarr. Ledeſima. Nauar. & communem.

121 *V. Pro quocũq; pec. mor. dãda ex com.*

QVæritur. V. Pro quocunque peccato mort. danda ſit excommunicatio? Reſpon. q non, ſed tantùm pro graui, quando deſunt alia remedia; valida tamen erit, ſi pro quocunque mort. cum inobedientia detur.

Hinc inferunt Doctores, quàm temere, & contra antiqua iura faciant iudices, pro quacunque re excommunicationem dantes. Quapropter Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. aliqua de hoc præcipit.

122 *V. Creſcente cõtumacia creſcere debeat pœna.*

QVæritur. V. Creſcente contumacia, creſcere debeat pœna? Reſp. q licèt omnes Doct. colligãt ex. c. Præterea, verſic. cleric. de iure patro. & c. Cùm cõtumacia. de Hæret. in 6. & in cap. Cùm non ab homine. de Iudice. creſcente contumacia, pœnam eſſe augendam, fallit tamen hæc regula, in ſent. excom. quæ etiam creſcente contumacia, debet tolli, ſecundum S. Th. 4. diſ. 18. & omnes in c. 1. de ſent. excom. 6. Quæ fallentia habet alias duas, ſcilicet, ſi fuerit ſpes correctionis, & conuerſionis, & ſi fuerit ſententia excommunicationis ab homine, ſecus à iure ſecundum Palacios, Ruinos in repet. Rub. de dona. int. vir. & vxor. fol. 66. & ſingulariter Fel. in c. Apoſtolicæ. de exception.

Fallit hac regula.

123 *Quis poſſit excõ.*

QVæritur. Quis poteſt excommunicare? Reſp. in hac quæſtione notandas eſſe concluſiones nonnullas, quæ ex S. Th. D. Bonau. Pal. Ricar. Maior. Sot. Nau. Couar. Ledeſ. Victor. & alijs colligi poſſunt.

Prima Concl. Papa, vniuerſale, ſeu Prouinciale Concilium legitimè Prouinciale Concilium legitimè congregatum, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Religionũ Prælati, Generales, Prouinciales, Abbates, Priores, Guardiani, & omnes alij qui ordinariam, vel delegatam habent iuriſdictionem, poſſunt excommunicare, colligitur ex. c. Cùm eccleſia. de maior. & obed.

V. Curati.

Secunda Concluſ. Curati, licèt olim poterant excommunicare. c. Cum eccleſia, ſup. nunc autem contraria conſuetudine eſt abolitum.

Prælat. excõicatus? etc.

Tertia Concl. Prȩlatus etiam occultè excommunicatus excõmunicare non poteſt, quãuis nõ ſit uitandus abſq; denuntiatione, hoc tenet Gl. in ſum. c. Audiuimus. 24. q. 1. ſed contrarium eſt verius. Nauar. cap. 27. nume. 7.

Quarta Concl. Sententia Prælati excom-

communicati erit valida, ſi ſui ſubditi id ignorant. c. Infames. 3. q. 7.

Et an ſi irregularis ſit. Quinta. Prælatus irregularis nõ priuatur poteſtate excommunicandi, ut tenet omnes commu. & habetur, infra, de irregularitate.

124 *Quis poſſit excõ-cari?* QVæritur. Quis poſſit excommunicari? Reſp. Sequentibus concluſionibus.

Prima. Papa nullo modo excõicari poteſt, niſi in duob. caſib. ſ. in Hæreſi, & Apoſtaſia. Flor. Theolog. q. 4. d. 18. q. vni. ar. 4. Et de hac q. vide in Bulla Cœnæ. infra, num. 15.

De mortuo excõmunicato. Secunda concluſio. Nullus ſibi æqualem excõicare põt, Communis opinio.

Tertia concluſio. Collegiũ, & vniuerſitas in generali, excõicari non poteſt. Syl. verbo excõmunicatio. 1. §. 3. & omnes, contra Ricar. & alios.

Quarta. Mortui pro criminib. in uita commiſſis excommunicari nõ poſſunt, quia iam ſunt extra eccleſiã, & non ſunt homines. Poterit nihilominus iudex declarare, dum viuerent, in excomm. incidiſſe, tex. c. ſane. 24. q. 2.

¶ An Animalia, & Locuſtæ poſſint, vide Doctores.

125 *Infinitus ferè ex cõicatio-num numerus.* *ANtequam excommunicationes Papæ, Epiſcopis, & alijs Prælatis reſeruatis ponam, aduertere oportet duo. Primum excommunicationum certum non poſſe dari numerũ. Creſcente enim hominum malitia, Summorum Pontif. quotidie uidemus (iuſtiſſimè quidem) excommunicationes pollulare. Quapropter omnes hucuſque ex iure Canonico vetexi, iureque nouo Concilij Trident. alijſque nouis extrauagantibus colligere breuiſſimè procurabo, explicationem tamen earum Angelo, Syluestro, Caietano, Armilla, & nouiſſimè Nauarro. cap. 27. relinquendo. Secundum. Quòd licèt excommunicationes Bullæ in Cœna Domini ſint principaliori loco ponendæ: eas tamen infra, in particulari tractatu explicabimus copioſius (fortè) quàm nullus alius.*

EXCOMMVNICATIONES
Papæ reſeruatæ extra Bullam in Cœna Domini.

EX DECRETO, ET
Decretalibus colliguntur.

PRima. In c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. contra percutientes clericum. 126 *Exc. Papæ reſeruata.*

Secunda. In c. Mulieres. de ſent. exc. contra ad id conſilium dantes.

Tertia. In c. ſtuduiſti. de officio legati. & c. ſanè. de officio delega. contra excommunicatos a deleg. qui non poteſt abſolui tranſacto tempore.

Quarta. In c. Duta. de crimine falſi. Vbi Epiſcopo excommunicante, defertur abſolutio ad Papam, ſi intra uiginti dies Epiſcopo non obtemperauerint. *Ex Decretalibus.*

Quinta. In c. Significauit. de ſent. excommu. contra Clericos ſcienter participantes in diuinis cum excommunicatis nominatim à Papa.

Sexta. In c. Nuper. & c. ſi concubinæ. de ſent. excom. In communicantes ſcienter cum excommunicatis nominatis a Papa, dando conſilium &c.

Septima. In c. Tua de ſent. excomm. vbi incendiarij excommunicati, & denunciati a Prælatis, tantùm à Papa abſoluuntur.

Octaua. In c. Conquæſtus de ſenten. excom. in ſacrilegos effringentes, & ſpoliantes eccleſias.

EX LIB. VI. DEcretalium.

NOnã. In c. Fundamenta, de elect. Cõtra eligentes in Senatorem Romanum aliquem Imperatorem, Regem, Comitem, aut alium procerem, aut fratrem, aut dictorum filium, &c. vt ibidẽ. 127 *Ex li. 6. Decret.*

Decima. In eo. c. Contra aſſentientes nominationi, & electioni Senatoris Ro. aut Gubernatoris & præfecti.

Vndecima. In c. Fœlicis de pœnis. Contra inſequentes, percutientes, vel capientes hoſtiliter Cardinales, vel auxilium, cõſiliũ, vel fauorẽ dantes. Pius V. in ſuis

Trigeſimaſecunda. Ibid. Cõtra facientes libellos famoſos, aliauè ſcripta contra ſtatum ordinis Minorum, ac Prædicatorum, uel ea componentes, habentes ac in lucem emittentes.

Trigeſimatertia. In eod. Contra prædicantes, docentes, ac defendentes prædictos Religioſos non eſſe in ſtatu perfectionis, vel non licere eis viuere de eleemoſynis, nec prędicare, nec audire cõfeſſiones cum licentia Papæ, ſine conſenſu aliorum Prelatorum inferiorum, & alia complura.

Trigeſimaquarta. Ponitur à S. Anton. 3. par. tit. 25. cap. 30. Contra euntes ad ſanctum Domini Sepulchrum ſine licentia Papæ.

Trigeſimaquinta. In Conc. Lateran. ſub Leon. X. Seſſ. 9. Contra Cardinales reuelantes ea, quæ in conſiſtorio ſub ſpeciali præcepto iubentur ſecreta ſeruari.

Trigeſimaſexta. In eod. Seſſ. 11. Contra prædicantes miracula falſa, uel incerta, vel Prophetias in Biblia non contentas recitantes.

Trigeſimaſeptima. Ibid. Cõtra detrahentes in ſermonibus, Prælatis, Epiſcopis, & ſuperioribus, eorumque ſtatui.

Trigeſimaoctaua. In Extrauag. Munera. Pauli II. Contra quoſcunque officiales Papæ, (Præter Cardinales) in terris eccleſiæ exercentes quodcunque officium, accipiẽtes munera, præter comeſtibilia, & potabilia, q̃ biduo cõſumi poſsũt, & tenẽtur reſtituere, & ẽt dãtes.

Trigeſimanona. In ead. Seſſ. 11. Côc. Lateran. Contra aliquo modo vtentes pragmatica ibid. reprobata.

Quadrageſima. In Concil. Trid. Seſſ. 22. ca. 11. Contra omnes ſæculares impedientes loca, iuriſdictiones, bona, cenſus, ac fructus cuiuſcũque Eccleſię, Monaſterij, uel loci pij. Vbi vide latius.

Quadrageſimaprima. In Extrauag. Cum ſicut. Pauli III. & Greg. XIII. contra non reddentes computa in Camera Apoſtolica integraliter.

Quadrageſimaſecunda. In Extrauag. Cum ſecundum. Paul. IIII. Contra tractantes, conſulentes, vel adiuuãtes, uel aliquo alio modo monentes de nouo Papa eligendo, viuente Papa, &c.

Quadrageſimatertia. In Extrau. Ea quæ. Pij IIII. Clementis VII. Iulij II. & Leon. X. Contra pugnantes in Duello, Dominos (exceptis Regibus) dantes eis campum, auxilium præſtantes, eiſque interſſentes. Idem de diffidatione omnino ſeruatur, ut ibi patet.

Quadrageſimaquarta. In Extrauag. Inter multiplices. Pij IIII. Contra prouiſos de parochialibus eccleſiis vicarijs perpetuis, à Papa, &c. & non adimplentes iuramenta fideiuſſoria, &c.

Quadrageſimaquinta. In Bulla ordini S. Benedicti conceſſa, quæ incipit. Etſi ad uniuerſas. Contra impedientes, prohibentes, uel moleſtantes perſonas non impeditas, volentes ingredi dictam Religionem.

Quadrageſimaſexta. In Bulla; Virtute conſpicuos. Iulij II. & in alia: Quãuis aliàs. Leon. X. & Sinceræ mentis Pauli III. Cõtra Clauſtrales recipiẽtes, aut habitum ſuæ religionis dantes fratribus S. Franciſci de Paula profeſſis, ſine licentia Papę, & eorum Generalis.

Quadrageſimaſeptima. In breui: Licet alias. Leon. X. Contra Tertiarios, Hæremitas, mulieres, alioſq; Religioſos portantes habitum Fratrum Sancti Franciſci de Paula.

Quadrageſimaoctaua. In Bulla; Cũ ſicut, Paul. III. Contra fratres Minimos S. Franciſci de Paula, profeſſos, ſubtrahentes ſe ab obſeruantia, vel obedientia ſuorũ Correctorum; portantes caputiũ longum poſt terminum eis præfixum.

Quadrageſimanona. In Bulla: Paſtoralis Officij. Pij V. Cõtra Fratres Minores de obſeruãtia, q in quibuſuis elect. & ante eas p ſex mẽſes, pro ſe, vel pro alio ſubornauerint, vel tales non detulerint.

Quinquageſima, Ibid. Contra eoſdẽ ad officium obtinendum, fauorem quomuis extra religionem procurantes.

Quinquageſimaprima. In Extr. Solicitè. Greg. XI. Cõtra puidẽtes a lijs de beneficijs eccleſiaſticis, & aliquid inde capiẽtes, vel ſibi pmitti facientes directè, & illos qui nunciant, vel noua portant.

Quinquageſima ſecunda. In Extrau.

Quia ſicut Vrb. VI. Contra bannientes, proſcribentesque Clericos, &c. vel talia ſcribentes.

Quinquageſimatertia. In Extra. In eminentis. Eugenii IIII. Contra Ordinarios locorum, Officiales, Delegatos, &c. procedẽtes per Cẽſuras cõtra ſuos ſubditos inſiſtentes in ſeruitio Papæ, vel Romæ, pro ſuis negocijs moram trahentes vel ab eâ recedentes.

Quinquageſimaquarta. Ibidẽ. Cõtra recipiẽtes beneficia prædictorum, quibus priuati sũt in dictis negocijs exiſtentes.

Quinquageſimaquinta. In Extr. cùm ſicut Innoc. VIII. Cõtra fingentes ſe nepotes Cardinalium, aut aſſiſtentium cõmenſales familiares, vt literas Apoſtolicas gratis expediant.

Quinquageſimaſexta. In Extra. Romanum Pontif. Pij IIII. & Intolerabilis. Pij V. Contra eccleſias, eccleſiaſticaque beneficia quæcunque in confidentiam retinentes, aut accipientes expreſsè, vel occultè.

Quinquageſimaſeptima. In Extrau. In ſublimi. Pij IIII. Contra officiales expedientes, aut concedentes in ſacra Pœnitentiaria, interdicta eis per bullã.

Quinquageſimaoctaua. In Extra. Vniuerſis. Pij IIII. idem ſtatuitur de officialibus officij Correctoris Cancellariæ, & contradictarum.

Quinquageſimanona. In Extr. Decori. Pij V. Contra Moniales exeuntes de clauſura, (quæ extenditur vſq; ad portam exteriorem per declarationem Grego. XIII.) dantes eis licentiam, comitantes eas, & recipiantes.

Sexageſima. In cõſtitu. Regul. Pij V. Contra mulieres etiam ducillas (poſt habitam notitiam huius prohibitionis) ingredientes quodlibet Monaſteriũ Regularium; Regulares autem introducentes, & admittentes prædictas mulieres ſunt ipſo facto ſuſpenſi a diuinis, & priuati officijs, quæ tunc obtinent, & inhabiles ad illa & alia omnia obtinenda, ſine alia declaratione ſequutura.

Sexageſimaprima, In Extrau. In omnibus. Pij V. Contra officiales ſacræ pœnitentiariæ accipientes aliquid etiam à ſponte dantibus, aut alias pro expeditionis celeritate, &c.

Sexageſimaſecunda. In Extrau. Durum nimis. Pij V. Cõtra accipientes priuilegio, vel conſuetudine aliquid ex fructibus primi, vel vlterioris annis beneficij vacantis. Epiſcopi ſuſpenduntur, à Papa abſoluendi, vide ibidem.

Sexageſimatertia. In Extr. Quã plurimũ. Pij V. Contra omnes Epiſcopis inferiores, proponentes populo indicem, caſuum, & gratiarum, cum indulgẽtijs, ita quòd ſoluta certa quãtitate, poſſint ſibi ſumere ſacerdotem qui eos abſoluat à caſibus Epiſcopalibus. Epiſcopi autem incurrunt ſuſpẽſionem ab ingreſſu Eccleſiæ, & perceptione fructuum ad beneplacitum Papæ.

Sexageſimaquarta. In Bullis Pij V. & Greg. XIII. Contra omnes; qui cum vacauerit aliquod Caſtrum, terra, ſtatus, &c. Romanæ Eccleſiæ tractauerunt alteri feudatario illa ſubijcere.

Sexageſimaquinta. In Extr. Ex ſuperna Pij V. Contra Legatos, Gubernatores, &c. homicidam, uel bãnitum ad Ciuitatem reuocantes, nec per diem unũ, uel noctem, etiam cum ſaluo cõducto.

Sexageſimaſexta. ibid. Contra Barones, Dominos ac Ciues Roma. Eccleſiæ ſubiectos admittentes ſupra dictos in ſuis terris.

Sexageſimaſeptima. Ibidem, & Pauli II. Contra Dominos ſubditos Eccleſiæ Rom. in eorum diſtrictu occidẽtes, vulnerantes, &c. Patrem, filium, aut fratrẽ vel propinquum, amicum vel domeſticum propter uindicandam ſuam, amici, vel propinqui iniuriam.

Sexageſimaoctaua. In conſtitutionibus Pij II. Pauli II. Iulij II. Sixti IIII. Leo X. Clemen. VII. Pij IIII. & Pij V. Cõtra proceres ac Dominos, ſeu tẽporales Vicarios Regni Siciliæ citra Pharum, & aliarum partium Romanæ Eccle. ſubiectarũ, homicidas, & bãnitos Roma. Eccleſiæ receptantes, protegentes, vel auxilium, conſilium, vel fauorem dantes.

Sexageſimanona. In Extr. Licẽt oĩb. Pij V. Cõtra capientes in ſeruos Chriſtianos habitãtes ĩ terris occupatis a Turcis.

Septuageſima. In Bulla Grego. XIII. Cõtra ingredientes Monaſteria Monialiũ earũ ſuis ordinis ſine cauſa neceſſariã, etiam cum licentia Epiſcopi, hic reſeruatur Papę, licèt in Concil. Triden. nemini reſeruetur.

EX COMMVN. EPISCOpis de iure reſeruatæ.

130 *Excom. a iure reſeruata Epiſcopis.* PRima in c. mulieres de ſentẽ. excom. Contra mulieres cuiuſcunque conditionis clericos, uel Monacos verberantes.

Secunda. In ca. peruenit de ſent. excom. Contra percutientes leuiter prædictos Clericos, & Monacos.

Tertia. Contra omnes, qui iudicio Epiſcopis videntur nõ poſſe ad Sedẽ Apoſt. venire. Innoc. IIII. in c. Quãuis de ſent. excom. in omnibus caſibus in quibus illam adire tenebantur; ſecundum Nau. c. 27. nu. 90.

EXCOMMVNICATIONES, per Synodalia, vel Prouincialia Decreta Epiſcopis reſeruatæ.

131 *Excom. Synodales epiſc. reſeruata.* QVarta. Excommunicatio Papalis, cuius abſolutio, ob aliquod iuſtũ impedimẽtum, cõceditur inferiori. Quia tunc pertinet ad Epiſcopum, nõ ad aliũ inferiorem. Innoc. c. Monachi de ſentẽ. excom.

Quinta. Scienter participantes excõmunicato nominatim ab Epiſcopo, in crimine ob quod eſt excommunicatus, ſi illius excommunicati prius abſolutionẽ ſibi reſeruauit Epiſcopus. c. Nuper. cap. Si concubinæ de ſententia excommunicatione.

Sexta. Abſolutus à Sede Apoſt. aut eius Nuntijs præcipientibus, vt ſe præſentet ordinario, aut alijs iudicibus, quo exequatur eorum iuſſa, vel quo ſatisfaciat læſis, vel ijs, ob quos fuerat excommunicatus, non faciens id quàm cito cõmode poteſt. cap. Eos de ſenten. excom. in 6.

EXCOMMVNICATIONES nulli reſeruatæ.

EX DECRETO, ET *Decretalibus*.

PRima. Principes, & iudices, qui ter admoniti negligunt clericis iuſtitiã facere. ca. Adminiſtratores. 23. q. 5.

Secunda. Qui de tertiæ partis Cardinaliũ nominatione cõfiſus, Papæ ſibi nomẽ uſurpat, & qui ipſum recipiũt, & qui à paucioribus quàm à duabus partibus Cardinaliũ electus, gerit ſe pro Papa, niſi maior concordia interceſſerit. c. Licet, de Electione.

Tertia. Qui audent affirmare ordinationes ab Octauiano Guidone factas ratas eſſe. c. 1. de Schiſmatic.

Quarta. Qui uſurpant Epiſcopatũ in Ciuitate, Diœceſiuè, ubi populi diuerſis linguis utentes, uarios ritus ſub una fide habent. c. Quoniam de offi. ordi.

Quinta. Clerici, Monachiuè accipientes officium Vicecomitis, aut præpoſiti ſæcularis; ſi moniti non reſipuerint. cap. de cler. uel mon.

Sexta. Religioſi extra clauſtrũ, & alij clerici, quamlibet dignitatem, perſonarum, aut officium obtinentes, ut Archidiaconi, Plebani, Decani, Præpoſiti, Cantoris; Et itẽ presbyteri, qui leges, uel Phyſicam audiunt; niſi infra duos mẽſes dicti religioſi redierint, alij vero niſi infra dictum tẽpus deſtiterint. c. ſi. Ne cleric. vel Monachi.

Septima. Magiſtri, ſcholaresvè, qui Bononiæ aliorum ſcholarium hoſpitia, durante locatione conducunt, ſine eorũ conſenſu. c. 1. de Locato.

Octauo. Qui ſeruari faciunt ſtatuta edita, & cõſuetudines, ſeu potius abuſiones introductas contra eccleſiaſticã libertatem. Et itẽ, ſtatutarij, ſcriptores ſtatutorũ. Poteſtates, Cõſules, Rectores, & Cõſiliarij locorum, ubi ea fuerint edita, vel ſeruata. Ac etiã, ſecundũ ea prę ſumentes iudicare, & ſi qui in publica forma ſcribunt huiuſmodi iudicata. c. Nouerit de ſent. excomm.

EX SEXTO DECRETALIVM.

133 NOna. Domini temporales; Vt Princeps. Senator, Conſul. Poteſtas, & huiuſmodi, qui non obſeruauerint, infra menſem, c. Felicis, de pœnis cum omnibus, quę ibi cõtinẽtur, contra offendentes S.R.E. Cardinales c. eodem.

Decima. Qui quempiam Chriſtianũ per quoddam genus hominum, quos vocant aſſaſſinos, interfecerit, interficiuè mandauerit quamuis mors cõſequatur. Et qui eos receperint, & defenderint occultauerintuè capit. Pro humani de homicidio.

Vndecima. Domini tẽporales, qui prohibent, ne homines ſibi ſubiecti quippiã vẽdãt, emãt, aliavè obſequia præſtent hominibus Eccleſiaſticis c. Eos de immun. Eccl. Duodecima. Qui eccleſias, & homines Eccleſiaſticos compulerint ad Pedagia, & Guidagia ſoluenda c. Quãquã de cenſib. Et qui ea exigũt, uel extorquent per ſe, uel per alium ſuo nomine, uel alieno, cuiuſcumque ſint conditionis.

Decimatertia. Qui regalia, cuſtodiã, vel titulũ aduocationis, aut defenſionis in locis pijs vacantibus vſurpare conantes, bona Eccl. occuprã c. Gen. de Elect.

Decimaquarta. Item Clerici, & Monachi hoc fieri procurantes ibid.

Decimaquinta. Clerici locantes domos ſuas manifeſtis vſurarijs, ad fœnus exercendum in terris ſuis c. de uſur.

Decimaſexta. Qui per ſe, uel aliũ quocunq; modo impediunt litigantes in foro Eccleſiaſtico, in cauſis, quę de iure, vel conſuetudine conueniunt, &c. vt in cap. Quoniam de immun. Eccleſ.

Decimaſeptima. Qui pignoratiões vel repreſalias aduerſus perſonas Eccleſiaſticas, ſeu bona ipſorum concedunt, uel extendunt, niſi infra menſem reuocarunt. c. 1. de iniurijs.

Decimaoctaua. Qui fictione, fraudẽ utuntur, ut iudex ipſe vadat ad mulierẽ pro teſtimonio. ca. Mulier. de iudicijs.

Decimaoctaua. Vocati ad dirigendas Moniales i electionib. faciẽdis neq; obſtinẽt ab ijs, unde in ipſis Electionib. diſcordię oriri, nutririuè poſſit. c. Indemnitatibus de Election.

Vigeſima. Qui quaslibet perſonas Eccleſiaſticas, ad quas ſpectat electio in monaſterijs, ijſuè locis aut eorũ cõſanguineos, quouis modo offenderint, eo q; eligere noluerint perſonam, ad cuius Electionem inducebantur c. Sciant cuncti de election.

Vigeſimaprima. Qui compellũt prælatos, alioſq; eccleſiaſticos, eccleſias, earumue prædia, uel iura, laicis ſubijcere. c. Conſultiſſime de reb. Eccl. non alienandis.

Vigeſimaſecunda. Contra partem inducentem conſeruatores, ad cognoſcendum de alijs iniurijs vel violentijs, quã manifeſtis, &c. ca. Hac conſtitutione de officio delegati.

Vigeſimatertia. Domini temporales, ſeu Rectores, uel officiales eorũ, circa negocium Inquiſitionis contra hæreticos, deficientes, & omnes auxiliantes, conſulẽtes vel fauẽtes. c. Vt Inqſitionis, de hęr.

Vigeſimaquarta. Offendentes immunitatem Eccleſiæ collectis uel exactionibus; & vſurpantes iuriſdictionem &c. c. Non minus de immun. Eccle.

Vigeſimaquinta. Qui in conclaui ſcriptum, nuntiumuè, Cardinali cuipiam miſerit; aut ſecretò cũ eo locutus ſit. c. Vbi periculum de electon. lib. 6.

Vigeſimaſexta. In eodem c. multa ponuntur contra Dominos, & Magiſtratus non obſeruantes, quæ ſibi ſunt præcepta tempore creationis noui Pont.

Vigeſimaſeptima. Abſq; licentia Papę nouam religionem, uel habitum ſumentes. c. vnico de Religioſ. domibus.

Vigeſimaoctaua. Sepelientes in loco ſacro hęreticos &c. c. Quicũq; de hęret.

Vigeſimanona. Qui reuocationẽ, aut abſolutionẽ excõmunicationis, ſuſpenſionis, uel interdicti, vi, uel metu extorquent. c. 1. de ijs, quæ ui metuſuè.

Trigeſima. Doctores, qui Leges aut Medicinam docẽt Religioſus in ſcholis ſuis, eos retinentes depoſito habitu.

§ Itẽ ijdẽ religioſi, q nõ ĩpetrata à ſuperiorib⁹ ſuis facultate, ad ſtudia quęuis ſe cõtulerint. c. 2. Ne cleri. uel Monachi.

Trigeſi-

Trigeſimaprima. Religioſi profeſſi tacitè, uel expreſſe temere dimittentes habitum ſuæ religionis. ibidem.

Trigeſimaſecunda. Beghinarũ ſtatũ ſectantes, uel auxiliãtes &c.c. 1. de Rel. dom.

EX EXTRAVAG. ET Concil. Generalibus.

134 Trigeſimatertia. Qui literas Papæ, ante ſuam coronationẽ factas tan quam irritas impugnãt. Clem. Quia nõnulli. de ſent. excom.

Trigeſimaquarta. Extrau. S. Romana de Religioſ. domi. Io. 22. Concordat cũ illa ſupra. nu. 32.

Trigeſimaquinta. Qui bona Eccleſiaſtica alienant, & qui alienata recipiũt, contra formam ibi contentam, ſine Sedis Apoſto. autoritate, Paul. II. Ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alien.

Trigeſimaſexta. Qui impediunt Legatos, Nuntioſue Apoſtolicos, ne recipiantur neque ea faciant, quorum cauſa miſſi ſunt. c. Super gentes de conſuet.

Trigeſimaſeptima. Qui librum, aut quamcunque ſcripturam imprimũt, vel imprimi facere procurant, niſi in Vrbe per Vicarium, & ſacri Palatij Magiſtrũ: in alijs vero, Diœceſ. ab Epiſcopo, & ab Inquiſitore, liber, vel ſcriptura ſit approbata. Concil. Later. Seſſ. 10. & Triden.

Trigeſimaoctaua. Qui prędicãdo, uel diſputando, audent impugnare montes pietatis Leon. X. in Concil. Lateranen.

Trigeſimanona. Laici vtriuſq; ſexus ſortilegia, incantationes ac diuinationes per inuocationẽ Dæmonis exercentes. ibid. Seſſ. 9.

Quadrageſima. Fr. S. Frãciſci de Paula, minimi nuncupati, recipientes, uel retinentes Fratres. Ordin. minor. de obſeruantia ſine expreſſa licentia Papæ, à tranſeuntibus obtenta. Iul. II. in Breui. Ex po ni nobis.

Quadrageſimaprima. Fratres Ordin. Prædic. & Sorores eiuſd. Ord. appellantes, uel conuenientes, & conueniri faciẽtes ad Iudicem ſæcularem, vel Eccleſiaſticum, etiam conſeruatorem ipſorum niſi prius cauſam, uel quærelam ſuam verbo, uel ſcriptis coram Priore, aut principali, vel Generali Magiſtro, & ſucceſſiue in Cap. generali propoſuerit, & iudices omnes in his ſe intromittẽtes. Leo. X. in Breui. Roman. Pontif. ¶ Quod ad alios Ordines participantes ipſorũ priuilegia extenditur.

Quadrageſimaſecũda. Fratres ac Moniales S. Claræ, ſeu tertiæ regulæ, utentes quomodolibet gratijs, & immunitatibus Bullarum Cruciatæ, vel aliarum conſimiliũ, contra obedientiam Ordinis & ſine ſpeciali licentia ſuorum ſuperiorum. Leo. X. in priuileg. Ordin. Minor.

Quadrageſimatertia. Fratres cuiuſuis Ordi. & alij prædicantes, ſeu priuate nũtiantes, quòd indul. S. Mariæ de Populo de Vrbe extenduntur ad ſeculares viſitãtes Eccleſias Priuilegiatorum. Leo. X. in Bulla: dudum per nos.

Quadrageſimaquarta. Contra fictè reſignãtes Beneficia Eccleſiaſtica, vel permutantes, & cõtra notarios, & teſtes hoc ſcientes. Inno. VIII. Sicut bonus.

Quadrageſimaquinta. Contra incãtatores, dæmonis adoratores, annullũ, ſpeculum, uel aliam quamcunquẽ rem fabricantes, uel rem Magicam facientes, &c. Ioan. 22. & ſuper illis.

Quadrageſimaſexta. Qui in Romana Curia, Apoſtolicas commiſſiones, intimationes, & publicationes, & affixiones præſumpſerint præſentare præter Curſores. Clemen. VII. Accepimus.

Quadrageſimaſeptima. Cõtra prohibentes facere Eleemoſynas Fratribus. S. Aug. Sixt. IIII. Nos attendentes, & in priuileg eorum in Mari magno.

Quadrageſimaoctaua. Qui commentarios, Gloſſas, annotationes, aut Scolia, aut huiuſmodi ediderint, pro interpretãdo Cõc. Trid. Pius IIII. Benedictus Deus. Hoc idẽ de Cõcil. Laterã. vlti. Seſ. 9. aſſeritur. Habetur in fine Concil. Triden.

Quadrageſimanona. Officiales, & Magiſt. locorũ Ordinarij, & alij qui nõ paruerint præceptis, & mãdatis cõcernẽtibus Inquiſitionem octo Cardinalium Inquiſitorũ ſuper ipõnẽdis, & exequẽdis pœnis,

poenis,&c. Pius IIII. Cum ſicut. & Pius V. in Conſtitut.

Quinquageſima. Cótra omnes, & ſingulos Doc. Magiſtro Regentes, & alios cuiuſcunq; artis Profeſſores, & omnes alios ibid. cótentos, qui profeſſionem fidei non fecerint in manibus Epiſcopi, vel eius Vicarij Pius IIII. In ſacroſancta, & habetur in fine Concil. Trid.

Quinquageſima prima. Omnes Nuntij Apoſtolici, etiam ſi fuerint Eiſcopi, Archiepiſcopi, aut Patriarchę, qui à Principibus, Regibus, ſiue Imperatoribus ad quos mittũtur fauores vocales, aut literas Dignitates impetrant. &c. Pius IIII. Et ſi Rom. Pontificem.

Quinquageſimaſecunda. Contra omnes cuiuſcunq; gradus, qui Inquiſitorẽ, aliũue miniſtrũ S. Inquiſitionis, ſeu accuſantem, denunciantem, vel teſtificantẽ in rebus. S. Fidei &c. occiderint vel uerberauerint &c. & qui pro talia faciẽtibus veniam petierint, &c. Pius V. Si de protegendis. Credo contineri in Bulla Cœnæ.

Quinquageſimatertia. Impedientes, aut perturbantes Notarios Ordinis Prædicatorum ne munera ſua exequãtur, Pius V. Debitum Paſtor.

Quinquageſimaquarta. Gubernatores &c. & alij miniſtri ſtatus Eccleſiæ Rom. permittentes portare arma breuioris menſuræ trium palmorum, &c. Ipſi autem portantes incurrunt crimen læſę Maie. Pius V. Cum vices.

Quinquageſimaquinta. Miniantes Circulos cæreos, id eſt Agnus Dei, conſecratos, à Papa Grego. XIII.

Quinquageſimaſexta. Oẽs, & ſinguli exactores datiorum, Gabellarum, Pedagiorum, & vectigalium à perſõnis regularibus Ordi. Mendicantium, & perturbantes, aut moleſtantes eas in prædictis, toties, quoties contrauentum fuerit. Pius. V. Dum ad uberes.

Quinquageſimaſeptima. Qui exegerint aliquid à Mendicantibus pro reparatione Pontium, viarum, murorum, &c. Vt habetur in conſtit. Pij. V.

Quinquageſimaoctaua. Qui regulariter Mẽdicãtes, quo ad omnia eorum bona, quæ ad ſuos colonos, affictuarios, & huiuſmodi reſpectiuè, nõ dimittent exemptos & immunes ab omnibus, & ſingulis exactionibus, tam Vrbanis, quam ruſticis. Pius V.

EXCOMM. ALIQVOT
Ex Conc. Trid.

QVinquageſimanona. Qui doceret, prędicare, uel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam publice diſputãdo defendere pręſumunt quod illis, quos conſcientia peccati mortalis grauat (quantumcunq; ſe contritos exiſtiment) habita copia cõfeſſoris non neceſſarios: præmittenda ſit Confeſſio Sacramentalis, ad digne Communicandum. ſeſſ. 13. de Eucha. Can. 11.

Sexageſima. Qui falſo affirmãt Matrimonia à filijs familias, ſine conſenſu parentum contracta irrita eſſe, & parentes ea rata, vel irrita, facere poſſe. Seſſ. 24. c. de reformat. Matrimó.

Sexageſimaprima. Raptores mulierũ ac omnes conſilium auxilium, & fauorem præbentes; Seſſ. 24. de reformat. Matrim. c. 6.

Sexageſimaſecũda. Cótra Dominos ac Magiſtratus, alioſq; cuiuſuis gradus & cõditionis exiſtẽtes, qui quouis modo directè, uel indirectè, ſubditos ſuos, uel quoſcunq; alios, tam viros, quã mulieres cogunt quo minus libere Matrimonia contrahant. ibid. c. 9.

Sexageſimatertia. Oẽs magiſtratus ſęculares, qui ab Epiſcopis requiſiti, non præbent auxilium brachij ſæcularis, ut clauſura Sãctimonialiũ conſeruetur &c. Seſſ. 25. c. 5. de regularibus.

Sexageſimaquarta. Omnes cuiuſcũq; generis, aut conditionis, ſexus, uel ætatis fuerint qui, ſine Epiſcopi, uel ſuperioris licentia in ſcriptis obtenta, ingrediuntur ſepta Monaſterij monialiũ. d. c. 5. Nunc, eſt reſeruata Papæ, per Grego. XIII.

Sexageſimaquinta. Omnes quacũque dignitate fulgentes, qui quomodocunq; coegerint aliquã virginẽ, uel viduã, uel aliã quãcũq; Mulierẽ inuitã, ad ingrediẽdũ Monaſteriũ, vel ad ſuſcipiẽdũ habitũ cuiuſcũq; Religionis, uel ad emittẽdam profeſſionem. Seſſ. 25. de regul. c. 18.

Sexa-

Sexageſimaſexta. Item omnes cuiuſcunq; qualitatis fuerint, qui ad prędicta conſilium, auxilium, vel fauorem dederunt. ibid.

Sexageſimaſeptima. Item ſcientes aliquam ex prædictis mulieribus, non ſponte ingredi Monaſterium, aut habitũ ſuſcipere, aut profeſſionem emittere, & quoquo modo eidem actui, uel pręſentiam, vel conſenſum, uel autoritatem interpoſuerint. ibid.

Sexageſimaoctaua. Itẽ qui ſanctam virginum, uel aliarum mulierum, uoluntatem velum accipiẽdi, uel uoti emittendi, quoquomodo ſine iuſta cauſa impedierint. ibid.

Sexageſimanona. Imperator, Reges, Duces, Principes, alij, qui locum ad Monomachiam (hoc eſt duellum) in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint. Seſſ. 25. c. 19. de refor. Nulli reſeruatur. Quo ad verò Dominos inferiores Imperatore & Regibus, Papæ reſeruatur abſolutio.

Septuageſima. Item pugnam committentes in eodem Duello, eorumque Patrini. ibid.

Septuageſimaprima. Qui conſilium in cauſa Duelli, tàm in iure, quàm facto dederint, aut alia quacunque ratione ad id quemquam ſuaſerint, nec non ſpectatores duellorum. ibidem.

Quibus omnibus excommunicationibus addi poterunt, quæ à ſumm. Pontificibus indies emanabunt, prout aliquot nunc à S.D.N. Sixto V. emanarunt, ut uidere eſt in ſuis Conſtitutionibus: in fine Bullarij nouiotis.

Et præſertim emanarunt excommunicationes Bullę in Cœna Domini lectę anno 1586. & 1587. quarum explicatio eſt, quæ ſequitur.

MIRA-

MIRABILIS EXPLANATIO CASVVM, ET EXCOMMVNICAT. CONTENTARVM.

In Bulla Cœnæ Domini, latarum à S. D. N. Papa Sixto. V. Anno Domini. 1586. & 1587.

PRIMVS CASVS SIC AIT.

Prima excommunicatio contra hæreticos fautores, &c.

EXcõmunicamus anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Autoritate quoque Beatorum Apoſtolorũ Petti, & Pauli ac noſtra, quoſcunque Huſitas, Vuiclephitas Lutheranos, Zuinglianos Caluiniſtas, Hugonotos, Anabatiſtas, Trinitarios, ac omnes, & ſingulos alios Hęreticos, quocunque nomine cenſeantur, & cuiuſcunque ſectæ exiſtãt ¶ Ac, eorum credentes, ¶ Receptatores, ¶ Fautores, ¶ Et generaliter quoslibet illorum defenſores, ¶ Ac, eorundem libros hęreſim continentes, vel de religione tractãtes, ſine autoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicę ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes, ex quauis cauſa publice, vel occulte, quouis ingenio, uel colore, ¶ Necnõ Schiſmaticos: & eos qui ſe à noſtra, & Romani Pont. pro tempore exiſtentis obedientia, pertinaciter ſubtrahunt; uel recedunt.

Nota quod ante hanc Bullam hæretici per antiquiſſima iura Decreti c. 1 & 2. 24. q. 1. & per antiqua iura Decretalium. c. Ad abolẽdam cum multis alijs, de hæreticis, & eodem tit. in 6. erant excommunicati.

1 PRo cuius declaratione Quęritur: Quot ſunt hæreſi ſpecies? Reſ. hęreſim eſſe triplicẽ. Prima dicitur purè mẽtalis. Secũda mixta. ſ. quãdo aliqđ ſignũ oſtenditur exterius. Tertia dicitur hęreſis cõpleta, (quę eſt aſſenſus pertinax cũ ſigno exterius expreſſiuo.) Et quis poſſit ab vnaquaq; abſoluere, dicetur infrà. Et de omnibus Hęreſiarchis, & hęreſibus uide late, & bene Paulũ Gryſ. in libro; deciſiones catholicæ, poſt Alphõſũ à Caſtro, li. de hęreſibus, & alios in c. quidã. 24. q. 3.

Hæreſis quotuplex.

2 QVęritur V. Hæreticus, qui ex interna hæreſi, prodit in aliquẽ actum exteriorem (puta) ſubriſit, plauſit manibus, vel inieſtius pro ripuit in adulteriũ putãs ſibi licere &c. incurrat dictã excõicationem, uel non? vide. Nauar. ca. 11. nu. 22. & c. 27. nu. 56. Reſ. ꝙ licèt multi grauiſſimi Theologi, (inter quos Mag. Mancius, M. Penna. M. F. Gaſpar.) cõſulti Salmãticę dixerũt, ꝙ ſi hæreſis prodeat quocũque modo in aliquẽ actũ exteriorem, inducit excõicationẽ, reſeruatam in Bulla Cęne; tamẽ poſt aliquot annos conſulti ijdem cum alijs multis, (rem omnem cõſiderãtes) reſpõderũt; ꝙ niſi opus exterius ſit ſignum ſufficienter expreſſiuum Hęreſos, non facit excommunicatum, vel reſeruatum, Secus ſi quis ex præcon-

De hæreſi mentali, cum actu externo.

cepta

cepta hæretici oculis, vel digitis, capite, vel alio æquipollenti ſigno annuat &c. hoc n. de ſe, non eſt ſignum per quod Eccleſia militans ſolet facile in hæreſis intellectus cognitionem venire.

3 *De ſignis exterioribus.* CONfirmatur. Vt hæreſis includit propoſitionē indicatiui, eſt. n. contra fidē, vt eſt ſpeculatiua; ita oportet, vt hæreſis exterior ſit formaliter, virtualiter, propoſitio falſa, ergo debet eſſe ſignū ex ſe expreſſiuum propoſitionis, ſed motio digiti, vel oculorū nulli hominū eſt tale ſignū, ergo. Ita determinauerūt multi grauiſſimi Doctores cōſulti, quibus fauet Naua c. 27. nu. 269. Simācas, de Cathol. inſti. c. 24. Almain. de poteſtate Eccleſiæ c. 3. Iulius clarus. li. 5. Sententiarū. §. Hæreſcos. Cordub. li. 4. Quæſtionarij. q. 13. opinione. 3. corol. 3. in fi. Secus autē eſt, de peccatis voluntatis quorū actus exterior nō dirigit, vt ſit ſignum, & propoſitio ſed conſummatio interioris. * Confirmat ſecundo ex ijs, quæ tradunt Doct. in c. duobus in fide, de hæret. & Simanc. de Catho. inſtit. c. 23. nu. 4. videlicet, quod ille dicit infidelis, & hæreticus, qui ſciēs aliquid eſſe de fide, dubitat de eius veritate. Alioquin ſi dubitaret ex ignorātia probabili, vel ex infirmitate animi, non diſcedens a fide catholica, ſed paratus ei aſſentiri, tali pertinatia carens, hæreticus non eſt. idē tenet Didacus Perez, in rubr. de fi de catholica li. 1. ordin. & alij ab eo relati, & Catrerius in practica tract. de hæreſi. § circa ſecundum. nu. 5. cum ſeq.

Inquiſitor procedens contra iuſtitiam ex odio. Et ſic Inquiſitor procedens contra iuſtitiam ex odio, excōicatur, quia exterius profeſſus eſt odium. Caie. in ſum. verbo. excōicatio. c. 3. Nauar. c. 27. nu. 102. Tabien. Excommunicatio. 5. caſu. 4.

DE FAVTORE Hæreticorum.

4 *Fautor hæreticorum quis.* QVia in hoc multi falluntur, ſcire oportebit, quis dicatur Hæreticorum fautor? Reſpō. Fautorē primo illū dici, qui cū ſit perſona publica vt iudex, qui cum poſſit, & debeat punire Hæreticū dānatum traditum brachio ſæculari, non punit, tradit S. Ant. 3. par. tit. 2. Syl. verbo. Hæreticus 1. nu. 10. Didacus Perez. l. 3 r. tit. 4. li. 6. ordi. Caſtro. lib. 1. de Hæreſibus, c. 9. Sot. 4. d. 22. q. 2. ar. 5. caſu. 1. Nauar. c. 27. nu. 55. & 56. §. 3.

SEd quid ſi iudex ſæcularis ſcit illum eſſe innocentē, quē Inquiſitores, iuſtè, & iuridicè, ſecundum allegata, & probata ſibi tradunt comburēdum? Reſpō. Primò. Si poteſt, omnibus modis, teneri probare illius innocentiam. Si autē non poteſt probare, proponat debita cum reuerentia, & ſubmiſſione illius innocentiam. D. Inquiſitori, dicens ſe illam non poſſe probare. Quòd ſi, nihilominus ſibi præcipiatur ſententiam exequi, executioni tenetur mandare, vt merus iuſtitiæ executor, probatur ex communi doctrina. 5 *Quid de iudice ſæculari cui traditur hæreticus.*

SEcundo Fautor poterit iudicari hæretici, qui verbis eum excuſat, vel aliquo æquiualenti modo, vel eum laudib. extollit, maximè ſi propter hoc ſimplices inducat ad eum laudandum, & deuotionem eccleſiæ minuendam. * Hùc pertinere iudico Canonē. 70. Sanctorū Apoſto. qui ſic ait: Si quis Chriſtianus oleum ad ſacra Gentiliū, aut in ſynagogā Iudæorum in feſtis eorum detulerit aut lucernas incenderit, à communione excluditor. Hùc ſecundo pertinere cenſeo impios illos Catholicos noſtri miſerrimi temporis, (ne dicam ultra) qui viribus & poſſe non tantùm diligunt, laudāt & excuſant inimicos publicos S. R. Eccleſiæ hodiernos, etiam bis ab eadem condemnatos, ſed (quod iniquius eſt) contra Catholicos, illis ſubſidium præſtant. Væ, & iterum væ illis. 6 *Laudās hæreticū v. dicatur fautor.*

DE HAERETICORVM Defenſione.

QVia multæ dantur Hæreticorum defenſiones, quæ non ſunt prohibitæ, vt dicetur. Quæritur, quis dicatur Hæreticorum defenſor, ut excommunicationem hanc incurrat? Reſpon. Sequentibus Concluſionibus. 7 *Defenſor hæreticorum quis dicatur.*

Prima Concl. Iudex, Notarius, Aduocatus, Procurator, & teſtes Hæreticū defendentes iuſtè, & cūm licentia. Inquiſi-

quiſitoris, bene faciunt. Communis.

Secunda Concluſio. Quicunq; viribus, potentia, fraude, uel alio modo impediret, ne Hæreticus ad manus veniat iudicis: eſt excommunicatus.

Tertia Concluſio. Qui hæreticũ defenderit à priuato ſuo inimico, non ideo incurrit excommunicationẽ, quemadmodum ſi illum defendiſſet ab alio periculo fluminis, ignis, &c. Ang. ſum. Verbo. hæreſis. nu. 23. Syl. nu. 30. verbo, Hæreſis. 1. Perez. l. 5. tit. 12. li. 8. Ordin.

DE HAERETICORVM Receptione.

8 *De hæreticorum receptatoribus.* QVia hæreticus poteſt domi receptari ab amico, vt amicus; & à patre, vt filius; & ab Hoſpitalario, vt peregrinus, & ab hoſpite, vt hoſpes, & viator: Quæritur. Quis dicatur propriè Hæreticorũ receptator ad incurrendam cenſurã? Reſpõ. Primo (colligit ex Didaco Perez ſupra.) illũ receptatorẽ dici, qui frequenter hæreticũ recipit. Secundo. Dico ſufficere recipere hæreticũ, ſcienter, ita vt occultet fugientem, nè à iudice reperiatur, Ang. Syl. ſup. Secus ſi illũ, et agnitũ admiſit, vt hoſpitẽ, quia amicus eſt, Caiet. excom. 1. Nau. c. 27. nu. 55. vbi ponit multa Syl. & Sot. ſupra. concl. 5.

9 *De parẽtibus circa filiũ hæreticũ.* EX quibus, & Naua. ſup. & ex Perez cũ multis poterit dici ꝙ ſi qs parẽtẽ, filium, & vxorem occultet, vel faueat vt fugiat ne comprehendatur ab Inquiſitore (licèt aliquando peccet) non videtur incurrere hanc excõmunicationẽm, quia hic reputatur vna perſona ſecum.

DE CREDENTIBVS Hæretico.

10 *De hæreticorum credentibus.* QVæritur. Qui dicantur credentes hæreticis? Circa hũc verſiculum vide Syl. verbo. hæreſis. q. 7. nu. 10. Simãcas de Catho. Inſtitutionibus, ti. 5. c. 15. Caſtro. de iuſta hæretic. punitione. c. 17. Caiet. verbo excommunicatio. c. 45. vltra quos omnes, eſt animaduertendum in hac Bulla. S. D. N. Papæ Sixti V. aliqua excludi, & includi, quę in autoribus antiquis, & in nouioribus non inueniuntur.

NAm Primo includit nõ ſolum defenſores ſectæ Lutheranæ, ſed & cujuſlibet hæreſis. Secundo eſt excõmunicatus ille, qui legit librum cuiuſcunq; hæretici, etiam antiquiſſimi, damnati ꝑ tali. Pro quo Nota illum qui legerit parum talis libris damnati, puta vnam pagellam, non eſſe excõmunicatum, quia parum pro nihilo reputatur. Et quia in quocunq; præcepto, & materia, paruitas rei excuſat à mortali, vt probant omnes & Nauar. c. 11. nu. 4. ex S. Th. & alijs, & idem Nauar. tangit. c. 27. nu. 56.* Et eſt pijſſimus Cano. S. S. Apo. 59. qui ſic ait: Si quis falſo inſcriptos impiorum libros tanquam ſacros in Eccleſia ad populi & cleri corruptionẽ publicauerit, deponitur. 11 *De legentibus libros prohibitos.*

NOta etiam, illum qui legit Cautiones, vel alia, & notabilia hæreticorũ ſcripta, & etiam de verbo ad verbũ traducta in libris Catholicorum non incidere in excommunicationem, vt vltra Naua. ſupra. verſi. Septimo, tradit Simãcas ſupra. Cõradus Brunus. li. 1. de hęreticis. c. 4. Alfonſus Caſtro ſupra. nu. 37. Turre cremata. li. 4. Summæ. c. 21. Tertio excommunicatur qui quolibet colore, etiam diſputationis gratia, aliquẽ defendit librum hæreticum, vel aſſertionẽ aliquam hæreticam, publicè, vel occultè. Quarto. Excommunicantur Schiſmatici omnes. 12

NOta etiam quòd licèt in Bulla Pij V. includebantur ſub clauſula, & excommunicatione qui habent libros. Magicæ artis, & illa vtuntur vt Magi (prout Nauar. in addition. ad cap. 27. num. 56. dicebat:) in hac tamen Bulla non includuntur, vt ex multis, maximè S. Thom. 2. 2. q. 95. ar. 1. & 2. tradit ipſe Nauar. Manuali. nouiori. c. 27. num. 55. verſi. Secunda. 13 *De libris Magicæ artis.*

Nota etiam quòd licèt Nauarr. cap. 27. nume. 56. & 57. faciat diuiſionem clauſularum, ponendo pro ſecundo caſu; Schiſmaticos &c. includuntur tamen ſub vna eademque prima clauſula Bullæ.

SECVN-

SECVNDVS CASVS.

Contra appellãtes ad futurũ Cõcilium.

EXcommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos cuiuſcunque ſtatus gradus, ſeu conditionis fuerint: Vniuerſitates vero, Collegia, & capitula quocunque nomine nuncupentur, interdicimus ab ordinationibus, ſententijs ſeu mandatis noſtris ad Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium, ad vniuerſale futurum Concilium appellantes, necnon eos, quorum auxilio, vel fauore appellatum fuerit.

14 PApa (ſecundũ cõmunem, & catholicam doctrinã) in multis errare non põt, vt in pertinẽtibus ad Fidem, & alijs, q̃ dicuntur à Doctoribus; In alijs ẽt errare põt, vt tradit Victoria in relectione de Autoritate Papæ, & Concilij. concln. 6. & optime, & latiſſimè Paul. Gryſal. verbo. Papa. num. 28. Ideo nunc, Quæritur; quid ſi Papa alicui Capitulo, vniuerſitati, Principi, vel alicui priuatæ perſonæ, grauem inferret iniuriã, vel damnũ, vel tirannicè ageret in aliquo negocio, vel cauſa; Vtrũ liceret tũc appellare, & an q ãl conſuleret, vel ſcriberet, incidat in excommunicationem? Reſpõ. Primo. Quæſtionem nimis eſſe arduã atque difficilẽ, ob varias Doctorũ opiniones. Quapropter mitor authores moderniores, maximè Nauar. c. 27. nu. 58. Vbi de hac agir, ſic leuiter tranſiſſe,

V. Papa poſſit & qñ errare.

15 SEcundo. Reſpõ. ꝙ licèt multi Doctores tenuerint Conciliũ generale eſſe ſupra Papã, & ideo poſſe ad illud appellare, vt videre poteris apud Sylu. verbo. Conciliũ. q. 5. & excõicatio. 7. q. fi. S. Ant. 3. p. ti. 24. c. 10. & melius, & clarius vide per Abb. in diſputatione, quæ incipit: Epiſcopus. q. 2. colum. 14. Franciſcũ de Marcin. q. 456. nũ. 58. & fere Pariſiẽſes, qui hoc tenuerunt, vt ſunt Gerſon, Ochan, Almain, & Victoria. ſupra. nu. 12. & in 2. 2. q. 39. ar. 4. tñ non eſt ita dicendũ. Sed tenendum Papam eſſe ſupra omnẽ eccleſiam: ſicut Paſtor ſuper gregem. Ita Eccleſia cauit: Quem paſtorem Eccleſiæ eſſe voluiſti. ex c. Nõ decet. 12. d. c. Sacroſanct. 22. d. Et demũ, eſt Chriſti Vicarius, vt diffinitum fuit in Conc. Conſtan. ac per Mart. V. docet. S. Th. cõtra errores Græcorum. c. 63. & contrariã opinionem dicit Hæreticam Paul. Gryſal. verbo. Papa. nu. 19. Quare nec abſolute tenendum; ſed diſtinguendũ ſequẽtibus dictis, vel propoſitionibus.

Conciliũ generale an ſit ſup. Papam.

PRima. Quamuis aliqui, ꝙ dũ verſat̃ cauſa Fidei dubia appellari poſſit à Papa ad Concilium Generale, vt diſcernatur, an oppoſitum ſit Hæreticum; falſum tamen eſt, Quia Papa põt hoc iudicare, & diſcernere, ſecundũ ſupra dictos. 16

Quid ſi dubitat An hic ſi verus Papa.

SEcunda. Quamuis hucuſq; fuerit ſub opinione (licèt malè) An ſi dubitaretur; ſi hic ſit verus Papa, vt contigit tpe Schiſmatis, vel ſi Papa ꝓbaretur Hæreticus, vel Hereticas fauens, vel Schiſmaticus, vel ſi ſcãdalizaret eccleſiã, publicè vendẽdo beneficia, vel faciẽs Epiſcopos cõiugatos; liceat congregare Cõciliũ, vt deponatur. Nihilominus tñ Papa potuit dãnare anathemate ſic appellãtes; Quia in re dubia, vt de contractu Montis pietatis, vel de feſto conceptionis B. Mariæ, poteſt Papa, ſub excõicatione, eligere vnã partem ex cauſa. Cùm ergo ſententia appellantem remittens, ſit periculoſiſſima, & ꝑbeat anſam, & occaſionẽ Schiſmatis, rectè excommunicatur à Papa ad Concilium appellans. De qua quæſtione, vide Cordubam, in quæſtionario Theologico. lib. 4. q. 4. 17

Papa iuſte damnat appellãtes ad Concilium.

TErtia Aſſertio eſt, ꝙ quamuis olim appellare à Papa non erat caſus reſeruatus in Bulla Cœnæ, ſed tñ erat prohibitum, per Extrauagantem Pij II. & Iulij II. quam citat Caiet. & Nauar. dicto nu. 58. Hodie tamen, factus eſt caſus reſeruatus in dicta Bulla. 18

Olim non erat casꝰ Bulla.

SEd nota, ꝙ quamuis conſulẽs nõ excõmunicet̃ per Bullã Cœnæ, niſi ſequat̃ appellatio; excõicat̃ tñ per dictam Extrau. Iulij II. Ratio eſt, qa Bulla Cœnæ principaliter excõicat appellantem, & acceſſoriè cõſulẽtẽ. Extrauagãs aũt Iulij II principaliter excõicat cõſulentẽ, vt ait Nauar. Extrauag. Greg. XIII. de literis gratiæ, & iuſtitiæ, num. 13. 19

Conſulens appellare, an ſit excõicatus.

TERTIVS

TERTIVS CASVS.

Contra pyratas, curſarios etc.

EXcommunicamus, & anathematizamus omnes Pyratas, Curſarios, ac Latrunculos Maritimos, diſcurrentes Mare noſtrum præcipuè à Monte Argentario uſque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defenſores.

20 *Quid ſi non ſequatur effectus?*

NOta Primo, eum, qui tantum per Mare diſcurrit, niſi cum effectu deprædatio ſequatur, non ligari hac excommunicatione, nam, ly, diſcurrere, determinatur per ſequentia. ſ. capiēdo. & c. Caiet. & Armil. Excommunicatio. ex- com. 13. & alij nouiores.

21 *Qualiter incurrat hac excōmu.*

SEcundo Nota. Quòd licèt in Bulla Grego. XIII. quam tradit Nauar. c. 27. nu. 58. hæc clauſula reperiatur multo amplior, quàm in hac Bulla. Sanctiſſ. Domini noſtri Sixti V. nam in illa erant hæc verba; deprædantur, mutilant, interficiunt & c. quæ non inueniuntur in hac; nihilominus tamen ad incurrendā hanc Cenſuram cogito ſufficere aliquem illorum actuum facere, ſcilicet capere bona vel mutilare, vel interficere &c. ita tenuerūt grauiſſimi quidam Doctores Vniuerſ. Complutenſ.

22 *V. Cōſulens ſit excōmunicatus.*

TErtio. Nota quòd licèt in Bulla Grego. XIII. & in hac. S. D. N. Sixti V. Specialiter, conſilium dans non innueniatur, (prout inueniebatur in Bulla Cœnæ tempore Caietani) nihilominus tamen, qui tale conſilium daret deprædandi, mutilandi, vel interficiendi, incurreret hanc Cenſuram; quia ſatis abunde auxilium præbet, & fauorem, qui conſilium dat; maximè ſi tali conſilio dato conſequitur finis. Nauar. ſup. nu. 59.

23 *Quis dicatur pyrata?*

QVarto. Dico. Quòd licèt Syl. excōicatio. 7. caſu. 57. & Nauar. ca. 27. nu. 59. verſic. Quarta. videantur cōtrarij in determinatione, qui dicantur Pyratæ & an ſufficiat, quod Pyrata inferat nocumētum alicui, vel aliquibus Nationibus, & non omnibus. Mihi nihilominus videtur vtrunq; idem ſentire, ſi bene eorum verba perpendantur: ſufficit. n. vt Pyrata per Mare diſcurrens intendat deprædare, quod vterq; fatetur. Quare ſi Hiſpani contra Italos, vel Gallos, vel, è contra, Bellum gerunt, licèt mutuum; ſe inuicē ſpoliare, interficere, &c. non eſſet Pyratarū officium exercere, nec incurrerēt hāc cēſuram. Syl. Nauar. ſupra, & alij.

24 *De repreſalijs.*

DIcto de Pyrata, Curſario, Latrunculo Maritimo. Quæritur quid iuris de repreſalijs, & quid proprie ſignificent. Reſpō. Hoc nomē; repreſaliæ; quaſi idē eſſe, quod bellum particulare ad recuperanda capta ab inimicis, & hoc lato vocabulo, ita Syl. verb. Repreſaliæ. Vbi quæ requirantur vt rectè fiant.

25 *Repreſalię quid?*

STricto autem ſumpto vocabulo (proprie tamen) repreſalię dicuntur quā Chriſtiani, (Hiſpanicè en la Coſta de Mallorca, Cartagena, Barcelona &c. ſalena captiuar las fuſtas de Moros; Italicè; andar in corſo) exeunt quaſi ad venationem Maurorū. De qua materia, vltra Ang. Sil. Tabien. Armil. & alios Summiſtas, eodem verbo. vide Couar. in Reg. Peccatum. 2. p. §. 9. nu. 5. Claudium Cotoreſi. li. 3. de iure Militari. c. 23. Didacum Perez. in l. 7. & 12. ti. 12. li. 5. ordin. & in l. 19. ti. 14. li. 2. & in l. 5. ti. 16 lib. 8. Ordin. & Naua. c. 27. nu. 136. Qui omnes dicunt concedentes repreſalias contra Eccleſiam, vel eccleſiaſticas perſonas incidere in excommunicationem latam in c. 1. de iniurijs. li. 6. nulli reſeruatam, non autē in hanc Bullę Cœnę Domini.

26 *Quādo inducāt excōmu.*

QVARTVS CASVS.

Contra capiētes bona ex naufragio, & c.

EXcommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui Chriſtianorum quorumcunque nauibus tēpeſtate, ſeu in trāſuerſum (vt dici ſolet) iactatis, vel quoquomodo naufragiū paſſis, ſiue in ipſis nauibus ſiue ex eiſdem eiecta in Mari, vel in littore inuenta, cuiuſcunque generis bona, tàm in noſtris Tyrrheni, & Adriatici, quam in cæteris cuiuſcunque maris regionibus & littoribus ſurripuerint, ita, vt nec ob quodcunq; priuilegium, conſuetudinem, aut

longiſſi-

longiſſimi, etiam immemorabilis tempo ris poſſeſſionem, ſeu alium quemcunque prætextum excuſari poſſint.

Hac clauſula differt ab illa Gregor. XIII.

27 NOta Primo. Hanc clauſulã differre ab illa poſita in Bulla Greg. XIII. in hoc; quòd poſt illa verba ſurripuerint; habentur ibi hęc verba (aut ſcienter ſibi acceperint, aut ab alijs rapta, ſeu accepta, ſcienter receperint,) quæ hic non ſunt. Item, in illa Bulla non habentur illa verba; quoquomodo naufragium paſſis, quæ habẽtur in hac. Ex quibus vobis hic poſitis, nouè reſtat declaratum dubium illorum, qui dicebant.

Quid ſi nauis pereat abſque fortuna, & c.

28 QVid ſi Nauis non pereat ex tẽpeſtate ſed ex vetuſtate aperiatur, & rumpatur, uel ex imperitia Naucleri, uel officialium pereat? nam Reſp. per hanc Bullam. S.D.N. Sixti. V. ꝙ quoquomodo ſit naufragium paſſa, procedit.

Quid ſi nauis erat Iudæorum, &c.

29 QVid ſi Nauis erat Iudæorum, Turcarum, vel aliorum infidelium? Reſpõ. quòd licèt omni iure, naturali, diuino Decalogi, & Canonico teneatur quilibet ad reſtitutionem rei iniuſtè ablatę; etiam ſi res ſint Iudęorum, &c. quia præceptum abſolutè præcipit non deſiderare, nec ſurripere rem alienam, vel rem proximi tui, & cum omnes etiam infideles ſint proximi noſtri, & ita non liceat, tamen cum hæc Bulla dicat, Chriſtianorum quorumcunque patet, quòd qui ſurriperet aliquid ex nauibus Iudæorum, &c. non incurreret hanc cenſuram; ſed ſunt excommunicandi. Armil. Excom. caſu. 78.

Quid ſi erat nauis hęreticorũ?

30 QVid ſi talis nauis naufragiũ, paſſa, nõ erat Chriſtianorũ uere, ſed Hæreticorũ Baptizatorũ; vel Chriſtianorũ, qui fidẽ Chriſti negãtes, facti ſunt Sarraceni, Mauri? Reſ. (meo iudicio) idẽ eſſe ac de alijs infidelibus, ob identitatẽ mẽti legiſlatoris, ut in alio propoſito tradit Nau. c. 27. nu. 61. verſi. 2.

31 NOta Secũdo. Ex dicta clauſula Bullæ, & ex Silu. Caiet. & alijs quos refert, & ſequitur Nau. c. 27. nu. 118. ꝙ ſurripiens dicta bona bono animo cõſeruandi ea, & tradendi vero Domino; non erit excommunicatus. Ita etiam tenet Armil. excom. caſ u8.

Quid ſi eſt in mora reſtituendi.

32 NOta Tertio. Quod quamuis Ioan. Andr. & alij quos refert, & ſequitur Silu. verbo. Excommunicatio. 7. caſu. 20. teneant illum, qui eſt in mora reſtituendi talia bona, non eſſe excommunicatum, ſed excommunicandum; contrarium tamen tenet Armil. ſupra. & Caiet. quem refert, & ſequitur Nauarr. ſupra. cum Abb. in c. excommunicationi. de Raptor. qui dicunt, quòd ſi acceptio talium bonorum fuit manifeſta, incurritur excommunicatio, etiam ſine monitione, dum fuerit in mora reſtituendi.

V. Extẽdat ad tertiam perſonã

33 NOta Quarto. Quod licèt per Bullã Greg. XIII. ſimilem incurrebat excõmunicationẽ tertius accipiens talia bona ab ipſo ſurripiente de naui, uel littore vt patet. ſup. in 1. notab. huius clauſulæ, Hodie tamen per Bullam. S. D. N. Sixti V. nõ extẽditur talis excõmunicatio maior ad tertiã perſonã, ut in ea patet. Tenebitur tamen dicta tertia perſona, inuẽto vero Domino nauis, uel rerũ ablatarũ, illa reſtituere, quæ è ſurripiente acceperat vel emerat, etiam nullo ſibi ſoluto pretio, ut tenent omnes alij, uerb. Naufragium.

Quid ſi res illæ ſtatim erant perituræ &c.

34 QVinto Nota. Quod ille, qui ſurripuit de naui aliquid, quod ſtatim erat periturũ, ut eſt farina, Sucarũ, papyrus &c. ſine ullo periculo ſuæ vitæ, tenetur illud reſtituere; etiã ſi alias Dominus non erat talia bona rehabiturus. Quia ex charitate tenebatur ſuffragari, uel auxiliũ præbere. tex. c. excõmunicationi. de raptor. Et talis tunc auxilium præbens, debet habere ſuorum laborum retributionem. Si autem, ob recuperanda talia bona, cuicunque periculo mortis expoſuit vitam ſuã, & Dominus alia uia, uel modo dicta bona non eſſet rehabiturus; poterit dicta bona tuta conſcientia retinere. Angel. Silueſt. & Armil. verbo. Naufragium.

Quid ſi res iactatę in mari habẽt pro derelictis.

35 SExto Nota. Illum, qui res iactatas in Mari tempore tempeſtatis ad exonerandam nauem, ſurripuerit, teneri ad reſtitutionem, quia tunc dominium remanſit penes proprium Dominum. Secus, quando tales res habentur por de-

relictis, quia tunc ſunt accipientis. Ang. Silu. Armil. & alij verb. Naufragium, ex Abb. in d.c. excommunicationi. de Raptoribus.

QVINTVS CASVS.

Contra imponẽtes noua pedagia

EXcommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris ſuis noua Pedagia ſeu Gabellas, præterquam in caſibus ſibi à iure, ſeu ex ſpeciali ſedis Apoſtolicæ licentia permiſſis, imponunt, uel augent, aut imponi, ſeu augeri prohibita exigunt.

36 De hoc caſu agit Nauarr. cap. 27. nu. 61. Ang. uerbo Pedagium Silu. verbo Excomm. 7. num. 54. uel caſu. 19. & verbo. Gabella. 3. num. 7. Caiet. & Armil. verbo Excommunicatio. excommunicatione. 11.

Quis poſſit impo nere tributa, &c.

PRimo quæritur. Quis poſſit imponere tributa, uel Gabellas, vel augere, abſque hoc, quod ſit hac cẽſura ligatus? Reſ. quòd (ut colligitur ex c. Super quibus. de verb. ſign. & tradit Silu. verbo. Vectigal. & Nauar. c. 27. nu. 61. & c. 17. nu. 202. & alijs) Rex, uel Reſpublica ſuperiorem non recognoſcens, poteſt id facere, etiam ſi imponat ſine iuſta cauſa. tradit etiã Abb. in c. Innouamus. de cenſibus. & omnes Summiſtæ verbo Gabella pedagium, & vectigal.

37 *Gabellę nomine quid ueniat.*

QVæritur Secundo. Quid intelligatur hic pro Gabella? Reſp. Gabella, vel pedagium eſt tributũ tranſeuntiũ per loca, (ut ſi dicas Hiſpanicè; portazgo, y Aduana) Latine Pedagiũ, & Gabella. Probat Angel. Sylu. Caiet. Armil. & omnes verbo. Gabella, Pedagium, Vectigal. Guidagiũ. Abb. in c. Innouamus. de cenſibus. Nauar. c. 27. nu. 61. Vbi nota, q (ut probat Nauar. ibid. ex Bulla Pij V.) nomine Gabellarum, & pedagiorum intelliguntur etiam, Portoria, & alia Vectigalia.

38 *De recipiente a clerico ſponte dante.*

QVæritur. V. Recipiens Siſam, vel Guidagium à Clerico ſpontè dãte incurrat hac cenſuram? Reſp. Quòd non, ut ſoluit Nauarr. cap. 27. nu. 61. 115. 120. 128. & 130. & cap. 17. nu. 201. & cap. 25. nume. 16. Duenas. Reg. 100. num. 17. Secus, qui autoritate ſæculari exigit Decimas, & Talias, etiam à ſponte dante, ut habetur. infra.

39 *Quid ſi tributũ exigat a clericis.*

QVæritur. Quid ſi à Clerico exigatur tributum? Reſ. Inter Doctores ſupra citatos, varias eſſe ſententias. Quidam. n. dicũt eum, qui clericum compellit, incurrere excõmunicationem Bullæ Cœnę. Ange. Tabien. Silu. excõ. 9. § 31. Armil. caſu. 2. Sed tu tene cũ Nauarr. ca. 27. nu. 68. in fine, qui cũ Caiet. verbo. Excom. c. 71. melius limitat. ſ. quod tũc erit excõmmunicatus, ſi cogat clericum ad tributum, quod nec à ſecularibus quidẽ exigere liceèt. Si autem Clericus tractat, cauſa negotiationis, debet tributum ſoluere. (Hiſpani: la Alcauola.)

40 *Clericus quã do dicatur negociator.*

QVare. Quæritur quando clericus dicetur negotiator, ad hoc vt ſoluere teneatur? Reſ. Primo. non dici negotiatorem, ſi vendat bona ſuorum reddituũ.) vel patrimonij, ut vltra Silu. ſup Ange. verbo Clericus. 9. §. 3. Duenas. Reg. 100. nume. 17. Bertach. de Gabellis. 7. par. in prin. q. 5. 6. ad. 7. & Ledeſ. 2. par. 4. q. 20. ar. 4. f. 305. tradit melius omnibus Nau. cap. 27. num. 128. Secundo. Non dicitur negotiator ſi vendat triticum, oleum, & cætera, quæ ſuperſunt ex prouiſione anni. Tertio. Nõ dicitur negociator, ſi rem quam emerat, meliori conſilio ductus vẽdat, ut aliam diuerſam, uel eiuſdẽ emat. Hæc & alia, vide in ſupra dictis, & alijs.

41 *De ſtatuto prohibente neceſſaria clericis.*

QVid, ſi laicus ſuperior. ſ. Rex, Dux, vel Gubernator ſtatutum faciat, vel præceptum prohibens, nę ſui ſubditi vendant triticum, vinum, &c. Clericis, &. ne molant, coquant &c. Reſpon. Talem eſſe excommunicatum. Silu. Exco. 9. §. 21. Caiet. c. 31. & 37. verb. excommunicatio. Nauar. c. 25. nu. 16.

42 *De imponentibus Siſam, &c.*

QVid, ſi Rectores populi, uel Executores imponunt Siſam carnis, uel vini Clericis, uel faciunt exigi ab eis? Reſ. Eſſe excõmunicatos à iure in cap. Quãquam de Cenſ. lib. 6. & tradit Caiet. & Nauar. Man. cap. 17. nume. 503. & alij multi.

43 *De tributo in bonũ publicum, &c.*

QVid, ſi tributum ordinatur in bonum publicum, quod æquè reſpicit

vtilita-

vtilitatem Clericorū,& Laicorum,ut ad reparationē murorum,fontium,Pontiū, vel ad emendum; uel cuſtodiendum à peſte populum? Reſp. Ad hoc,tam Eccleſiaſticos,quam ſæculares nobiles teneri. Ita probat communis vſus, qui Hiſpaniç ex.l.11.& 12.titu.3.lib.1. nouæ recō pil.ortū habet.Ratio eſt, Quia cū ſit op⁹ commune,& opus pium; clericus nō eſt
44 excēptus ab eo,iure Canonico. Quia Ratio naturalis limitat legem.Probat Duenas.Regul.100.nu. 17. & Didacus. Perez.l.1.tit.4.lib.1.Ordi.Nauar.c.17.nu. 203.& c.27.nu.115.Minchaca. controuerſarum frequentiū.c.5.nu.4.& c.16. nu.4.Paulus Caſtrēſ.Alciat. & alij quos refert, & ſequitur Doctor Barboſa. in l, Ad inſtructiones.C.de Sacroſa. Eccleſijs.

45 *Quid ſi clericus noluerit ſoluere.*

QVo viſo,quæritur.Quid ſi clericus in dictis caſibus noluerit ſoluere, an ſit compellendus; & per quem iudicem? Reſpondeo. Iudicem ſæcularem poſſe illum compellere, faciendo executionem in bonis tributo obligatis, non autem in perſona, ita Gregor. Lupus.in l. 51.Gloſ.3.titul.6.par.1.Nauar.ſupra.& alij.Sed melius,honorabilius, atque decentius, eſt vt per Eccleſiaſticum iudicē compellatur. Tenet Abb.in ca. Non minus.de immun.Eccleſ.in 6. Duenas. ſup. numero 16.in fine,& alij quos refert, & ſequitur Couar.lib.1.uar.cap.8.num.9.

SEXTVS CASVS.

Contra falſarios literarum.

EXcommunicamus, & anathematizamus omnes falſarios literarum Apoſtolicarum,etiam in forma breuis,ac ſupplicationum,gratiam, vel Iuſtitiam concernentium per Romanum Pontificem,vel S R E. Vicecancellarium,ſeu gerentis vices eorum, aut de mandato eiuſdem Romani Pontificis ſignatarum,necnon falſo fabricantes literas Apoſtolicas, etiam in forma breuis & etiam in falsò ſignantes ſupplicationes huiuſmodi,ſub nomine Romani Pontificis,ſeu Vicecancellarij, aut gerentiū vices prædictorum.

46 *Hęc clauſula differt ab illa antiqua.*

NOta Primo.In hac clauſula nō eſſe aliqua verba,quæ fuerunt poſita in Bulla Greg.XIII.videlicet illa: Extendentes conſtitutionem Fœl Rec.Innoc. Papæ.II.quæ incipit:Ad falſariorum.cū omnibus pœnis in ea contentis. Et illa: Seu mutantes ſupplicationes per nos ſeu de mandato noſtro ſignatas.Vt patet ex Nauarro.infra.quem.c.27. nu. 61.& c. 17.nu.169.Ang.Tabien.Armil.& alios verb.Falſarius. Abb.Fel. & alios in d.c. ad falſariorum. de crimine falſi.Bernar. Diaz.in practica.c.108.Greg.Lupū.l.6. tit.7.par.7.Didacū Perez.in l.22.tit 19. lib.8.ord.Ang.etiā excō.5.num. 1.Silu. eod.nu.7.& verbo Pęna.Caiet.c. 27. de excō.& Recōpilat.l.3.& 5.ti.17.li.8. & multos alios poteris uidere de hac materia.

47 *Quando punitur quis crimine falſi.*

EX quibus,maximè Armil.verbo. Falſarius.num.1.Nota.Secūdo. Quod ad hoc, ut quis poſſit puniri de crimine falſi,debēt tria reperiri: Primum mutatio veritatis. Secundum,Dolus.Tertium Iactura,quod probat ex Hoſtien. & alij Nauar.infra.

48 *De falſificante literas Papę.*

TErtio Nota.Quòd(licèt in Bulla nō dicatur)Abb.in c.Ad falſariorum de Crim.fal.dicit, quòd falſificans literas Papæ per ſe,vel per alium,eſt excommunicatus cum fautoribus.

49 *V: Extēdat ad falſantes ſupplicationes.*

IMò Quarto Nota. Quòd(ut ait Nauar.c.27.nu.62.) Hæc excōmunicatio non compræhendebat falſantes ſupplicationes à Papa ſignatas, quas ſignaturas dicimus.Quia (ait) tales ſignaturæ nō veniūt appellatione literarū Apoſtolicarū in materia odioſa; & ideo Greg. XIII.addit pęnas poſitas in ca.Ad falſariorū.de Crim.falſi.in quo cōprehendūtur.At cū in hac Bulla.S. D. N. Sixti V. nulla mētio,uel extenſio fiat dicti.capit. (ſub correctione) videtur illarum falſificantes, nō incidere in excommunicationē Bullæ;bene tamē,in pęnas.dicti.c.Ad falſariorum,& in excommunicationē in eo latam,nō reſeruatam Papæ.Vt notat. Caiet.verbo.Excommunicatio. cap. 27. quem refert,& ſequitur Nauar.ſupra.

50 *Differunt falſificans, & utens falſificatis.*

NOta Quinto. Quod eſt differentia inter falſificantes literas Apo-

ſtolicas, & inter utentes falſificatis ab a-
lijs, Quia falſificantes dictas literas om-
nes ſunt excommunicati per Bullã hanc
vtentes autẽ falſis, nõ omnes, ſed tãtùm
Laici, per d. tex. in c. Ad falſariorum, ut
tangit Nauar. c. 27. nu. 62. §. 4.

50 *De literis ſubreptitijs*

NOta Sexto, & tene menti (quia per hoc multi euitantur ſcrupuli,) quòd illi qui ſubreptitiè, vel obreptitiè literas impetrant Apoſtolicas: uel illis utuntur, nõ incidunt in hanc Bullæ excommunicationem, Quia non ſunt literæ falſæ, ut ait Nauar. ſupra, & in c. ad audientiam. 1. de reſcriptis.

51 *De falſante literas nũtij.*

NOta Septimo. Quòd licèt falſans literas Papę incurrat excommunicationem Bullæ; non tamen, incurrit eam falſans literas Nũtij Apoſtolici, Sacræ Pœnitẽtiarię, uel Epiſcopi. Imo nec aliã excõicationẽ non reſeruatam Papæ, contentam in ea. Ad falſariorum. de Crimine falſi, ut tradit Nauarrus. cap. 27. nume. 62. uerſiculo. Tertia.

52 *De falſante literas, quæ expirauerunt.*

NOta Octauo. Quod falſans literas Põtificis, quæ iam expirauerunt, ſi modo non reddat illas utiles intẽdatq; abuti illis non incurrit hanc exõicationẽ Ricar. 4. d. 18. Silu. uerbo excommunicatio. 7. §. 4. uel nu. 9.

53 *Quid ſi quis corrigeret aliquã literam, punctũ, uel comã, &c.*

NOta Nono Quòd quemadmodum in omni materia paruitas rei excuſat à peccato mortali, ut probat Nau. c. 11. num. 4. ex S. Tho. & alijs, ita hic, ſi quis corrigeret aliquam literam, uel pũctũ bono animo, dummodo idem remaneat ſenſus, quẽ Papa intendit, nõ eſt excommunicatus, ſecundum mitiorem, & benigniorẽ ſentẽtiã, quã tenet Ioan. Gerſon. 2. par. Alphab. 32. c. Quidam. ſ. 118. quẽ refert, & ſequitur Nauar. c. 27. num. 62. verſic. Sexta.

54 *Excommunicatio maior tantum pro peccato mortali*

COnfirmatur. Quia nulla incurritur maior excõmunicatio niſi ob peccatum mortale, ſecundum communem, & multa iura. 11. q. 3. At hic non inueni tur peccatũ mortale, Primo. Quia bono animo fecit. Secũdo, Quia nulli infert nocumentum, nec facit iniuſtitiam. Tertio, Quia remanet ſenſus quẽ Papa intẽdebat. Et licèt Hoſt. & Caiet. quos refert Nau. ſupra, Abb. Goffre. & alij, quos refert, & ſequitur Silu. ex com. 7. num. 8. & ſumma Confeſſ. lib. 3. tit. 33. q. 34. caſu. 10. teneant contrarium; dico eſſe intelligendos, quando talis correctio, etiam vnius puncti, ſenſum mutaret literarum.

SEPTIMVS CASVS.

Contra portãtes arma, &c.

EXcommunicamus, & anathematizamus, omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Chriſtiani nominis inimicos, uel hæreticos, per noſtras, ſiue huius ſanctæ Sedis ſententias expreſsè, & nominatim declaratos deferunt, ſeu tranſmittunt Equos, Arma, Ferrum filum ferri, Stamnum, Chalibem omniaque alia metallorum genera atque bellica inſtrumenta, lignamina, canapem, funes, tàm ex ipſo canape, quam alia quacunque materia, & ipſa materiã, aliaq; huiuſmodi, quibus Chriſtianos, & Chatolicos impugnant. Necnõ illos, qui per ſe, vel alios de rebus ſtatum Chriſtianę Reipub. concernentibus in Chriſtianorum perniciem, & dãnum ipſos Turcas, & Chriſtianæ Religionis inimicos, nec non hæreticos in dãnum Catholicę religionis certiores faciunt, illiſq; ad id auxiliũ. conſiliũ, uel fauorẽ quomodolibet praſtant. Non obſtantibus quibuſcũq; priuilegijs, quibuſuis pſonis, principibus Reſpublicis p nos, & ſedem prædictam hactenus conceſſis, de huiuſmodi prohibitione expreſſam mentionem non facientibus.

55 *Differẽtia cum alia Gregorij.*

PRimo Nota, In hac Bulla, uel clauſula Bullę quædã eſſe adiuncta verba quæ in alia Gregor. XIII. non erant, illa ſ. vel hæreticos: & illa, nec non hęreticos & illa: de huiuſmodi &c.

56 *Hęretici inimici nominis Chriſti.*

SEcundo Nota, Quod quamuis Nau. in Man. Latino Anno. 1575. ca. 27. nu. 62. in fi. & in hoc reformato. Anno. 1584. num. 63. diceret clauſulam Bullæ Gregor. XIII. non extendi ad hęreticos: quia (aiebat) nõ hoſtes Chriſtiani nominis ſunt, poſtea tamen in hac Bulla. S. D. N. Sixtus Papa V. tanquam inimicos tales nominis, ex communicauit.

Tertio

57 *Requiritur reuocatio expreſſa, &c.*

TErtio Nota. Ex hac clauſula, in fine quòd ad hoc, ut quis ratione aliſ cuius priuilegij, faciat contra hanc clauſulam, oportet, ut in dicto priuilegio fiat huius clauſulæ expreſſa reuocatio. ꝙ nõ requirebat Bulla Greg. XIII.

58 *Quid ſi defferret Aurum, uel Argentum, &c.*

QVarto Nota. Quod (licèt in Bulla non exprimatur ſpecialiter) incideret in hãc cenſuram, qui deferret Aurũ, uel Argẽtum in ipſa materia, uel in moneta ſigillata, & etiam fiſtulas, & tubas, &c. Quia omnia hæc bellica ſunt inſtrumenta, & maximè moneta, qua omnia mouentur, & gubernantur. Nauar. c. 27. nu. 63. §. 6. * Prohibitum eſt etiam Chriſtianis quaſcunque merces deferre apud Barbaras nationes, & infideles, non tantùm tempore belli, ſed etiam tẽpore induciarũ. Vt ex not. in l. Cotem. in princ. ff. de pub. & vectig. & l. 1. & 2. C. quæ res ex por. non poſ. & in l. pen. & fin. C. quæ res vena. non poſ. & in ca. Ita quorundam, & c. Significauit, & alijs de Iudæis, & Doctoribus ibidem. tradit Marquardus de Suſanis de iudęis. 1. par. c. 5. nu. 1. & 2. cum ſeq.

59 *Quid de uendẽtibus naues.*

QVinto Nota. Ex illo verbo: (Quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant,) quòd in hãc incideret cenſuram, qui nauem illis venderet uel triremem. ideſt galeram, uel accõmodaret, vel præſentaret, ſeu donaret. Ratio, eſt, Quia ſi prohibetur mittere ligna, quibus tales naues fiunt, multo melius uidentur prohibitæ ipſæmet fabricatæ naues? Vt ex ca. Ad liberandum. de iudæis, probat Nau. ſupra, & Armil. uerbo. Excom. c. 14. Silu. & alij.

60 *Quid ſi arma cõmutet.*

SExto Nota. Quòd licèt Roſella teneat illũ qui deferret Arma infidelibus, ut commutet pro alijs Armis, non incurrere hãc excommunicationem; cõtrarium eſt uerius, cum Silu. uerbo. Excom. 7. nu. 64. verſi. Et quarto.

61 *Quid de donis, miſſis, Principibus Turcis &c.*

SEptimo Nota. Quòd ſi quis mitteret aliquem præciosum gladium, uel pugionem, archabuſetũ (piſtoleto,) vel quid ſi mile Principi infideli, ut haberet eius gratiam, & amicitiam, non incideret in hanc Cenſuram, ratione paruæ quantitatis, ut diximus, ſupra caſu 6. §. 1. 9. & tradit Nauarr. cap. 27. nu. 63. verſi.

De exigente minimam Gabellã, &c.

Confirmatur Primo Quia qui minuta portoria, uel Pedagia, uel Gabellam exigit a clericis, nõ ideo incidit in excõmunicationem, ut probat Nauar. c. 27. num. Sup.

V Symoniacus dans rẽ minimã

Confirmatur Secundo. Quia non dicitur Symoniacus, qui dat rem modicã pro beneficio, ut habet. c. Et ſi quæſtiones de Simon. Ratio eſt, quia ad incurrẽdam hanc cenſuram, oportet, ut actus exterior ſit de ſe mortalis, & quod grauet in tali materia, ut tradit Nauar. in Extr. Greg. XIII. de datis pro gratia, & iuſtit. notab. 10.

62 *Quid ſi extra tẽpus guerrę mittat quis pannos &c.*

OCtauo Nota. Quòd deferens, uel, mittens, extra tempus guerræ pãnos ſubtiliſſimos lineos, uel laneos, ex quibus minimè uela fieri poſſunt; non incideret in excommunicationem, ut eum Caietano, tenet Armil. Excommunicatione. 14. & ex Abb. Inn. Goffre. tradit Siluest. Excõicatio. 7. nu. 63. Nau. c. 27. nu. 63. ver. Quarta, in fine. * Nota bene pro hac quæſtione, quod tribus cõcurrẽtibus poteſt Chriſtianus inuocare auxilium infidelium contra alios Chriſtianos. Primo, quòd non vigeat bellum actiuè, uel paſſiuè cum infidelibus. Secundo, dũ modo inuocans iuſtè offendat, uel defendat. Tertio, dummodo ſit neceſſitas ineuitabilis. ita Ioan. de Ana. & Fel. in cap. Ad liberandam. de iudæis. col. 11. uerſi. Vltimo vide. idẽ tenet Ioan. And. ibid. & Ant. Corſetus in tract. de poteſtate Regia. 4. par. princ. q. 83. Oldr. conſil. 71. & alij, quos refert, et ſequitur Marquardus de Iudæis. 1. par. cap. 6. nu. 3. Vbi etiam probat, ex. c. quid culpatur. 23. q. 1. & ca. Iulianus. 11. q. 3. & alijs, qualiter fideles poſſunt adiuuare infideles contra alios infideles, in bello iuſto.

63 *Quid ſi aliquid mittat pro captiuorũ redẽptione.*

NOno Nota. Quòd ſi quis tractans de Captiuorum redemptione, deferret arma, equos, uel ſimilia; ut illius fiat redemptio; uel quia non habet aliud precium: ſi fiat tẽpore belli, minime licet ut ex Innoc. Card. Ioan. And. & communi probat Silu. ſup. nume. 61. ℣ autem ſi fiat tẽpore pacis, factũ (air) nõ eſſe damnandũ, nec iudicãdum in hac cenſurã incidiſſe:

cid ſſe: ante factum vero non eſſe conſulendum, & ita intelligit Innocentius; & eſt intelligendus Nauat. in c. Ita quorundam, notab. 11. de Iudæis.

64 *Quid ſi portauit, ſed non uendidit.*

DEcimo Nor. Quòd ſi quis detulit equos, arma, vel ſimilia ad terras infidelium: Pęnitentia tamen ductus, retulit inuendita, non erit excommunicatus. Quia non fuit ſequutus effectus. Sed ſi iam vendita, iterum recuperauit, & ad Chriſtianos retulit; erit excōicatus. Quia iam ſequutus eſt effectus. Ita Ang. & Syl. verb. excom. 7. nu. 64.

Sed videtur obſtare tex. in ca. Si quis non dicam. de pęnit. d. 2. cū multis alijs. Vbi affectus punit, vt effectus. Sed Reſ. hoc procedere in foro exteriori, maxime ſæculari. In cenſuris autem incurrendis, non ſufficit animus, nec aliquis alius affectus verberandi, occidendi, &c. niſi ſequatur effectus vt patet clare in ca. Si quis ſuadente. 17. q. 4. Vbi manuum uiolenta requiritur iniectio. Naua. c. 27. nu. 65. verſic. 5. & uidebis infra, de irregularitate, ex homicidio.

65 *Quid ſi infideles arma habebāt ſuperflua.*

VNdecimo Nota, cum Nauarro, in c. Ita quorundam. de Iudæis notabili. 10. num. 4. illum qui detulit arma infidelibus, habentibus plura arma, quā quib. indigebant, incidere in dictam cenſuram, quamuis Tabiena, verbo. Excō. teneat contrarium.

66 *Quid ſi de una terra infidelium in alterā, &c.*

DVodecimo Nota. Quòd Chriſtiani transferentes Arma, Equos, & alia prohibita ex una terra Sarracenorum; in aliam Chriſtianorum, vel ſimilium, vel aliorum infidelium, non incidunt in hanc excommunicationem. Ange. verbo. Excom. nu. 11. Silu. Excom. 7. nu. 64.

67 *Quid ueniat nomine armorum.*

DEcimotertio Nota. Ex Angel. Silu. Caieta. Armil. ſupra, & Nauar. c. 27. nu. 63. ꝙ nomine Armorum in hac Bulla, veniunt tam offenſiua, quam defenſiua, ex quacunq; materia illa ſint, vt fuſtes, lapides pro machinis, & ſecus ſi pro ædificijs. Caiet. & Nauar. ſup. cultelli, autem, quib. cibi franguntur, & claui, non veniunt appellatione armorum, vel ferri, niſi in tanta eſſent quantitate, & tali tempore, vt putentur inde conflandos eſſe gladios. Ang. nu. 2, Sil. ſup. nu. 19. & tradit ex Abb. Tabien. excom. 6 nu. 2.

68 *De Chriſtianis gubernātib. naues infidelium, uel remigantib. contra Chriſtianos, quid ſit mortale uel non uel quando teneant, uel non &c.*

DEcimoquarto Nota. Quòd licèt Nauar. c. 27. num. 63. verſic. 7. loquatur ſine diſtinctione, de Chriſtianis captiuis, & remigantibus in Triremibus Turcarum contra Chriſtianos. ſ. ꝙ peccent mortaliter, & idem videatur tenere Sotus. lib. 7. de iuſt. & iure. q. 1. ar. 6. fol. 400. Ex Cordub. tamen, (qui hanc quaſtionē bene tractat in ſumma. q. 173.) & alijs, notanda ſunt ſequentia dicta.

PRimum, Chriſtiani remigantes, etiā ſponte, vel Regentes infidelium naues, contra alios infideles; nec peccant, nec excommunicantur, ſecundum Inn. quem refert Sil. ſupra, & Nauar. ſupra, quamuis ipſe Syl. verb. Excommunicatio. 7. nu. 64. cum Ant. de Butr. & Armil. excom. c. 14. contrarium teneant, quamuis ipſe Nau. nullum citet pro ſe.

SEcūdum. Si Chriſtianus remigat cōtra Chriſtianos, metu mortis, vel verberum, eo tempore quo non infertur commune damnum Claſſi, vel ciuitati Chriſtianorum; non uidetur peccare, ſaltem mortaliter, & conſequenter nec incurrere excommunicationē. Ratio, quia nullus tenetur ponere vitam ſuam corporalem euidenti periculo, vt ſaluet uitam aliorum particularem. Sed non remigans exponeret uitam, vt quotidie accidit amputare brachium, caput &c. ergo. Secundo. Quia ꝙ vnus, vel pauci omittant remigare, (quod facere, vel non facere eſt indifferens de ſe,) non euitatur damnum, qn̄ Mauri perſequuntur nauem Chriſtianorum, in Carranza Archiepiſcopus Toleta. in Epiſtola de hac quæſtione conſultus, & ſentit Sylu. ſup.

Quādo tenentur cum periculo vitæ.

Tertio. Cum uerò remigans ſciret, quòd ſi omitteret remigationem, induceret alios ſocios Chriſtianos: impediretur malum commune, quod Bello nauali inferretur Chriſtianorum Claſſi vel Arci neceſſariæ, ad litus Maris adiacenti, tunc tenetur, etiam cum periculo propriæ vitæ impedire, non remigando, Quia ordine charitatis, vt ait. S. Thom. 22. q. 25. ar. 4. bonum commune anteponi debet particulari, & in hoc caſu intellige Nauar. ſupra, cum dicit, non excuſari a mortali.

Quarto,

Quarto, quia remigans, vel Triremes gubernans, licèt mortaliter peccet contrarius naturæ; nõ tamen, videtur incurrere excommunicationem, quæ fundatur ſupra præceptum poſitiuum obedientiç, vt probat Nauar. c. 27. nu. 63. verſi. Septima: & alij. Primo quia præcepta humana non obligant cum tanto periculo vt colligitur ex Soto. li. 5. de iuſtit. & iure. q. 1. art. 6. vide Angel. Silu. Tabien. & Armil. uerbo. Prçceptum: Secundo, quia ſtat aliquando, eſſe peccatum mort. contra ius naturæ, nec incurri excommunicationem latam pro eo peccato, vt probat Nauar. cap. 27. nu. 65. §. 4. & nu. 84.

Aliquãdo peccatur mor. & non incurritur exc. illi annexa.

69 *Clericus quando põt occidi abſq; cenſura.*

Vbi habes qualiter maritus poteſt occidere clericum iunctum turpiter cũ vxore, matre, filia, vel ſorore, abſq; vlla excommunicatione; licèt non ſine mortali peccato. De quo tractat bene (vltra omnes) Tabien. Excõmunic. 5. nu. 31. * Et denegantibus nomen Chriſti timore, vide Canonem. 61. SS. Apoſtol. Si quis (inquit) clericus per metum humanum, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici negauerit, ſi quidem nomẽ Chriſti, ab eccleſia reijcitor. Si verò nomen clerici, deponitor, pœnitentia tamen ductus, vt laicus receptor.

OCTAVVS CASVS.

Contra prohibẽtes victualia &c.

EXcommunicamus, & anathematizamus omnes, impedientes, ſeu inuadentes eos, qui victualia, ſeu alia, ad vſum Romanæ curiæ neceſſaria, adducunt, vel ne afferantur prohibent, impediunt, ſeu perturbant, ſeu hæc facientes defendunt per ſe, vel alios cuiuſcunque fuerint ordinis, præminentiæ, conditionis, & ſtatus, etiamſi Pontificali, ſeu Regali, aut alia quauis Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate.

Differt hęc ab alia Gregorij.

PRimo Nota. In hac clauſula, aliqua ſublata eſſe verba, quæ poſita fuerant in Bulla Greg. XIII. videlicet poſt verbum illud: ſeu perturbant; erant hæc verba, (vel pro eis aliquid exigunt, aut ſoluere faciunt.) ❡ Ex quo ſequitur, talia mercimonia, ſeu prouiſiones portãtes, poſſe cogi ad ſoluenda Pedagia, & alia onera, quæ ſoluuntur ab alijs iter agentibus.

71 *De impedientib. ne uinũ, triticũ, &c. extrahat, &c.*

SEcundo Nota. Quòd Princeps quilibet poteſt prohibere, & appoſitis pœnis interdicere, ne quis extraha triticum, vinum, vel alia neceſſaria, ex ſua Prouincia, ad portandum, etiam in Romanam Curiam, Quia omni iure, tenetur prouidere ſuæ Prouinciæ neceſſitatibus, antequam conſentiat talia extrahi, ne contingat ſibi illud, quod legitur in Euangel. Ne forte non ſufficiat nobis & vobis. Et in hoc caſu, nullam incurret Cenſuram; imo prudenter facit id, ad quod tenetur. Ang. Syln. & alij, maxime Caiet. Excom. c. 19. Armil. c. 15. Nauar. ca. 27. num. 64.

72 *Quid ſi Romæ eſſet peſtis &c.*

TErtio Nota, quòd quemadmodum quilibet Princeps, maiori vinculo tenetur conſeruare Prouinciam ſuam ſanam, & ab omni labe peſtis, vel alterius mali contagioſi puram, & incontaminatam, quam prouidere de neceſſario victu, ita ſi Romæ peſte graſſante, prohiberet, atque interdiceret ſuis adire Romam tali tempore, & occaſione, non incurreret hanc cenſuram, Caiet. Armilla, & Nauar. ſupra, & alij.

73 *De qbus mercib⁹ intelligatur.*

QVarto Nota, Hanc excommunicationem incurrere non tantum illum, qui prohibet ne defferatur frumentum, Vinum. Oleum, animalia viua, & mortua, ſed etiã qui prohibet alias merces. ſ. fructus, linum, ligna, papyrum &c. Quia omnia comprehenduntur illis verbis: ſeu alia ad vſum Curiæ neceſſaria.

74 *Quid ſi mitterẽtur talia in domum alicui.*

❡ Ex quo infertur. Quinto. Illum qui officio aſſaſſini vtens, vel propter particularem inimicitiam, impetere aliquem differentem aliquid ſupradictorum alicui particulari perſonæ, ratione emptionis. vel donationis non eſſe excommunicatum. Quia illi non erant ad vſum Curiæ, ſed priuatæ perſonç.

75 *Quid de capientibus pecuniam tãtum?*

SExto Nota. Non incurrere dictam cenſuram, qui expoliaret aliquem pecunijs tantùm, vt ſoluit quidam Doctor Salmant.

NONVS CASVS.

Contra interficientes uenientes Romam &c.

EXcommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apoſtolicam uenientes, & recedentes ab eadem, ſua vel aliorum opera interficiũt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent: nec non illos omnes qui iuriſdictionem, ordinariam uel delegatam a nobis uel noſtris iudicibus non habentes illam ſibi temere uendicantes, ſimilia contra morantes in eadem curia audent perpetrare.

Differentia inter hãc clauſulã & Gregorianam.

76 PRimo Nota. Magnam differentiam eſſe, inter hãc clauſulam, & latam à Gregor. XIII. in eadem Bulla. In illa enim, hæc clauſula, in duos caſus diuiſa erat. Secundus incipit ibi. Nec non illos, vt videre eſt apud Nauarr. capit. 27. nu. 65. & 66. Item in illa excommunicabantur interficientes, & mutilãtes, vel vulnerãtes ex propoſito, in hac aũt, illud verbum, ex propoſito, ſublatum fuit, & ita maiorem generalitatem includit. Item in illa excommunicabantur conſilium, auxilium, vel fauorẽ dantes ad talia: in hac autem, tantùm excommunicantur qui ſua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant &c.

Item, in illa excommunicabantur interficientes, vel mutilãtes morãtes, apud Sedem Apoſtolicam. In hac autem, tantùm euntes ad eandem. Item in illa excommunicabãtur interficientes, vel mutilantes Romipetas, ſeu peregrinos ad Vrbem deuotionis cauſa venientes. In hac autem, nulla peregrinorum fit mentio, ſed ſub vna generalitate. ſ. (omnes illos) omnes comprehenduntur.

De qb' hęc clauſula intelligat.

77 EX quibus omnibus. Nota Secundo. Quod licèt ſecundum Nauarr. capitul. 27. numer. 65. per Bullam Grego. XIII. tantũ includebantur peregrini qui deuotionis cauſas, & nõ alias Romã pergebant, quia ſic erat expreſſum ibi: nũc tamen omnes quotquot veniunt, quacũque cãuſa ad Sedẽ Apoſtolicã recurrant, eſſe intelligẽdos iudico; cum nulla particularitas in hac Bulla inueniatur, ſed generaliter loquatur; omnes venientes, & recedentes.

Quid ſi ſedes Apoſtolica non eſſet Romæ.

NOta Tertio. Pro tempore illo, quo dicebatur in Bullã; de peregrinis ad Sedem Apoſtolicam deuotionis cauſa venientibus: Et quia forſan eadem met verba adiuncta etiã alio tempore, quòd talis limitatio peregrinationis Romæ, eſt intelligenda, etiamſi Sedes Apoſtolica tunc non adeſſet Romæ, vt tradit Caiet. in ſumma. verbo. excommunicatio. cap. 13. & 14. Nauar. ſupra. 78

Olim intelligebãtur Templarij, et cæt.

NOta Quarto. Quòd tempore antiquo, cùm vigebant religioſi dicti Templarij extendebatur hæc clauſula ad peregrinantes Hieruſalem. Caiet. ſupra. 79

Quid ſi occidat peregrinus Romæ habitans?

QVinto Nota. Quòd licèt Caiet. dicat, quòd vulnerans, vel occidẽs peregrinum, dum moratur Romæ non incideret in hanc cenſuram, quia (ait) non eſt in vſu; contrarium tamen mihi uideretur dicendum, cum eſſet expreſſum in Bulla; vt erat in illa Grego. XIII. ibi: vel apud eã morantes, vt videre poteris apud Nauar. c. 27. nu. 65. & eſt etiam in hac Bulla clauſula ſequenti. 80

V. Sit neceſſariũ odiũ religionis ad hanc cẽſurã?

SExto Nota, Quòd ad incurrendam hanc cenſuram, nõ eſt neceſſe; quòd talis verberatio, detentio, uel mors inferatur tali, in odium Chriſtianæ Religionis, Papæ, vel peregrinationis, ſed ſatis eſt, quòd habitu, colloquio, vel per aliã uiam agnoſcat peregrinum, vel Romipetam eſſe. Quia Bulla indiſtincte loquitur, & ſic eſt intelligenda. 81

Quid ſi peregrinus Romæ, uel extra delinquat.

SEptimo Nota. In cõtrario caſu. Quòd ſi quis peregrinus, vel alius Romipeta, dũ iter agit, vel eſt Romæ, delinquat uel aliquem percutiat, vel in aliquo offendat, poterit à Iudice incarcerari, & puniri, vel à quocunque particulari detineri, caſtigari, & repercuti, & etiam occidi, abſque hoc, quòd incurratur hæc Cenſura; Quia tunc non detinetur, punitur, vel occiditur, ut peregrinus, uel Romipeta, ſed vt delinquens, & malefactor. 82

Curia Romana V. ſit ſemp. ubi Papa.

OCtauo Nota. Pro hac, & ſimilibus Clauſulis, vbi de Sede Apoſto- 83

lica

lica agitur, quòd Curia Papæ, & Sedes Apoſtolica, non ſemper fuit Romæ, vt tradit Romanus ſing. 154. Et nūc aliquā do curia nō eſt vbi eſt Papa. text. in Cle. Vt Roma §. Sanè. de Electione, & nihilo minus & dicitur Sedes Apoſtolica: Primo, vbi eſt Curia. Secundo, Vbi eſt Papa, etiam ſine Curia. Nau. in Extrauag. de literis gratiæ, & iuſtitiæ notab. 17. numero 26.

DECIMVS CASVS.

Contra interſicientes Romipetas &c.

EXcommunicamus, & anathematizamus omnes interſicientes mutilantes, uulnerātes, detinētes, capientes, ſeu deprædantes Romipetas, ſeu peregrinos ad Vrbem cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipſa recedentes, & in his dantes auxilium, vel fauorem.

Excōm. fauorē, conſiliū, uel auxiliū dāt.

84 NOta. Quod omnia, quæ pertinent ad declarationem huius clauſulæ reperies notata ſupra caſu. 9 excepto, quòd in dicto caſu. 9. Vbi abſolutè fit mētio generalis de omni genere perſonarum Romā venientium, nō excommunicantur auxilium, conſilium, vel fauorē dantes in occiſione, mutilatione, vel detentione earundē perſonarum. In hac autē clauſula, vbi particulariter de peregrinis agitur, excommunicantur etiam auxilium, conſilium, vel fauorem dantes.

VNDECIMVS CASVS.

Contra interſicientes, &c. Cardinal. et cat.

EXcommunicamus, & anathematizamus, omnes, interſicientes mutilantes, percutientes capientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtiliter inſequentes, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sediſque Apoſtolicæ Legatos, vel Nūcios, aut eos à ſuis Diœceſibus, territorijs, terris, ſeu dominijs eijcientes. Nec non ea mandantes, vel rata habentes, ſeu præſtantes eis auxilium, conſilium vel fauorem.

Excom. hac antiqua.

NOta Primò. Hanc cenſuram, olim antiquiſſimo iure. c. Si quis ſuadē te. 17. q. 4. fuiſſe latam cōtra non ſolum interficientes, ſed etiā tangentes quemcunque Eccleſiaſticum, etiā prima tonſura tantùm inſignitum. Quæ cenſura, etiam de tangentibus quemcunque Religioſum, etiam nouitium, intelligenda eſt, vt notat Angel. Silueſ. Caiet. Tabiē. Armil. & omnes. Nauar. Sot. & Couarr. (vt dicetur.) Cuius excommunicationis abſolutio, in graui percuſſione, Papæ reſeruatur. 85

SEcundo Nota, Quòd hæc excommunicatio, quæ hodie eſt Bullæ Cœnæ, fuit olim etiam lata, & Canonico iuri inſerta, in c. Fœlicis. de Pœnis. lib. 6. Notat Armil. ſupra & Nauar. cap. 27. num. 67. 86

Ad quos extēdatur.

Ex quo ea. & ex Conſtitutione Pij V. edita. Anno 1569. 14. Calēd. Ianuar. Pōtif. ſui Anno Quarto. Nota Tertio, Quòd licèt in hac clauſula, tantùm fiat mētio de Cardinalibus, Archepiſc. Epiſco. & c. extēdenda eſt tn̄ ad percutiētes, vulnerantes & c. Clericos, vel religioſos familiæ Cardinalium, vt notat Armil. verbo. Excommunicatio. c. 2. & Fœlicianus Epiſcopus Scalēſis in ſuo Inchirid. in explicatione huius. c.

Pœnę alia cōtra eoſdem.

QVarto Nota, Quòd omnes, talia perpetrantes, non ſolum incurrunt excommunicationem Bullæ Papæ, reſeruatam, ſed incurrunt alias grauiſſimas pęnas in d. c. Fœlicis, contentas. Nau. c. 27. nu. 67. Armil. & alijs ſupra. 87

An intelligantur de Epiſcopo electo tantum?

NOta Quinto. Quo ad verbū; Epiſcopū, quòd ſi quis occiderit & c. Epiſcopum electū tantum, & non Conſecratum (licèt incurreret multas alias cenſuras Papæ reſeruatas & pœnas) non incurreret hanc Bullæ Cœnæ Excōmunicationem: & ſi iam miſſus fuiſſet in poſſeſſionem per Glo. in Cle. Dignū. de celeb. Miſſ. & per multa citata à Fely. in c. Eā te. de reſcript. Silu. Excōmunicatio 7. Caiet. Excommunicatio. c. 13. Armil. c. 2. Felicianus ſupra. Bald. in l. Synodū. C. de Furt. Gl. in Clem. vnica. de foro cōpe. Selua. de benefi. 1. par. q. 3. num. 3 t. Nauarr. c. 27. nu. 67. verſi. 8. quem vide. 88

Sexto

In dantibus conſilia etc. qualiter requiratur effectus.

89 SExto Nota. Ad ultima verba clauſulę. ſ. (dantes auxilium, cõſilium, &c.) quòd talia facientes non incurrunt dictam cenſuram, niſi ſequatur occiſionis, verberationis, &c. effectus, vt ex text. in d. c. Fęlicis. notat Armil. ſup. Quod etiã (ait) procedere in mandante talia fieri; vno caſu tantum excepto, poſito, in cap. Pro humani. de Homic. in 6. ſ. quando quis mandat chriſtianum per aſſaſſinos occidi. Quia tunc, etiam ſi non ſequatur effectus, erit excommunicatus, per dict. text.

DVODECIMVS CASVS.

Contra occidentes uenientes Romã, &c.

EXcommunicamus, & anathematizamus, omnes illos, qui per ſe, vel per alios, perſonas Eccleſiaſticas quaſcunque, vel ſęculares ad Romanam Curiam ſuper eorum cauſis, & negotijs recurrentes, ac illa in eadem Curia proſequentes, aut procurantes, negotiorumque geſtores, aduocatos procuratores, & agentes ſeu etiam auditores, uel iudices ſuper dictis cauſis, uel negotijs deputatos, occaſione cauſarum uel negotiorum huiuſmodi occidunt, ſeu quoquomodo percutiunt, bonis ſpoliant, ſeu qui per ſe, uel per alios directè, uel indirectè delicta huiuſmodi committere, exequi, uel procurare, aut in eiſdem conſilium, auxilium, uel fauorem pręſtare non uerentur, cuiuſcunque praeminentię, & dignitatis fuerint.

Hac clauſula differt ab alia.

90 PRimo Nota. In Bulla Gregor. XIII. hanc cluſulam, & ſequentem. ſ. 13. eſſe vnam tantum vt videbis, in ipſa, & Nauar. c. 27. num. 68. & D. Fœliciano Epiſcopo Scalẽſi. ĩ ſuo Inchirid. & alijs.

Quid ſi tantum iniuriauerit, &c.

91 SEcundo Nota. Quòd licet quis, quãcunque dictarum perſonarum iniuriauerit verbo, ſcripto, vel verè, vel falſo infamauerit; vel coram alijs detraxerit, nullam cenſuram incurret, quia hic tantum dicitur, occidunt, percutiunt, & bonis ſpoliant.

Quid ſi aliqua cauſa occiderit.

92 TErtio Nota. Quòd ſi quis, aliquam dictarum perſonarum Zelotipiæ, ludi, alteriuſue litis, vel negotij occaſione occiderit, percuſſerit, vel ſpoliauerit, non incurret excommunicationẽ, quia dicitur in Bulla: occaſione cauſarũ, uel negotiorum huiuſmodi.

Quid ſi tantum ſurriperet ſibi debita occulte tamen?

93 QVarto Nota. Quod (meo iudicio) ille qui, à quacunque dictarũ perſonarum clam ſurriperet bona, & quia caret probatione, fauore, vel pecunijs, non poteſt contra diuitem, fraudulentum, vel nimis cauilloſum litigare, non incurreret hanc excommunicationem, eum ſpoliando ſecreto, & ſine ſcandalo: quia concurrentibus quatuor, vnuſquiſque poteſt clam accipere, quod ſibi debetur; Primo: Quòd verè, & realiter ſit ſibi debitum. Secundo. Quòd non accipiat vltra id quod ſibi debetur. Tertio. Quòd tale debitum ſit certum, & liquidatum. Quarto. Quòd tale debitum alio modo recuperari non poſſit, De quo vide Caiet. 2. 2. q. 66. art. 3. & 5. Sot. de iuſt. & iure. lib. 5. q. 3. art. 5. Silu. verb. Furtum. q. 12. & 13. & verbo. Bellum. 1. q. 9. Bellũ. 2. q. 8. Ioan. a Med. de Reſtit. q. 3. cauſa. 12. Alex. Alenſ. 4. par. q. 85. nu. 3. art. 1. Nau. c. 17. nu. 112. & 113. Communis, quam refert, & ſequitur Cord. in ſum. q. 115. artic. 2. Cùm ergo nullus incurrat excommunicationem maiorem, niſi ob mortale, vt optimè, ex multis iurib. probat Nau. c. 29. num. 9. & hic non ſit tale peccatum, ſequitur talem cenſuram nõ incurri.

Quatuor concurrentib. põt accipere quod ſibi debetur.

DECIMVSTERTIVS CASVS.

Contra impedientes, uel detinentes caſtigãtes, & interficientes, &c. uenientes, &c.

EXcommunicamus, & anathematizamus, omnes tam Eccleſiaſticos, quam ſaeculares, cuiuſcunque dignitatis, qui praetexentes friuolam quandam appellationem a grauamine, vel futura executione literarum Apoſtolicarum, etiam in forma Breuis, tam gratiam quam iuſtitiam continentium, nec non citationum, inhibitionum, ſequeſtrorum, monitoriorum, proceſſuum exequutorialiũ, & aliorum decretorum a nobis, & a Sede praedicta ſeu Legatis, Nuntijs, Praeſidentibus Camera Apoſtolica, Auditoribus,

bus, Commiſſarijs, alijſque iudicibus, & delegatis Apoſtolicis emanatorum, & quæ pro tẽpore emanauerint, aut alias ad curias ſæculares, & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea inſtante etiam Fiſci Procuratore, vel Aduocato appellationes huiuſmodi admitti, ac literas, citationes inhibitiones, ſequeſtra, monitoria & alia prædicta capi, & retineri faciunt, quiuè illa ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, & conſenſu vel examine, exequutioni demandari aut ne tabelliones, & notarij ſuper huiuſmodi literarum proceſſuum executione inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta, parti, cuius intereſt, tradere debeãt, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes ſeu eorum agentes, notarios, executores, & ſubexecutores literarum, citationũ, monitoriorum, & aliorum prædictorũ, capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex ciuitatibus, locis, & Regnis eijciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt concutiũt, & comminantur per ſe, uel alium ſeu alios publicè, uel occultè, quiuè alias quibuſcunque perſonis in genere, uel in ſpecie, ne pro quibuſuis eorum negotijs proſequendis ſeu gratijs, vel literis impetrandis ad Roman. Curiam accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas, vel literas a dicta Sede impetrent, ſeu impetratis utantur, directè, uel indirectè prohibere ſtatuere, ſeu mandare, uel eas apud ſe, aut notarios, ſeu tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præſumunt.

94 *Amplior hæc clauſula.* PRimo Nota. Vt colligitur ex Nau. c. 27. nu. 68. verſic. 5. quòd hæc clauſula, (quæ conformis eſt illi, Gregor. XIII.) amplior eſt alia antiqua, explicata ab ipſo Nauarro.

95 *De quibus intelligatur?* SEcundo Nota Quòd hæc clauſula comprehendit omnes talia impedimenta inferẽtes auctoritate propria, vel Iudicis Eccleſiaſtici, vel ſæcularis. Nau. probat ſupra, quem vide.

96 *An de mandãte?* TErtio Nota. (meo iudicio) hanc Cenſuram nõ incurrere mãdãtes, quia non hr̃ hic, qñ. n. Papa vult extendere ad mandantem, ſolet explicare.

QVarto Nota. Secundum communẽ, quam refert, & ſequitur Nauar. c. 27. num. 83. quòd non incurreret hanc Cenſuram, nec aliam iudex deprehendens noctu ignotum Clericum cum habitu ſæculari.

DECIMVSQVARTVS Caſus.

EXcommunicamus, & anathematizamus, omnes et ſingulos, qui per ſe, vel alios auctoritate propria, ac de facto, quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apoſtolicarum prætextu, beneficiales, & decimarum, ac alias cauſas ſpirituales annexas ab auditoribus, & Commiſſarijs noſtris, alijſque Iudicibus Eccleſiaſticis auocant, illarumuè curſum, & audientiam, ac perſonas, capitula, Conuentus, Collegia, cauſas ipſas proſequi volentes impediunt, ac ſe de illarum cognitione, tanquam iudices interponunt. Quique partes actrices, quæ illas committi fecerunt, faciunt ad reuocandum, et reuocari faciendum, citationes vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & faciendum, vel conſentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à Cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolui per ſtatutum, vel aliàs compellũt, vel executionem literarum Apoſtolicarum ſeu executorialium proceſſuum, ac decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id fauorem, conſilium, aut aſſenſum præſtant, etiã prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum præenſionum: ſeu etiam donec ipſi ad nos informandos, vt dicunt ſupplicauerint, aut ſupplicari fecerint niſi ſupplicationes huiſmodi corã nobis, & Sede Apoſtolica legitimè proſequãtur, etiam ſi talia committentes fuerint Præſidentes Cancellariarum, Conſiliorum, Parlamentorum, Cancellarij, Vice cancellarij, Conſiliarij ordinarij, vel extraordinarij, quorumcunque Principum ſæcularũ, etiamſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignita- *Contra impediẽtes executionẽ literarũ &c.*

gnitate, aut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Commendatarij, ſeu Vicarij fu:rint.

98 *Multa conſideranda, &c.*

MVlta quidem ſunt, circa præſentem grauiſſimam, atque controuerſijs pleniſſimam clauſulam, conſideranda; quæ magis indigebant Pontificis Max. deciſione, quàm hominum, etiam doctiſſimorum interpretatione, vel declaratione. Dicam, & Ego (ſub correctione S. Matris Eccleſiæ,) quid illi in negotio tã arduo ſenſerint: & quid Ego ſentiam.

99 *Idem ſẽſus qui in Bulla Gregor.*

NOta Primo. Quòd licèt in verborum cõtextura, hęc clauſula multo differentior videatur illa Greg. XIII. quam ponit Nauar. c. 27. nu. 69. idem tamen ſenſus atque intẽtio eſt vtriuſque.

100 *Nauarrus pauca de hac clauſula.*

SEcũdo Nota, Qualiter Nauar. ſupra clauſulam hanc ita difficilẽ, & intricatam, ſic intactam, atque omni explicatione deſtitutam reliquit, vt ne verbũ quidem fecerit in Mannuali reformato, & adiuncto. Anno 1584. licèt in alio Latino edito Anno 1575. aliqua dixerit circa hanc clauſulam latam à Grego. XIII. de quo pauca agit. nu. 70. verſi. 2.

101 *Mos Hiſpaniæ, & Galliæ circa Apoſtolicas.*

TErtio Nota. Morem fuiſſe, & eſſe apud Regni Hiſpaniæ, Galliæ, atque Germaniæ Cãcellarias, Bullas Apoſtolicas, maximè circa beneficia, & citationes, detinere. Omnibus patet, & tradit Didacus Perez, magiſter meus, in l. 2. tit. 6. lib. 1. Ordin. vbi multa congerit. Nauar. c. 27. nu. 70.

102 *V. Detinentes, &c. ſint excõicati?*

MAximum debitũ vertitur, (& merito) his temporibus, V. Tales Iudices, Cancellariarum Auditores, vel ipſi Reges, & Principes, quorum auctoritate dictæ Bullæ detinentur, ſint excommunicati per hanc clauſulam, quæ tam clarè loquitur? Pro parte affirmatiua videtur? quòd ſic, quia Bulla expreſsè hoc prohibet, nulla excepta perſona.

Cõc. tri. hortat Principes.

Item facit, quia Concil. Triden. ſeſſ. 25. ca. 20. id expreſsè hortatur Reges, & Principes, ne permittant Eccleſiaſticos à iudicibus ſæcularibus in aliquo offendi, vel grauari. Nauar. ſupra.

Pro negatiua facit, quia nullus Iudex Eccleſiaſticus habet illos, vt excommunicatos, imo nec ipſe Beatiſſimus Papa, nec vllus alius euitat illos, &c.

Doctorũ ſentẽtia iuriſtarum.

Doctores, tàm vtriuſque iuris, quam Theologi, tàm antiqui, quàm moderni Regibus, Principibus, eorumque officialibus videntur fauere. Rebuffus enim in praxi benef. tertia. par. ſignaturæ. verbo. Necnon enim 12. & 36. Didacus Perez. in l. 9. titul. primo. libr. ſecundo. & l. 6. titul. 13. libr. ſexto. & l. ſecunda. titul. ſecundo. libr. ſeptimo. & l. 18. tit. tertio. libr. primo. Ordin. Couarr. lib. Practicarum. capitul. primo. nume. primo. & 7. & 35. in fin. optimè. capit. 36. numero 9. & 13. & in regula. Peccatum. in principio. nume. primo. & lib. ſecundo. Variarũ. cap. 8. nu. 1. Montaluus in Repertorio ordinamenti; verb. Lex. in fi. Guliel. Bened. in c. Raynucius. de Teſta. verbo. Vxorẽ. nomine Adelaſiã. fol. 82. Dueñas Regula. 262. limit. 3. Gre. Lopez. ĩ l. 13. ti. 13. partita. 2. & l. 9. gl. 1. ti. 15. par. 1. Palac. Rubeus in rubrica de Donat. inter virũ, & vxorẽ, nu. 24. Auendano lib. 1. de Exequẽdis mand. ca. 1. nu. 7. & 32. & lib. 2. cap. 6. dicunt Reges, tanquam boni communis gubernatores, Reipublicæque tutores, ac defenſores poſſe, quoad bonũ ſtatum, & gubernationem Regni expedit, repellere vim vi, etiã manu armata, remouere omnia impedimẽta, quibus pax, tranquillitas, & bona Regni gubernatio poteſt perturbari; etiam ſi contra proprium patrem fuerit, & etiam ſi in aliquo contrariatur voluntati Pontificiæ.

Officiũ boni Prĩcipis.

Doctor. Theologi. & mix.

Cum ſupra dicta Iuriſtarũ cõcluſione cõcordat numeroſa Theologorum multitudo, & etiam illorum qui tam Theologica, quàm Pontificia floruerunt facultate, in quibus primũ vide Couarr. qui in libros Practicarũ. c. 35. aliquot enumerat huius ſententiæ Cardinales, ſcilicet, Iacobatiũ, lib. 8. de Concilio ar. 3. remedio. 6. & ar. 12. Turre Crẽ. lib. 2. Summę Eccleſię. c. 102. ar. 3. 4. & 5. & c. 106. Caiet. in opuſ. de autoritate Papæ. c. 27. ad Secundam rationem, & in 2. 2. Th. q. 39. ar. 2. ad 2. & q. 69. art. 4. tradit

Victo.

Victo. in relectione de Poteſtate Eccleſiæ.numero 14.folio 14.folio 86. & releɛt.de Poteſtate Papæ, & Cõc.propoſitione 22.nu.12.& 22.vbi Caietanũ citat & Syl Corduba. In Sum.q.24.Fauet Dominicus Sot.de Tegẽdo ſecreto,mẽbro. 2.q.5.Nau.in c.Nouit. de iudicijs.not. 3.nu.16.& Corol.17 & in c.Cùm contingat:de reſcript.remedio.1.idẽ Corduba.lib. 4. de poteſtate Papæ. quæſtio.7. vbi ſe refert ad quæſtio. 10.diſtinctio.3. in qua citat alios plures Theol. ſcilicet. Palud.de Poteſta. Papæ. Sylueſt. verbo. Papa.quæſtio.4.& 15.Gerſon.Alphabeto.4.litera D. & Alphabeto.6.litera N. & Alph.9.capit.Driedon.lib.2.de Libertate Chriſtiana.c.2.

103 *Iudex ſæcularis aliquando ſe intromittit in cã Eccleſiaſtica.*

SEcundo.Accedit ad hoc,Quia aliquãdo iudex ſæcularis poteſt ſe intromittere in cauſa Eccleſiaſtica, etiam matrimonij, quando quæſtio eſt de facto, & non de iure; vt probat Couarr. lib. Practicarum. & in lib.4.de ſpon.2.par. c.8.§.12.nu.13. Dueñas. Regula.192. ampliatione ſecunda.

104 *Qñ põt clericus occidi, &c.*

TErtio facit,Quia quilibet in ſui defenſionem poteſt clericum, ac ẽt Epiſcopum percutere, vt probant omnes,maxime Nauar.c.27.nu.82.

Intentũ Regis Hiſpaniarum. *Extranei non admittũtur ĩ Hiſpania ad beneficia & quare.*

Conſueuerunt Hiſpaniarum Reges, corumvè Regalis Prætorij Auditores conſiderare; atq; prohibere ſequentia. Primum, ne Extranei & de Regno Aragonũ ad beneficia, ſeu publica Caſtellæ officia admittãtur, vt tradit Couàrr.lib. Practicarũ.cap.35.nu.5.Dueñas in regula.162. ampliatione.2. & Reg.202. Greg.Lopez.l.3.ti.15.partita.1. Et hoc multis,magniſq; rõnibus. Primo. Quia extraneus nõ reſidebit pſonaliter,vt ſæpe viſũ fuit. Secũdo.Quia alienos,corruptos, periculoſos, vel parũ aptos mores nitunt̃ in Hiſpania introducere,& periculũ eſt,ne forte eligat̃ aliqs Hæreſi infectus,in pernitiem totius Hiſpaniæ.

105 *In Hiſpania Doctores cõ plures, poſt Cõc.*

TErtio. Quia in Hiſpania maximè poſt Sanctũ Cõc.Tri.cõplures reperiunt̃ iuris vtriuſq; ac Sacræ Theol. Doctores excellẽtiſſimi, ac nobiliſſimi, quibus fieret iniuria extraneos admittẽdo,filioſq; pane priuãdo.Quarto.Quia cũ vltima teſtatorum uoluntas omnino ſit adimplenda,vt in c.Vltima volũtas.13.quæſtio.2.& ex redditibus,& l.gatis Hiſpanorum fundata ſint beneficia,fraudarentur fundatores ultima voluntate,hæredeſque hæreditate, ſi bona illa à naturalibus ad exteros transferrentur.

Trid Volũtas teſtatoris adimplẽda Beneficia ex quibus fundata.

106 His,& alijs compluribus rationibus, Hiſpaniarum Reges,naturali iure,tanq̃ Regni protectores tutatores, ac defenſores nõ debẽt diſpẽſare, vt un⁹ aut alter extraneus admittat̃ ſine vrgentiſſima cauſa,& diuturna ꝓbatione. In quo caſu iuſtũ,æquumq;,erit vt Beatiſ.Pont. Maximus,cũ lõgè diſtet ab Hiſpania,& aliis, atq; alijs totius Orbis negotijs ſit occupatus;cũ Hiſpaniarũ Regibus conferãt conueniat nè Extraneum aliquem Hiſpaniæ Eccleſiis præponere. Præſertim,cũ ob priuilegia,longa cõſuetudine præſcripta, intelligãt Hiſpaniarum Sapientes ,non eſſe ſuæ Sanctitatis mentem,huic mori in Hiſpania neceſſario, & recepriſſimo,velle derogare.

107 *Rationes pro Hiſpaniarum Regib.*

PAtet Primo. Nullus totius Orbis Regem Philippum Chriſtianiſſimũ, eiusve Conſiliarios, habuit pro excommunicatis,nec illos,vt tales,uitauit.

Secundo. Quia ipſe Summus Pontif. habuiſſet illos pro excommunicatis, ſi ſuæ eſſet intentionis, illos excommunicare.

Tertio.Quia Pius V.& Grego.XIII. Fœlic. Recor. & Sanctiſs. D. N. Sixtus V. (quem Deus omnipotens diu cõſeruet) qui hanc clauſulã magis reſtrinxerũt;nõ ſunt credẽdi Regi Philippo,de toto Orbe Chriſtiano benemerito,tam ingens præiudicium afferre voluiſſe;Quinimo illum,amplioribus beneficijs,conceſſionibus bonis, atq; indulgẽtijs cohoneſtarunt.

Quarto. Scit optimè, atq; conſiderat Beatiſs.D.N. Sixtus V. quòd qui habet ius ad aliquẽ finem habet & ad remedia opportuna,quibus talis finis conſeq,tueri,conſeruari,atq; perpetuari poſſit. Cũ ergo, Regimen Hiſpaniarum non benè conſeruaretur, ſi extranei naturalibus miſcerentur, & eligantur; cogitare poſſu-

poſſumus, Sanctitatem ſuam, ſub tali clauſula Bullæ, dictum Catholicorum Regem, eiuſque Prætorium non velle comprehendere. Maior probatur ex S. Thom. 22. q. 44. ar. 1. Ariſt. 2. Phiſic. Nauar. in c. Nouit. de Iudic. Couar. in Practic. q. c. 35. nu. 1.

Rex Catolicus ſua defendere, tenetur. Regna.

108 QVinto. Quia Rex Catholicus Philippus in hoc caſu, nullam iniuriam vult Sanctiſſimo D. N. nec ſanctæ Sedi Apoſtolicæ inferre, nec in aliquo inobedire; ſed ſe, ſuaque Regna conatur defendere, atque in obedientia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ conſeruare; præmiſſa humili venia, & ſubmiſſione debita. Ius enim naturale, quod Chriſtus in Euangelio non reuocat, concedit poſitiuè, vt vnicuique liceat vim vi repellere, vt Sot. li. 5. de iuſti. & iur. q. 1. art. 8. col. 7. & Victor. de autoritat. Papæ, & Concil. propoſit. 24. probant maximè quia Rex, atque eius Conſiliarij Sanctiſſimo D. N. Papæ non contradicunt; ſed illum vt Patrem precantur.

Verba: ſub prætextu violentię declarantur.

109 VNde patet intellectus illorum verborum: (etiam ſub prætextu violentiæ:) quia intelliguntur, ſi Auditores ſub ficto, vel palliatio prætextu, fingant ineſſe violentiam; vbi verè non eſt. Si autem ſubſit alia rationabilis cauſa ob quã Bullas detineant; oportet ſupplicationẽ ad Papam Beatiſſ. cum effectu deferre, vt ait Nauar. in Manuali Latino primo. c. 27. nu. 96. §. 2.

Epiſ examinat Bullas Papæ.

110 PAtet etiam, Quia Epiſcopus examinando Bullas ad Beneficia, an veræ, vel falſæ ſint, non incurrit hanc cenſuram; imò ei in hoc fauet Concil. Trid. Seſſ. 25. de reforma. cap. 5. & omnes moderni, ſecus ſi ſub dolo teneret; quia incurreret.

DECIMVS QVINTVS Caſus.

Contra trahẽtes Eccleſiaſticas perſonas ad

QVinè ex eorum pretenſo officio, vel ad inſtantiam partis, aut aliorum quorumcunque perſonas Eccleſiaſticas, capitula, Conuentus, & Collegia Eccleſiarũ quorumcunque coram ſe ad ſuum tribunal iudiciũ, audientiam, Cancellariam, Conſilium, ſeculare vel parlamentum, præter iuris Canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quouis quæſito colore, necnõ qui ſtatuta, Ordinationes, Conſtitutiones, Pragmaticas ſeu quæuis alia Decreta in genere, vel in ſpecie, ex quauis cauſa, & quouis quæſito colore, ac etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vſi fuerint, vnde libertas Eccleſiaſtica tollitur ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouis modo reſtringitur. ſeu noſtris, & dictæ Sedis, ac quarumcunque Eccleſiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè tacitè, vel expreſſè præiudicatur.

Concordat tex. in c. 49. de ſentẽ. excom.

Contra facientes cõtra libertatẽ Eccle.

111 NOta Primo. In hac clauſula, verba illa eſſe ſublata, quæ in Bulla Grego. XIII. erant poſita poſt verba illa, ex quauis cauſa, & quouis quæſito colore, ſcilicet, hæc: (Ac etiam prætextu literarum Apoſtolicarum vſu non receptarum,) vt patet per Naua. c. 27. num. 69. clauſula. 15.

Mutantur, quę dã verba antiqua.

112 SEcundo Nota. Quòd licèt Syl. Caie. Tabien. & Nauar. cap 27. nu. 69. in nouioribus nihil de hoc caſu agant, ex ipſo tamen Nauarr. in Primo Manuali Latino. num. 70. colligitur eum, qui facit Statuta contra libertatem Eccleſiæ, eſſe excommunicatum ſcilicet auctoritate Laica, licèt eſſet Epiſcopus, qui præſideret in Cancellaria, vide etiam Naua. num. 68. & 117. & Aimil. excommun. cap. 31.

De facientibus ſtatuta, cõtra Eccleſia liber.

DECIMVS SEXTVS Caſus.

NEcnon qui Archiepiſcopos, alioſque Superiores, vel inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcunque iudices Eccleſiaſticos, Ordinarios quomodolibet impediunt, quominus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica contra quoſcunq;

Contra ĩpedientes iudices &c.

ſcunque vtantur, ſecundum quod Canones, & ſacra conſtitutiones Eccleſiaſtica; & Decreta Conciliorum generalium & præſ rtim Tridentini ſtatuunt, ac etiam eos qui poſt ipſorum ordinariorum vel etiã ab eis Delegatorum, quorumcunque ſententias, & Decreta, aut aliàs fori Eccleſiaſtici iudicium eludẽtes, ad Cancellarias & alias curias ſæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata, etiam pœnalia Ordinarijs aut delegatis prædictis decerni, et contra illos exequi procurant, eos quoq; qui hæc decernunt, exequuntur, ſeu dãt auxilium, conſilium, patrocinium, & fauorem in eiſdem.

113 *Concordat cum illa Gregorij.*

HAec clauſula eadem eſt cum illa, quę habetur in Bulla Greg. XIII. quam poṅit Nauar ſupra.

114 *Fundatur in Cõc. Triden.*

SEcundo Hæc excommunicatio lata à Fęlic. Rec. Pio V. Grego. XIII. & confirmata hodie per S. D. N. Sixtum Papam V. fundari videtur in Conc. Trident. Seſſ. 25. de reform. c. 3. in fine, vbi ait: nefas eſſe ſæculari cuilibet Magiſtratui prohibere eccleſiaſtico iudici, ne &c. Vbi vide.

115 *De iudicibus ſæcularib⁹ cõpellentibus Epiſcopos.*

TErtio Nota. Quòd hæc clauſula declarabitur per caſum. 14. ſupra, explicatum. Solent enim Auditores Regis per viam violentiæ compellere, vt Epiſcopus concedat appellationem ad Metropolitanum, vel Papam. vide Couar. lib. Practicarum. cap. 35. nu. 3. & Gregorium Lopez in l. 18. titu. 23. par. 3. Didacum Perez. in l. 6. col. 4. tit. 13. lib. 3. ordin. & interim Senatus iubet reum abſoluere per Sexaginta vel Octuaginta dies. Couar. ſupra. nu. 9. c. 4.

DECIMVS SEPTIMVS Caſus.

QViuè iuriſdictiones, ſeu fructus redditus, & prouentus ad nos, & ſedem Apoſtolicam, et quaſcunque Eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes, vſurpant, vel etiam quauis occaſione, vel cauſa ſine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium, expreſſa licentia ſequeſtrant.

De prędicta clauſula (quia clara eſt;) nihil oportet adnotare, ſed vide Naua. c. 27. nu. 70. verſi. 6.

DECIMVS OCTAVVS Caſus.

Contra imponentes talias, & alia onera Eccleſiaſticis.

QViuè collectas, decimas, tallias præſtantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & alijs perſonis Eccleſiaſticis ac eorum, & Eccleſiarũ, monaſteriorum, & aliorum beneficiorũ Eccleſiaſticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & prouentibus, huiuſmodi abſq; ſimili Romani Pontif ſpeciali, & expreſſa licentia imponunt, & diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt aut ſic impoſita, etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Nec non qui per ſe vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcunque ſint præeminentiæ, dignitatis, Ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiamſi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij Potentatus quicunque etiam Regnis Prouintijs, Ciuitatibus, & terris quoquomodo Præſidentes, & conſiliarij, & Senatores, aut quauis etiam Pontificali dignitate inſigniti, innouantes decreta ſuper his Sacros Canones tã in Lateranenſi nouiſſimè celebrato quã alijs Concilijs generalibus edita, etiam cum cenſuris, & pęnis in eis contentis.

Differt ab alia Gregorij.

NOta Primo. In hac clauſula, ſublata eſſe illa quatuor verba, quæ in 116
Bulla Grego. XIII. poſt verbum; cõſilij, vel fauorem, poſita erant. ſ. (aut votum, ſeu ſuffragium, palam, vel occultè,) qua ratione, illa clauſulà hac ſtrictior erat.

Secundo

117 SEcundo Nota. Quòd ſi cuſtodes alicuius pontis, portus, vel fluminis Pedagium, Gabellas, aut alia onera petant ab Eccleſiaſticis tranſeuntibus, vel clerici tranſeuntes voluntariè illis præbeant, non incurrunt hanc cenſuram, niſi talis Gabella, etiam contra clericos eſſet impoſita. Quia Bulla duo requirit, primũ, quòd ſit contra illos impoſita. Secundũ, quod ſic impoſita ab eis petatur, vel eis voluntariè dantibus recipiatur, vt patet clare.

Qñ incurrat, talis excõicatio.

118 TErtio. Pro huius clauſulæ intelligentia (quamuis de ea auctores moderni, etiam Nauarr. nullum verbum) vide quæ dixi ſup. in explicatione caſus quinti.

DECIMVS NONVS Caſus.

Excommunicamus, & anathematizamus; omnes & quoſcunque Magiſtratus, & Iudices, Notarios ſcribas, executores, ſub executores, quomodolibet ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus cõtra perſonas Eccleſiaſticas, illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeu ſententias contra illas proferendo vel exequendo ſine ſpeciali ſpecifica, & expreſſa huius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ licentia, etiamſi talia committentes fuerint Conſiliarij, Senatores, Præſidentes, Cancellarij, Vicecancellarij, aut quouis alio nomine nuncupati.

Contra iudices, &c. ꝓcedẽtes in crimi- nal. contra Eccl.

119 PRimo Nota Clauſulam hanc, in qua agitur de exemptione Eccleſiaſticorum à ſæcularibus, eſſe breuiorem illa, quæ habetur in Bulla Greg. XIII. In illa enim reuocabantur omnia priuilegia Regibus, & alijs conceſſa; hic autem nulla de tali derogatione fit mentio. vide Nauar.

Differt hac clauſula ab alia.

120 SEcundo Nota. Quòd licèt, iure antiquo, quiliber prima tñ initiat⁹ tõſura, Cleric⁹ diceba*t* vt ex c. Cũ cõtingat, de ætat. & quali. tradit Ang. Syl. Tab. Armil. & alij, verbo. Cleric⁹, Sot. li. 5. ď iuſt. & iur. q. 1. ar. 4. Nau. c. 27. nu. 79. & oẽs. Hodie tñ priuilegio clericorũ nõ gaudebit, niſi habitũ deferat Clericalẽ, & tõſurã; & ex mãdato Epĩ alicui adſcriptus ſit Eccleſię, vt ex Cõc. Trid. Seſ. 23. c. 6. ď refor. patet & tradit Nau. ſup. & nu. 81. Didac⁹ Perez. l. 2. ti. 18. li. 8. Ordi. Et ꝙ intelliga*t* ẽt ꝓ Hiſpania declarauit Pius. V. in quodã motu ꝓprio. In Hiſpania. n. clericus, niſi ſit Sacris initiat⁹ nõ gaudet priuilegio fori, ſi per quatuor mẽſes ante delictũ nõ ferebat habitũ, & tõſurã tex. in l. 1. ti. 4. li. Recompilat. latè Steph. Aufrerius. in cle. 1. de off. ordin. not. 3. re. 3.

Prima tonſura initiat⁹ qñ gaudebit priuilegio fori.

De clericis Hiſpaniæ.

TErtiò Nota. Quòd licèt in materia fauorabili, (vt eſt hęc) appellatione clericorũ, ẽt tñ prima tõſura initiati cõprehenda*t*, in materia tñ odioſa, tñ in Sacris ordinib. conſtitutos eſſe intelligendos, affirmant omnes Doct. ſupra. 121

De clericis in odioſa, & fauorabile.

QVartò Not. Quòd in materia fauorabili, vt in hac clauſula ibi, contra Eccleſiaſticas pſonas, nõ tñ intelligitur religioſus cuiuſcunq; ordinis ꝓfeſſus, ſed ẽt qlibet Nouitius, vel Nouitia, ẽt illi q ſunt tertij Ordinis S. Dominici, vel ſancti Frãciſci. Nau. 27. nu. 79. cũ Fely. contra Caie. verbo Excõicatio. ca. 10. 122

In materia fauorabili, qñ intelligat religioſus.

QVinto Not. Quòd licèt Abb. & Stepha. Aufrerius, quos refert, & ſequi*t* Nauar. c. 27. nu. 78. ꝑ tex. c. ſi vero. 1. de ſent. excõ. dicãt ꝙ ſi miniſter iuſtitię Laicę, vt talis, percutiat Clericũ leuiter, etiã ſi detineat, & cõprehendat illũ, eſt ad Papã mittẽdus; intelligendũ tñ eſt, qñ cauſa erat capitalis, ideſt, qñ clericus ob crimen, eſſet puniẽdus capite, vel mutilatione. Secus in ciuilib⁹, ſi officialis detineat fugientẽ, vt ſoluat debitũ alteri, vel pſentet Prelato. Cõis, cum Panor. & Naua. c. 27. nu. 82. vel ſi cõprehendat in fragrãti delicto, niſi excedat in modo cõprehendendi. Nauar. ſupra. nu. 83. & 86. 123

Qñ miniſter iuſtitiæ ſæcularis, mittendus ad Papã?

SExto Nota. Quòd ſi quis inueniẽs clericũ colloquentẽ cũ matre, vxore, filia, vel ſorore detinuerit illũ tñ ꝑ viginti horas (licèt Pragmatica Hiſpaniæ dicat per viginti quatuor) vel et pcuſſerit; licèt peccet percutiẽs, vel occidẽs illũ inuentũ in fragranti delicto; nõ tñ incurrit excõicationẽ; ſm cõmunẽ, q ex c. ſi vero de ſent. excõ. refert, & ſequi*t* Naua. c. 27. nu. 124

De clerico inuento loqui cũ alicuius matre, vxore, &c.

nu. 54. Sed ſi ex deliberatione, & cũ interuallo temporis occidat, incurrit: quãuis (male) Veruecil. Fortun. Garcia de vltimo fine, illatione. 11. & Couar. li. 4. de ſponſ. 2. par. c. 7. §. 7. nu. 12. dicant, quòd & ſi in continenti occidat, incurrit excõ. ſed reſeruatam Epiſcopo tantum.

125 *Quid ſi index faciat informationẽ cõtra clericum etc.*

SEptimo Nota. Quòd ſi in cauſa capitali, quia clericus occidit alium, iudex ſæcularis faciat informationẽ cõtra illum, quia aliàs recederent illi, qui pñt eſſe teſtes oculati, ſi ſequeſtret eius bona, vt tradat Prælato, ne fugitiuus ſecum ferat, non videtur incurrere: quia hæc ſunt velut medium neceſſarium ad finem licitæ compræhenſionis.

VIGESIMVS CASVS.

Contra occupantes terras Eccleſiæ.

***E**Xcommunicamus, & anathematizamus omnes illos q̃ p ſe ſeu alios directè ſub quocunq; titulo vel colore inuadere, deſtruere, occupare, detinere pſumpſerint in totũ, vel in parte Almã Vrbem Regnũ Siciliæ, Inſulas Sardiniæ, & Corſicæ, Terras citra Pharũ, Patrimoniũ beati Petri in Thuſcia Ducatũ Spoletanũ, Comitatũ Venayſinũ, Sabinenſem, Marcha Anconitana, Maſſæ Trebariæ, Romãdiolæ, Cãpaniæ, & Maritimas prouintias, illarumq; terras ſpecialis cõmiſſionis Arnulphorũ, Ciuitateſq; noſtras Bononiam, Ceſenã, Ariminũ, Beneuentũ, Peruſium, Auinionẽ, Ciuitatem Caſtelli, Tudertum, & alias Ciuitates, Terras, & loca vel iura ad ipſam Romanã Eccleſiã pertinentia, dictãq; Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiecta Quiuè ſupremã iuriſdictionem in illis nobis, & eidẽ Romanæ Eccleſiæ, competentẽ, de facto vſurpare perturbare, retinere, & vexare varijs modis præſumunt, necnon adhærentes, fautores, & defenſores eorum, ſeu illis auxilium, conſilium vel fauorem quomodolibet præſtantes.*

126 *Quid de præſcriptione.*

PRimo Nota. Quod quãuis Felynus teneat per hanc Papæ monitionem; non habentis ſuperiorẽ apud quẽ conteſtetur litem, interrumpi cõtinuationem præſcriptionis contra res Eccleſiæ Romanæ, ſic enim interrumpi p litis conteſtationem, oppoſitum tamen, eſt tutius, & verius, cum Couar. in Reg. Poſſeſſor. 2. par. §. 12. num. 5. *cõtra Eccleſiam.*

¶ Cætera ſunt clara in hac clauſula. 127

De expoliantibus Palaciũ ſacrum.

NOta Secundo, quòd in hac Bulla, Sanctiſſimi D. N. Sixti V. ſublata fuit Vigeſimaprima clauſula poſita à Greg. XIII. quam ponit Naua. c. 27. nu. 72. & omnes moderni. In qua excõmunicabantur expoliantes Palatium Sacrũ, tempore infirmitatis Summ. Pontifi. vel Sede vacante.

148 *De accipientibus Reliquias Sãctorũ.*

CIrca quod Nota Tertio Dictam excommunicationem non incurriſſe tunc illum, qui abſtulit reliquias Sacras omni auro, vel argento carentes. Secus ſi accepit aurum reliquiarum.

AD. §. VOLENTES.

Bulla duratura vſq; ad aliã.

***V**Olentes præſentes noſtros pceſſus, ac omnia, & quæcũque hiis literis cõtẽta, quouſq; alij huiuſmodi pceſſus à nobis, aut Roman Pontif. pro tempore exiſtente fiant, aut publicentur durare, ſuoſque effectus omnino ſortiri.*

129 *V. Excõicationes Bulla a iure, vel ab homine latæ.*

EX hoc. § Infertur ad quæſtionem, q̃ R. admodum P. Inquiſitor Bonon. Magiſter Frater Ioannes Ant. Spadinus Floriano Bononiæ Regens, & Dominus meus Colendiſſ. præcepit mihi, vt explicarem. Vtrum excõmunicationes in Bulla Cœnæ contentæ dicantur ab homine vel à iure? Reſp. q̃ licèt excõmunicationes latas in Bulla Cœnæ per Iulium III. & alias ſimiles, quæ morte latoris terminabantur, cogitet Nauar. cap. 27. nu. 73. verſi. Tertia, dici latas ab homine, & nõ à iure, quod probat etiam D. Epiſcopus Scalenſis tractatu de cenſuris, de excommunicatione, c. 16. Vide ſupra. de excõmunicatione num. 54.

De excommunicationibus tamen latis in Bulla Pij V. Grego. XIII. & Sanctiſſimi D. N. Sixti V. Quæſtio eſt inter Doctores, quibuſdam dicentibus eſſe ab homine; alijs defendentibus eſſe a iure.

ET, vt res magis clara fiat, in mediũ afferre libuit differentiã inter excõmunicationẽ latam à iure, & ab homine; differunt enim in ſequentibus.

Excõicatio à iure & ab homie, in q̃bus differant?

Prima differentia eſt. Quòd excõicatio à iure illa eſt, quæ ab habente auctoritatem, perpetuo ſtatuto, lata eſt, vt Papa, vel Concilium Generale in vniuerſum; Epiſcopus, vel Archiepiſcopus in Diœceſi ſua &c. Excommunicatio verò ab homine dicitur, quæ ab aliquo Superiore, vel Iudice in alicuius rei contumaciam, vel in futuros tranſgreſſores ad tẽpus certum, aut incertum fertur.

Secunda differentia Quod excõicatio à iure non expirat mortuo, vel amoto ab officio latore. Excommunicatio autem lata ab homine extincto, vel ſub lato auctore, ipſa quoq; extinguitur.

Tertia differentia. Quòd excõmunicatio à iure, tantùm futurum ſpectat tẽpus; quæ autem ab homine fertur, vtrũque præteritum, ſcilicet, & futurum cõpræhendit.

Quarta differentia. Quòd excõmunicatio ab homine, regulariter ferri non poteſt, niſi trina monitio Canonica præceſſerit, vel vna pro tribus. Quæ autem à iure dicitur, abſq; vlla præmiſſa monitione valet ſemper, & tenet. Quas differentias colligere poteris ex diuerſis. capitulis. 11. q. 3. & ex Ang. Syln. Tab. & Armil. verbo. Excommunicatio. Nauar. c. 27. & Epõ Scalẽſi in dicto tract. cap. 9.

Quibus viſis, Cùm omnia, quæ ſpectant ad excommunicationem latam à iure, inueniantur in hac Bulla; patet à iure dici debere latam, & non ab homine: nam primo à Papa habente ſummã autoritatem, lata eſt perpetuis temporibus donec alius proceſſus fiat, ut patet. §. Volentes.

Secundo Patet. Quia Papa mortuo, non expirat. d. §. Volentes.

Tertiò. Quòd tantùm ſpectat futurũ tempus, vt patet per omnes clauſulas.

Quarto. Quòd nulla indiget monitione, ſed ſufficit eius notitiam habere.

Quinto. Accedit, quia Bulla Cęnę expreſsè continetur in iure, nã in Extr. 5: de pęn. & remiſ. poſtquã Paulus II. quaſdam excommunicationes ſibi reſeruatas numerauit ſubiecit etiam latas in Bulla Cœnæ. Quod etiam fecit Sixtus IIII. in Extrau. V. eo. tit. & ita expreſſe probat. D. Epiſcopus Scalenſis. ſupra. c. 16. Quare Nauar. c. 27. nu. 73. in fin. maiori cum audacia debuiſſet affirmare, & probare latas a iure eſſe dicit enim; (potius putarem dicendas latas à iure.

§. §. COETERVM.

COeterum, à prædictis ſententijs nullus per alium, q̃ per Roma. Põtificẽ, niſi in mortis articulo conſtitutus, neo etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita abſolui poſſit, etiã prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibuſcunq; Eccleſiaſticis ſæcularibus, & quorumuis Ordinum & mendicantium, ac Militiarum reuglaribus, & Epiſcopali, vel alia maiori Dignitate prẹditis, ipſiſque Ordinibus, & eorum Monaſterijs, Conuentibus, & Domibus, ac Capitulis Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, & locis pijs, necnon Laicis, ẽt Imperiali, Regali, & alia mũdana excellentia fulgentibus, per nos & dictã Sedem, ac cuiuſuis Concilij Decreta verbo, literis, aut alia quacunque ſcriptura in genere, & in ſpecie conceſſorum, & innouatorum, ac concedendorũ innouandorum: niſi in eis etiam caſus pręſentibus literis expreſſi comprehendantur.

NOta Primo. In hac Bulla, & clauſula eſſe addita verba illa finalia, niſi in eis ẽt caſus &c. quæ poſita non erãt in Bulla pij V. & Greg. XIII. Quæ verba multum fructum afferant. 132

Verba q̃dam addita.

SEcundo Nota, ex libro verbo. Niſi ĩ mortis articulo; q; ſi pęnitẽs in tali articulo mortis cõſtitutus, nullã cautionẽ iuris poterit p̃bere cõfeſſario abſolui debet cũ ſola cautione iuratoria ſatisfaciẽdi, vel cõparẽdi. Syl. Excõ. 7. §. 10. nu. 65. Nauar. c. 27. nu. 43. Sot. in 4. d. 22. q. 2. ar. 3. Cordub. in ſum. q. 18. Didacus Perez. l. 2. ti. 18. li. 8. ord. 1. 346. 133

Cum q̃ cautione abſoluẽdus, in arti. mort.

Nota,

A caſibus in Bulla cõtẽti: qualiter qs poſſit abſolui?

134 NOta. Tertio. Ex finalibus uerbis huius clauſulæ: ibi. Niſi in eis &c. & c. quòd per Bullã Sanctiſs. Trinit. quã ponit Nau.c.27.nu.263. & per Bullã corrigiæ S. Auguſtini, Sanctiſſimi Sacramẽti, Roſarij, Ieſuatorũ, & aliarũ multarũ Congregationũ, & principaliũ Hoſpitalium, ſcilicet. S. Spiritus in Saxia, S. Iacobi incurabiliũ, S. Mariæ de Conſolatione Romæ, & per Bullã Cruciatã in Hiſpania, poteſt idoneus confeſſor, uirtute illarũ electus, abſoluere ſemel in uita, & in articulo mortis, ab omnibus caſibus etiam in Bulla Cœnæ contentis, quia ibid. continentur.

De hæreſi in ar. mor.

Cum hac tamen limitatione, quòd & ſi in articulo mortis poſſit ab hæreſi abſoluere; dũmodo nullus recurſus poſſit dari adeundi R.P. Inquiſitorẽ, uel aliũ auctoritatẽ habentẽ, non tamen in uita, quia hæreſis non uenit in illa generali cõceſſione, ut in prima parte huius libri probauimus de abſolutioe. nu.8.9 10. &c.

V. Prima tonſura initiatus poſſit abſoluere ab Excommunicatione, &c.

135 QVarto. Nota. Quòd cũ proniores debeamus ſemper eſſe ad miſericordiã, quã ad iuris rigorẽ; poſſumus adhærere opinioni probabili, quã tenet S.Th.4. d.18. Sanctus, Ant.3.p.tit.24.c.77. Tabien. verbo. Abſolutio ab excõicatione, quos refert, & ſequitur Nau.c.27.nu.41. ſcdm quos in articulo mortis, prima tantum tonſura initiatus poterit (maximè virtute Bullarũ dictarum Congregationum, & Cruciatæ) abſoluere ab excommunicatione etiã Bullæ Cęnę Domini. Quod non parum erit momenti; ne hæredes poſt mortem teneantur recurrere ad ſuperiorem, cui excõicatio reſeruabatur. Nauat. ſup. Couat. in c. Alma. 1. pag. § 11. num. 9.

Mortuus quando eſt abſoluendus ab excõicatione?

136 NOta. Quinto. Quòd licèt talis Laicus in articulo mortis excommunicatum abſoluerit, taliter abſolutus debet poſt mortem iterum per ſacerdotem abſolui, percutiendo ſepulturam, vt ait bene Nauar. c.26.nu.332.

V. Quid quid concluditur.

137 SExto Nota. Quòd (licèt Couat. ſupra cum Melch. Canon. contradicat) idem, quòd licèt in articulo mortis, licebit etiã in periculo mortis, ut procella Maris Bello, uel partu fœminæ, Tenet Palu. in 4.d.17.q.2.a1.5. Adt. de Confeſſione. q. 3. Ioan. Med. de Cõfeſſione. tract. 2. fol. 60. pag. 3. fauet So. 4. d. 18. q. 4. & alij moderniores in publica lectura.

In articulo mortis intelligitur etiam & periculo.

Quod probatur à fine, & propoſito cõcedentis; quia ſi intentio & propoſitum Summi Pontificis eſt, ne in articulo mortis quis ligatus, atq; impeditus ſit, ad uitam conſequendam æternam; Cùm in periculo mortis eadem ſit ratio, eadem, debet eſſe conceſſio, & iuris diſpoſitio: Communis. Et qualiter debeat intelligi hoc periculum, vide Sylu. Abſolutio. 1. num. 10.

§ §. QVOD SI FORTE.

Contra abſoluẽtes ab his caſibus.

QVod ſi forte aliqui contra tenorem præſentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, uel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint, eos excommunicationis ſententia innodamus grauius contra eos ſpiritualiter, & tẽporaliter, prout expedire nouerimus proceſſuri.

Quid requirat ad incurrendam hanc cẽſuram?

PRimo. Nota. Quòd ad hoc, ut cõfeſſarius incurrat hãc cẽſurã, oportet, vt prẽſũptuosẽ, & cõtra Papæ uoluntatẽ velit abſoluere, taliter, quòd talis præſumptio peccatũ ſit mortale: Si autem ignorantia, amore, obliuione, aut incõſideratione duct⁹, abſoluat, nõ erit excõicatus. Nau. c.27.nu.73. & in c. Accepta de reſt. ſpo. oppoſ. 8. nu. 32. cũ alijs, & Caiet. in Sum. verb. Excõ. c. 58. & 81. 138

SEcũdo Not. Quòd quocũq; modo, talis abſolutio detur, ſine licẽtia, uel Papę priuilegio, eſt ipſo iure nulla, per multa iura quibus habetur excõicatum quẽcunq; minime abſolui póſſe, niſi à poteſtatem habente, & eſt cõs. Tabien. uerb. Excõicatio. 7. num. 13. verſi. vlt. Armil. Excom. cap. 87.

V. Talis abſolutio reſeruetur Papæ.

EX quibus (Cũ Abſolutio nullius ſit momẽti, ut ſup.) Infertur ad quæſt. V. Hęc excõicatio ſit ex cõtẽtis in proceſſu, & cõſequẽter eius abſolutio reſeruata Papæ? Reſ. Quòd licèt Nau. ca. 27. nu. 75. tenear, quòd nõ: videtur mihi (ſalua eius pace) cõtrariũ tenẽdũ. ſ. quòd ſit excõ- 140

municatio Bullæ, & ſimiliter Papæ reſeruata. Primo, Quia ipſe nullũ pro ſe citat auctorẽ. Secũdo, Quia cõtra eũ eſt Fely. & Caie. verb. Excom. c.77. (quos ipſe adducit.) & Tab. & Armil. ſup. Syl. Abſolutio. 1. nu. 10. quos ipſe nõ citat. Tertio. Quòd ex ipſa Bulla, in fine huius clauſulæ patet Papam ſibi abſolutionẽ, reſeruare, cũ dicit, poſtquã tulit excommunicationem, grauius contra eos ſpiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus, proceſſuri.

141 *V. Epi poſt hac Bullam habeant facultatem illã Concili. Triden.*

DVbium. V. Per hanc Bullam. §. Cæterum ſupra, vbi dicit, ꝙ nullus, ẽt virtute cuiuſuis Concilij poſſit abſoluere ab his caſibus; & per hanc clauſulã, videat reuocata facultas, quam Epiſcopis conceſſit Concil. Trid. Seſſ. 24. de reſor. c. 6.? Reſpõ. Hanc quęſtionẽ eſſe latè tractatã in par. prima huius libri. trac. de abſolutione. nu. 13. Ex qua reſolutione collige ſũmariè, nõ eſſe eis ablatã talẽ facultatem, ſed in ſuo manere vigore. Patet, Quia (vltra ratione ibi allegatas) ſic reſpondit Pius V. de hac quæſtione interrogatus: & ſic fuit reſolutũ à grauiſſimis vniuerſitatis Salmãticẽn. Doctorib.

Et patet Primo. Quia ſi Grego. XIII. (vt ait Naua. c. 27. num. 260.) reuocaſſet talem facultatẽ: condidiſſet quidem, in re tam graui, motum proprium aliquẽ, quo omnibus Prælatis, ſuam manifeſtaret intentionem. Quod nequaquã fecit.

Secundo Confirmatur. Quia nec ipſe Naua. ſupra. ait Bulla vllam vidiſſe, nec à Beatiſſ. Greg. XIII. audiuiſſe ore proprio, vt in alijs caſibus facit, ſed tantùm dicit, vt audio.

Tertio. Confirmatur, quia grauiſſimi multi, ſimulq; literatiſſimi Ep̃i. Hiſpaniæ ea vſi ſunt, & vtunt facultate, quã à Concilio habẽt, abſq; vlla dubitatione. Quia reſolutũ fuit in magno grauiſſimorũ virorũ cõcurſu Salmãticæ Epiſcopos poſſe per ſe, à caſibus Bullæ, in foro interiori abſoluere, quãuis id Conc. Trid. nõ exprimat. maxime, quia caſus Bullę ſũt excõicationis à iure, vt ſupra dictum eſt. Confirmat. Quia cui cõcedit, ꝙ eſt plus, conceditur, qđ eſt minus: Regula: Cui cõcedit de reg. iur. in 6. Cõceditur Epiſcopis Hæreſis: ergo alia minora.

142 *Quid qñ Ep̃s concedit alicui omne caſus ſuos.*

TErtiò. Notandũ eſt in hoc caſu, ꝙ qñ Epiſcopus cõcedit abſolutè alicui oẽs caſus, de q̃bus ipſe põt abſoluere (excepta hęreſi,) talis cõfeſſor poterit abſoluere ab omnibus caſibus Bullę Cœnę. Quia in tali caſu, Ep̃s videtur illum Vicarium ſpecialem creare. Corduba. ſumma. q. 8 & alij Magiſtri.

143 *Quid ſi Parochꝰ abſoluat ab excõ. Epiſcopi*

QVarto Not. Quod ſi Parochus abſque priuilegio, vel licẽtia abſoluat ab excõicatione Ep̃i, peccat, ſed nullã incurret excõicationẽ, quia non repetitur in iure. Caie. in Summa. verbo, excõicatio. c. 77. & verbo. Abſolutio. c. 4.

144 *Religioſus quã do excõicat abſoluendo &c.*

QVinto Nota. Quòd ſi religioſus, quia eſt exẽptus, abſq; priuilegio, vel licentia abſoluerit ab excõicatione reſeruata Epiſcopo, per Synodũ ſpecialẽ, vel Prouincialẽ; incurrit excõicationem latam in Clem. religioſi. de priuileg. quam tradit, & declarat Naua. c. 27. num. 101. Caiet. excõmunicatio. 64. & verbo. Abſolutio. c. 5. Syl. Excom. 7. §. 14. dub. 16.

145 *Qualiter confeſſores, teneant hãc Bullam habere?*

¶ De §. Declarantes, cũ alijs vſq; ad §. fi. nihil notamus, quia litera per ſe patet. Et ſic nihil notat Nauar. in Manuali reformato Anni 1584.

NOta Circa. §. Vltimum, ꝙ per Bullam Pij V. omnes confeſſores tenebant hãc Bullã penes ſe ſub pęna mortalis peccati habere, q̃a id ſic p̃cipiebat.

In Bulla aũt Greg. XIII. tantum erat verbum, (hortamur) quod peccatũ mortale non inducit. In hac autem S. D. N. Sixti V. nec hoc verbum (hortamur) inuenitur, ſed ſimpliciter dicit, (Habeant illam penes ſe confeſſarij,) quod verbum conſilij eſt.

Et cum his manet finita mirabilis hæc Bullæ explanatio.

DE EXCOMMVNICATIONE MINORI.

TRactat Sanctus Tho. & alij in 4.d. 18. idem, Sanctus Tho. in additiõ. 3. par. q. 23. Ang. Sylu. Excõmunicatio. 4. Tabien. verbo. Excõicatio. 8. Caie. verbo excõicatio. c. de excõicatione minori. Summa confeſſorum. li. 3. ti. 33. q. 49. Petrus à Soto. de inſtitutione Sacerdot. de excõicatione, lectione. 4. ad fi. Armil. verbo. Excommunicatio. nu. 5. 6. 10. & 21. Naua. c. 27. nu. 24. Epiſcopus Scalenſis de Cenſuris. cap. 35. 36. & 39. habetur in multis locis iuris Canonici, maximè in capit. Si celebrat. de Clerico excõ. miniſt.

DIcto (quantum ſufficit) de excõmunicatione maiori, operæ preciũ duximus aliqua de minori excõmunicatione notare, quamuis obiter aliqua tetigimus, ſupra de Excom. à nu. 44.

1 *Excom. minor quid.* QVæritur. Quid ſit excõmunicatio minor? Reſpõ. ꝙ excommunicatio minor eſt priuatio à participatione paſſiua omniũ Sacramentorũ. tex. in ca. Si celebrat. de clerico. excom. quam refert. Naua. c. 27. nu. 1. & 24. Sanctus Thom. quem refert, & ſequitur. Sylu. Excõm. 4. nu. 1. Petrus à Soto, & alij ſupra.

2 *Quibus modis incurrat.* QVæritur. Qualiter, vel quibus caſibus incurratur? Reſpond. Octo caſibus ait Nauar. c. 27. nu. 24. incurri, quos non ponit ipſe, ſunt autem hi. Primo incurritur quo ad Deũ pro quolibet peccato mortali, etiam occulto. capitul. Audiui. 11. quæſtione tertia. Secundo. Cùm quis committit Sacrilegium. capitul. Miror. 17. quæſtione quarta. Tertio, per Simoniam. capit. Tãta de Simonia. Quarto. Recipiens Eccleſiam de manu Laici. capit. Si quis deinceps. 16. quæſtione ſeptima. Quinto. Bello iniuſto exercens artem baliſtatiũ. Sexto cùm quis eſt notorius fornicator. capitul. Veſtra, de cohabit. Cleric. Septimo in diſſidentibus, In pauperum oppreſſoribus capitul. Quæro etiam. 50. diſtinction. Octauo. Ille cui negatur Eccleſiaſtica ſepultura. Nono. In quolibet peccatore. Hos nouem caſus ponit ſumma cõfeſſorum, li. 3. tit. 33. quæſt. 49. Tabiena quinque primos. Sylu. nu. 2. ponit decimum, ſcilicet. Quòd quicunque Epiſcopus, & infra, poteſt proferre excommunicationem minorem. Quos omnes caſus, licet hodiè non ſint in vſu, nec ꝓprie excommunicationes dicantur, vt ait Nauar. ſup. libuit hic notare, vt lector omnia iura illa, quæ de illis loquuntur poſſit perlegere.

Hodie autem, tantùm eſt in vſu excõmunicatio illa minor, quæ per communicationem cũ excõmunicato maiori excommunicatione contrahitur, Armil. Sylue. Nauar. omnes. ſupra. *Quę ſit in vſu?*

Tertio Quærit. In quibus caſibus cõmunicando cum excõicato incurrat hęc minor excõicatio? Reſpõ. ſup. de excõicatione. à nu. 80. eſſe deciſam in quibus caſibus incurratur, vel non. 3 *In quibus caſibus ĩcurratur ꝑ commu.*

Quarto. Vtrum. Excõicatus minori excõicatione, poſſit eccleſiam ingredi, dum diuina celebrantur & horas cũ alijs cantare? Reſpõ. Quòd licèt aliqui, quos refert Sylu. Excõicatio. 4. in fine, dixerint; quòd non; Reſolutiuè eſt tenendum poſſe diuinis officijs, Miſſæq; intereſſe, paciſque oſculum accipere, ita Sylu. ſupra. Petrus à Soto. in principio, Naua. c. 27. nu. 24. Couar. in c. Alma. 1. par. §. 8. nu. 5. Ant. 3. par. ti. 25. c. 2. §. Dominicus Sot. ſupra. 4 *Excõicatus minori. V. poſſit eccleſiã ingredi.*

5 *V. poſſit ſacramēta cō ferre, & qua.* Vtrum. Talis minori excommunicatione ligatus poſſit ſacramenta omnia conferre, & dare? Reſpond. De abſolutione collata ab excommunicato minori excōmunicatione, eſſe diuerſas opiniones. Sylueſt. namque ſupra. in principio, quē refert, & ſequitur Armill. nume. 20. Abſolutionem eſſe nullam, Confeſſionemque iterandam. Quod eſt falſum, ideoq; reprobatur à Petro Soto, ſupra. & Nau. ca. 27. numero 27.

Reſpon. ergo Secundo: Talem poſſe omnia ſeptem ſacramenta conferre, dūmodo nō requiratur, quod ipſe accipiat aliquod Sacramenta. Vnde ordinem Sacrum dare non poteſt; Quia oportet, ut conferens celebret. Poteſt ergo Baptizare, Confirmare, Abſoluere, Vngere infirmos, Matrimonio intereſſe; & Sacramentum Euchariſtiæ alijs miniſtrare, dummodo ſit extra Miſſam. Ita tenet Hoſtiēſis declarando text. in capit. Si celebrat. de Cleric. excommu. (vbi hoc probatur, bene intellectus) quem refert, & ſequitur Nauar. ſupra. numero 24. Petrus Soto ſupra, contra Abb. Maiorem. in 4. diſtinctio. 18. quæſtio. 2. Adria. in 4. de clauibus. quæſtio. 3. Syluest. Excommunicatio. 4. numero primo Armill. numero. 20. & alios dicentes peccare mortaliter, illa conferendo.

6 *V. poſſit recipere, & q̄ ſacramenta.* QVæritur. Vtrum. Talis excommunicatus poſſit recipere Sacramenta? Reſpon. quod licèt text. in dicto capitul. Si celebrat. & ibi, & vbique omnes dicāt abſoluiè, quòd non, deſtinguendum tamen eſt; Quia aut loquimur de iure; aut de facto. De iure, conſtat non poſſe, per dictum text. & communem. De facto autem poteſt, ideſt, ſi Confirmetur, licet peccet, erit, Confirmatus; & ſi Vngatur, Vnctus; ſi Ordinetur, Ordinatus; ſi Matrimonium contraxerit, tenebit Matrimonium, & denique ſi ſic Abſoluatur à peccatis, erit abſolutus, ut in p. prima huius libri de Abſolutione. numero 77. habetur, tradit Petrus. Sot. ſupra urgenti ratione, ſcilicet, quia ſi excommunicatus maiori excōmmunicatione, abſolutus, non tenet̄ cōfeſſionē, iterare, (ut ib idē probauim᷒,) multo min᷒ ligat᷒ minori tantū?

7 *V. poſſit taliū excōicare.* VTrum. Talis excommunicatus poſſit alium excommunicare cum ſit iudex? Reſpon. Quòd cùm non priuetur uſu ſuæ iuriſdictionis, ut Nauar. ſupra. & alij, ex d. c. Si celebrat, fatentur: patet quòd ſic. Sylu. ſup. nu. 1.

8 *V. poſſit aliū abſoluere?* Vnde ſequitur eum non peccare, abſoluendo aliū à maiore, uel minore excōmunicatione, ut argumento. ca. Duobus de ſenten. excommunicatiō. probat Nauar. ſupra. cum maiore, & Adrian. ſupra. Abb. quem refert, & ſequitur Sylu. dicto numero primo Armill. §. 20. Petrus Sot. ſupra.

9 *V. poſſit eligere?* Vnde Secundo ſequitur, Cum ſua vtatur iuriſdictione, poſſe eligere alium ad dignitates, & beneficia, ipſe tamen non poteſt eligi, ut ex. dicto capitulo. Si celebrat. probat communis.

10 *Cōicans cū minori excō. V. incurrat aliā.* QVæritur. Vtrum. Communicans cū tali excommunicato minori excommunicatione, incidat in eandem, uel aliam excommunicationem? Reſpond. Quòd non. Quia excommunicatio minor non tranſit in tertiam perſonam. gloſſ. communiter recepta. in capit. Excellentiſſimus. 11. quæſtione 3. Nauar. capitul. 27. numero 25. & text. in capit. Quoniam multos. 11. quæſtione 3. & communis, quam refert, & ſequitur Syluest. Excommunicatio. 5. in princip. Sanctus Tho. in addition. 3. parte quęſt. 23. articul. 2. in fin. Domin. Sot. 4. diſtinctione 22. quæſtione 2. articul. 3.

11 *Quod peccatū participare cū excō. minori.* QVæritur. Quod peccatum ſit participare cum excommunicato maiori excommunicatione, quando per talē participationem regulariter incurritur minor? Reſpond. In hac quæſtione tres eſſe opiniones. Prima eſt quorundam tenentium, eſſe peccatum mortale. Secūda eſt, Abbatis. in capitul. Sacris de ijs, quæ vi. qui de hoc dubitat. Tertia tamen, & vera reſolutio eſt, tantum eſſe veniale peccatum. Sanctus. Tho. & alij in 4. diſtintioue 18. Hoſtien. Ioannes Andreas, & communis, quam refert, & ſequitur Nauar. capitul. 27. numero 28. Petrus Soto. lectione. 4. de excōmunicatione. verſicul. Iam vero Armill. verſicul. Abſolutio. numero 38. Sanctus Thom. in addi-

tion.

tion.3 partis quæſtione 23. articul. 3. & notauimus ſupra de excommunicatione nu.90. Epiſcopus Scalenſis.c.45.in fi.

12 *Quis poteſt ab excõ. minori abſoluere? Peccata uenialia quis poſſit abſoluere?*

DVbiũ haud mediocre eſt inter Doctores; Quis poſſit a vinculo excõmunicationis minoris abſoluere? Reſp. Primo. Hoc eſſe certum, (vt proximè eſt dictum) per incurſionem in minorem excommunicationem, tantum regulariter incurri ueniale peccatum. Secundo. Peccata uenialia poſſe à quocunq; Sacerdote ſimplici in Sacramẽtali foro abſolui: Imo per quemcunq; alium ſæcularem, extra Sacramentalem Confeſſionem, cũ deprecatione illa: Miſereatur tui omnipotens Deus &c. poſſe deleri. Tangunt omnes infra & tenet expreſſe Victoria in ſumma Sacramentorum; De Confeſſione. Pro quo Nota, quòd quando Victoria, & nos loquimur de Sacerdote in Sacramentali Confeſſione, dicimus, abſolui. Quando autem fit ſermo de ſæculari miniſtrante in Miſſa, dicimus: deleri venialia autoritate Eccleſiæ. Tertio Dico, quòd licèt Caiet. in ſumma. uerb. Abſolutio quem refert, & ſequitur Petrus à Soto. lectione. 4. de excommunicatione, poſt Syluest. uerb. Abſolutio. 1. nume. 3. & Domin. Sot. 4. d. 22. q. 2. arti. 3. & Couar. in c. Alma mater. 1. p. §. 8. num. 2 & alij dicant ſimplicem ſacerdotem non poſſe abſoluere; mitior, ac rationi cõformior mihi uidetur contraria ſententia, ſcilicet, quod poſſit. Quam cum Sanctus Tho. in 4. d. 18. quæſtio. 2. arti. 5. probat Armil. verb. Abſolutio. nume. 38. reſpõdendo contrarijs. Tenet etiam S. Thom. in addition. 3. par. quæſtio. 23. ar. 3. Defendit latiſſimè Nauar. in c. Placuit. de pœnit. diſt. 6. nu. 25. & Manuali. cap. 27. num. 25. Sequitur Corduba. in Summa. quæſt. 179. Imo quod Couar. non reprobat hanc Nauarri opinionem; ſed relinquit illam vniuſcuiuſq; iudicio cõſiderãdam. Mihi autem, in hac quæſtione, (ſicut in alijs) ſufficeret Doctoris Angelici ſententia, maximè approbata, & ſequuta ab inſigni. Di. Nauar.

Et ſic excommunicationum tractatui finem imponimus.

DE SVSPENSIONE QVÆ SECVNDA SANCTÆ ECCLESIÆ Cenſura eſt.

TRactat. S. Th. & alij in 4. ſent. diſt. 18. q. 2. & S. Anto. 3. par. tit. 28. ca. 1. Ang. Sylu. Tab. Caiet. Armil. & alij verb. Suſpenſio. Nico. Plouet in tractatu Sacerdotali Conarr. in clem. Si furioſus de Homicidio. 1 par. per totam. Summa Confeſſorum. lib. 3. tit. 29. Simon Maiolus de Canonicis impedimentis. lib. 3. c. 19. Nauar. Manuali. c. 27. à nu. 151. Epiſcopus Scalenſis de cenſuris. titu. de Suſpenſione pagina. 213. Soto. 4. diſt. 22. q. 3. art. 1. Ledeſ. 2. par. 4. q. 26. art. 2. Barto. Medin. in ſumma. 1. par. cap. de Suſpenſione. Borgaſius. de impedimentis, & irregularit. Hoſt. Goffr. & Canoniſtæ in multis locis, & alij.

1 *Suſpenſionis materia multiplex.* QVamuis Suſpenſionis materia, ſatis ſuperque tractata ſit à Doctoribus ſupra citatis, & à cõpluribꝰ alijs, nihilominus tamen eam in mediũ adducemus, aliqua notaturi ab alijs nũquam notata; quia noue inuẽta; & à Concilijs, Sũmiſque Pontif. his tẽporibus ſtatuta.

2 AD rem igitur promiſſam accedẽtes. Quæritur. Quotupliciter ſumatur hęc uox: Suſpẽſio? Reſ. Dupliciter ſumi. Primo modo generaliter ſũpta. Secundo modo in ſpecie, ꝓut eſt Cẽſura Eccleſiaſtica. Syl. Caie. Armil. ſup. Nau. nu. 151.

3 *Suſpenſio in genere qd.* TErtio. Quid eſt ſuſpẽſio in genere? Reſp. Quòd eſt prohibitio vſus Officij, uel facultatis alicuius: ut multis allegatis iuribus, probat Glo. in clem. Cupientes. de pęnis. Abb. & alij in rubr. de ſent. excom. & in c. ſi celebrat. de cleric. excommu. & multi alij quos refert, & ſequit Nau. & Epiſcopꝰ Scalẽſi ſup. c. 8,

4 *Quid in particulari.* QVarto. Quæritur. Quid eſt ſuſpenſio particulariter, & in ſpecie, prout hic ſumpta? Reſp. Quòd licèt diffinitio Syluestri, Caietani, Armillæ, Nauarri, & aliorum ſupra, uideatur eſſe, & ſit ſufficiens: Vberior tamen, iuriq; cõformior eſt illa, quæ colligitur ex Maiolo. de Canonicis impedimẽtis. lib. 3. ca. 19. & ex Epõ Scalẽſi. de ſuſpenſ. c. 8. quæ talis eſt: *Suſpenſio eſt cẽſura.* Suſpenſio eſt, Cenſura Eccleſiaſtica, qua clericus ſæcularis, uel regularis ob aliquã culpã, à iure vel à iudice, à beneficiorũ, Officiorũ, ordinũ, vel eccleſiaſticę iuriſdictionis executione, in totum, uel in partẽ, perpetuò, uel ad tẽpꝰ prohibetur. Colligit. ex c. 1. §. fi. de ſent. excõ. lib. 6.

5 *Suſpenſio & interdictũ ĩ quo differant?* SEd cùm quaſi idem uideatur ſonare ſuſpenſio, & Interdictũ quęritur V. idem ſint? Reſp. Quòd non. Nam excõmunicatio, interdictũ, & ſuſpẽſio in quibuſdam differunt; in multis alijs conueniunt. Conueniunt autem (ut tradit Nauar. c. 27. nu. 164. & cum ſequutus Epiſcopus Scalenſis de inter. c. 1.) in nouẽ.

Primo. Cõueniunt in hoc, quòd quælibet earum eſt cenſura Eccleſiaſtica. ca. Quęrenti. de uerb. ſign. & commutãs.

Secundo. Quòd quælibet in ſcriptis debet ferri, & cum cauſa in eis expreſſa. c. 1. de ſent. excom. lib. 6.

Tertio. Quod nullã earum ſuſpendit appellatio ſubſequuta, & quãlibet annullat præcedens. ca. Is cui. §. fi. eod. tit. in 6. & c. Ad hæc quoniam. de appel.

Quarto. Quòd quamlibet debet præcedere monitio. c. Repręhenſibilis. de appel. cum fertur ob contumaciam, & non cum in pęnam c. 2. de conſtit. lib. 6. cap. Quamquam de cenſib. eod. lib.

Quinto

Quinto. Quòd quælibet eſt nulla, cũ fertur ſine canonica monitione ab excõmunicatore cõtra participantes excommunicatis à ſe. c. Statuimus. iũcto. c. Statutum. de ſent. excom. lib. 6.

Sexto. Quòd quælibet impedit à diuinis, excepta illa ſuſpẽſione, quæ non fit ab eis. ea. Paſtoralis. §. Verum. de appel. iuncto. d. c. Is cui.

Septimo. Quòd in abſolutione omnium iuratur. c. Venerabili. & c. Ex teno re. de ſent. excom.

Octauo. Quòd nulla earum contra receptos in filios ſpeciales Papæ ab ordinario ferri poteſt. c. 1. de uerbor. ſignifi. 6.

Nono. Quòd quælibet eſt à ſuperiore ſeruanda. c. Cum ab Eccleſiarum. de Officio ord. immo, & à ferente, quouſque eã tollat. Calderinus. de interd. menib. 1.

Differũt etiam, in ſeptem: quæ poteris videre in Nauarro. & Epiſcopo Scalenſi. ſup. & Sot. in 4. d. 22. q. 3. ar. 1.

6 QVæritur. Quotuplex ſit ſuſpenſio? Reſp. Primo. Aut loquimur de ſuſpenſione in genere, aut in ſpecies, prout eſt Cenſura. Secundo. Reſpon. quòd ſuſpenſionis in genere tria annotãtur genera: Primum genus eſt, quando quis, quoad ſe tantùm, pro aliquo crimine ab officio prohibetur, ut in c. ultimo. 28. diſt. & cap. Noſtra. de cohabit. cleric. & mul. quæ dicitur minor ſuſpenſio. Secũdũ eſt, quo ad alios. Et eſt, qñ alicui celebratio non interdicitur, ſed tantũ alijs auditio prohibetur. Et hæc ſuſpẽſio impropria dicitur. Tertiũ eſt, quãdo quis quo ad ſe, & quo ad alios eſt ſuſpenſus. Quãdo. ſ. aliquis à iure, uel à iudice ab officijs ſuis ſuſpenditur. Quæ ſuſpẽſio maior appellatur; Et eſt cenſura, de qua hic agimus. Quæ omnia colligũtur ex Abb. in c. ſi celebrat. de cleric. exc. nu. 4. & ex cõmuni ibid. relata, & cõfuſe declarata à Naua. c. 27. nu. 153. melius tamẽ, & clarius, ab Ar. nu. 2. & 3. ab & Epiſcopo Scalẽſi. c. 3. & alijs. Sil. i prin. & nu. 1.

Suſpenſio quotuplex.

7 QVæritur. Quotuplex eſt hæc propriè dicta ſuſpenſio maior, & cenſura? Reſ. Triplicem eſſe. Quædam eſt ſuſpenſio Officij, & beneficij ſimul, ut in capitul. Tuarum, de Priuil. Altera officij tantùm, uel partis eius. Tertia beneficij, uel rei ad illud pertinentis. glo. in Clem. Cupientes. de pœnis. S. Thom: Sil ueſt. & alij Armil. nu. 4. Nauar. nu. 154. & Epiſcopus Scalenſis. c. 5. & 8.

Propriè dicta quotuplex.

QVæritur. Quæ differẽtia ſit inter irregularitatem, & ſuſpenſione? Reſp. Primo. Quod ſuſpenſio eſt una ex tribus cenſuris Eccleſiæ, ut in cap. Quærenti. de uerb ſigni. Irregularitas autem nõ. Secundo Quod non rectè conuertuntur ad inuicem. Nam omnis irregularis, eſt, & dicitur ſuſpẽſus, nõ autem omnis ſuſpenſus eſt irregularis. Tertio. Quòd ſuſpenſio tãtùm pertinet ad clericos, regulariter; irregularitas uerò etiam laicos comprehendit. ut bene declarat Epiſcopus Scalenſis. c. 1. & 2. 8

Suſpenſio, & irregularitas, in quibus differãt

Differũt etiã, alio modo inter ſe, quod ſuſpenſio utriuſque ſexus homines reſpicit; irregularitas autem tantùm viros, quia Moniales ſuſpẽdi poſſunt, irregulares vero fieri minimè, ut tradit. d. ca. 2. licet confuſe, Epiſco. Scalenſ.

QVia diximus ſupra ſuſpẽſionem aliquam eſſe minorem: Quæritur quot modis illa incurratur? Reſ. Duobus incurri. Primo. Quotienſcunque quis, in aliquo interiori, uel exteriori peccato mortali exiſtit, Suſpenſus eſt ab executione ſuorum ordinum, ita quòd ſi alicuius Ordinis officiũ ſolẽniter exerceat vt talis ordinis miniſter; peccat mortaliter; irregularitatem tamen non incurrit. Qualiter autem ſe poterit tũc à mortali per contritionem excuſare, & in quibus ſacramentis; uide ſup. in 1. par. de ſacramentis in genere. ad fin. notab. 3. 9

Suſpenſio minor quo tuplex.

Secundo modo. Quando quis aliqua eſt minori excommunicatione ligatus, talis etiam à ſuſceptione ſacramentorũ eſt ſuſpenſus per rex. (ubi communis) in c. Si celebrat. de cleric. excom. miniſ. ut diximus ſupra de minori excõicatione. 10

Celebrãs ſuſpenſus.

QVæritur. V. Tali minori ſuſpẽſione innodatus de facto celebrans, uel alia ſacramenta adminiſtrans, uel ſuſcipiens, incurrat irregularitatem? Reſpon. Quòd licèt regulariter mortaliter peccet, nullam tamen irregularitatem incurrit, Vt patet ex c. Si celebrat. de cleric.

excom-

excomm. & ibi communis Nauar. c.27. nu.24. Epiſcopus Scalenſ. de ſuſpenſ.c. 5.& diximus, ſup. de minori excom.

Quid de inducente ad celebrãdũ.

11 QVæritur. V, poſſit quis abſq; mortali peccato tales minori ſuſpenſione ligatos inducere ad celebrandum, vel alia ſua officia exercenda? Reſpond. Quod non, niſi alius haberi non poſſit. Quia in tali neceſſitate, ſacramenta ab eo accipiens, excuſatur, maximè ſi eſt meus Parochus, vel ſuperior toleratus. Quid in tali caſu, petens ab eo ſacramẽta, vtor iure meo. S. Th. & Palud. 4.4.d. 24.q.1.ar.3. Idem S. Th. 3.par.q.64.ar. 9.3. Epiſcopus Scalẽſ. de ſuſpenſ.c.5. Et qualiter hoc ſit intelligendũ, etiã in maiori excõicatione innodato, non tamen denuntiato, vide ſup. de excommunicatione maiori.nu.79. Et hæc de primo genere ſuſpenſionis ſcilicet quoad ſe.

Suſpenſus quo ad alios quis.

12 DE ſecundo genere, ideſt, quoad alios, Quæritur, Quis dicatur ſic ſuſpenſus, de hac ſuſpenſione impropria? Reſpon. Talẽ dici clericũ peregrinum, ideſt, alienigenã, qui publicè celebrare nõ põt, niſi prius teſtimonium ſuæ ordinationis, (quas literas dimiſſorias vocamus) oſtenderit, vt habetur in c.3. de Cleri. peregrinis. Conc. Trid. Seſſ. 23. de Reform. c.16. & alia Cõcilia, quę affert Sotealus verbo; Literæ. notat Nauar. c.27. nu.153. Summiſtæ maximè Armil. verbo, Peregrinus. nu.3. Epiſcopus Scalenſ. de ſuſpenſ. c.6. Secreto aũt. i. in loco occulto deuotionis cauſa celebrare poterũt. Oẽs ſupra. Pro quo Nota; ꝙ licèt ius antiquum, in ti. de clericis peregr. & Cõcil. Trid. ſup. tantũ agant de clericis peregrinis; Hodie tamen, in vniuerſum ſeruatur, non tantum peregrinos clericos, ſed ẽt ignotos, (id eſt, qui nõ ſunt eiuſdẽ Diœceſ.) literas dimiſſorias portare debere. Quæ literæ Sigillum cognitum habere debent, ſecundum omnes.

Soteal⁹ verbo. litera.

De literis dimiſſorijs

13 QVæritur. Quid, ſi tale ſigillum incognitum eſſe? Reſpõ. ſecundũ omnes, maximè Armil. ſupra, quòd tales literę debent habere quinque Epiſcoporũ ſigilla. Quod procedit, ſi talium ſigillorum aliqualis habeatur notitia, pariterque ſigillantium, ſecundũ gl. in c. Quod ſuper his, de fide inſtrum. Vbi Abb. & Fely. & Gloſ. in c. 198. d. aliàs mille ſigilla non ſufficiũt. Quod ꝓcedit de rigore iuris. De conſuetudine tamen vnũ ſufficit.

Epiſcopi diligẽtes ſint &c.

In quo caſu Prælatos, eorumq; Vicarios oportet diligentiſſimos debere eſſe ſcrutatores; ſunt enim multi (quorũ aliquos in flagrãti delicto cõprehẽdi) falſarij, Apoſtatæ atq; fugitiui, & ꝙ peius eſt, celebrantes abſq; vllo ſuſcepto ordine. Quamobrem, quidam Vicarius amicus meus, ſciens falſitatẽ quotidie in literis dimiſſorijs reperiri, hac vtebatur cautela (quã nec laudo, nec vitupero.) Accipiebat iuramentũ in forma, inquirens à tali clerico, eſſet ne excõicatus, vel aliquo alio vinculo impeditus ad celebrandum? quo reſpondente non, licentiã celebrandi concedebat.* Qualiter nullus ſit admittendus ſine dimiſſorijs, vide Cano. 34. Apoſt. qui ſic ait: Nemo peregrinorum Epiſcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum, ſine commendatitijs ſuſcipiatur literis, & ſi eas obtulerit, attentius in diſquiſitionem vocantur. Et quidem ſi prædicatores pietatis fuerint, ſuſcipiuntur. Sin minus, vbi neceſſaria ipſis ſuppeditaueritis, ad communionem, & vlteriorem ipſos conſuetudinem non admittitote. multa enim per obreptionem fiunt.

Suſpẽſio maior & minor qualiter differant?

QVæritur. V. aliquo modo differant inter ſe ſuſpẽſio maior, quæ eſt cẽſura & ſupradictę duę minores ſuſpenſiones? Reſpon. differre inter ſe, in ſequentibus. 14

Primo. Quod ſuſpenſio minor, & impropria, non ſunt cenſurę, nec cõprehenduntur. in d. ca. Quærenti, de verb. ſign.

Secundo. Quòd licèt exiſtẽs in mortali peccato, ſit prohibitus celebrare, & appellet late ſuſpẽſio, ſtrictè tamẽ non eſt.

Primo. Quia, ſecundũ cõmunẽ omniũ ſupra citatorum, & aliorum, ſuſpenſio non eſt peccatum, ſed pœna peccati.

Peccatũ mortale q̃ antiquum.

Secundo. Quia peccatum mortale antiquitatem ſuam poteſt ab origine Mundi probare. Suſpenſio autem cenſura eſt canonico iure introducta, in peccatorum pœnam.

Peccatũ mor. habẽs ſi ce

Tertio differũt, Quia quamuis pc̃tm̃ mortale, vel excommunicationẽ minorem

rem

tem habens, accipiendo ſacramenta peccet mo: aliter, non tamen, per hoc incurrit irregularitatẽ, vt ex d.c. Si celebrat. notat. Silu. Ang. Armil. Caiet. Nauar. & omnes ſupra, & omnes canoniſtæ, in d. cap. Epiſcopus Scalenſ. c. 9.* Quibus addi poteſt Cano. 27. SS. Apoſt. q̃ ſic ait: Si q̃s Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ob certa crimina iuſte depoſitus, attingere miniſterium, quod aliquãdo tractauerat, præſumpſerit, omnino hic ab Eccleſia abſcinditor.

Suſpenſio a quibus ſuſpẽdat?

Quarto. Quòd etſi vtraque excommunicatio minor, ſcilicet, & à fortiori maior ſuſpendat tali vinculo ligatũ, ab omni Eccleſiaſtico exercitio, (vt ꝓbat Caietã. ſumma, verbo. Suſpẽſio. §. 2. & alij) nõ tamẽ propterea dicitur ſuſpẽſio.

Primo. Quia ſuſpẽſio diuerſa ſpecies Cenſuræ eſt ab excommunicatione, vt ex cap. Quærenti. de verbor. ſigni. & omnium communi, patet.

Secundo. Quia, licẽt ſuſpenſio ab executione ordinis, beneficio, iuriſdictione, vel Eccleſiæ ingreſſu ſuſpenſũ ꝓhibeat, nõ tamen ſemper eſt peccatum mortalẽ, ſicut maior excommunicatio.

Excõicatꝰ abſolui debet prius & eat.

Tertio. Quia excommunicatus, prius debet ab excommunicatione abſolui, quã a peccatis, (vt ſupra, in 1. par. de abſolutione diximus) ſuſpẽſus vero, poteſt prius ab omni excommunicatione, & à peccatis abſolui, Euchariſtiaque ſacratiſſima cibari, poſteaque a ſuſpenſione abſolui, niſi talis ſuſpẽſio fuiſſet a ſuſceptione ſacramentorũ, quia tũc prius debet ẽt ab illa abſolui. De his, & alijs differẽtijs, poterit videre ſupradictos, maxime. Caiet. & Epiſc. Scal. c. 9.

Cõfeſſor an poſſit pœnitentem ſuſpẽderet?

15 QVæritur. V. Confeſſor poſſit pœnitentem ſuſpendere, ſcilicet, præcipiendo ſacerdoti ne celebret, vſque ad tale tempus &c. Reſp. Quòd licẽt talis confeſſor poſſit tali pœnitenti ſacerdoti, Diacono, vel Subdiacono talia interdicere, & prohibere, iuſta de cauſa, vt ex. c. Omnis. de pœnit. & remiſ. probat cõmunis ibi, & vbique: nõ tñ talis dicetur ſuſpẽſio cẽſura, ideoque faciens contra dictã prohibitionẽ, non erit irregularis, vt probat Gloſ. cõmuniter recepta in c. Is qui. de ſenten. excom. lib. 6. poſt ſpeculator. de diſpenſ. §. iuxta. nu. 32. quẽ refert, & ſequitur Epiſcopus Scalenſ. ſupra. Armil. nu. 14.

Quis poſſit ſuſpẽdere?

CVm ergo Confeſſor tali cenſura ſuſpendere non poſſit, Quæritur, Quis poſſit alium ſuſpẽdere? Reſpõ. Illum regulariter ſuſpendere alium poſſe, q̃ poteſt excõmunicare. Silu. nu. 2. Caie. & Armil. nu. 17. Nau. c. 27. nu. 159. Epiſcopus Scalenſ. c. 12. & Cõmuniter oẽs. 16

Quis ſit ſuſpẽdus?

QVæritur. Quis poſſit ſuſpẽdi? Reſp. Quod licet oẽs Chriſtiani vtriuſq; ſexus poſſit excommunicari, & interdici, vt tradunt omnes, verbo, excommunicatio. in quæſtio. quis poſſit excommunicari, & Nauarr. c. 27. num. 159. Solum tamen perſonæ Eccleſiaſticæ ſuſpẽdi poſſunt, vt ex ipſa ſuſpenſionis diffinitione colligit Silu. Caiet. Ang. Armi. Nauar. & omnes. ſupra. 17

Quot modis poſſit quis ſuſpendi?

QVæritur. Quot modis, poteſt quis ſuſpendi? Reſpon. Duobus modis. 18

Primo modo, Quando iudex (qui poteſt) illum ſuſpendit, & tunc dicitur ſuſpenſio lata ab homine, de qua, & qualiter debeat dari in ſcriptis, & præmiſſa monitione, vt in excommunicatione, vide Nauar. d. nu. 159.

Secundo modo incidit quis in ſuſpẽſionẽ, ipſo iure, multis modis, quos, ſummatim ad 39. reduxit Armil. nu. 16. Sed q̃a oportet multa notare, nouaq; ex Cõcilijs addere, oẽs caſus particulariter colligere decreuimus ex diuerſis; Silu. maxime qui. 40. notauit. Nauar. vero. n. 154. ex Gl. magna. in Clem. Cupientes, de pœnis, & Ang. principaliores colligens tantùm, poſuit. 16. Summa Confeſſorum. lib. 3. titul. 29. q. 5. tantùm. 14. Medina in ſumma lib. 1. tãtũ ſex ponit. gl. in Clemen. Cupiẽtes de pœnit. tãtũ. 25. poſuit. totidẽ Nicolaus Ploue. de ſuſpẽſ. Epiſcopus Papienſis, in addition. ad Sananatolam. 33. ſignauit: Nos autẽ ex illis, Epiſcopoque Scalenſi. cap. 14. & alijs, ſparſim, ſequẽtes proponemus. 82. nuſquam ab alio in tam grandi numero collectas. 19

De clericis fornicario.

PRima ſuſpenſio a iure. Omnis in ſacris cõſtitutus, notorius fornicator eſt ipſo iure ſuſpẽſus. text. in c. Nullus. c.

Præter

Præter hoc.32.diſt.c.Sciſcitãtibus.15.q. 8. In qua ſuſpenſione erit donec pœniteat.c.Si qui presbyteri ſunt. 81. diſt.de hoc Couarr.latè in Clem. Si furioſus.1. par.§.1.nu.5.

Qualiter tollatur.

Vbi Nota.Gloſ. receptam dicentẽ: quod ſicut ipſo iure incurritur in hoc ſuſpẽſio ſic eodem iure tollitur per pœnitentiam.

V. procedat de oĩbus clericis?

20 Secũdo Nota, Quod licet Nauar.c. 27.nu.154. tantùm dicat ſuſpenſum presbyterum,& Diaconũ. In c.aũt. 25.nu.76.ſecutus Archid.& alios, ſimiliter dicit de omnibus etiã in minoribus conſtitutis fornicatoribus notorijs, Tenet etiam Maiolus de irregula.lib.5.capit. 37. Epiſcopus Scalenſ. capit.14. & alij, multis quos refert Maiolus. ſupra.

Quã dicitur notorius?

21 Tertio nota. Quòd notorius fornicator erit, quando crimen in iudicio confeſſus eſt vel peccatum eſt ita notorium, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari. Nau.latè c.25.nu.77. Maiolus.d. c.37.& multi alij communiter.

Notoriũ duplex.

22 Qvarto nota cum S.Thom. & Ray. quos refert,& ſequitur Epiſcopus Scalenſ.c.14.Silu.Ang.Armi.verbo Notorium.num.1.& alij, quòd notoriũ eſt duplex, aliud iuris, vt quãdo quis in iudicio confitetur, vel conuincitur. Aliud facti, vt quando crimen eſt in populo notorium, vel in maiori parte &c. de quo Nauarr.ſupra. Maiolus ſupra per tex.in c.Sacerdotes.50.diſt.

Quando fiat irregulares.

23 Qvinto nota. Quòd tales adminiſtrãdo in officio ſuo, ante factam pœnitentiam, fiunt irregulares, & Papã diſpẽſandi. Archid.in §. Hæc de malis. 3 diſtin. Silueſ. verbo. Clericus.2.q.8.Ioã. Andr.& Hoſt.in c. veſtra.de cohabit.cleric. Silu.& alij. verbo Concubinarius. facit text.c.ſi qui ſunt.81.diſt.c.Præter.§. Verum 32.diſt. Nauar.cap.25.num.77. Maiolus.& Scalenſ.ſupra. citãs pro hoc Innocen.& Hoſtien.

Qualiter vitãdi, &c.

24 Si tamen, cùm eſſet ſic ſuſpenſus minime celebrauit, antequam à ſuſpenſione abſoluatur, non eſt pluſquam ſuſpẽſus, in qua Epiſcopus poteſt diſpenſare ſecundum Innocen.& alios ſup.

Qualiter autem,& quando, taliter ſuſpenſi ſint vitãdi in Miſſa, & alijs, vide Nauarr.ſupra,& Epiſcopum Scalẽſ.d.c. 14.& alios Doctores ſupra.

De ſimonia ſuſpẽſione in dignitate, & cæt.

25 Secunda. Suſcipiens beneficium Curatum, aut Dignitatẽ ſimoniacè etiã occulte, ſub eodẽ iure eſt, (ſecũdũ Gof.) ſub quo recipiens ordinem ſimoniacè: Quia talis quoq; eſt ipſo iure ſuſpẽſus, etiam quo ad alios, nec tantùm ab actibus omnium ordinum, ſed & ab adminiſtratione temporali, ſecundum Inn. In quo beneficio, vel dignitate ſolus Papa diſpẽſat, præcipuè quã ſcientibus beneficiaris eſt commiſſa ſimonia, vide tex.in §.verum 33.diſt.Armil.verbo. Simonia. nu.51.& alios.ſupra.Sum. Cõfeſſ.lib.1. tit. 1. q.21. & 23. Vbi multa citat iura Epiſcopus Scalẽſ.d.c.14.Couar. in Clemen. Si furioſus.2.par.§.1.num.7.

Quis diſpenſet?

De ſimonia in beneficio ſimplici.

26 Tertia. Recipiens beneficium ſimplex ſimoniacè, eſt ſuſpenſus quo ad ſe, & quo ad alios ab actibus omniũ ordinũ, & ab adminiſtratione tẽporali, ſi ſimonia eſt notoria notorietate iuris, vel facti, (de qua, ſupra, ſuſpenſione.2. notab.4.) Si autem occulta; tantùm quo ad ſe. Sylu.& omnes, maximè Armil.& Sum.Conf.ſup.Abb.in c. Per tuas de ſimon.S.Th.Hoſt.& alij quos, cũ tex.in c.1.1.q 1.cũ alijs tex.in c.ſi quis daior. 1.q.3. refert, & ſequitur Epiſcopus Scalẽſ.d.c.14 quẽ,& ſummã Cõfeſſ.& Armil.vide. Et melius tract. S. Th.22.q. 110.ar.6. Vbi Caiet.& Nauar.c.23. nu. 106 Vbi latè, & in Cõment.de ſimonia. nu.28. Couar.in regula peccatũ. 2.par.§. 8. quos refert, & ſequitur Cordub. in ſumma.q.26.& Petrus Soto. de ſacramento ordinis lectio.7. tractat optime Epiſcopus Papienſis in addit.ad Confeſſionale Sauonarole vbi citat Bulla, Pij V.* Circa ſup.dicta nota Canonẽ.28 SS. Apoſt. in hæc verba: Si quis Epiſcopus aut presbyter, aut Diaconus pecuniæ interuẽtu hãc dignitatẽ nactus fuerit, deponitor tã ipſe, quàm qui eum ordinauit, & omnino à communione abſcinditor, quemadmodũ Simon Magus à me Petro. Vide etiã, Canon.29. & vide infra. nu.42.

De ordinato ſine patrimonio, & ordinante.

27 Qvarta. Ordinans aliquem ſine patrimonio, vel eum præſentans ad ordines promittentem, vel iurantem ſe, ne-

que

que ab Epiſcopo, vel alios, victum petiturum. Omnes ſunt ſuſpēſi. Ordinator, à collatione ordinum. Præſentator verò à ſuorum ordinum (ſi habet) executione. Et ordinatus indiget Papę, diſpenſatione, ſecundum Ray. vide Nauar. c. 27.

28 nu. 158. per text. in c. 45. de ſimon.

De titulo ficto. Grauis eſt quæſtio inter Doctores: An, qui initiatur ordinibus cum titulo ficto, dicens, ſcilicet, ſe habere patrimonium, cùm tamē, clàm fecerit pactū, de illud renūciā lo pprio Domino; ſit ſuſpenſus? quia Cōcil. Tridēt. ſeſſ. 21. c. 2. ait: ne quis poſſit renūtiare beneficium, vel patrimoniū ad cuius titulum initiatus eſt? Nau. Manual. c. 27. nu. 158. & Martin. Ledeſima. in 2. par. q. 26. Pedraza. 2. par. de ſuſpēſ. & Barth. Medina (Magiſter digniſſimus meus) in ſumma. c. de ſuſpenſione, dicūt eſſe ſuſpenſum, nullum allegantes Canonem, aut Gloſā, ſed tātū, dicit Nauar. ſupra. noſtra ſentētia. ¶ Simon aūt Maiolus de irregularit. tit. de ſuſpenſione ait, eſſe irregularem per tex in cap. 1. & 2. diſ. 70. ad quę iura (inquit) referri Cōciliū Tridē. ſup. dum ait, in finalibus verbis, (Antiquorum Canonum pęnas ſuper his innouā do.) Secundo facit. Quia in nouiori impreſſione dicti Cōcilij in Additionibus, vel Concordātijs eiuſdē. c. 2. ponuntur in margine tex. in d. c. 1. & 2. diſt. 70. Tertio Facit, Quia Doctor Nauarrus iunior (Magiſter meus Colēdiſs. Salmāticæ, anno. 1568. hoc in publica lectura confirmatur.

Nihilominus tū grauiſſimi Doctores tam Theologiæ ſacræ, quā vtriuſque iuris digniſſimi profeſſores Salmanticæ, ac Compluti (me præſente) contrarium tenuerunt; imo talem minimè eſſe ſuſpē ſum. Quorū dictis Principaliores Toletane vniuerſitatis doctores acceſſerunt.

Quod. Primo probatur; Quia ſi talis eſſet ſuſpenſus per. d. c. Conc. Trid. (vt dicitur.) Nauarrus, Ledeſma, Pedraza, & Batt. Medina; qui omnes ſcripſerunt poſt Conciliū, illud allegaſſent; alias .n. ſi ita eſſet (vt ait Maiolus) ignominioſum eſſet tātis viris, Conciliū ignoraſſe; qui tātū dicūt, ſuo iudicio, eſſe ſuſpenſū nullum allegantes Canonem, vel textū. Secundo Probatur, Quia Romæ interrogatus ipſe Nauarrus de hoc caſu, Reſpondit (multis adductis fundamentis) eſſe ſuſpenſum, abſq; noīatione ulla dictorum Canonum. 70. d. nec dicti Cōc. Trid. ſup. Quod reſponſum ego vidi.

Quibus omnibus in cōtrarium adductis non obſtantibus, Contrarium, imo nō eſſe ſuſpēſum, fuit decifum in ſacri Cōcilij explicatione facta ab Illuſtriſs. Cardinalibus in cōgregatione pro declarando Cōcilio facta ex mādato. Gregor. XIII. Quæ congregatio intelligit dictū Concil. Triden. ſeſſ. 21. c. 2. referendum eſſe ad tex. in cap. De multa. de Præbēd. in quo, tex. in d. c. j. & 2. diſtin. 70. limitā tur, Quam Cardinaliū deciſionem ego vidi, totamque, de verbo ad verbū perlegi anno 1583. & nūc Anno 1591. legi in 1. libro Conſiliorū dicti. D. Nauarri. tit. 2. q. 16. q Cōcil. Trid. d. c. 2. ſeſſ. 21. refert ſe ad c. Neminē. & c. Sanctorū. 70. diſt. Quod (ſalua pace tanti viri) differt omnino a dicta DD. Cardinaliū deciſione; quæ in reſponſione. 695. ſic dicit: Iſti antiq Canones ſunt vt. c. Neminem. c. Sanctorū. 70. diſt. cū c. Cum ſecundum. de Præhend. ¶ Et in ſequenti. 696. deciſione habetur ſic: Ordinatus tamē cōtra formā huius Decreti, ſine beneficio, aut patrimonio, non eſt per hoc ſuſpenſus, nec aliquam pœnam incurrit; ſed cogendus eſt ordinans ei prouidere iuxta. c. Cum ſecundum. de præbend. Qui Canō ſolus, & nō alij, fuit innouatus à Concilio, per doctrinam Abb. in d. cap. Cum ſecūdū. Et ſic patet quòd per hanc declarationē non eſſet ſuſpēſus. Sed poſt Bullam Sixti. V. cōtra clericos male promotos hæc deciſio nō habet locū. vt in eius explicatione. Notab. 14. Nos diximus, & ſic eum deciſio hæc ſit derogata per Bullam ſuperuenientem, & ibidem ponat ſuſpenſionem, patet eſſe ſuſpenſum, & inuiolabiliter eſſe ſeruandam Bullā, donec robore permaneat. 29

De titulo, uel alimētis promiſsis. Circa quam materiam de ordinando ſine titulo Nota, Primo, quòd ſi prima opinio eſſet vera per eādem rationē, eā quoq; incurrit, q ordinatur cū Patrimo-

Patrimonio,vel alimentis promiſſis,vel donatis ab aliquo,pactus antequam ordinaretur ſe non petiturum poſtquam ordinatus fuerit; Qui caſus eſt quotidianus.

30 *Quid ſi ſine pacto redderet?* NOta Secundo. Quod qui poſt ordinationem remittit, vel retrodonat ius, aut patrimonium quod illi fuit donatũ,vel promiſſum ſine pacto, ante ordinationẽ facto,non incurreret.argumento. gloſ. ſingul.in c. Tuis. de Præbend.& gl.memorabilis. in c.Si Epiſcopus.eod.tit.in 6.

31 *De ordinato ad titul. patrimonij &c.* TErtio Nota. Quod qui ordinatur cum facultate ſui Epiſcopi,impetrata ad titulum ſui patrimonij donati, & ante ordinationẽ renuntiati,non cenſetur Ordinari abſque facultate,quo ad effectum incurrẽdi aliam ſuſpenſionem poſitam à Nauarr. c.27. nu.235. Quia talis renunciatio, facta antequam ordinetur; non videtur valere,per communem opi.in c.penult. de Simon. etiamſi eſſet iurata: iuxta Felyn. & Anan. contra Abb. Hanc tamen incurrit; Nauar.c.27.nu.158.quos omnes refert,& ſequitur Epiſcopus Scalenſ. de ſuſpenſione.c.14.ver ſic.Qui ordinat.

32 *De mediatore ſimoniaco.* QVarto nota. Quod non modo qui confert ordinem, vel beneficium cum ſimonia, ſed etiam qui mediator eſt ſimoniæ,ſi eſt publica,ſecundũ Ray. ipſo iure eſt ſuſpenſus,etiã quo ad alios, cum quo ſolus Papa diſpenſat. Doctores ſupra.

33 *De ordinato, ab Epiſcopo ſimonia. in ordine.* QVinta ſuſpenſio. Qui ordinantur ab Epiſcopo Simoniaco in ordine, vel dignitate ſuſcepta, quantumuis occulte,aut à ſimoniaco notorio in collatione ordinum,aut in collationẽ,receptione,vel mediatione beneficiorum:ordinis executionem non recipiunt, ſed ſunt ipſo iure ſuſpenſi, q̃uis in ſua ordinatione nulla ſimonia commiſſa ſit,hoc enim,quod non habent, dare alijs non poſſunt.text.ca.Daibertum. 1.q.7. tex. c.Si quis à ſimoniacis. 1.q.1.

34 *Quid ſi ignorante fiat.* VErum tamen eſt,quòd à talibus ordinati,ex ignorantia facti,à peccato excuſantur, ſed ab ipſa executione ordinum,ita receptorum abſtinere debent cùm primum ſciuit, quouſq; cũ eis per Papam diſpenſetur. Si vero,ex ignorantia iuris,hoc faciant,non excuſantur, vide tex.cũ gl.in c.Si quis.1.q.1.vide etiã Silu.verbo ſuſpenſio.nu.7.Summa Confeſſ.lib.1. tit.1.q.7.Epiſcopum Scalenſ. de ſuſpenſ.c.14.& alios.

Nota etiam,circa ordinantes, vel ordinatos ſimoniacè text.in c.Pertuas.35. in ordine.de ſimon.& ca.Tanta. eod. & tex.in c.reperiuntur.1.q.1.Sot.lib.9. de iuſt.& iure. q.6.ar.1.& q.8.arti.2. Victoria.in relectione.de ſimon.2.par.Petrus à Soto. de ſacramen. Ordin.lectione.7.

CIrca quam ſuſpenſionẽ,quia periculoſa,ſubtilis, & (ni fallor) ſæpè incurritur libuit ſequentia notare. Primò. Quòd quando ſimonia commiſſa eſt tã tùm ex parte ordinatoris , ordinato nihil de hoc ſciente,quia v.g.ordinati Pater,frater,vel amicus aliquid ordinatori donauit, tunc talis ordinati ſuſpenſio, à quolibet Epiſcopo relaxari poteſt,vno excepto ordinatore propter eius infamiæ turpitudinem. 35 *De ſimonia commiſſa a collatore tantum.*

SI autem ſimonia commiſſa ſit tantùm,ex parte ordinati,ipſo ordinatore ignorante, quia talis ordinatus aliq̃d Vicario,examinatoribuſue donauit, ordinatus tñ eſt ſuſpẽſus,& ſi eſt publica,tantùm poteſt per Papam diſpenſari in gradu ſic ſuſcepto,aut alijs,ſuſcipiendis. In alijs autem ordinibus prius rectè ſuſceptis Epiſcopus diſpenſare poteſt; dummodo poſt in curſam talem ſuſpenſionem, in nullo ſupradictorum miniſtrauerit. Quia ſic ſuſpenſus in aliquo miniſtrans, efficitur irregularis a ſolo Papa diſpenſandus. Maiolus. ſupra. cum alijs. 36 *Quando ex parte ordinati*

SI vero occulta fuerit Simonia, nõ eſt talis ordinatus ſuſpẽſus quo ad alios. Et tunc Epiſcopus poterit eum tali diſpenſare, vt ex Goffredo. Hoſt. & alijs, tradit Dictionarium iuris,lib.3.tit.16. 37 *Quid ſi eſt occulta.*

Et licèt uideatur obſtare tex. in c.Erga.1.q.1.& c.A nobis.de Simonia; non obſtant.Quia tantùm fit ſermo ibi de dignitate per ſimoniam habita,ſecundum ſupradictos,& alios.

Nota

38 *Vicarij Epiſcopi ſpecialis.* NOta tamen. Primo, quòd licet hoc, iure antiquo, poſſet tantùm Epiſcopus in occultis, Hodie autem, idem etiam poteſt Vicarius quilibet, ab eo ſpecialiter ad id deputatus, per Cōcilíū Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6. incipit. Liceat Epiſcopis.

39 *De pœnis ſimo nig...* SEcundo Nota. Quòd inter alias pęnas; quas talis ſuſpenſus incurrit, quas ex diuerſis iuribus congerit Victoria, & Petrus, & Dominicus Soto ſuprà. & alij, vna eſt, quòd vltra excommunicationem & ſuſpenſionem quas incurrit, efficitur etiam infamis, vt probat late

40 Maiolus. lib. 5. c. 45.

V. ſuſpē ſus ab or dine, ſit a iuriſdi ctione? TErtio. Supradictis notabile hoc, cōſolatione plenum, addendum eſt; Quòd etſi ſuſpenſus ſit aliquis quo ad ea, quæ ſunt ordinis, non propterea, ſuſpenſum dicemus quo ad ea, quæ ſunt iuriſdictionis. Vnde infertur quòd ſi ante habeat iuriſdictionem, etiam nūc habet, & poteſt excommunicare, interdicere, ac ſuſpendere, & ab his abſoluere ſibi ſubditos. Guil. quem refert, & ſequitur Epiſcopus Scalenſ. ſupra cum alijs.

41 *De ſimo nia in cō ſequutio ne ordi num,* QVarto Nota. Quòd crimen ſimoniæ in conſequutione ordinum cōmittens, eo ipſo erit à ſie ſuſceptorum exequutione per Decēnium ſuſpēſus abſq; vlla diſpenſationis ſpe. Et vlterius, debet per annū incarcerari. ſecundum Conſtitutionem Pij V. quæ incipit: Cum primum. fol. 9. ſuarum Conſt. Quæ pęna procedit, etiam in occultis, vt patet in Bulla Pauli II. incipiente: Cum deteſtabile. innouata à Pio V. ſupra.

42 *De ſimo niace ac quirenti bus di gnitatē. &c.* QVi autem, dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica acquirunt ſimoniacè, ipſis ſunt ipſo iure priuati, inhabileſq; ad eas, & ea, vel alia quælibet obtinenda. Et vltra hoc erunt ad omnium fructuum reſtitutionem obligati. Paulus, & Pius, ſupra. Concordantes cum Martino V. in Concil. Conſtantienſi. & cum tex. in c. Sicut. de ſimonia. ſm oēs, maximè Panor. & alios quos refert, & ſequitur Armil. verbo ſimonia. nu. 52.

43 *De prela tis...* SExta ſuſpenſio. Prælati omnes, alijq; Eccleſiaſtici inferiores aliquibus ex redditibus Dignitatum, & Eccleſiarum vacantium eis ſubditarum, à mortuo poſſeſſore relictis, vel vacationis tempore durante collectis, quouſque reſtitutionem fecerint de prædictis, niſi de cōſuetudine præſcripta, vel priuilegio ipſis competant, ſunt ipſo iure ſuſpēſi. tex. in c. Præſenti. de offi. ord. in 6. & per cōſtitutionem Pij V. quæ incipit. Dudum. datam. Anno 1570. Cal. Iulij Pontif. ſui anno V. & eſt Papalis. *accipiē tib. fru ctus, etc.*

SEptima ſuſpenſio. Suſpenduntur ipſo iure omnes occupantes, ſurripientes, ſeu etiam inter ſe diuidentes bona à Prælatis Eccleſiarum dimiſſa, vel vacationis tempore obuenientia, donec plene reſtituerint. tex. in capit. Quia ſæpe. de electione. 6. 44 *Conſum mētes bo na dimiſ ſa.*

OCtaua. Suſpenduntur ipſo iure cōuentus, & capitula in receptione perſonarum vtriuſque ſexus ad religionem, aut ante, vel poſt illam paſtus, prandia, pecunias, aut res alias, etiam ad Eccleſiaſticum, aut alium pium vſum deputatas, vel deputandas directè, vel indirectè petētia, vel exigentia text. in Extrau. 1. de Simo. Moniales autē his non ſubiacent pęnis propter pacta, & conuentiones, quas faciunt pro dotibus recipiendarum in commodum earum victū, per priuileg. Clemen. 7. vt patet in Cōpēdio. 45 *De religioſis cir ca pran dia &c.*

Neſcio tamen, qualiter à ſupradictis pœnis eas poſſim excuſare propter acceptationes candelarum, aliorumque donorum, quæ à talibus recipiendis nō tātùm benigne exigunt, ſed quodammodo extorquēt. Fortè per priuilegium aliquod, vel longam conſuetudinem, ſibi conceſſum exiſtimant, qui earundem ſpiritualiter curam habent, vel ad eorū aures talis Extrauagās nūquā peruenit.

NOna ſuſpenſio. Suſpenduntur Eccleſiaſtici obligantes ſuæ Eccleſię fructus, pro debitis alienis. text. capitulo ſecundo. de ſolution. 46 *De cleri co circa fructus, &c.*

DEcima recipiens duos ordines ſacros eodem die, abſque diſpenſatione Papæ, eſt ipſo iure ſuſpenſus, donec abſoluatur a tali Cenſura. tex. in c. fin. de eo qui furtim ordi. ſuſcepit. Quæ ſuſpenſio tantùm intelligitur de poſteriore ordine. Et in hoc tantùm Papa di- 47 *De duo bus ordi nib. eod. die,*

ſpen-

ſpenſat, ſi ſit publicum, vt ex c. Literas. c. Dilectus. iuncta gl. de tempor. ordin. probat Nauarr. c. 25. nu. 71. vbi de conſuetudine (ait) quatuor minores, & Sub diaconatum poſſe eodem die conferri.

48 *De ordinato per ſaltum.*

VNdecima ſuſpenſio. Ordinatus (vt aiunt) per ſaltum, ideſt omiſſo medio ordine, tranſiens, ſ. de ſubdiaconatu ad ſacerdotium omiſſo Diaconatu, &c. eſt ipſo iure ſuſpenſus: cuius diſpenſatio, antequam ordinem ſic ſuſceptum exerceat, pertineat ad Epiſcopum, vt ex Conc. Trid. Hoſt. & alijs, tradit Nau. c. 25. nu. 71. Si autem illum exercuit, ad Papam pertinent.

49 *De ſepeliente uſurariũ.*

DVodecima ſuſpenſio. Recipientes publicum vſurarium ad ſepulturam Eccleſiaſticam, ſunt ipſo iure ſuſpẽſi, donec ad Epiſcopi arbitrium ſatisfaciant. tex. in c. Quia in omnibus. de vſuris. text. in c. Quanquam. eod. tit. in 6.* Et de Eccleſiaſticis qui vſuras a mutuũ accipientibus exigunt, vide Canon. 43. SS. Apoſt.

50 *Quis dicat' publicus uſurari'.*

SEd quæritur. Quis dicatur, ad hunc effectum, publicus? Reſpon. eũ eſſe qui publicam mẽſam ad hoc habet, vel, qui in iudicio hoc eſt confeſſus, vel teſtibus conuictus, aut ſuas res, ob dilatam ſolutionem, carius iuſto rigido manifeſtè vendit, vt tradit ex multis iuribus. Silueſt. vſura. 9. num. 1. Armil. eod. nu. 53. Nauar. c. 17. nume. 280. & omnes.

51 *De capitulis circa tranſgreſſionẽ Bulla Pij V. &c.*

DEcimatertia. Capitula, & conuentus, quibus ob tranſgreſſionẽ Bullæ Pij. V. circa non admittendas Beneficiorum reſignationes eſt interdicta facultas conferendi beneficia, ſeu officia, vel confirmandi, eligendi, præſentandi, & inſtituendi quenquam in ipſis, & nihilominus, prædicto nõ obſtante, ea omnia, vel aliqua, ſic ptãte priuati faciunt, ſunt eo ipſo ſuſpenſi, & reſeruatur Papæ, per Conſtitutionem. Pij V. quæ incipit: Quarta Eccleſię. ſuarum conſtitut. fol. 78.

52 *De ordinante inuitum.*

DEcimaquarta. Epiſcopus ordinans aliquem inuitum, aut reclamantem, eſt ipſo iure ſuſpenſus per annum à Miſſarum celebratione. per tex. in cap. Epiſcopus qui. & capitul. Geſta. 74. d.

¶ Sed Proh. dolor? Quia hodie multi ignorantes, tenebrarum vitijs, cenſurarum, aliorumque impedimentorum nexibus irretiti, poſt Reuerendiſſimos Epiſcopos clamare non ceſſant: Abba Pater, Abba Pater: ordines. Et hinc eſt, qd multos vidi abſque legitima ætate ordinatos, ideoque ſuſpenſionibus, atque irregularitatibus innodatos. *Not. Ordinati huius tpis.*

53 *De ordinante cõiugatũ.*

DEcimaquinta. Epiſcopus, vel alius poteſtatem habens, ordinans coniugatum ad primam tonſuram, eſt ipſo iure per annum ſuſpenſus à collatione ipſius tonſuræ, per tex. in c. Nullus. de temporibus ordin. lib. 6.

54 *De ordinante Bigamum.*

DEcimaſexta. Scienter ordinans Bigamum, maritũ viduæ, corruptæ, vel repudiatæ; ſuſpenſus eſt ipſo iure à poteſtate ordinandi, per tex. c. Ex pœnitentibus. 50. diſt. & c. 2. de Bigam. & ſuſpenſus eſt Miſſæ celebratione per annum. c. Nullus. 55. diſt.

55 *De ordinante ſolẽniter pœnit.*

DEcimaſeptima. Ordinans ſolemniter pœnitentem ſuſpenditur in ipſo iure per annum a celebratione Miſſę. Quòd ſi quis obſeruare contempſerit, cõmunione Eccleſiæ priuari debet. tex. in c. nullus. 55. diſtin. Quis autem dicatur ſolemniter pęnitens. vide ſupra in 1. par. de Pęnitentia in communi, & tractat bene ſumma Cõfeſſorum. lib. 3. tit. 13. q. 1. & 2.

56 *De illegitimo.*

DEcimaoctaua. Si quis ordinauerit illegitimum, abſque debita diſpẽſatione, priuatur autoritate ordinandi. tex. in capit. Cũ Vinctonienſis. de elect. Tradit optimè, Simon Maiolus de irregulari. lib. 1. cap. 7.

57 *Qui dicat' illegitimus.*

QVi autem dicantur filij illegitimi, ui. de tex. in c. Tanta. & per totum. Qui filij ſint legitimi. vbi Abb. & omnes Canoniſtæ Ang. Silu. Arm. & alios. verbo filius, Maiol. ſup. c. 6.

58 *Quis diſpenſat?*

QVis autem poſſit diſpenſare cũ illegitimis, quo ad ordines minores, maiores, & quęlibet beneficia. vide Ang. & Silu. verbo Diſpenſat. maxime Tab. §. 13. Armil. nu. 21. Maiolum. ſup. d. c. 7.

59 *De Prelatis nõ dicantibus fructus...*

DEcimanona ſuſpenſio. Prælati omnes priuilegio, ſtatuto, vel cõſuetudine, olim fructus primi, aut vlterioris anni

anni beneficiorum vacantium integre ſibi vendicantes, qui poſt conſtitutionē Pij V. quæ incipit: Quanta Eccleſiæ, de dictis fructibus percipiunt, vltra ſummam, qua in ſolutione decimæ, quod liber Beneficium taxari ſolet, vel dimiſſa, vltra totale reſiduum fructuum, idque in regionibus, vbi decimæ beneficijs ſunt taxatæ. In alijs vero vltra medietatem fructum recipientes, & infra menſem illis, ad quos ſpectat, non reſtituentes, donec ſatisfaciant, ſunt eo ipſo ſuſpēſi. text. in Extrauagā. Suſcepti regiminis confirmata ab ipſo Pio V. in Bulla, quæ incipit: Durum nimis, in libro ſuarum conſtitut. fol. 174. vbi etiam multa, quo ad hoc decreuit, & ſtatuit ſub ſuſpenſionis (quo ad Prælatos,) & excommunicationis, quo ad alios ſingulares, ſententijs, & pœnis. Quam omnino vide. * Vide etiam Canonem. 37. SS. Apoſtol. dicētē: omnium rerum Eccleſiaſticarum curam Epiſcopus gerito, & eas diſpenſato, quaſi inſpectante Deo. Non licitum autem ei eſto, quidpiam ex ijs ſibi tāquam proprium aſſumere, aut cognatis ſuis elargiri, quæ Deo dicata ſunt. Quòd ſi pauperes illi ſint, vt pauperibus ſubminiſtrato: non tamen horum prætextu res Eccleſiç venundato. In huius canonis cōfirmationem vide, quæ Nauarrus de reddit. Eccleſi. q. 1. mon. 27. nume. 5. de Sanctiſs. Pio V. Papa dicit in hæc verba: Quę fere omnia approbare viſus fuit felicis Recordat. Pius V. aſſignando pro dote cuidam nepti ſuæ, mille quingētos aureos, magno rogatu, (vt fertur) addidit alios quingentos exemplo raro, & mirando, tamque Sanctiſs. Papa digno. Hæc ibi.

60 *De Prælatis locantibus, domos &c.*

Vigeſima ſuſpenſio. Prælati domos locantes alienigenis vſurarijs, venientibus ad morandum pro fœnore faciendo, vel promittentes in terris ſuis cōducere, vel cōductas habere, vel alias habitare, & infra trimeſtre illos à ſuis terris non ejicientes, ſunt ipſo iure ſuſpenſi. per text. in cap. 1. de Vſuris. lib. 6.

61 *De ordine Curiali*

Vigeſimaprima. Promouentes ad ordines cuiçç obnoxium, quem curialem appellamus: deponi debent. tex. c. Aliquantos. 51. diſt. *ria obnoxium.*

Vigeſimaſecunda. Ordinans Neophitum, priuatur autoritate conferendi ordinem, quem contulit. per tex. c. Qui Eccleſiaſticis 59. diſt. Pro cuius quęſtionis declaratione. 62 *De Neophito.*

Quæritur. Quid ſignificet hęc vox: Neophitus? Reſp. Neophitum eſſe nouum in fide, ſcilicet, Iudæum, vel Gentilem nouiter ad Fidem cōuerſum. De quibus, & quare non ſint ordinandi, eſt text. in c. Quoniam. c. Sicut olim 48. d. vide Hoſt. in Summa. lib. 1. Rubri. 11. de Tempor. ordin. § 4. quē refert, ſequitur Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 14. q. 1. & 2. Sylu. verbo Neophitus. melius Maiolus. li. 1. c. 31. quem vide. 63 *Vox Neophitus quid*

Si autem tales ſint aliquādo (rariſſime tamen) ad presbyteratum, vel Epiſcopatum aſſumendi, multum debēt probari, atq; in inferioribus ordinibus, atq; officijs exercitari, vt ſic pateat quā fide ſint, qua modeſtia, qua grauitate, & verecundia prædici. Concil. Nicen. 1. c. 1. 2. Concil. Sardicenſ. c. 13. Laodicenſe. c. 3. S. Greg. lib. 4. Regiſtri. Epiſtola. 51. & li. 7. Epl. 110. Sylu. Papa, in C... c. Rom. actione. 2. c. 11. Siricius. Papa. c. 3. Epl. 5. Conc. Arelaten. 3. c. 1. Conc. Bracar. 1. c. 38. Ratio eſt, quia (vt ait Inn. Papa. 1. Epl. 12.) miſerum eſt, eum Magiſtrū fieri, qui nunquam diſcipulus fuit: cū ſummū fieri ſacerdotē, qui nunquam in vllo gradu obſecutus fuit ſacerdoti. 64 *Quando aſſumendi ad ſacerdotiū*

Vigeſimatertia ſuſpenſio. Fratres Mēdicantes ad Epiſcopatū, aliaſue prę laturas promoti, prius ſe conſecrari facientes, quam ſuæ Religioni libros ſuos renuncient, & reſignent: ſunt ipſo iure ſuſpenſi. per Clemen. IIII. in priuilegio. Prouidentia. 65 *Mendicantes promoti ad prælaturas.*

Vigeſimaquarta ſuſpenſio. Clerici eligentes in Epiſcopum illegitimum, vel abſque legitima ætate, vel ſcientia debita, &c. ſunt ipſo iure ſuſpenſi per triennium à beneficijs, per tex. in c. Cum in cunctis. § fi. de electione. 66 *De illegitimo Electo Epiſc.*

Nota tamen, quòd cum Nauarrus Manual. c. 27. nu. 155. dicat hāc ſuſpenſionem non comprehendi, Cardi- 67 *Quid de Cardinalib. eligētib. Papam.*

nales eligentes Papam nec Reges, vel alios ſæculares eligentes illegitimum in Epiſcopū, videtur quòd ſit huic textui derogatū, cū iā nullo modo ad clericos pertineat Epiſcoporū electio, vt antea, vt patet p c. Adrianus, & p totam. 63. diſt.

68 Vigeſimaquinta. Clerici prouocantes alium ad duellum, vel accipientes, vel acceptantes prouocationem ab alio factam, & in arenam deſcendūt, sūt ipſo iure ſuſpenſi, per tex. in c. 1. de Cler. pugnant. in duello, ita tenent Silu. verbo. ſuſpenſio. verſic. 11. & Tab. ibid. verbo. nec etiam Epiſcopus Scal. de ſuſpēſione. ca. 14. Maiolus. de irregularit. lib. 5. c. 28. nu. 1. nō tantùm ait eſſe ſuſpenſum, ſed etiam irregularem ipſo facto.

De cl ricis prouocantibus ad duellū.

Sed (ſalua tantorum virorum pace) iure non probatur eſſe ſuſpēſum, ſed deponendum eſſe, ita expreſſe ait text. in d. c. 1. quem ſic intelligit Gl. ibi, Goffre. in ſumma de hoc titulo, & ita tenet Nauarr. cōtra Silu. & Tab. c. 27. num. 156. & Raymundus, quē refert, & ſequitur ſumma Confeſſorū lib. 2. tit. 4. q. 6. Sed oportet Syluestrū ab imputatione Nauarri excuſare, qa verbo, Duellū, ait eſſe deponendum, ita etiā Armil. * De clericis militibus, vide Canonē. 32. SS. Apo. q ſic ait: Epiſcop⁹, aut presbyteri, aut diaconus qui militiæ vacauerit, & vtrunque retinuere voluerit, tam officium Romanum, quam functionem ſacerdotalē, deponitor. Quæ enim ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ Dei, Deo.

69 Cvius quæſtionis occaſione, & quia in Concil. Tridē. ſeſſ. 25. c. 19. ſub grauibus interdicitur pœnis; Quæritur quid ſit Duellum? Reſp. Duellū eſt ſingularis pugna inter duos, ad probationē veritatis, hac conditione, vt qui vicerit probaſſe videatur, & ſi non vicerit, defeciſſe in probatione putetur. Dicitur Duellum, quaſi duorum Bellum. Dicitur etiā Monomachia, quaſi, vnica, vel ſingularis pugna. Dicitur etiam iudiciū. Hoſt. lib. 5. rub. 14. de cleric. pug. in Duel. §. 1. Goffre. ibi. quos refert, & ſequitur ſumma Confeſſ. ſupra. quæſtione 1. Silueſ. Tab. Armil. & al. j. verbo. Duellum. Et quādo Duellum ſit licitum, vel nō, & de eius pœna vide Nauar. capit. 11. nu. 39.

Duellū quid?

70 Vigeſimaſexta. Iudex quilibet excōmunicans aliquem, abſque illa monitione, quam ſup. de ſent. excom. diximus, ſuſpenſus eſt ipſo iure per menſem vnum ab ingreſſu Eccleſiæ, per tex. in c. Sacro. de ſent. excom.

Iudex excōicans ſine monitione.

71 Vigeſimaſeptima. Iudex excommunicans, interdicens, vel ſuſpendēs aliquē verbo tenus, abſque ſcriptura, vel nō expreſſa cauſa, vel requiſitus non dat copiam, eſt ipſo iure ſuſpenſus per text. in c. 1. de ſenten. excom. lib. 6. Quæ ſuſpenſio eſt tantùm ab ingreſſu Eccleſiæ. & diuinis officijs.

De excōicante ore ſolū.

72 Vigeſimaoctaua. Suſpenduntur Prælati cōſentientes alienationi in grauamen, aut detrimentum bonorum Eccleſiæ, vel in hoc authoritatē, vel decretum interponentes. Paulus II. in conſtitutione, quæ incipit: Cùm in omnibus.

De prælatis circa alienationes.

73 Vigeſimanona. Regulares Prælati, qui extra neceſſitatē, vel vtilitatē Eccleſiæ, vel Monaſterij, aut adminiſtrationis, concedunt alicui in vitam, vel tempus certum, iura, reddituus aut poſſeſſiones eorundem, quouiſmodo, etiam pecunia accepta, ſine ſui Capituli, vel Prælati licentia; ſunt ſuſpenſi, per text. in Clem. 1. de rebus Eccleſiæ alienand.

De prælatis concedentibus ad vitam, &c.

74 Trigeſima. Iudices eccleſiaſtici facientes aliquid in iudicio in grauamen alicuius partis cōtra conſcientiā gratia, vel fauore &c. ſunt eo ipſo ſuſpēſi, per tex. in c. 1. de re iudic. 6. vide Nauarr. ca. 27. nu. 157. ſuſpenſione 10.

De iudice male procedēte.

75 Trigeſimaprima. Si religioſi ex Adminiſtratione ſacræ Eucharistiæ, Extremæ Vnctionis, vel Matrimonij ſolemnizatione, aut quacunque abſolutione indebita, vel id genus alijs, in Clemen. 1. de Priuileg. contentis, alicui Eccleſiæ, vel perſonæ Eccleſiaſticæ præiudicium fecerint, eorum Prælati, ſi poſtquam præmiſſorum occaſione fuerint requiſiti, Eccleſijs, aut perſonas Eccleſiaſticis ita læſis infra menſem ſatisfactionem plenariam exhibuerint, ſuſpenduntur, donec ſatisfecerint.

De religioſis adminiſtrātibus ſacramenta.

Trigeſi.

76 TRigeſimaſecunda. Religioſi Decimas non percipientes, ſi ſcienter non injiciant ſcrupulum ſibi confitentibus de decimis ſoluendis, ſunt ſuſpenſi à prædicationis officio, donec id faciãt, ſi commode poſſint. Clemen. Cupientes, de pœnis.

De decimis, etc.

77 TRigeſimatertia. Epiſcopi. Italiæ, ordinando clericum Vltramontanũ abſque Sedis Apoſtolicæ, vel ſui Epiſcopi licentia, condigne puniri debent; ipſe autem, ſic ordinatus ipſo iure eſt ſuſpenſus, per text. in c. 1. De Temporibus ordin. lib. 6.

De vltramõtanis, &c.

78 SI autem clericus Italicus, vel Citramontanus, ordinetur, ab Epiſcopo Vltramontano ſine tali licentia, non eſt ſuſpenſus ſecundum communem, quam refert, & ſequitur Silu. verbo. Irregularitas. q. 9. & omnes, & diximus, ſupra. in 1. par. de ordine, vbi fateor me huius differentiæ rationem neſcire. Hodie ſeruatur Bulla Sixti V. contra male promotos. Vt videbis in eius explicatione a nobis facta notabili. 6. quę habetur poſt tertiam partem huius libri.

De Citramontanis, &c.

79 TRigeſimaquarta. Epiſcopus ordinans Monachum aliquem, abſq; ſui Abbatis licentia, ſuſpẽſus eſt ipſo iure a communione aliorũ, & promotus, ab eo, quod accipit, remouendus eſt, per tex. in c. ſi quis. 58. diſt.

De ordinante religioſum ſine etc.

Idem dicendũ eſſe, ſi alios religioſos, maxime mendicantes ordinaret, ait Epiſcopus Scal. d. c. 14.

80 TRigeſimaquinta. Cõſeruator ſedis Apoſtolicæ, cognoſcẽs ſcienter cauſas, quæ nõ ſunt notoriæ, eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio per annum unum, per text. in c, fi. de offic. deleg. lib. 6.

De conſeruatore, Apoſtolico.

81 TRigeſimaſexta. Admittentes ad diuina officia. Sacramenta aut Eccleſiaſticam ſepulturam, excommunicatos, aut publicos interdictos, ſunt ipſo iure, ſuſpẽſi ab ingreſſu Eccleſiæ, donec ſatisfaciant, per text. in c. Epiſcoporum. de Priuileg. lib. 6. Aduerte tamen quòd licèt gloſ. in d. capitul. teneat contrarium, dicta ſuſpenſio tantùm eſt contra exemptos, ſecundum communem, quam refert, & ſequitur Naua. Manuali. c. 25, nu. 94. & c. 27. nu. 158.

De Admittentibus excõicatos ad diuina, &c.

82 TRigeſimaſeptima. Prælati, tradendo laicis iura, vel bona Eccleſiarũ in emphyteuſim, vel in caſibus vetitis, & alienando & c. ſine Apoſtolicæ ſedis, & ſui capituli licentia, ſuſpendũtur ipſo iure per triennium, per tex. in c. 2. de reb. Eccl. alien. vl. non. lib. 7.

De prælatis tradent. bus laicis iura &c.

83 TRigeſimaoctaua Prælati ordinantes aliquem irregularem, cũ quo ipſi diſpenſare non poterant, ſuſpenduntur à poteſtate ordines cõferendi. Secus ſi ipſi poterant diſpenſare, quia ſic talem ordinãdo, videntur diſpenſare. Abb. & Fel. I c. Veniẽs, de filijs Preſbyterorũ.

De ordinante irregularem.

84 TRigeſimanona. Prælati, qui abſente, vel neſciente domino, ſeruum, vel aſcriptitium ordinauerunt, vel qui Epiſcopo ignorante, teſtimonium perhibuerit, ſunt ipſo iure a Miſſæ celebratione per annum ſuſpenſi, per Cõcil. Aurel. 3. c. 20. Et nihilominus tenentur pretiũ ſerui in duplũ domino reſtituere, ſecundum text. in c. Si ſeruus. 54. diſtin. tradit Raym. in tit. de ſeruis Ordin. Innoc. Hoſt. Goffred. quos refert, & ſequitur Silueſt. verbo. Seruus. nu. 6. Arm. Angel. & omnes. eod. verbo Diaz. in Praxi canonica. capit. 17. & alij quos refert, & ſequitur Simõ. Maiolus de irregul. li. 1. c. 35. & Epiſcopus Scalenſis. de cenſuris. c. 14. Summa Confeſſ. libr. 1. tit. 8. q. 3. & duabus ſequentibus.

De prælato ordinante ſeruum, &c.

85 QVadrageſima. Prælati indoctum, literarumque ignarum ordinantes, Iure antiquo, per tex. in c. Qui Eccleſiaſticis. 36. diſt. autoritate priuantur ordinandi. Iure autem nouiori, per text. in c. Nullus. de Temp. ordin. lib. 6. Si quis illiteratũ, aut ſine ſui ſuperioris licẽtia cõferat, vel primam tonſuram, per annum eſt iure ipſo ſuſpenſus.

De prælato ordinante indoctũ.

Illiteratus autem in hoc caſu dicetur, qui Donatum nondum didicerit. v. Qui Grammaticã neſcit, vt olim Epiſcopus quidã, in c. fi. de ętat. & qualit. Vbi Abb. & omnes Specul. in titu. de Diſpenſat. &. Iuxta. verſicu. Et ſcias, quod eſt. & alij, quos refert, & ſequit. Marol. lib. 1. c. 32.

Quis dicatur illiteratus?

86 QVanquam multa olim de literatura ad ordines neceſſaria apud

Literatura neceſſaria.

omnes autores inueniebantur: Hodie tamen a Conc. Trid. ſeſſ. 23. per ſingulos ordines literas vnuſquiſq; debeat ſcire ſtatutum eſt. ¶ Prima enim tonſura non niſi confirmatis, & fidei rudimenta, & legere, ac ſcribere ſcientibus cōfertur. ibid. c. 4. ¶ Minores autem non cōferrur, niſi Latinam linguam intelligentibus. c. 11. poſt redditum teſtimonium, de litteratura, ac moribus, per Parochum, & ſcholæ magiſtrum. c. 5.

Prima tōſura.

Minores

87 Maiores vero ſacri non conferuntur niſi ijs, qui bene verſati ſunt in minoribus; ac de ijs bene inſtructi ſint, quæ exercendo ordini, quem ſuſcipiunt, conueniunt. ibid. cap. 13.

Maiores ordines.

Presbyteratus autem ei ſoli conceditur, qui docere poſſit Populum, ea quæ ad ſalutem neceſſariū eſt ſcire. ibi. c. 14.

Presbyter.

De ſcientia ad Epiſcopatum vide Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 2. de Refor. Qualiter autem aliquando ſit ad Presbyteratum admittendus minus doctor, ſi Charitatis polleat feruore; Vide Simon. Maiol. d. c. 32. Sed his tēporib. rariſſimè.

88 QVadrageſimaprima. Apoſtatæ à Religione Ordines in Apoſtaſia recipientes ſunt ipſo Iure ſuſpenſi, & Irregulares. per tex. c. 6. de Apoſt. cum quibus Papa tantùm diſpenſare poteſt.

De Apoſtatis à religione

89 QVadrageſimaſecunda. Recipientes Ordines in Excōmunicatione pro manum iniectione, ſi ſunt Clerici ſæculares, deponendi ſunt; ſi Regulares, ab executione Ordinis ſunt ſuſpenſi, niſi probabilis ignorantia eos excuſet, & factum non ſit graue. tex. in capit. Cum illorum. de ſentent. excommunic.

De excōm. ordinato, &c.

90 QVadrageſimatertia. Epiſcopus, ſi poſt Prouincialem Synodum celebratam, infra ſex Menſes, & non conuocat omnes Abbates, presbyteros, & clericos, & non refert eis omnia acta concilij, eſt ab officio, duobus menſibus, ipſo iure ſuſpenſus, per tex. in c. Decernimus. vlt. 18. diſt.

De epiſc. non cōgregāte Synodū, &c.

91 QVadrageſimaquarta. Epiſcopi aut ſuperiores, ſi odio, amore, aliaué cauſa temporali inducti, cōtra iuſtitiam, & conſcientiam omiſerint procedere in crimine hæreſis contra aliquem, aduertius quem fuerat procedendum, vel priuilegium ipſam, aut impedimentum officij ſui imponendo, quoquomodo aliquē vexauerint, ſunt ipſo iure per triennium ſuſpenſi, per tex. in Cle. 1. §. 5. de hæret. Cōcordat cum hoc, tex. ille celebris in cap. Quatuor modis. 11. quæſt. 3. quem vide.

De Epiſc. procedente odio, vel amore, &c.

92 QVadrageſimaquinta. In capitulis Eccleſiarum cathedralium, vel collegiatarum ſunt ſuſpenſi à voce in electionibus, & alijs, qui ad minus, nō ſūt ſubdiaconi per text. in capitul. 2. Vt ij. de ætat. & qualitat.

De ordinibus ad Dignitat.

93 QVadrageſimaſexta. Prælati admittentes ad gradum Magiſterij, ſeu Doctoratus aliquem, non accepto prius iuramento, quòd vltra tria millia Turonenſiū argēteorum in tali Doctoratus ſolemnitate nōn expendat, ſunt ipſo iure ſuſpenſi per ſex Menſes, à collatione talis gradus, p tex. in cle. 2. de Magiſtris.

De prælatis admittentibus ad Magiſterium.

94 QVadrageſimaſeptima. Abbas, vel prior non habēs Abbatem proprium ſuſpenditur per annum à beneficiorum collatione, & alius ab adminiſtratione, ſi quam habet, & ſi non habet, ab habilitate ad habēdum beneficium, & adminiſtrationem, ſi ſotulares nō corrigiatos, aut capucia nō fixa portare pręſumpſerint, per tex. in Cle. 1. de Stat. Monach. §. 5.

De Abbatibus, &c. non portantibus ſotulares.

95 QVadrageſimaoctaua. Item, ſecundū præmiſſam perſonarum diſtinctionem prędictas pœnas ſuſpenſionis, & inhabilitatis per biennium, ipſo facto, incurrunt, ſi venationi, aut aucupationi clamoroſæ, vel alias, cum canibus, & auibus, ex ꝓpoſito interfuerint. per text. in d. Clemen. prima. ¶ Pro quo nota, tantùm intelligi de Monachis nigris, Quo caſu collatio pertinet ad Priorem clauſtralem, cum conſilio, ac conſenſu maioris partis capituli, ſiue conuentus, durante ſuſpenſione Abbatis, vel Prioris.

De Abbatibus, venatorib. &c.

V. De Monachis nigris tantum.

96 QVadrageſimanona. Eligentes aliquem, ſiue Electio facta ſit concorditer, ſiue in diſcordia, ſi infra octo dies, ex quo commodè poterunt, diſtulerint, à proſecutione electionis ſunt excluſi, & ſuſpenſi per triennium à beneficijs,

De electoribus negligentibus ſollicitare electionem.

neficijs, quæ in illa eccleſia obtinent,ad quæ ſi infra illud tempus temerè, uel colorate ſe immiſcuerint, illis perpetuò ſūt priuati. p tex.in c.Cupiētes.de elect.

97 *De cōfirmantib. indignū electum.*

QVinquageſima. Prælati per negligentiam confirmantes in dignū electum ad regimē animarum, perdunt poteſtatem confirmandi primum ſucceſſorem & ipſo iure ſunt ſuſpenſi à perceptione proprij Beneficij: & promotus deijcitur per tex.in ca.Nihil eſt. de Electione.

98 *De Clerico electo a ſæcularib.*

QVinquageſimaprima. Clerici conſentientes Electioni de ſe factæ, per poteſtatis ſæcularis abuſum, fiunt ineligibiles nec abſque diſpenſatione ad aliquam poſſunt eligi dignitatem, & eligentes ab officijs,& Beneficijs, penitus ſunt per triennium ſuſpenſi, & electionis poteſtate interim priuati: per text.in cap. Quiſquis.43. in Ordine. de Electione.

99 *De non ſeruātibus īterdictum.*

QVinquageſimaſecunda. Quicunque non ſeruauerint Eccleſiaſticum interdictum,ipſo iure, ſunt ab officio,& Beneficio, omniq; iuriſdictione ſuſpenſi,per text.in c. Tanta. de Exceſſibus Prælatorum.

100 *De Fratrib. Minor. perturbātib. Prædicatores.*

QVinquageſimatertia. Suſpenduntur Fratres Minores perturbantes Fratres Prædicatores,& è contra, in Officio Inquiſitionis contra Hæreticos, &c. ipſo facto ab executione Sacrorum Ordinum: nec poteſt remitti talis ſuſpenſio, niſi per Papam,vel Inquiſitorem, cuius officium perturbauerunt. Clemens IIII. in priuil. Paupertatis.

101 *De Religioſis grauantibus Eccleſias.*

QVinquageſimaquarta. Religioſi grauantes,vel defraudantes. Eccleſias circa decimas illis debitas, ſi requiſiti per illos, quorum intereſt, infra menſem non deſiſtant, uel vſurpata, aut retenta, infra duos menſes non reſtituant, ſuſpenſi ſunt ab Officio adminiſtrationis,& à beneficijs, & talia nō habentes ſunt excōicati per tex. in Clement.1.de Decimis.

102 *De Excom. maiori.*

QVinquageſimaquinta. Excommunicati maiori excommunicatione,ſūt ipſo iure ſuſpenſi ab omni actu legitimo. per text.capitu. Solet. de ſententia excommunicationis.6.

QVinquageſimaſexta. Prælati Ordinantes abſque titulo Clericum religioſum Ordinis, in quo tantùm fit votum temporale Religionis; ſunt ipſo facto ſuſpenſi, per Coſtitutionem Pij V.fol.407.ſuarum Conſtit. quæ incipit Roman. Potif.edita anno 1568.quia is quo ad hoc reputatur ſæcularis. 103 *De Prælatis ordinantibus religioſum, &c.*

QVinquageſimaſeptima. Fratres ordinum Mendicantium recipiētes ad profeſſionē ordinis aliquē, niſi anno probationis elapſo, ſunt ipſo facto ſuſpenſi à receptione quorumcunque, ac pęna grauioris culpæ modo debito puniendi. Et ſic profeſſus non eſt ordini illi obligatus. per tex.c.Non ſolùm.& ca. Conſtitutionem de reg lib.6. 104 *De Profeſſione ante annum.*

QVinquageſimaoctaua. Epiſcopis inferiores, qui ob procurationē ſibi ratione viſitationis debitam exigere pecuniā,vel etiā à volēte recipere, aut munera acceptare ſiue viſitationis officio non impēſo procurationē in victualibus ſumere præſumpſerint, niſi intra menſem reſtituant Eccleſia, à qua id fuerit receptum, ſunt ſuſpenſi ab Officio, & Beneficio, quouſq; eidē Eccleſię in duplo ſatisfecerint. per text. in c. 2. de cenſibus. lib 6. 105 *De Prælatis circa viſitationes &c.*

Epiſcopi vero, & alij Prælati Superiores id facientes interdicuntur.

QVinquageſimanona. Contrahētes Matrimonium de præſenti,& ante Carnis copulam, ad Sacros Ordines tranſeuntes alio modo, quàm a Sacris Canonibus permittitur, quāuis Characterē recipiant, ſunt tamē ſuſpenſi, niſi ſe alicui Religioni addixiſſent: quia tūc admittuntur, aliàs non ita vt neq; poſt mortem vxoris, in illo Ordine miniſtrare, neq; ad alios aſcendere, neq; Officium, vel Beneficium Eccleſiaſticum obtinere poſſint: & Matrimoniū ſic contractum nihilominus nō propterea diſſoluitur. Quod tamen intellige, cùm tales in ſæculo manent, nam ſecus fit, ſi Religionem intraſſet. tex. in Extrau. Antiquæ. Ioan.22. 106 *De accipiente Ordines poſt matrimoniū natum etc.*

SExageſima. Prælati etiam Cardinales quouis modo Notarios 107 *De Prælatis impedientibus Notarios ordin. Prædicatorum.*

Ordin. Prædicatorum ab eius Ordinis Prælatis electos, & comprobatos in exe cutione intimationum, citationum, & aliorũ ad eorum officium ſpectantium impedientes, ſeu impedire, aut perturba re præſumẽtes, ſunt ipſo facto ſuſpenſi, per conſtitutionem Pij V. quæ incipit. Debitum Paſtoral.

108 *De Ordinato ab Haret. &c.* Exageſimaprima. Ordinati ab Hæretico, Schiſmatico, Excommunicato, vel depoſito nõ recipiunt Ordinis execu tionem; quia nemo dat quod nõ habet. text. in cap. Gratia. 1. q. 1.

109 *De clericis portãtibus ueſtes uarij coloris.* Exageſimaſecunda. Clerici beneficiati portãtes veſtes diuerſi coloris, ſũt ipſo iure ſuſpenſi per ſex menſes. Qui autẽ non ſunt beneficiati, etiam prima tonſura initiati, ſunt inhabiles ad beneficia per dictos mẽſes per tex. Clemen. 2. de vita, & honeſt. cleric. de quibus vide. Conc. Latern. ſub Iuno. III. c. 16 Nauar. c. 27. nu. 157. Sotealum. verbo. Clericus. §. 12. Alber. Trocium. de perfecto Clerico. lib. 2. ca. 38. Couar. in practicis. q. c. 31. nu. 7. verſic. 4. Bernard. Diaz. de Luc. in praxi Crimin. c. 69.

¶ Nota quòd in hoc errat Epiſcopus Scalenſi c. 14. dum tantũm dicit ſuſpenſos per tres menſes: vel vitium fuit Impreſſoris.

110 *De Ordinato ante ætatẽ.* Exagematertia. Accipientes Ordinẽ Sacrum ante legitimam ętatẽ à iure ſtatutã, ſunt ipſo iure ſuſpenſi, per Extrauagantem. Cum ex Sacrorum. Pij II. quam refert Sylue. Domin. Soto. & Couar. In Clemente. Si furioſus. 1. par. §. 1. nu. 4. & tradit Nauar. c. 25. nu. 70. & Epiſcopus Scalẽſ. ca. 14. & alij, & fortius per bullam Sixti. V. infra.

111 *Quid ſit extra tẽpora?* Exageſimaquarta. Itẽ qui accipit Ordinem Sacrum extra tempora à iure ſtatuta, ſuſpenſus eſt, ipſo iure, per dictam Extrauag. Pij II. de qua ſupra.

112 *De ordinato ſine dimiſſorijs.* Exageſimaquinta. Item Accipientes Ordinem Sacrum ab alio Epiſcopo ſine literis dimiſſorijs, ſunt ipſo iure ſuſpenſi. per d. Extrauag. Pij II. Nauar. ſup. Sylu. Couar. in Practicis. q. c. 31. §. 1. nu. 4. quam Extrauag. comprobet Conc. Trid. Seſſ. 23. c. 8. & cõfirmat. Pius V. vt tradit Epiſcopus Papienſ. ſuper Sauonarolam. de ſuſpenſione. Hodie autem non tantùm procedit hæc extrauagans, ſed ampliatur ad ordines minores per Bullam Sixti V. contra malè promotos. quam videbis in fine huius libri.

¶ Quæ autem ætas requiratur in quo cunque Ordine nunc poſt Concilium, Trid. vide. ſupra. in 1. par. de Sacram. Ordinis. & per Concil. Trid. Seſſ. 23. & per Nauar. ca. 25. nu. 68. vbi latè.

113 *De Prælato ordinante ante æt.* Exageſimaſexta. Ordinans quempiam ante legitimam ætatem, prę ter peccatum mortale, quod committit violando generalem Eccleſiæ conſtitutionẽ. S. Th. 4. diſt. 24. S. Anton. 3. par. tit. 14. c. 16. & Conc. Trid. Seſſ. 24. de re form. c. 2. dignus quoq; eſt, vt à collatione Ordinum ſuſpẽdatur. tex. in cap. Vel nõ eſt cõpos de Temp. Ordin. vbi Gloſ. Imo eſt, ipſo iure, ſuſpẽſus per tex. in c. Nullus, de Temp. Ordi. lib. 6. vide Maiolũ, de irregul. lib. 4. c. 3. §. 7. Albericum. verbo. Ordinatus debet.

114 *Quid ſi Epiſc. renuntiauit.* Exageſimaſeptima. Ordinati ab Epiſcopo, qui renuntiauit Epiſcopatui ſunt ipſo iure ſuſpenſi per tex. in c. 1. de Ordin. ab Epiſcopo qui renunt.

115 *De Prælatis circa indulgentias cum ſtipendio.* Exageſimaoctaua, Prælati, & Cardinales Populo caſuum, gratiarum, & indulgentiarum indicem, quo certo pretio ſoluto abſolui poſſint, & diſpenſari in multis reſeruatis, ac Indulgentias acquirere publicantes, vel concedentes, vel huiuſmodi indicẽ vbilibet repertum nõ dilacerantes penituſq; delentes; ſunt eo ipſo ſuſpenſi per Conſtit. Pij V. quæ incipit: Quam plenum. fol. 170. & reſeruatu Papę.

116 *De diſputantibus de Conceptione B. Marię.* Exageſimanona. Quilibet in Sacris conſtitutus Ordinib. de Conceptione Beatiſs. V. Mariæ, an uidelicet in pec cato originali ſit Concepta, necnè, in Popularibus concionibus, vel ubicunque promiſcua uirorum, & mulierum multitudo conuenire ſolet, de huius controuerſiæ alterutra parte diſputans, rationibus, vel doctorum auctoritate propriam confirmans ſententiam, contrariamque refellens, & impugnans, vel de hac ipſa quæſtione cuiuſuis pietatis, aut neceſſitatis

tatis

tatis prætextu vulgari ſermone ſcribens aut dictans, eſt eo ipſo ſuſpenſus per Cõſtit.ſuper Specul.Pij V.ſuarum Conſtit. fol.151.& abſolutio reſeruatur Papę.

117 *De Prelatis ingrediẽt. Monaſteria, &c.*

SEptuageſima.Prælati,qui caſu neceſſitatis excepto Monaſteriorum Monialium clauſuram in grediuntur,prima viee interdicitur eis ingreſſus Eccleſiæ. Secunda,à munere Pontificali, & à diuinis ſuſpenſi,ac deinceps ipſo facto, abſque alia declaratione excommunicantur.Per Bullam Grego. XIII. editã Die 23.Decembris,Anno 1581. Pontif. ſui Anno 10.

118 *De Religioſis introduct. mulieres.*

SEptuageſimaprima. Regulares omnes, qui mulieres euiuslibet conditionis habentes facultatem à Sede Apoſtolica ingrediendi Monaſteria, & domos Regulariũ, ĩ ea,vel eas introduccre vel admittere præſumunt: ſuſpenſi: per Conſti.Pij V.quæ incipit:Regularium. nu.45. Quod poſtea idem Pius requiſitus extendit ad introducentes,vel admittẽtes mulieres. licentia prædicta carentes, vt ait Nau. in c. Statuimus. 19.q.3. nume.162. Vbi dictam.Pij V. Conſtitutionem interpretatur.

119 *De Iudicibus ſe ĩtromittentib.in cauſis, &c.*

SEptuageſimaſecunda. Iudices ſe intromittentes in cognoſcendis negotijs, in cauſis electionum Epiſcopatuũ, ſententiam ferentes, & confirmantes, quãdo antea ad Papam eſt appellatum, non inquiſito, an prauitas interuenerit, prædicta non tenent,& ipſi ab Epiſcoporum cõfirmatione ſuſpenſi ſunt per Annum:ſin confirmationem, & Conſecrationem contulerint,ab vtroq; cenſentur ſuſpenſi.per text.in ca. Prouida de Electione.lib.6.

120 *De habẽtes beneficiũ, & non accipiẽte ordinem.*

SExageſimatertia. Habens Beneficiũ, cui annexus eſt Ordo,niſi infra annum ſe ad tale Ordinem curet promoueri,quem beneficium requirit, legitimo deficiente impedimento,ſuſpenſu. à beneficio per tex.in c. Vt ij.de ætate, & qualit.

121 *De clericis &c.*

SEptuageſimaquarta.Clerici ac Religioſi,quibus prohibitum eſt audire leges,& Mediciuam,vltra Excommunicationem,quam incurrunt,ſunt etiam ſuſpenſi ab Officijs ſuis. vide de hoc.S. Anton.3.par.tit.24.c.4.

ditio legum.

122 *De deficiente in probatione &c.*

SEptuageſimaquinta. Deficiens in probatione eius,quod obiecerit contra perſonam electi ad aliquam Dignitatem,vel perſonatum, ſuſpenditur per triennium à Beneficijs, ad quæ, ſi ſe ingeſſerit intra illud tempus perpetuo priuatus eſt, niſi manifeſtiſſimè conſtet, quod calumnioſè non egerit. per tex.in c.1. & c. Si compromiſſarius.de elect. lib.6.

Suſpenſiones aliquot in Concil. Trident. lata.

123 *De Ordinati cũ dimiſſorijs Capituli.*

SEptuageſimaſexta. Ordinati propter literas dimiſſorias Capituli,vel alterius loco Capituli, in iuriſdictione Epiſcopo ſuccedentis, Sede Vacante infra annum à die vacationis, ad beneplacitũ futuri Prælati ſunt ſuſpenſi.per Concil. Trid.Seſſ.7.de Reform.c.10.& Seſſ.23. de refor.c.10.

124 *Quid de Epiſcop. extra, &c.*

SEptuageſimaſeptima . Ordinati ab Epiſcopo in alterius Epiſcopi Diœceſi, ſine licentia illius expreſſa: ſunt eo ipſo ſuſpenſi per Cõcil. Triden. Seſſ.6.de Reformat.c.fin.

125 *De Epo Titulari*

SEptuageſimaoctaua. Ordinati ab Epiſcopis titularibus, ſine proprij Epiſcopi cõſenſu;ad arbitrium ſui proprij Prælati ſunt ſuſpenſi per Concil.Trid.Seſſ.14.de Reform.c.2.

126 *De ordin à nõ ſuo Epiſcopo.*

SEptuageſimanona. Ordinati à non ſuo Epiſcopo ſine conſenſu, & teſtimonio ſui Epiſcopi ad eiuſdem arbitriũ ſunt ſuſpenſi per Concil. Trid. Seſſ.23. de reform. c.8. * De hoc tractatur Cano.31.Apoſto. in hęc verba:Si quis presbyter, aut Diaconus per Epiſcopum à communione excluſus ſit; hunc neutiquam ab alio fas eſto ſuſcipi, quam ab eo qui ipſum a communione excluſit: niſi forte fortuna Epiſcopus qui ipſum à cõmunione ſegregauit, defunctus ſit.

127 *De Parocho ad miniſtrare, matrimoniũ, &c.*

OCtuageſima. Parochus, vel quilibet alius ſacerdos alterius Parochiæ ſponſos,ſine illorum Parochi licentia Matrimonio coniungere, vel benedicere audentes ad arbitrium ordinarij filius Parochi,qui intereſſe debebat, erit

ipſo iure ſuſpenſus, per Concil. Triden. Seſſ. 24. de Reformatione Matrimonij, capitul. 1.

128 *De Epiſcopo cõcubi.* OCtuageſimaoctaua. Epiſcopi in concubinatus crimine perſiſtentes, & à Prouinciali Synodo admoniti, ſe non emendantes: ſunt ſuſpenſi. per Concil. Trid. Seſſ. 25. de reform. c. 14.

129 *De Epiſcopo miniſtrãte in aliena Diœc.* OCtuageſima ſecunda Epiſcopi exercentes Pontificalia, ſub quacunque priuilegij prætextu, in alterius Diœceſi, niſi de ordinarij loci expreſſa licentiâ, & in perſonas, eidem ordinario ſubiectas, tantùm, ab exercitio Pontificalium, & ſic ordinati, ab executione ordinum, ſunt ipſo iure ſuſpenſi. Conci. Triden. Seſſ. 6. de refor. capitul. 5. * Vide Canon 34. Apoſto. qui ſic ait: Epiſcopus extra terminos ſuos in Ciuitatibus, & regionibus ſibi non ſubiectis, ordinationes facere non præſumito. Si uero præter uoluntatem eorum, qui ciuitates illas aut regiones detinent id feciſſe conuictus fuerit, deponitor tam ipſe, quam etiam ij quos ordinauit.

130 *Suſpenſio, quã à Papa, quando ab Epiſcopo &c.* NOta tamen primo pro dictarum ſuſpenſionum intelligentia & notitia maiori, quòd ſuſpenſio quæ habet determinatum tempus; eo durante, tolli non poteſt, niſi à Papa, ſicut nec illa quæ ſibi eſt ſpecialiter reſeruata, niſi ex delicto proueniat occulto, quia tunc Epiſcopus, uel Vicarius quilibet ad hoc ſpecialiter deputatus abſoluere poteſt per Concil. Triden. Seſſ. 24. de refor. capitul. 6.

¶ Illa autem, quæ nemini reſeruatur, niſi in arbitrio Epiſcopi, à Canone relicta fuerit, à quolibet Confeſſario poteſt in Sacramentali Confeſſione abſolui. argumento capit. Nuper. de ſent. excom. niſi ſpecialiter Epiſcopus ſibi omnes cenſuras à iure latas, reſeruaret. Quia eo caſu, à ſuſpenſione abſolui nemo poſſet, eo inconſulto, etiam tempore Iubilei. Papa enim tunc earum tantum cenſurarũ abſolutionem concedit, quæ Indulgentiæ conſequutionem, abſolutionem, & Communionem impediunt, quales ſunt excommunicatio, & interdictũ non aũt ſuſpẽſio. Poteſt. n. quis, licèt ſuſpẽſus ab officio, abſolutionẽ cõſequi, cõicare, & Indulgentias conſequi. Ita notauit Epiſcopus Papiæ ſuper Sauonarol. in fi. de ſuſpenſione. Caiet. verb. ſuſpenſio. Epiſcopus Scalenſ. de ſuſpenſ. cap. 15. & omnes.

131 *Suſpenſus miniſtrans ſit irregularis, & quando Epiſcopo ante irregularitatẽ poſſit uel non &c.* SEcundo Nota. Suſpenſionis cẽſuram tãtæ eſſe auctoritatis, tantũq; inducere Canonicũ impedimentũ q̃ ſi quis, ipſa neglecta, vel cõtẽpta, uel per craſſam ignorantiam, uelit in officio ſuo adminiſtrare, ſtatim erit irregularis à ſolo Papa diſpenſandus; etiam ſi ſuſpenſio emanarit ab Epiſcopo; Nam etſi Epiſcopus poſſit auferre ſuſpenſionem quam intulit; nõ tamen põt auferre eam irregularitatem, quam quis incurrit adminiſtrando in ſuſpẽſione Epiſcopali, vt notat Stephanus Troches. in Clem. Dudũ. col. 4. verſ. Dominus tamen. de ſepult. Simon Maiolus, & Epiſcopus Scalenſis ſup.

132 *De contrauenĩẽte ſuſpẽſioni.* TErtio Not. Quòd cõtrauenĩẽs ſuſpẽſioni in cõtẽptũ clauiũ: nõ tãtũ promoueri nõ valet, verũ etiã promotus exercere nõ põt, ẽt ; eracta pænitẽtia, tex. in c. Si quis Epiſcopus ĩ Cõc. 11. q. 3. c. Vt laicorum. §. ſi quis igitur. de vita, & honeſt. Clericorum.

QVarto Nota. ſuſpenſionem non tãtum facere irregularẽ eũ, qui in cõtẽptũ clauiũ contrauenit circa Ordines, ſed eum etiã, qui cùm ſit ſuſpenſus à collatione ſolla beneficiorum, in contemptum Clauium audet beneficia conferre nam fit irregularis. tradit Spec. in titu. de diſpenſ. §. Iuxta verſi. 4. Glo. in c. Tanta. circa med. de Exceſ. Prælat. Quod procedit ſiue ad tempus, ſiue perpetuò fuerit ſuſpenſus. vt notat Abb. in c. Cum bonæ de ęta. & qualit. Col. 3. Semper enim una cum ipſo ordine ſuſpenſo, ſuſpenduntur, & omnia, quæ pendent ab illo. Vnde exerceri non poſſunt ſine hac cenſura. Gl. in c. Cum dilectus. de conſuetud. Cõmuniter omnes.

135 *Quid ſi appelatur a ſuſpenſ.* QVinto Nota, tantam eſſe ſuſpenſionis efficaciã, q̃ etſi ab ea ſit appellatũ, forſan ex leui, & friuola cauſa, & propterea à ſuſpẽdẽte reiecta fuerit appellatio, ſi appellãs contrauenerit ſuſpenſioni, efficitur irregularis, quia

quo

quo ad ſpiritualia, non pôt appellatio ſuſpendere præcedens interdictũ: tradit Io. Andr. in c. Is cui, de ſent. excom. quẽ refert, & ſequitur. Sylu. verbo. Suſpenſio. q. 3. & antea tenuerunt Bern. & Hoſt. in c. Paſtoralis. de appell. quos refert, & ſequitur Ang. verbo ſuſpenſio. 3. in fin.

136 *Quod ſ cedit & ſi generaliter &c.* SExto Nota. Suſpenſum contrauenientem ſuſpenſioni, fieri irregulatem, non tantùm, ſi ſpecialiter, & nominatim ſit ſuſpẽſus; ſed etiã ſi generaliter, ſiue à Canone, ſiue ab homine. Spec. titul. de diſpenſ. §. Iuxta. verſi. Sed quæro utrũ is. & uerſic. Item nota φ ſuſpenſus. tex. c. 1. de re iudic. in 6. & c. 1. de ſẽt. excõ. li. 6. Maiolus. Borgaſ. & Epiſcopus Scalenſ.

137 *V. fiat irregularis i quocunq. ordine etc.* SEptimo Nota. Suſpenſionem non tantùm facere irregularẽ eum, qui contrauenit in eo ordine, à quo ſpecialiter eſt ſuſpenſus; ſed etiam, ſi in alijs ordinibus illo ſuperioribus; ut V. G. Si quis ſit ab executione ſubdiaconatus ſuſpenſus; videtur etiam ſuſpenſus à Diaconatu, & ſacerdotio. tex. in l. Qui indignus. ff. de Senatoribus Tradit Hoſt. in c. Dilectus de Tempor. Ordin. quem refert, & ſequitur, Ang. uerbo: ſuſpenſio. q. 5. uerſ. Si vero. ſit ab ordine. Maiolus: de irregul. lib. 3. capitul. 19. tradit benè, & clarè Armil. uerbo ſuſpenſio. nume. 12. Nauarr. & alij.

138 *Suſpenſus ab ordinib. intelligitur de omnib.* OCtauo Not. quòd ſuſpenſus ſimpliciter ab ordinibus conferendis, ſuſcipiendis, uel adminiſtrandis; ab omnibus eſt ſuſpẽſus, tam ſuperioribus, quam inferioribus. Et cõtrauenĩẽs in quocunq; ordine, ſit irregularis, ut tradit Ange. Sylu. & alij ſupra.

Si autem ſit: b ordine; ita quòd ſi Sacerdos ab ordinibus ſit ſimpliciter ſuſpẽſus, deſeruiendo in ſolo Acol. tatu, fiet irregularis. tradit Speculator. de Diſpenſ. §. Iuxta. uerſic. Quòd ſi presbyter.

139 *Mala q infert ſuſpenſio.* NOno No. Q ò. Inter alia incõmoda quæ ſuſpenſio affert, ſunt etiã hæc, quòd ſuſpenſio non tantùm impedit, ne exerceri poſſit ea, quæ ſunt ordinis, vel ordini annexa, ſed etiam reddit incapacem eum, qui ſuſpenſus ſit; Beneficia enim conferri non poſſunt ſuſpenſo. Glo. in capitul. Tanta. de Exceſſ. Prælat. alia in capitul. Cum bonæ. de ætat. & qual. ubi Abb. col. 5.

Aliud malum eſt, quod neque fructus ſui beneficij capere poteſt à die moræ petendæ abſolutionis, ſcilicet poſt annum vt tradunt Vincent. Tancred. & Ioan. And. in d. c. Cum bonæ.

Nec agere poteſt nomine proprio pro iuribus ipſius beneficij: habet tamen modicam ſuſtentationem ex eo, ſi non habeat unde uiuat. vt tradit Abb. in capi. Apoſtolicæ. de exceptionibus iudiciale Inquiſitorum uerbo: ſuſpenſus. Epiſcopus Scalenſis. de ſuſp. c. 11.

Imò, nec literæ ſuæ impetrationis valent, niſi abſoluatur ab ipſa ſuſpenſione, quandoquidem omnes collationes ei factæ, durante ſuſpenſione, ſunt nullæ; nec ſaluãtur per ſolam abſolutionem ſubſequentem. Abb. in d. capitul. Cum bonæ. ſupra.

DEcimo Not. Quòd ſi quis ſuſpenſus à ſolo ingreſſu Eccleſiæ, audeat in ea celebrare diuina officia; erit irregularis, ſecũdũ Geminian. in c. Is cui, de ſent. excomm. lib. 6 Io. And. in addit. ad Specul. in tract. de diſpenſ. §. Iuxta. uerbo. Cõcedimus. Federic. de Senis Cõſi. 120. Ang. verbo: ſuſpẽſio. 3. verſi. Quid ſi interdictus? Sylu. eod. q. 5. uerſi. Si uero ſuſpenſio ſit ab ingreſſu Armil. nu. 8. Nauar. c. 27. nu. 161. Poterit extra illã celebrare, excõmunicare, & abſoluere. Quia cùm ſit pęna, non ultra ſuos limites extẽdi debet. text. c. Odia de reg. iur. lib. 6. tradit etiã Nicolaus Ploue. in tract. ſacerdotali de ſuſpẽſ. Epiſcopus Scalenſ. Maiolus. & alij ſup. 140 *De ſuſpẽſo ab ingreſſu Eccleſię.*

VNdecimo Not. Quòd nõ tantùm ſuſpenſus à maioribus Ordinibus in eis celebrans ſit irregularis, ſed etiã ſuſpenſus à minoribus, nam ſi Pſalmiſta ſuſpendatur, contrafaciens ſit irregularis, ſicut & alij conſtituti in minoribus Io. Andr. poſt Hoſt. in c. 2. de cleric. Excom. miniſt. Anch. in c. 1. de ſen. excom. in 6. Quod eſt intelligendum, ſi celebrẽt vel miniſtrent in proprijs officijs, tanquã miniſtri, ut V. G. ſi in Miſſa offerãt Vrceolum, deferant Cereos, & c. quia tũc incurrit irregularitas, aliàs nõ, ſi vt alij Laicus 141 *V. Sit irregularis ſuſpẽſus in quocunque ordine celebrans?*

Laicus hoc faciat, ſecundum communē opinionem relatam, & ſequutam à Nauar.c.27. nu.163.

142 *De ſuſpēſo ab exercitio Ordinum.*

DVodecimo.Quid ſi alicui Sacerdoti non ſit Ordo ipſe interdictus, ſed tantùm ſit ab exercitijs ordinum ſuſpenſus? Reſpō.quod ſi tali fuerit exercitium ordinis per ſuſpenſionem prohibitum, contrafaciens erit irregularis. Specul.de diſpenſatione.§.iuxta.verſiculo, Item nota quod ſuſpenſus. Sentit Sylu. Suſpenſio.q.5.ver.Si verò ſit ab Officio. Ange. Suſpēſio.3.ver. Aliquādo ſuſpēdit.V.G. Sacerdoti prohibitum eſt aquam, candelas, fructus, veſtes &c. benedicere ſi contrafaciat, erit irregularis. vt ex Calderino refert Armil.uerbo.Interdictum. nu. 63.& verbo.Benedicere.nu.6. Specul.d. §.Iuxta.uerſi. Quid de benedicente: per notata in c.Aqua de Conſecra. diſt. 3.& per Io.Andr.in cap.1.§.Caueāt. de ſent. excom.lib.6.& in c. Tanta. poſt Innoc. & Hoſt.de Exceſ. Prælat.Nauar. ca. 27. artic.numero.163.

143 *De Epiſcopo ſuſpenſo à benedictione.*

IDem erit In Epiſcopo ſuſpenſo à benedictione Pontificali, nam ſi in Miſſa Conuentuali ſolemniter benedixerit, per illa uerba: Sit nomen Domini &c.erit irregularis, tex. & Glo. in cap. Miniſtrare 26.q.6.tex.& Glo. in ca. Ecce 95. diſt. expreſsè Nicolaus Dionyſij de Peruſio.in capitu.1.§.Caueant.de ſent. excom.6.col.2.Idem in omni alia ſolemnī benedictione Armil.uerbo.Interdictum nume.64.

144 *De ſuſpenſo à benedictione Nuptiarum, & de alijs ſuſpēſionibus.*

IDem erit, Si quis ſuſpendatur à benedictione Nuptiarum, nam contraueniens fit irregularis.argumēto.cap. 1. & vlt. de ſecund. Nuptijs. tradit expreſſe idem Nicolaus Dionyſij.ſupra.

IDem erit,ſi quis ſuſpendatur à purificatione mulierum poſt partum Armil.d.nu.64.

¶ Idem erit, in ſuſpenſo ne poſſit ab-
145 ſoluere ſolemniter ab excommunicatione nam,ſi dicat Pſalmum,& Orationem cum ſtola,& alijs, de quibus in cap. Debent,in fi.11.q.3.ſic faciendo, fit irregularis; ſecundum Ioan.And.poſt Inno. in cap. fi.de exceſ.Prælat.Specul.ſup.Sylu. Nauar.& alios. ſupra.

146 *De Epiſcopo ſuſpenſo à Pontificalibus tātum.*

DEcimotertio Nota, quod etiam ſi Epiſcopus aliquis non fuerit ſuſpenſus à diuinis miniſterijs,ſed ſolùm à Pontificalibus, contra faciens fit irregularis, Geminian.in cap.1.§. Si quis autē. de ſent.excom.in 6.& in Proemio eiuſdem libri.6.Nicolaus Dion.in d. cap. 1. §.Caueant.de ſent.excom.6.col.3. Calder.Eccleſiaſtico interd.memb.2.q.quæ incipit, Sed ſi is.Ideo prohibitus Chriſmate,Calices,uel alia benedicere, uel cōſecrare; contraueniens fit irregularis. S. Anton.lib.de cenſur.& irreg.c. 87. Tabien.verbo irreg.num.3. Ange. ſuſpenſio.3.verſic. Aduerte. Silu. Suſpenſio. q. 5.verſi. Cùm autem.Armill. verſi.Suſpenſio.nu.9.tradit Naua.(licèt non clarè) capitul.27.numero 163.

147 *De ſuſpenſo per Annum.*

DEcimoquarto nota. Suſpenſum aliquando fieri irregularem, etiam ſi ſuſpenſioni non contraueniat, dummodo vltra annum patiatur ſe in tali ſuſpenſione permanere. Nam ex hoc tēpore fiet irregularis videlicet inhabilis ad beneficia iam quæſita,& eſt ineligibilis, nec eligere poteſt.Abb.poſt Gloſſ.in c.Cùm bonæ.de ætate,& qualit. & diximus ſupra, nu.9. verſic. Aliud malum. Quod eſt verum,quando quis ſuſpenſus eſt ſimpliciter ſine termino præfixo,alias ſecus.

148 *De ſuſpenſo intrante Chorū.*

DEcimoquinto. Nota,quòd ſi aliquis ſuſpēſus à diuinis,intrauerit Chorum,& cantauerit, vel legerit gregatim cum alijs, non vt miniſter, ſed ut quidā alius Laicus; non erit irregularis, Innocen.in capit.Tanta.de exceſſ. Prælat. Si autem principale officium Chori faciat, fit irregul. ſecundum Speculat. in tract. de diſpenſ.§.Iuxta.verſicul. Quid ſi officio intereſt? Idem erit ſi dicat Capitulum,Orationem, Lectiones, aut reſponſoria text.in c.Sicut dignum.§.Clericos. de Homicid.Gemin.in cap.1. §.Caueat. & ibid.Nicolaus Diony.de ſenten.excōmun.in 6.Qui addit idem eſſe ſi ſuſpenſus ſupradicta non dicat, ſed alijs ſua autoritate diſtribuat dicenda, quia (ait) cū videatur velle ſuo officio fungi iubendo fit irregularis, quia qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur, regul. iuris

in

in 6. ſed re vera cùm hoc non ſit in iure expreſſum, & pœnæ ſint reſtringendæ, fauoreſque ampliandi per text.in regul. Odia de regul.iur.in 6.non auderem talem iudicare irregularem. Cum nullus ſit irregularis iudicandus, niſi reperiatur in iure expreſſum, argumento capitul. Pœnæ de pœnit.diſtin. 1. & text. in l.ſi Præſes. ff.de pœnis, tradit poſt alios Summa Confeſſ.li.3. tit.29.q.5.

149 *De ſuſpẽſione ex facto*

DEcimoſexto Not. Quòd etiam ſi quis non fuiſſet ſuſpenſus ex aliquo Canone generali, vel particulari, ſed tantum quando ex ſolo facto naſcitur ſuſpenſio ſine Canone, vt in fornicatore, qui nullam habet particularem ſuſpenſionem, nec à Canone, nec ab homine, ſed tantum ſit à notorietate ſuſpenſus, ipſo facto, qui ſi celebrat ſit irregularis, ſecundum Inno. Hoſt.& Io. And. in c. 1.§.Caueat.de ſent. excomm. lib.6.Inno.in c.fin. de Exceſ. Prælat. & in c. Veſtra de cohab. cler. & in c. 1. de re iudic.in 6.Specul. de diſpenſation. §. iuxta.verſi.Item quando.Sylu.verb.Concubinarius.q.4.ad fin.& diximus ſup.in 1. ſuſpenſione.* Pro quo facit Canon. 60. S. Apoſ. in hæc verba. Si accuſatio contra fidelem inſtituatur de fornicatione aut adulterio aut quacunq; alia actione prohibita,& conuictus fuerit, in Clerum non perducitur.

150 *De regularĩ ſuſpenſo. &c.*

DEcimoſeptimo Not. Regularem ſuſpenſum non poſſe exercere iura ſui ordinis, ſcilicet prædicare,confeſſiones audire, alia Sacramenta adminiſtrare. Quod eſt verum,quo ad omnes tam Regulares,quam ſæculares. Gl.& ante ea, Spec.per tex. ibi.in cap.1. verbo ſepulturam. de religioſ.dom. argu.à conſenſu.

151 *V. Mulier poſſit ſuſpẽdere, &c.*

DEcimooctauo Notare libet, ſupra dicta de ſuſpenſione, & irregularitate procedere, & habere locum, non ſolum in ſuſpenſione virorũ, ſed etiam in illis ſuſpenſionibus, quæ emanant à muliere iuriſdictionem habẽte ſuper clericos ſuos; nam licèt mulier ſuſpendere non poſſit Clericos ſuos: ſicut nec excommunicare, & propterea, iure non videatur irregularitas naſci, cõtraueniendo tali ſuſpenſioni, ex ſententia Abb.in c.dilecta, de maior. & obed. tamen omnis notabilis inobedientia inducit peccatum mortale, & certum eſt hanc mulieris ſuſpenſionem reſolui in præceptum, de non adminiſtrando, ita quam etiam extra iudicialiter factũ obligat,ne adminiſtrare poſſit arg.Cõc.Tri. Seſſ.14.c.1.de reform.Propterea legitimum, & Canonicum impedimentũ eſt, quod ſurgit ex ſuſpenſione, interdicto, vel excommunicatione mulieris, quoniam inducunt hæc obligationem abſtinendi,licèt non inducant veram irregularitatem,optimè Syl. verbo Abbatiſſa. nu.6.Armil. eod.nu.4. Simon Maiolus. de irregul. li.3.c.29.nu.12. S. Ant.3.p. tit.27.c.4.Epiſcopus Scanlenſis,de cenſuris,tit.de ſuſpenſ.c.12.

DEcimonono Not. quod etiam Cũ quis à ſuo Prælato eſt extraiudicialiter tantum ſuſpenſus, nullus ſuperior ipſo inuito ſuſpendente, poterit talem ſuſpenſionem abolere, ſecundum Concil. Triden. Seſſ.14.c.1.de reform. Vnde infertur, quod ſuſpenſus ab Ordinario ſuo, etſi Metropolitanus,vel alius ſuſpenſionem aboleuerit inuito ſuſpendente, nihilominus ſuſpenſus contrauenerit,erit irregularis: quia talis abolitio in nihilo ſuffragatur. Concil.Trid. ſupra.

De ſuſpenſo à ſuſceptione Sacramentorum.

VIgeſimo Nota. Quòd quãdo quis tantum eſt ſuſpenſus à ſuſceptione Sacramentorum,ſi tali ſuſpẽſioni contrauenerit Sacramenta accipiendo,non ideo ſit irregularis licèt grauiter peccet, vt ex.capit. Si celebrat.de Clerico excommunic.miniſt.probat Syl.verbo, Suſpenſio.quæſt.5.Angel. Tab. Armil. eod. Nauar. Sot. & alij. & diximus ſupra in tractatu de excommunicatione minori.Couar.Clem.Si furioſus. 1. par. § 1.num.1.

De ignorante ſe eſſe ſuſpẽſum.

VIgeſimoprimo Not. quòd quicunque probabiliter ignorat ſe eſſe ſuſpenſum, contrafaciens non ſit irregularis, text. in capitu. Apoſtolicæ, de Cleric.excommunicat.miniſtr. Quinimo (vt in materia de Euchariſtia latè reſoluimus) ſi ſcienter in ipſo actu cele-

brationis

Quid celebrans recordat, ſe eſſe ſuſpēſum.

brationis in memoriam venerit ipſa ſuſpenſio, ſi ſine ſcandalo deſiſtere à celebratione non poſſit nullam incurrit irregularitatem celebrando, vt colligitur. ex S.Th.3.p.q.83.ar.5. Ang.& Syl.verbo,Excom.2. q.7. & ante eos Hugo. in c.Nihil.7.q.1.

155 *Suſpenſio oportet, ꝙ ſit certa ad irregularitatem*

VIgeſimoſecundo Not. ꝙ ad hoc, vt ſuſpenſio reddat irregularem eum qui contrauenerit,oportet, quod ſit certa, alioqui ſi ſit in certa, ambigua,vel alternatiua, vt puta;ſuſpendimus te ab Officio,uel Beneficio;nam,etſi contraueniat in vtroque , non ſit irregularis,notat Glo. iu c.Quanto,de Magiſt. vbi Abb. Syl. verbo. Irregularitas. q.13.verſic. Octauum : ſecus,ſi dixiſſet copulatiuè ab Officio,& Beneficio.

156 *Suſpenſus ab vna functione, &c.*

VIgeſimotertio Not.Quòd ſuſpenſus ab vna functione, non videtur ſuſpendi ab altera. Ideò Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus,nō eſt ſuſpenſus à iuriſdictionalibus. Abb.in c. Cum dilectus. de conſuetud. Syl.Suſpēſio. q. 5. verſic. Cùm autem ſuſpenſio. Ang.& Armil.eod.ſumma Confeſſ. lib. 3.tit.39.q. 5. Epiſcopus Scalen. de cenſuris titu.de ſuſpenſi. c. 15.Nauar.c.27. num.163.

Item,cùm quis ſuſpenditur ab officio non ideo eſt ſuſpenſus à beneficio, vnde auctoritate beneficij, beneficia conferēdo,vel ſibi collata accipiēdo,non erit irregularis,ſecundum Aneh.& Calderinū quos refert,& ſequitur Syl.ſuſpenſio.q. 5. verſi.Si iterum ſuſpenſio.

¶ E contra ſuſpenſus à beneficio non eſt ſuſpenſus ab officio ; ideo poterit adminiſtrare ſpiritualia,ſine irregularitate tradit Iuditiale Inquiſitorum. vērbo; ſuſpenſ. §. Vlt.Quia talis ſuſpenſio extenditur ad ſola emolumenta beneficij,quæ merè temporalia ſunt,gl.in c. Cum Vinctonienſis.de electione. Syl.ſup.verſic. Si verò ſit à beneficio. Nam celebrare Miſſas,vel diuina Officia illo in beneficio, à quo quis eſt ſuſpenſus,non induceit irregularitatem,Inn.in c. Niſi cum pridem in prin.de renun.ſpeculator. & alij ſup. Couar. in Clemen. ſi furioſus.1. par. 1. num.1.

VIgeſimoquarto Not. Suſpēſum à collatione Sacramentorum , nō effici irregularē cōferendo ea Sacramenta, quæ Laici cōferre poſſunt: vt, Baptizare in neceſſitate; ſi tamen id faciant ſine apparatu, & exercitio ſui Ordinis,ſed tanquam Laicus. Hoſt.in c.1. §.Caueant. de ſent.excom.6.Syl.Suſpenſio.q.3 Ang. Armil.& alij. Nauar.c.27. nu.163.Couaruias. ſupra.verſi. Tertio. 157 *De ſuſpenſo à Collatione Sacramentorum.*

VIgeſimoquintò Not.Quòd ſuſpēſus ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi contraueniat , dum tamen ibi nō ſit irregularis.Gemi.in c. Is cui;de ſent.excom.6. Angel.verbo ſuſpenſio. 3.verſic. Quid ſi interdictus , ſed ſi in ea celebret fit irregularis.tex.iu d.c.Is cui.glo. in c. Epiſcoporū,de Priuileg.li.6.Extra in Eccleſiā licitè hoc caſu celebrare pōt.Spec, de diſpenſation. §.Iuxta.verſi. Si quis ſuſpendit. Inno.quem refert,& ſequit ſūma confeſ.li.3.tit.29.q. 5.Calde.in c.Is cui.de ſent.excom.in 6. quem refert, & ſequit Syl.verbo ſuſpēſio.q.5.verſ. Si vero ſuſpenſio ſit à diuinis Armil.verbo ſuſpenſio.nu.8.& diximus latius ſup. not. 10.& tenet Couar.in Clem. Si furioſus. 1.par. §.1.nu.1.verſi.Quinto. Cuius oblitus non fui; ſed iterū poſui, vt aduertat. Lector ꝙ ſum.Cōfeſſ.ſup. imponit Hoſtienſi, ꝙ ſi talis ſuſpenſus intret Eccleſiā & ibi celebret, nō erit irregularis, ꝙ p ſup.d. falsū eſt. Vel fuit(vt credo) Impreſſoris errore, niſi dicere velimus auctorem dictæ ſummæ voluiſſe ſequi Inno. contrariū tenentem contra cōmunē, quem reprehendit Couar.ſup. 158 *Vide ſupra nu. 140.*

VIgeſimoſexto Not.ꝙ ad hoc vt ſuſpēſus incidat cōtrafaciens in irregularitatē, oportet ꝙ ſuſpēſio ſit verè,& formaliter ſuſpenſio, non aūt per accidēs,vt ſi quis. V.G.participat cū maiori excōicatione ligato, incurrit minorem excōicationem, per tex.c.Excōicatos.11.q.3.(& diximus latè.ſup.de excōicatione minori)& talis conſequenter per accidens dicit ſuſpēſus quo caſu cōtraueniens in ſuſceptione,aut collatione Sacramentorū,nō ſit irregularis. tex. apertus.in e. Si celebrat.de Cler. excom. Ioan.And.Poſt Inno.in c.Is.cui.de ſent. 159 *Suſpenſio dēt eſſe verè & realiter. &c.*

excom.

excom.li. 6. §. Caueant. Vbi Peruſinus. limitatione. 1. Couarr. ſup.nu.2. Licet. enim talis ſit intelligibilis, & inhabilis ad quodcunq; beneficiũ. Syl. verbo Excõ municatio. 1.q.1. verſi. Secũda, & alij, nõ tñ ſit verè, & propriè irregularis: quia nõ eſt propriè ſuſpenſio Canonis, ſed Dei; vt ait Specul. in d. §. iuxta, verſiculo. Itẽ nota quod ſuſpẽſus: & in verſiculo. In ſuſpenſis Canonic: merito non inducit irregularitatẽ cum ſit ſuſpẽſio ſolius Dei, vt ibi ipſe dicit; Canonicum tñ eſt impedimentum, & maximè plectendum Eccleſiaſtica Cenſura. ſm Syluestr. ſupra.

160 *Quid ſi iudex dicat: donec pœniteat.* VIgeſimoſeptimo. Not. ſuſpensũ hac verborũ forma (Donec pœniteat) vel hac: (donec ſatisfecerit) non fieri irregularem contraueniendo; quoniã talis ſuſpẽſio habet conditionẽ annexã, quæ refertur in Deũ. Vnde non põt dici propriè ſuſpenſio, cùm poſſit ſtatim pœnitere. Syl. verbo irregularitas q.17. Spec. de diſpenſat. §. Iuxta. verſi. Item quando dicitur, & verſi. In ſuſpenſis autem diſtinguitur. Tab. verò, irregularitas. 4. nu. 4. putat opus eſſe iudicis declaratione, vt eueniet irregularitatem.

161 *Qua ſuſpẽſio faciat irregularem* VIgeſimooctauo Not. ꝙ cũ duplex ſit ſuſpenſio vna, ſ. quæ fertur pro crimine, Altera q̃ infligitur ob ſolos corporales defectus, vt in illegitimo, Bigamo, ſeni &c. ſola inducit irregularitatẽ, quæ infligitur ob crimine; Nam alij defectuoſi, iam per ſe ſunt irregulares: & ob id ipſo iure ſuſpenſi per executionem ordinum, non incurrunt irregularitatẽ aliam. Spec. ſupra. Tabien. verbo. irregularitas 4. in prin. Quod obſeruari in Curia Rom. probat Specu. ſup. Abb. in c. Si celebrat. de cler. excõ. Ang. uerbo. Suſpẽſio. 3. verſ. penu. Io. And. poſt Inn. in d. c. Si celebra. & ĩ c. fi. de cohab. cler. & mul. Archid. in c. Apoſtolicę. 56. d. Syl. uerbo irregularitas. col. vlt. Iuditiale Inquiſ. verbo ſuſpenſio. §. fi. Et ſecundum dictã diſtinctionẽ intelligi debet, ꝙ dicit Rot. deciſ. 262. in antiquis. ſ. ſuſpenſum à Canone celebrando non fieri irregularem.

162 *Suſpẽſio duplex.* VIgeſimonono Not. ꝙ cùm ſimiliter duplex ſit ſuſpenſio, una reprobatiua, i. qua quis prohibetur ſuum ordinẽ exercere, altera approbatiua, l. quæ differt ad tempus ordinũ ſuſceptionem, vel beneficij conſecutionẽ, vt homo probari poſſit magis idoneus; in reprobatiua intelligi debet ꝙ contra faciens fiat irregularis. In approbatiua minimè; ideoq; ſi ante tẽpus elapsũ celebret, vel impetret beneficiũ in tali approbatiua ſuſpenſione; nullã contrahit irregularitatem, vel ſaltem non talem qualẽ in reprobatiua. Nam in iſta poſſet Eps̃ diſpenſare. Spec. §. iuxta. verſic. Item quando dicitur ſic ſuſpenſus. De quo genere ſuſpenſionis habetur in c. 1. de Cleric. pereg. Vbi gl. Inno. & Abb. col. 3.

163 *De ſuſpẽſio à lectura.* TRigeſimo Nota. Suſpẽſum à lectura aliqua, vel ꝑdicatione nominatim, contrafaciendo nõ fieri irregularẽ. Quia talia ſunt mera officia diſtincta ab ordinibus; ꝙ probatur in Clem. Cupiens de Pœnis. Paul. & Calde. Ang. verbo ſuſpenſio. nu. 8. Quod etiam intellige de Sindicatura, & quauis alia functione publica, vel priuata, vt, V.G. in facultate legitimãdi. Doctorandi, & ſimilibus. Spec. de Diſpenſatione. §. iuxta. verſi. Quid de officijs. Quæ tamen omnia, ſi dependeãt ab aliquo ordine, vel Eccleſiaſtica dignitate, vt hic Bononiæ, ab Archidiaconatu (cui cõpetit Doctoris gradum concedere) Prioratu, Archipresbyteratu, vel Plebanatu, ſi ab ipſo ordine ſit ſuſpẽſus, iſta faciendo fieret irregularis, vt infra notab. parebit ſeq.

164 *Suſpenſio tm̃ facit irregularẽ ĩ ſpiritualibus.* TRigeſimoprimo Nota. Suſpenſionẽ tantũ facere irregularem in ſpiritualibus, nõ aũt in tẽporalibus officijs. Si enim qs à tẽporalibus ſuſpenſus adminiſtrauerit in eis, nõ fit irregularis per Gl. in c. 1. §. Et hæc eadẽ. de ſent. excom. li. 6. & nota. ca, in c. fi. de exceſſ. Præl. Nam qñq; Reges, Barones, & alij Dñi à ſua poteſtate; Aduocati, iudices, & alij Laici à ſuis officijs ſuſpẽduntur. tex. in c. Quicunq; de ſent. excom. lib. 6. ¶ Imo Nota *Reges, Iudices, & alij aliquando ſuſpẽduntur.* rios quacũq; ẽt Regali, aut Imperiali authoritate creatos, põt Epiſcopus ab officio ſuſpendere. ꝑ Conc. Trid. 22. c. 10. de reforma. & tamen ſic ſuſpenſi adminiſtrando non fiunt irregulares. Specul. ſupra. Ita intelliges Syluestr. Suſpen- *Eps̃ ſuſpendit Notarios.*

ſio.

ſio.quæſtio. 5.verſ.Si uero ſit ab officio. Vnde ſuſpenſus ab eligendo, præſentan do,nominando,uel prouidendo, aut etiã beneficia conferendo,ſi cõtrauenia t, nõ fit irregularis.Inno.& Hoſt.in c.fi.de ex ceſſ.Prælat.Cald.in c.Si celebrat.de Cle ric.excom.Anch.in capit.1.§.Caueant. de ſent. excom. lib. 6. Quod intellige, quando dicti actus temporales fuerunt principaliter , & expreſſe prohibiti. At, quando ſuſpenſus quis eſſet ab ordine aliquo,à quo iſti actus dependent contra faciendo fieret irregularis, etiam in iſtis temporalibus.Spec.ſup.& facit text. cũ Glo. in c.Tanta de Exceſſ.Prælat.& di ximus.ſupra.

165 *Suſpenſio an debeat eſſe iudicialis.*

TRigeſimoſecundo.Not. Quòd li cet olim , ut ſuſpenſio induceret irregularitatem , requirebatur quod eſ ſet iudicialis , alioqui ſi erat extraiudi cialis reſoluebatur in præceptũ ſimplex de non adminiſtrando, ut tradit Summa Piſan.verb.irregularitas.2.§.1. Peruſin. in c.1.§.Caueant,de ſent.excom. lib. 6. fallentia.5.Hódie tamen verum eſt , ꝙ Iudicialis,& extraiudicialis ſunt paris fir mitatis,& efficaciæ , & iõ in contrauen tione utriuſq; naſcit͛ irregularitas,argu. eius,quod habetur in Concil.Trid. Seſſ. 14.c.1.de Reformat.

166 *Suſpēſio an dēat Iudicialis?*

TRigeſimotertio Nota. Quod ad hoc , ut incurrat quis irregulari tatem adminiſtrans,oportet quod ſuſpẽ ſio ſit lata,non ferẽda,i. quod ipſe ſit ſu ſpenſus non ſuſpendendus; quia tunc e tiam contrafaciendo,non incurreret irre gularitatem.videtur tex.in c. Quod trã ſlationem. de Temp. ordinan. ut ſentit Sylue.uerbo irregularitas.q.6. Si autem dicto ſuſpendendo addatur præceptum per ſuperiorem ne adminiſtrare poſſit, poſt tale præceptum adminiſtrans, erit irregularis,à ſolo Papa diſpẽſandus,Spe cul.de D.ſpenſatione.§ Iuxta.verſic. Iſe ordinatus a nõ ſuo Epiſcopo; Vbi ait ita ſeruari Romæ.Ratio eſt,quia tale præce ptum factum ei,qui ſuſpendendus eſt,ef ficit ſuſpenſionem , argumen. Concilij Trident.Seſſ.14.capitul. 1. de Reforma tione.

TRigeſimoquarto Not. Quòd quã uis ſuſpenſus ab adminiſtratione tàm temporalium , quam ſpiritualium alicuius Eccleſiæ,fiat irregularis admini ſtrando ſpiritualia: tamen Miſſas priua tas celebrando,non fit irregularis; quia non eſt ſuſpenſus ab ordine,ut ait Abb. in c.Si quorundam de ſolution. Vbi Io. And.Ang.uerbo.Suſpenſio.3.verſic.Ali quando. Et ideo Vicarij Epiſcoporum, Archidiaconi, & ſimiles Eccleſiarum Prælati,ſuſpenſi,forma dicta, debẽt qui dem abſtinere ab omni adminiſtratione ſaltem ſpirituali,ne fiãt irregulares ; ſed celebrando priuatas Miſſas ut reliqui omnes Sacerdotes,non fiunt irregulares ſecus ſi ſolemniter celebrent, eadem au ctoritate,& loco, quem dignitatis admĩ niſtratio conſueuit obtinere. 167 *Suſpēſio dēt eſſe lata, nõ ferēda.*

168 *Epiſcopus non uenit generali ſuſpēſione, niſi &c.*

TRigeſimoquinto Nota. Quòd quo tieſcunque in iure , uel generali Decreto inuenitur ſuſpenſio, tali ſuſpen ſione minime comprehenduntur Epiſco pi,& illis ſuperiores;ſed tantũm,Clerici omnes, uſque ad Sacerdotem incluſiuè niſi de Epiſcopo,& alijs fiat expreſſa mẽ tio.text.in c.Quàm periculoſum. de sẽt. excommu.in 6. tradit Ang. Sylu. & alij Armil.num.18.Nauar.c.27.nu.161.Co uar.in Clement,Si furioſus. 1. par. §. 1. nu. 1. Maiolus.de irregul.lib.3.c.19.nu. 26.Epiſcopus Scalenſis. de Cenſuris tit. de ſuſpenſione.c. 11.

169 *ſuſpenſ° teneatur abſtinere, et poſt. &c.*

TRigeſimoſexto Nota. Quòd quo tieſcunq; quis à iure; vel ab homi ne eſt ſuſpenſus ab aliquo actu ſpiritua li alicuius ordinis ſacris, ſimpliciter, uel conſequenter tenetur abſtinere , etiam poſt contritionem,& confeſſionem, quo uſq; ſuſpenſio remiſſa ſit; alioquin actũ exercens peccat mort. & fit irregularis abſoluendus tantum à Papa , ſecundum Inno.in cap.Cùm æterni.de ſenten.& re iud.c.6.Armil.nu.10.& alij.

170 *Quando teneamur uitare ſuſpēſum.*

TRigeſimoſeptimo Not, quod ſicut tenemur uitare excommunicatũ in omnibus,ut diximus , ſup.de ſent.ex com.ita etiam ſuſpenſum in eo à quo eſt ſuſpenſus, & non uitando in diuinis offi cijs , & in actibus deputatis ſuis ordini bus peccamus mortaliter, ſi eſt denuncia

tus,

tus, aliàs non per Extr. Ad euitanda ſcandala, quam ponit Nauar. c. 27. num. 35. & nos declarauimus, ſupra de excommunicatione.

171 *De ſuſpenſo ab officio, &c.* Trigeſimooctauo Not. eſt, pro maiori declaratione ſuſpenſionis à beneficio, Vtrum ſuſpenſus ab officio ordinis abſolutè, ita ſuſpendatur à beneficio, ut non poſſit facere fructus ſuos? In qua ſtione variæ ſunt opiniones. Quidam n. dicunt ſuſpenſum ab officio à iure, uel ab homine ob graue crimen eſſe ita ſuſpenſum à beneficio, ut non faciat fructus ſuos. Sylue. Suſpenſio. § 5. Armilla. nu. 11. & 14. Secus ſi ob crimen leue. Sed ut certa ab incertis ſeparemus; Not. ſequentes Concluſ.

Prima Concluſio. Quando crimen ob quod ſuſpenditur, eſt tale, ut impediat Clericum beneficiatum, ne poſſit uti ullo ſui officij miniſterio, hic eſt communiter ſuſpenſus à beneficio, nec poteſt acquirere dominium fructuum futurorum. Quamuis. n. dominio rerum iam acquiſito nemo ob crimen priuetur ante iudicis ſententiam, ſaltem criminis declaratoriam; tu habitari tamen poteſt ne in futurum acquirat dominium rei nondum habitæ. Anto. Gabr. to. 2. li. 9. concl. 1. & num. 17 pag. 1635. col. 2. Couar. 42. q. c. 6. § 8. num. 7. cum multis alijs ibi relatis, Gomezius, in Regula, de Subrogatione collationis. q. 7. col. 7. & habetur. l. in Hiſpaniæ. l. 17. tit. 9. p. 1. Ratio eſt, quia fructus beneficij non datur niſi propter officium, ſed hic non præſtat, nec poteſt præſtare: ergo? Hinc colligitur per Doct. ſup. quod ſi impedimentum eſt perpetuũ non poteſt retinere titulum beneficij ſed tenetur reſignare.

Secunda concluſio. Quãdo autem crimen talis ſuſpenſi permittit liberum officij vſum; ſuſpenſus ab ordine, uel officio abſolutè, frui poteſt fructibus beneficij, tradit Diaz. de Luco in practica. Nauar. (contra alios.) Manuali. c. 27. num. 160. Sed addit Couar. ſi modo licitè præſtare potuit, uel præſtitit miniſterium officij, uel dignitatis, ut ſuſpenſus excommunicatus, uel irregularis, qui habet beneficium ſimplex, licitè recitat, & facit dici Miſſas Capellaniæ per alium, & licitè gubernat, quæ ad ſe pertinent. At ſi beneficiatus exhibuit quidem miniſteriũ beneficij, ſed culpabiliter, propter impedimentum Eccleſiæ non debet recipere fructus, ſecundum Diaz. & Couar. ſup.

Trigeſimonono Nota. Quod quamuis crimen Sodomiæ nefandum omnium carnalium criminum grauiſſimum ſit, ut tradit D. Aug. lib. de Adulterio. Coniug. & habetur in cap. Adulterij. 33. q. 7. Excepto peccato beſtialitatis quod omniũ grauiſſimũ eſt, ut ex S. Th. 2. 2. q. 154. ar. 12. probat Nauar. cap. 16. num. 3. (* Et fac. c. Cano. 10. de pœn. Sic dicens: Qui coierit cum brutis, pœniteat pluſquam ſeptem annis. uide text. c. hoc ipſum 32. q. 2. & §. ſeq.) ¶ Et licet ob ea mala, ob hoc præcipuè, ſuper hominum genus deſcendant, vt ait Archid. in c. Infames. 3. q. 7. & expreſſe habetur in auth. Vt non luxurientur contra nat. §. Quoniam. ¶ Et licet ſecundum gl. verb. Peruerſitate. in c. Flagitia. 32. q. 7. propter hoc Deus peſtem mittat in terris Sylu. verbo Luxuria §. 7. ¶ Inde Sodomita publicus ſit deponendus, & ſit irregularis, ſecundum Arch. in cap. Infames. 3. q. 7. & Spec. titu. de diſpenſatio. § Iuxta. verſ. Octauo. quos refert, & ſequitur Simon Maiolus. de Canonicis imped. li. 5. c. 43. num. 1. Couar. in Clem. Si furioſus. 1. par. § 1. num. 6. & 2. par. §. 3. nu. 4. col. 4. Iulius Clarus. lib. 5. ſentent. §. Sodomita, & nu. 6. Anto. Gabr. to. 1. Com. opinion. pag. 918. 172 *Sodomia grauiſſimũ peccatũ. Quæ mala inferat? De Sodomita publico.*

Sodomita tamen occultus non eſt ipſo iure ſuſpenſus, nec celebret erit irregularis, neque (ut ſupradicti dicunt) erit irregularis, niſi talis fuerit publicus, uel ſecretus talis criminis exercitor; ut ex Motu proprio Pij V. contra Clericos Sodomitas. probat Nauar. c. 27. num. 249. Sylue. uerbo. Crimen. §. 2. Patet clare; quia in d. Motu proprio dicitur Exercentes. * (Et pro Sodomita vide Canon. 9. Pœnit. & c. Clerici. de exceſſibus prælat. qui ſic ait: Qui contra naturam peccauit, ſi clericus, debet deponi, uel religioni tradi, ſi corrigibilis appareat ad perpetuam pœnitentiam per agẽdam. Et nota, quod *De ſecreto an ſit ipſo iure ſuſpenſus.*

quam-

quamuis diuerſæ fuerint de hoc opiniones, Sodomia puniebatur vltimo ſuplicio, per tex. in auth. vt non luxurietur cõtra naturam Collat. 6. & in Hiſpan. per l. 2. titu. 21. par. 7. & l. 2. tit. 9. lib. 4. fori. Iure autem nouiſſimo Hiſpaniç uterque delinquens comburitur, bonis fiſco applicatis. per l. vnic. tit. 21. lib. 8. noue recompilat.

Sodomiã exercens quis?

Ad quod verbum referẽdam ſunt verba, quæ Illuſtriſſimi quidam Prælati, in ſuis caſibus reſeruatis dicunt: Sodomiã exercentes; Quare (meo iudicio) qui ſemel, vel aliquoties tale uitium commiſit & pœnitet ſe commiſiſſe, non incidiſſe in caſum Epiſcopo reſeruatum, nec mitti debere ad Pœnitentiarios Epiſcoporum, niſi (quod laudarem ſatis) facerent tales confeſſarij ad exagerationem talis peccati, ut pœnitens videns ſe à ſuo confeſſario non abſolui, abſtineat in futurum.

De diſpẽſatione ſuſpẽſionum.

173 QVadragesimo, Et vltimo Not. pro animarum conſolatione, & Confeſſorum maiori eruditione; quòd in omnibus caſibus ſupradictis, alijſq; ſimilibus, in quibus adminiſtrantes in ſuſpenſione incurrebant irregularitatem per ſolum Papam diſpenſabilem, eſt intelligẽdum, & procedit, ſi irregularis naſcatur ex manifeſtis delictis. Si autem ex hoc occultis proueniat, ſemper poterit per Epiſcopum, vel per Vicarium ad hoc ſpecialiter deputatum, diſpẽſari, duobus caſibus exceptis, ſ. homicidio voluntario, & quando crimen deductum eſt in iudicium Conc. Trid. Seſſ. 24. c. 6. de reform. tradit Simon. Maio. lib. 3. cap. 19. nu. 25. Epiſcopus Scalenſ. de ſuſpenſ. c. 11. & declarat Nauarr. cap. 27. nume. 194. Med. & alij moderni. Quod erat uerum ante Bullam Sixti V. contra malè promouentes, & promotos, quam habes explicatã infra in fine libri. in qua multi caſus Papæ tantùm reſeruantur, qui anteà Epiſcopis erant conceſſi.

Dicto (abundè ſatis) de ſuſpenſionibus in iure latis, ſupereſt, ut aliqua de ſuſpenſione ab homine dicamus.

QVæritur. Ergo; quid ſit ſuſpenſio ab 174
homine? Reſp. quod eſt præceptum quo Iudex Eccleſiaſticus, Eccleſiaſtico (maxime) officij ſui executionem, uel beneficij conſequutionem interdicit. Quæ diffinitio (licet ſic expreſſa nullibi inueniatur) poteſt tamen ex ſupradictis notabilibus & Doctorũ dictis ſic formari.

Suſpenſio ab homine quid.

QVæritur. Quibus uerbis proferenda 175
ſit ſuſpenſionis ſententia? Reſpõ. hæc uerba, vel ſimilia eſſe formulam ferendi ſuſpenſionem pro contumacia, aut patrato delicto. ſ.

Quibus verbis feratur.

Quia conſtat te Petrum, tale delictũ commiſiſſe idcirco te à beneficio, uel officio, & ordinum executione, ab utroque ſuſpendimus, vſque ad tale tempus, aut noſtrum beneplacitum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Si autem Prælatus alicuius edicti obſeruationem ſub pœna ſuſpenſionis intimare uoluerit; his vtetur uerbis.

Quicunque tale, uel tale fecerit, aut non fecerit; eum in his ſcriptis ab exercitio ordinum; uel ab Officio &c. ſuſpendimus; vel nouerit ſe ſuſpenſum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti Amen.

Ita tradit Dominus Epiſcopus Scalenſiſ, de Cenſuris. titulo. de ſuſpenſione, capitul. 13.

QVæritur. Quis poſſit hanc ſuſpen- 176
ſionem ferre? Reſp. Iudicem tantum Eccleſiaſticum ſuſpendere poſſe. ſ. Epiſcopum eiuſque Vicarioſ Generales, Legatos, Archiepiſcopos in Metropoli Inquiſitores, ordinum Superiores, & alios iuriſdictionem Eccleſiaſticã propriam, uel Delegatam habentes probat Sylue. ſuſpenſio. nume. 2. & alij Summiſtæ. Nauarr. capit. 27. nume. 159. Couar. in Clem. Si furioſus. 1. par. §. 1. nu.
5. Epiſcopus Scalenſ. de ſuſpenſione 177
capitul. 12.

Quis poſſit ſuſpẽdere?

VNde primo inferunt hanc generalem concluſionem. Ille tantùm poteſt ſuſpendere, qui excommunicare,

Ille põt ſuſpẽdere q. excõicare.

municare,

múniçare, per tex. in c. Quęrenti de verborum ſignificatiõn. Quia tantũm excõmunicatio, ſuſpenſio, interdictum, ſunt Cenſuræ Eccleſiaſticæ, quamuis Sotus 4. diſtin. 22. q. 1. arti. 2. (malè quidem) quinque eſſe cenſuras Eccleſiaſticas dicat, addẽs ſupradictis irregularitatem, ac degradationem: quæ tantùm ſunt pęnæ dicendæ, ſecundum communem.

Laicus, & mulier vltã, &c.

SEcundo. Inferunt ex ſupradicta generali regula, hominem laicũ, uel mu-
178 lierẽ nõ poſſe ſuſpẽdere, queadmodum nec excõicare. Abbatiſſa tamen abſolute & ſimpliciter nõ poteſt, tamen eo modo, quo ſupra. Notab. 18. diximus.

V. Requirant admonitio, &c.

179 QVęritur. V, Neceſſaria ſit admonitio ante hanc hominis ſuſpenſionem? Reſp. ꝙ ſuſpenſio ab homine infligitur duobus modis, uel duabus de cauſis, uel ponitur propter aliquã cõtumaciã uel in alicuius patrati delicti pęnã. Admonitio ergo tm̃ requiritur, qñ imponitur ob cõtumaciã, ſcd'm omnes, & tradit ex Inno. Nau. c. 27. nu. 159 Syl. ſup. nu. 4. Armil. benè, verbo; ſuſpẽſio. nu. 17. Couar. ſup. Epiſcopus Scalenſ. d. c. 12. per. tex. in ca. Reprehenſibilis, de appel. & per text. in cap. 1. de ſent. excomm. lib. 6.

Quis poſſit abſoluere?

180 MVlta alia, quæ paſſim in auctorib' reperiunt, maximè Angelo, Tab. Sil. Armil. Nau. omittẽtes. Quęrit' qs poſſit ab hac ſuſpẽſione ab hoĩe abſoluere?

Primo Reſ. Quo ad abſolutionẽ à ſuſpẽſione ex delicto occulto proueniente, eſſe iã dictũ ſup. eod. notabili. 40. & vlti.

Secundo Reſ. Ad quęſtionem ſequentibus aſſertionibus.

Prima. Qñ ſuſpẽſio lata fuit ad tẽpus, illo tẽpore trãſacto, finitur ipſa ſuſpẽſio, abſq; alia Iudicis declaratione. Notant omnes, & nos ſup. & tradit late Epiſcop' Scalenſ. de ſuſpenſione. c. 15.

Secũda. Cũ ſuſpenſio inflicta fuit ſub aliqua cõditione, ut ſub hac forma; Si fecerit hoc, uel donec pęniteat, aduenientetali conditione, remanet caſſata ſuſpenſio. Sil. nu. 8. & alij.

Tertia. Quotieſcũq; ſuſpẽſio eſt à iure, vel ab hoĩe, & cõditor Canonis ſibi abſolutionẽ nõ reſeruauit, poterit Epiſcop' & illo ſuperior abſoluere. Angel. Sil. Ar. Nau. Sot. & oẽs, cõiter, per tex. in c. Nuper. de ſent. excõ. gl. Vinc. Hug. Goff. Innoc. Hoſt. & alij, quos refert, & ſequitur Sil. nu. 8. Armil. num. 21. & 22. Couar. ſupra. Maiolus, ſuprà. d. c. 19.

Quarta. Qñ abſolutio datur in foro exteriori ab eo, qui illã tulit, põt talis ſuſpẽſio quocũq; verb. caſſari, annullari, reuocari. &c. vt v. g. reuoco, annullo, &c. Silueſt. ſup. verſ. Si vero ſit Arm. nu. 22. Nauar. c. 27. nu. 160. Epiſcopus Scalenſ. ca. 15. S. Anto. 3. par. tit. 27. c. 4.

Quinta Si aũt abſoluẽdus ſit ſuſpẽſus in foro pœnitentiæ, abſolui debet ſub hac forma

Abſoluo te a vinculo ſuſpẽſionis, quã incurriſti propter hãc, uel illã cauſam.

Tradit Sil. verbo Abſolutio. 6. dub. 2. quem refert, & ſequitur Naua. c. 27. nu. 160. Si autem ſuſpenſio eſt dubia, eſt ſic abſoluendus.

Si teneris uinculo ſuſpenſionis, abſoluo te &c.

Doctores. ſupra.

Tribus caſibus non põt quis etc.

NOta, Quòd tribus caſibus non põt quis à ſuo ſuſpenſore, ſed tm̃ à Pa- 181
pa, abſolui. Primus. Clerici uel regulares priuati à ſuis ordinarijs propter ſacramẽta, Eleemoſynas, uel ſepulturã datã Hęreticis. tex. in ca. Excõicamus. de Hęret. Secũdus. Qñ quis per Concil. Prouinciale à beneficijs cõferẽdis, propterea eſt ſuſpenſus, ꝙ beneficia cõtulerit indignis, nec ſe poſt primã, & ſecũdã correctionẽ emendauerit: poteſt tamen ab vno ex quatuor Patriarchis abſolui. tex. in cap. Graue. de Præbend. Tertius eſt, in degradato. per tex. in cap. Ex tu[illegible] clerico non reſidente.

Finis de ſuſpenſione.

DE INTERDICTO QVOD TERTIA ECCLESIÆ CENSVRA EST.

TRactant Doctores, Theologi in 4. maxime Sot. diſt. 22.q.3.art. 1. Martinus Ledeſ.in 4.2.par.q. 26.art.2.fol.361.Ang. Tab. Sil.Armil. & alij Summiſtæ, verbo. Interdictum. Caiet.in Summa.verb. Interdicti violatio. Canoniſtæ in diuerſis locis iuris. Sūma confeſſ.lib 3.tit.33. à q.213.Calderinus in tractatu de Interdicto. Nicolaus Ploue.in tractatu ſacerdotali. Didacus Perez. in l. 2. tit. 6.lib. 1.ordi.pag. 260. Bernardus Diaz de Luco. in Praxi Canonica.c.121.Couarruuias, in c. Alma mater. de ſentent.excomm. lib.6.2. par.§. 1.& libr. 2. Variarum. c.8.nu. 10. S.Anto.in tractatu, de cenſuris. Nauar. c.27.num.164.F. Bart.Medi.in Sum.2. par. Simon Maiolus, de irregularitate. lib.3.c.20. Epiſcopus Scalenſis, de cenſur.tit.de interdicto. Flores Theologo. quæſtionum. 2. par. de excomm. q.vii. art.6.& alij multi.

1 *Vox interdictū quid.* QVæritur in primis. Quid hæc vox: (Interdictum) ſignificet? Reſpon.Hoc verbum deriuari ab illo verbo:(interdico,) quod eſt quaſi prohibeo ideſt interim prohibeo, ne Officia dicantur, &c. vt colligitur ex inſtitut. de interdictum nil aliud ſonat, quàm prohibitionem. Hæc videtur mihi aptior atq; conformior ethimologiæ interpretatio, quo ad interdicti cenſuram, quam illa, quam ponunt Doct. yer. Interdictum, maximè Siluestr. in principio ſcilicet interdum. ideſt inter duos dictum, vide Nauar.ca. 27.nu.164.Conar.& alios.

2 *Quotuplicìter, ſummat.* QVæritur. Quotupliciter hoc nomē (interdictum) accipiatur? Reſpond.dupliter; eſt enim duplex interdictum generale, vel generaliter ſumptū. prout in Ciuili iure accipitur. Et tunc erat quando inter duos lis vertebatur, Iudex prohibebat, vel præcipiebat aliquid fieri, & erat quaſi quædam inter illos compoſitio. Particulare, vel particulariter ſumptum, eſt cenſura Eccleſiaſtica, de quo hic noſter tractatus.

3 *Interdictum eccleſiaſticū q̄d ſ.* DE hac ergo ſecunda ſpecie ſcilicet de interdicto, quādo eſt cenſura; Quæritur. Quid ſit interdictum Eccleſiaſticum? Reſpon. Quòd licèt Epiſcopus Scalenſis. c. 2. cum alijs longiſſimam poſuerit huius cenſuræ diffinitionem; melior, breuior, Iurique conformior eſt illa, quæ colligitur ex Silu. num. 2. Armil.nume.3.& alios, Summa Confeſſ.ſupra.q.220.Calderino, & Nauar.num.160.videlicet Canonicum, vel Eccleſiaſticum interdictum eſt cenſura, qua à iure, vel à iudice Diuina Officia, quædam ſacramenta atque Eccleſiaſtica ſepultura prohibentur.

4 *Interdictum in quo conueniat &c.* QVæritur. In quo conueniat cenſura hæc cum alijs ſcilicet excommunicatione, & ſuſpēſione; Reſpō. hoc eſſe declaratum, ſupra, de ſuſpenſione in principio, & tradit Silu. verbo. Interdictum. 1. nu. 3. Nauar. ſupra. Epiſcopus Scalenſis.c.1.& alij.

5 *Interdictum à iure vel ab hoīe.* QVia in diffinitione dicitur eſſe interdictum à iure, vel ab homine, decreui (vltra omnes de hac materia ſcribentes) primo ponere interdicta à iure, de inde de interdicto à iudice loquemur.

6 *Collegiū &c. Interdicit, &c.* PRrimo Ergo: Collegium, vniuerſitas, Ciuitas, aut loci, cogentes Eccleſiaſticaſve perſonas ſoluere Guidagia, vel Pedagia, aut ab eiſdem extorquentes Gabellas, pro rebus proprijs, quas negotiationis cauſa nō deducunt, incurrunt ſententiam

tentiam

tentiam interdicti per text. in c. Quamquam. de cenſibus. lib. 6. & de hoc tractauimus latè, ſupra, in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini. caſu. 18.

7 *De vniuerſitate locante domũ vſurarijs, &c.*
SEcundus caſus. Per tex. in cap. vſurarum vorago, de vſuris. lib. 6. interdicitur vniuerſitas, locans domos alienigenis vſurarijs, venientibus ad illic commorandum pro fœnore, vel vſura exercẽda, & infra Trimeſtre illos de ſuis terris, & locis non eijciens.

8 *De miniſtris ciuitatis vbi eligit Papa.*
SI Ciuitatis miniſtri, & Domini, in qua Papæ electio facienda eſt, non obſeruauerit diligenter ſeruanda, & conſtituta pro tali electione, aut in tali negotio fraudem aliquam fecerint, talis, Ciuitas eſt ipſo iure interdicta. c. Vbi periculum. §. Præterea, quia de electione, lib. 6.

9 *Vniuerſitas interdicit concedẽs repreſalias, etc.*
TErtius caſus. Vniuerſitas concedẽs vel extendens pignorationem, ſeu repręſalias, quibus alius pro alio pręgrauatur, in clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, per tex. in c. Et ſi pignorationes de iniurijs, & damno dato. li. 6.

10 *Territoria illorum qui locãs domos vſurarijs &c.*
QVartus caſus. Territoria illorum qui domos ſuas alienigenis fœneratoribus pro fęnore exercendo locauerint, & cenſuras contra huiuſmodi prolatas, per menſem animo ſuſtinuerint indurato, quamdiu in eis ijdem vſurarij commorantur, interdicto ſubiacebunt. c. Vſurarum. de vſur. lib. 6.

11 *De occidentibus Cardinales.*
QVintus caſus. Vniuerſitas, vel Ciuitas, quælibet (præter Romam) quę Cardinales occidentibus, ſeu aliàs eis p ſe, vel per alium mortis cauſam dantibus, ſeu pręſumentibus, in his conſilium dederit fauorem, vel auxium, vel infra mẽſem ſaltem taliter delinquentes, (cũ facultas affuerit) non duxerit puniẽdos, c. Fœlicis. de pœnis. lib. 6. quod confirmauit Pius V. Extrauagan. Infœlicis ſæculi, & quolibet anno innouatur per Bullam Cœnæ Domini.

12 *De territorio. vbi prius Epiſcopus percutitur iniurioſe.*
SExtus. Territoria illius (dummodo vltra vnam Diœceſim non contineãt,) qui Epiſcopum ſuum iniurioſè percuſſerit, aut ceperit, ſeu bannierit, aut hęc fieri iuſſerit, aut ab alijs facta, rata habuerit, ſeu conſilium in his dederit, vel fauorem, aut ſcienter defenſauerit huiuſmodi facinus committentes. tex. in Cle. Si quis ſuadente, de pœnis.

SEptimus. Regna, terræ, & loca quęlibet illis ſubiecta, qui Sedis Apoſtolicæ Legatos, aut Nũtios impediunt, ne liberè Regna, loca, ac Prouincias, ad quę miſſi ſunt, ingrediantur, & ne ibidem ſibi commiſſæ, Legationis munus exerceant, Ioan. 22. in Extrau. Super gentes, de conſuetudine. 13 *Interdicitur regna etc. impediẽtia Nuntios etc.*

OCtauus. Collegia, ac capitula priuilegio, ſtatuto, vel conſuetudine olim fructus primi, aut vlterioris anni beneficiorum vacantium, integrè vendicãtia, quæ poſt hanc conſtitutionem percipiunt, dictis beneficijs, vel fructibus vltra ſummam, pro qua vnũquodq; beneficiorum ipſorum in ſolutione decimę taxari cõſueuit; vel hac dimiſſa, vltra totale reſiduũ fructuum, & hoc in partibus, vbi decimæ vnicuique beneficio ſunt taxatæ: In alijs vero regionibus vltra medietatem non poſſunt percipere. Contra facientes interdicto ſubiaceant, donec ſatisfaciant. per tex. in Extrauag. Suſcepti, de electione. Io. 22. Quæ hodie eſt renouata à Pio V. in Bulla incipiente: Durum nimis. 14 *Collegia et capitula ſi accipiãt fructus, &c.*

NOnus. Vniuerſitates, aut collegia quouis quæſito colore ab ordinationibus ſententijs, ſeu mandatis Rom. Pont. Conciliũ Generale futurum appellantia, vel ad id auxilium, conſilium, vel fauorem præbentia quomodocunq;. Iulius II. in Extrauag. Suſcepti regiminis. Confirmata in Bulla Cœnæ Domini, vt videre eſt ſup. ĩ eius explicatione, caſu 2. 15 *De vniuerſitatib. appellantib. ad futurum Conc.*

DEcimus. Principium illorũ territoria, q ſequeſtrationes, applicationes, diſſipationeſq; fecerint, aut fieri mãdauerint de quibuſcunq; bonis Eccleſiaſticis, aut ad Eccleſiam, vel eius fabricã ſpectãtibus. Leo X. in Cõc. Latera. Seſ. 9. quod innouatur in Bulla Cœnæ, ſupra. 16 *Contra pricipes diſſipãtes bona eccleſiaſtica.*

VNdecimus caſus Reſpublicæ, communitates, & vniuerſitates quomodolibet delinquentes contra ſpectantia ad libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticæ fauorem tex. in c. clericis Laicos, de immu. Eccl. lib. 6. Conc. Lateran. ſupra, & Bulla Cœnæ, ſupra. 17 *Contra libertãtẽ Eccl. facientes &c.*

18 *De capitulis cōcedētib. licentiā ad ordines &c.* Duodecimus caſus, Capitula infra annum, a die vacationis, ordinandi licentiam quocunque prætextu alicui, qui beneficij Eccleſiaſtici recepti, ſiue recipiendi occaſione arctatus non fuerit, concedentia. Conc. Trid. Seſſ. 7. de reform. c. 10.

19 *Quæ interdicātur Eccleſiæ, &c.* Decimustertius caſus. Eccleſiæ, & Cœmiteria, apud quæ ſepulti fuerint ij, qui ab eius Eccleſiæ clericis, vel religioſis inducti fuerunt ad promittendū, vouendum, ſeu iurandum, ſe electuros ſepulturam apud eorū Eccleſias, vel iam electam vlterius non immutaturos, ſi infra decem dies, ſepulturam cadauerum (ſi petantur,) & omnium, quæ occaſione talis ſepulturæ ad eos quomodolibet peruenerunt, reſtitutionē nō faciāt, hoc termino elapſo, (donec ſatisfaciat) ſubiacent prædicto interdicto, per tex. in capit. Animarum periculis. de ſepult. in 6.

Excōicatio ſimul cū interdicto, & cæt. Notandum hic, quòd licèt omnes ſupradicti caſus (penultimo excepto.) Vniuerſitates, & loca tantum, interdicto ſupponant: particulares tamen perſona (exceptis Epiſcopis, & ſuperioribus in aliquibus, non omnibus) excommunicationis mucrone feriunt, & innodant, vt eiſdem canonibus videre licet.

NVNC AVTEM PONAM
Caſus interdicti, contra particulares perſonas.

20 *Religioſi &c. celebrantes quando interdicantur.* Decimusquartus caſus. Religioſi, vel ſæculares clerici, etiam exempti ſcienter celebrātes, & vlterius celebrare facientes diuina in locis quibuſlibet a iure, vel ab homine interdictis, aut excommunicatos publicè, vel interdictos nominatim ad Diuina Officia, vel eccleſiaſtica ſacramenta, ſeu etiam Eccleſiaſticam ſepulturam admittentes, ſunt ipſo iure interdicti. cap. Epiſcoporum, de priuil. lib. 6.

21 *De impedientib. fieri eleemoſynas fratrib. &c.* Decimusquintus. Locorum ordinarij ſuadentes, & etiam cenſuris inhibentes, ne Chriſti fideles Fratribus Prædicatoribus, & minoribus pias eleemoſynas erogare præſumant, & erogantes excommunicatos fore prædicantes, ſeu prædicari facere, vel pronunciare præſumentes. Sixtus IIII. in Bulla quæ incipit: Sacri, Prædicatorum, & Minorum, &c.

Decimusſextus. Ijdē inhibentes perſonis quibuſlibet, & quomodolibet, aut præcipientes; ordinantes, vel ſtatuentes aliquid, quominus ſupradictorū Ordinum fratres, eorum domos, & profeſſores libere vti poſſint priuilegijs, Indulgentijs Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, Carmelitarum, & Seruorum. ibidem. 22 *Cōtra prohibentes uti priuilegijs.*

Decimusſeptimus. Ijdem obſiſtentes quominus ſepeliātur in Eccleſiis, & Cœmiterijs Ordinis Heremitarū S. Auguſtini, qui ex ſua deuotione, vel vltima volūtate ſe illic ſepeliri deliberauerint, ſalua tamen ſemper iuſtitia Eccleſiarum Parochialium, vel Cathedraliū. Sixtus IIII. in Bulla aurea, quæ incipit. Dum fructus. 23 *Contra impedientes ſepulturā in monaſterijs.*

Decimusoctauus. Ijdem perſuadentes religioſis, vel ſæcularibus, vt ipſis inuitis, quorumcūque cadauera in Cœmeterijs dictorum Fratrū ſepeliant, vel etiam ipſi perſonaliter ſepelientes. Idem ibid. 24 *Cōtra eādē perſuadentes &c.*

Decimusnonus. Ijdem Miſſarum ſolemnia in eorum Eccleſiis, vel ibidem pro defunctorum apud eos tumulatorum animabus exequias ſine eorum aſſenſu, & voluntate celebrare facientes. Idem. 25 *Contra celebrātes ī Monaſterijs ſine &c.*

Vigeſimus. Ijdem cogentes eos ad ſolutiones Collectarū, ſeu exactionum quarumlibet, ſeu etiam exigentes, ac extorquentes ab ipſis decimas pro uineis, terris, hortis, & cæteris ad eos pertinentibus, ibidem. 26 *Contra cogentes fratres ſoluere &c.*

Vigeſimusprimus. Ijdē prohibentes, quominus recipiant, & admittant quaſcūque mulieres tā virgines, quàm viduas, & coniugatas ad habitum, & regulam eiuſdem ordinis ad inſtar mantellatarum, vel Pinzocherarum ordinis Minorum. Idem ibid. 27 *Cōtra impedientes Mantellatas, et cæt.*

Vigeſimuſſecundus. Ijdem impedientes quominus quoſcūq; clericos, vel laicos, liberos, & ab- 28 *Cōtra impedientes dare habitū &c.*

ſolutos

ſolutos à ſæculo fugientes pro conuerſione, ad habitum, & ordinem ſuæ religionis recipiant, & retineant. ibid.

29 *Contra compellẽtes fratres ad Synodos, &c.*

Vigeſimustertius. Iidem ad eorundẽ domos cauſa ordines celebrandi, tractandi, uel aliquos cõuẽtus publicos conuocandi uenire præſumentes, uel eos ad Synodos, uel conuentus forenſes accedere compellentes, uel pro Conſecrationibus Eccleſiarum, & altarium, pro Oleo Sãcto, & alio quolibet ſacramento quicquã ab eis extorquere audentes, gratis non impedientes. Idem ibid.

30 *Contra negãtes, ſacrã, confeſſis cum fratribus, &c.*

Vigeſimusquartus. Iidem perſonis confeſſis dictis Fratribus approbatis, & admiſſus ad confeſſiones audiẽdas ſine rationabili cauſa, ſacramenta Euchariſtiæ, aut (infirmitate exigentes) etiam Extremæ Vnctionis denegantes, aut illotum exhibitionem malitioſè differentes vel Parochianis, ne dictis Fratribus cõfiteantur prohibẽtes, & perſuadẽtes, & ad omnia præmiſſa, ſeu aliquod ipſorum auxilium, conſilium, uel fauorem dãtes directe, vel indirecte, & quomodolibet. Idem Sixtus IIII. ibid.

31 *De eodem.*

Vigeſimusquintus. Idem eadem committentes in Fratres, & loca quotũlibet Ordinum Mendicantium, idem ibidem.

32 *Sancta Euangelia quatuor.*

Pro quo Not. Quòd licèt olim, (ſicut quatuor Sancta Euangelia, Concilia Generalia, & quatuor Doctores principales ſanctæ Eccleſię) eſſent tantũ quatuor ordines Mendicantes. Hodie tamẽ, omnia ſupradicta (quatuor SS. Euangelijs exceptis) ſunt aucta; Sunt enim, multa alia iam Generalia Concilia, uſque ad ſanctiſſ. Generale Tridentinum. ¶ Item à Sanctiſſ. Papa Pio. V. D. Thomas de Aquino, quintus fuit Eccleſiæ Doctor (meritiſſimè) creatus, vt refert Flores Theolog. Queſt. in epiſtola, ad lectorem & à S.PP. Sixto V. S. Bonauentura ſexto loco Eccleſię Doctor adſcriptus. ¶ Itẽ ab eodem Pio V. in Bulla incipienti: Romanus Pontifex, & alia, quæ incipit Apoſtolicæ Sedis, quatuor Ordinibus Mendicantibus, S. Frãciſci, S. Dominici. S. Auguſtini, & Carmelitarum, quintus ſeruorũ Beatę Marię, & Sextus S. Franciſci de

Ordines Mẽdicãtes quot Doctores Eccleſiæ quot? Cõcilia Generalia multa.

Paula, (qui minimi uocantur,) & Septimus Ordo ſocietatis Ieſu, pro Mẽdicãtibus Ordinibus declarati, & merito adiũcti fuere, & in alia eius Bulla Ordo Fratrum Ieſuatorum inter mendicantes adſcribitur, quam ego vidi in eorũ Bonon. Monaſterio.

Secundo Nota, Omnes alios ordines nõ mendicantes, habentes participationem cũ priuilegijs Mendicantiũ, debere vti, hoc ſupradicto priuilegio. 33

De ord. non mendicantibus.

Vigeſimusſextus caſus Epiſcopi, & Abbates bona Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorumq; piorum quomodolibet alienantes, inconſulto Rom. Pont. aut contra tenorem Conſtitutionis Pauli II. quę incipit ambitioſe, de rebus eccleſiæ non alien. in Extrauag. cõmunibus, etiãt interdicto notati. 34

Contra Epiſcopos alienantes bona &c.

Vigeſimusſeptimus caſus. Epiſcopi non facientes obſeruari cõſtitutionem de faciẽda fidei profeſſione ab omnibus cuiuslibet facultatis lectoribus: & ab omnibus alijs de quibus Pius IIII. in Bulla: In ſacroſancta. 35

Nota de fidei profeſſione, faciẽda

Vigeſimusoctauus caſus. Prælati ſine licentia Papæ commentarios, Gloſſas, annotationes, Scholia, aliudve interpretationis genus ſuper Concilij Tridẽtini Decretis edentes; aut quicquam quouis nomine, etiam ſub prætextu maioris Decretorum corroborationis, aut executionis, aliovè quęſito colore ſtatuẽtes. Idem Pius IIII. in Bulla confirmationis Concilij, quæ eſt in fine eiuſdem Concil. & incipit: Benedictus Deus. 36

Contra Prelatos commentãtes Cõcil. Tri.

Vigeſimusnonus caſus. Cardinales, cæterique Prælati Eccleſias, Monaſteria, dignitates, uel alia beneficia etiam iurepatronatu, fructus, penſiones, regreſſus, vel acceſſus in confidentiam recipere præſumentes. Pius IIII. in Bulla, quæ incipit; Romanum Pontificem. Pius V. tamen videtur in Extrauag. quæ incipit: Intolerabilis multorum, omnes hoc admittẽtes excommunicationis laqueo indifferenter innectere. 37

De pœnis confidentib.

¶Cõmittitur aũt ipsũ cõfidẽtiæ crimẽ pluribus modis, quos, ad Lectoris eruditionem, laboremq; vitandum, ſubijcere putauimus hic eſſe neceſſariũ, videlicet.

39 SI quis reſignet beneficium alicui, paciſcendo de aliqua penſione, ſine Apoſtolicæ Sedis licentia.

40 SI quis nolẽs promoueri ad ſacros ordines, prout requirit beneficium, vel nolens adſtringi ad reſidentiam, habitũ, & tonſuram clericalem, beneficium reſignaret alicui reſeruando fructus, vel

41 penſionem, ſine dicta licentia.

SI quis ſtatuens ire ad Bellum, aut vlciſci de hoſtibus ſuis, & ne ex delecto perpetrando, vacare contingat beneficium, alteri reſignet, paciſcendo de fructibus, vel ſuper penſione ſibi, vel alteri reſeruanda ſine Papæ licentia.

42 SI quis criminoſus, aliovè modo irregularis beneficium reſignet, vel obtenta poſtea diſpenſatione ab irregularitate, idem beneficium repetat.

43 SI quis beneficium quomodolibet reſignauerit, vt ſibi poſtea reſtituatur, vel illi, quem ipſe nominauerit.

44 SI quis beneficium vacans impetrauerit eo pacto, vt poſtea ad mandatum alicui' illud dimittat, & reſignet ad hoc vt alteri conferatur.

45 SI quis beneficiũ acceptauerit ad hoc, vt cùm infans vel puer adoleuerit, illi poſtea reſignet.

46 SI quis poteſtatem habens conferendi, præſentandi, aut inſtituendi in beneficio contulerit, præſentauerit, inſtitueritvè, vt de fructibus aliquid ſibi, vel alteri reſpondeatur.

47 SI quis ex priuilegio non obligatus ad ſoluendum expeditionem Bullarum Cameræ, vel Cancellariæ Apoſtolicæ, faciat expediri Bullàs ſub nomine ſuo, vt euitet dictas expenſas, pro alio, qui in rei veritate dicti beneficij futurus eſt, poſſeſſor.

48 SI quis ad effectum litis defendendæ ſuper beneficio, alicui potenti reſignauerit illud ad hoc, vt obtenta victoria litis, alteri conferatur, & reſignetur, aut ſibi reſtituatur.

49 SEd etſi nulla pactio, ſeu cõuentio de fructibus, vel penſione intercesſerit per reſignantem, conferentem, inſtituẽtem, aut præſentantem, cum ipſo recipiente, ſi tamen poſt perfectam reſignationem, vel prouiſionem, ipſe reſignator vel prouiſor, aut familia eius, aut propinqui, ſeu hæredes de facto colligant fructus, aut partem dicti beneficij, probatur adeſſe contractum confidentiæ.

50 IDem erit, ſi prouiſus de beneficio, cõſtituat procuratorem ipſum reſignantem, vel prouiſorem ad percipiendum, ſeu locandum fructus beneficij. Idem ſi conſtituat procuratorem aliquem propinquum dicti reſignãtis, vel prouiſoris, aut præſentantis.

51 IN ſumma, Si quomodolibet tertia perſona ſuppoſita ſit ad titulum beneficij, vel ad fructus, dicitur beneficium eſſe in depoſito, & per conſequens, in confidentia.

52 IN ſupradictis omnibus caſibus committitur ſimonia ex titulo confidentiæ, non ſolùm ex parte conferentis, reſignantis, & præſentantis, ſed etiam mediatoris, & recipiẽtis eo modo beneficium, vt patet ex dicta conſtit. Pij V. quæ incipit: Intolerabilis: quos caſus etiam notat Epiſcopus Papienſis.

DE CASIBVS IN Quibus Eccleſia eſt interdicta, & ſit reconcilianda.

53 RAtio poſtulat, ut hic, caſus illos in quibus Eccleſia eſt interdicta, & requirat reconciliationem, adiũgamus. Quæritur ergo, Quot ſint caſus iſti? Reſ. Doctores in hoc diſcordare videtur, qui dam ponẽtes tres tantùm, vt Hoſt. Ray. & alij, quos refert, & ſequitur ſumma Confeſſ. libr. 3. tit. 14. q. 150. cum ſeq. & Epiſcopus Papiæ. Armilla autẽ, & alij, verbo. Conſecratio Eccleſiæ, ponunt quinque ex Sılueſt. Conſecrario. 2. num. 5. Sor. 4. d. 13. q. 2. art. 5. ex S. Tho. ibid. At Nauarr. cap. 27. nume. 259. ponit ſex Caſus. *Quot caſus ſit, Eccleſia ſit interdicta &c.*

54 PRimus eſt, in cap. Eccleſijs. diſtin. 68. & in cap. Eccleſijs. de Conſecrat. diſt. 1. c. Propoſuiſti. de Conſecrat. Eccleſiæ, ſcilicet, quando intra Eccleſiã humanus ſanguis iniurioſè effunditur, aut cauſa naturalis eius effuſionis, aut mortis datur. *De humani ſãguinis effuſione.*

Nota,

55 *De cāpanulis etc.* NOta, ꝙ ex illis quatuor verbis: intra eccleſiam ſanguis humanus iniurioſè effunditur, declarantur dubia multa in hac materia.

¶ Primum, quòd ſi extra eccleſiam, vel in eius tecto, vel in campanili, vel in ſpecu effundatur nō erit polluta, vt tradit Archid. in d. c. Eccleſijs. cū glo. ibid. de Conſecrat. Eccleſ. lib. 6. Summa Confeſſ. Armil. Nauar. & alij ſupra.

56 *Quid ſi non ſit conſecrata?* SEcundum, Quòd appellatione eccleſiæ in hoc caſu, venit etiam non conſecrata. tex. in c. fin. de Conſecr. Ecc. vel Altaris;

57 *De percuſſionibus ī Eccleſia ſine effuſione ſanguinis.* TErtium. In verbo, Sanguis, declaratur generalis hæc cōcluſio, Quæcunque non mortalis percuſſio, abſque ſanguinis effuſiōne, non violat eccleſiā, vnde cū palo, vel baculo, manibus, pedibuſvè aliquem percutere, vel offendere, vel illum enſe veſtito, vel miſſo in vagina (Hiſpani, dar de eſpaldaracos) alapam, & ſimilia inferre non polluit, colligitur ex ſupradictis omnibus. Silu.

58 *De animalium ſāguine.* QVartum. Humanus. Ex quo patet animalium ſanguine ibidem effuſo, non pollui, vt ex gl. in verbo, Sanguinis. in d. c. 1. de Conſecr. Eccl. in lib. 6. tradit Nauar. ſupra. & alij.

59 *Effundere qualiter. &c.* NOta circa quintum, ſcilicet, effunditur iniurioſè, quoad verbū hoc importat magnam quantitatem, vt ex verbis Domini conſtat, Matth. 26. Qui pro vobis effundetur; quibus verbis voluit magnā copiā ſignificare. Quare nō ſufficit ſanguinis effuſio, quæ fit naturaliter è naribus, vel ore, aut alicuius caſu, vel lapidis ictu cadentis, vt ait gl. recepta cōmuniter. in c. 1. de Conſecr. Eccle. lib. 6. & Nauar. ſupra. Silueſt. Ang. Armil. verb. Conſecratio.

De ſanguine nariū, &c.

60 *De menſtruo mulierum.* EX quibus reprobatur aliquorum antiquorum dubitatio, atq; etiā aſſertio, dicentium mulieris menſtruo intra Eccleſiam cadente, ipſam violari.

61 *De furioſis pueris, &c.* PAtet etiam, ſanguinis effuſionē cauſatam ab ictu furioſi, pueri, vel mētis capti, nō facere Eccleſiam pollutam, vt tradit Archid. in d. c. 1. Collectarius, in c. fi. de delict. puerorū. Epiſcopus Papienſis de interdicto, ad fi. caſu. 2. Cou. in Clem. Si furioſus. 1. par. §. 2. Nauar. ſupra. Armil. ſupra. nu. 5. Silu. infra.

62 *Quid q̄ſ defendo ſe?* NEc cenſetur polluta eccleſia, ſi quis cum moderamine inculpatæ tutelæ ſe defendendo, alium intra Eccleſiam percuſſerit, aut occiderit Abb. in c. Propoſuiſti. de Conſecr. Eccleſiæ, vel Altaris. Domin. in d. c. 1. de conſecr. Eccleſ. in libr. 6. quos refert, & ſequitur Nau. & Armil. ſup. Inno. quem refert, & ſequitur Silu. Conſecratio. 2. num. 5.

63 *Quid ſi fuit uulnº extra eccleſiā, &c.* NOtandum tamen eſt, quòd quotieſcunque vulnus fuit extra Eccleſiam illatum, & ſanguinis effuſio fit intra illam, non dicetur polluta, ſecundū omnes; ſupra, & Summ. Confeſ. lib. 3. ti. 24. q. 152. cum alijs.

64 *Quid ſi intra?* EContra verò, ſi vulnus intra Eccleſiam inferatur, etiam ſi vulnus taliter ligatur, quòd ſāguinis effuſio ibi nō ſequatur, nihilominus erit polluta. omnes, ſupra. Armil. benè, nu. 4. Nauar. cū glo. & communi. c. 27. nu. 256.

65 *De martyrio facto in eccleſia.* QVid autem ſi quis ob fidei, Eccleſiæ vè defenſionem ſit intra Eccleſiā occiſus, & martyrizatus? Reſp. quòd licèt Panor. ſupra. & Summa Cōfeſſ. ſup. q. 153. dicant non eſſe pollutam; contrarium videtur verius cum gl. quā refert, & ſequitur Armil. d. ver. conſecratio. nu. 5. & Silu. d. nu. 5. Archid. cū gloſſa recepta communiter, quàm refert, & ſequitur Nauar. ſupra, quia ſceleratius eſt Sanctum occidere, quàm prauum. c. Si non liceat. 15. q. 5.

66 *De morte in eccleſia ſine ſanguine.* EX ſupradictis. n. 57. patet, ꝙ ſi mors aliquo modo alicui intra Eccleſiā, abſq; ſanguinis effuſione inferatur, erit eccleſia polluta, vt quando aliquis ibidem ſuffocatur, ſune ſuſpenditur, veneno, vel alio maleficio interficitur. glo. recepta. in d. c. 1. Nauar. ſup.

67 *De exiſtente intra eccl. & iacente lapidē &c.* PAtet etiam, ꝙ ſi quis exiſtens intra Eccleſiā lapide, lancea, telove alio, vel armis occiderit extra eccleſiam exiſtentē, non polluitur eccleſia; quod probat Nau. ſup. verſi. Aut mortis. & nos ꝓ bauimus cōtra quendā Reuerendiſſimū Prælatum cōtrarium tenentem, in quodam literarum congreſſu, qui cum meæ ſententię acquieſcere noluiſſet,

poſtea re melius conſiderata, veniam petens, acquieuit coram iiſdem, coram quibus primo diſſenſerat.

68 *De ſeminis effuſione.* SEcundus caſus, hac generaliſſima cõcluſionem comprehenditur. ſ. Quæcunque voluntaria humani ſeminis effuſio, eccleſiã polluit. gl. in c. 1. de Cõſecr. Eccleſię. lib. 6. verb. Humanũ. Summa Cõfeſſ. libr. 3. tit. 24. q. 154. Silu. verbo. Conſecratio. 2. nu. 5. verſ. 3. Armil. verb. Conſecratio. nu. 6. Epiſcopus Scalenſis, de interdicto. cap. 13. omnes per c. Significaſti. de Adulter. Conc. Colon. par. 9. c. 18. Sot. 4. diſ. 13. q. 2. art. 3.

69 *De ſemine animalium* EX quibus infertur, animalium quorumcunque intra eccleſiam copulam, illam nõ polluere. gl. in d. c. j. & omnes ſupra.

70 *A quocũq; effundat.* INfertur ſecũdo. Sub illo verbo. humani ſeminis, intelligi de pollutione à quocunque laico, clerico, Iudæo, infideli, viro, vel fœmina naturaliter, vel extra vas, vel ſodomiticè, per fornicationem, adulterium vel ſtuprum facta, vt probãt omnes ſupra.

71 *De pollutione in ſomnis* INfertur Tertio erraſſe tenentes opinionem illam, quam refert, & reprobat (cum communi) Tractatus de Priuileg. Eccleſiæ, priuileg. 5. nu. 7. & tenet Ang. verb. Conſecr. nu. 9. ſ. pollutionem in ſomnis polluere eccleſiam, ſed communis contra, quam refert, & ſequitur Nauar. c. 27. nu. 257.

72 *V. Copula coniugalis, polluat eccleſiã?* INfertur Quarto. Ad quæſtionem. V. Copula cõiugali polluatur eccleſia? Reſp. quòd licèt Hug. Io. Armil. Ioan. And. Sũma Piſan. Ricar. 4. diſt. 32. q. 1. ar. 3. Alex. 2. par. q. 64. ar. 2. Ang. verb. Debitum. num. fi. Roſel. conſecratio. 1. q. 9. Almain. & Maior. diſt. 32. q. 1. Silue. verbo. Debitum. q. 3. Ledeſ. 2. par. q. 66. ar. 1. in fi. & Caſtro. libr. 1. de lege Pœnal. c. 7. & alij quos refert Summa Confeſſ. ſupra. Silu. verbo, Conſecratio. 2. num. 5. Armill. nu. 6. Couarr. & alij. Nauar. dicens Communem. c. 27. num. 257. dicunt non pollui per copulam matrimonialẽ: Cõtraria tamẽ opinio eſt verior, & tenẽda, quia cõmunior, quam tenent omnes ſupradicti. & nos probauimus, ſupra 1. par. de Matrimonio. in fin. & tenet Lelius de Zanchis de Priuileg. Eccleſiæ, priuilegio. 5. nu. 6. Epiſcopus Papię de interdicto. ad finẽ. Et quamuis Sot. 4. diſtin. 23. q. 2. ar. 3. dubitet. in diſt. tamen 31. q. 1. arti. 5. aperte dicit pollui.

73 *De excom ſepulto in eccleſia.* CAſus tertius eſt, Quando in eccleſia aliquis excommunicatus ſepelitur. tex. in c. Conſuluiſti. de Conſecratione Eccleſiæ, vel Alt. Angel. Silu. Armil. Tab. & omnes Summiſtæ. eodẽ verbo. Summa Confeſſ. ſupra. Couarr. & alij. Epiſcopus Scalenſis, de interdicto. c. 13. Nauar. c. 27. nu. 157.

74 *De infidel. ſepulto, &c.* QVartus caſus eſt, Quando in illa aliquis infidelis ſepelitur. tex. in c. Eccleſiam. 1. & 2. de Conſecra. diſt. 1. communiter omnes ſupra. Aduerte tamen, quod quamuis in excõmunicato ibi ſepulto ſufficiat reconciliatio, in hoc tamen vltra communem reconciliationem, ſunt etiam parietes aberadendi; vt notat Abb. quem refert, & ſequitur Nauar. ſup.

75 *De eccleſi conſecrata ab excõ.* QVintus eſt. Quando eccleſia fuit cõſecrata, aut benedicta per Epiſcopum excommunicatum publicum. arg. d. c. Conſuluiſti vbi notat Abb. & Hoſtien. quos refert, & ſequitur Ang. Silu. Armil. Nauar. Couar. & alij ſup.

76 *De eccleſia renouatione.* SExtus, Quando omnes parietes renouãtur, gl. in c. Ligneis, de Conſecra. Eccleſ. quod non approbat Nauar. ſupra, imo dicit contrarium verius.

77 *Cœmeterium duplex.* NOta Primo, circa dictos caſus, quòd Cœmeterium eſt duplex, contiguum, ſcilicet, & ſeparatum ab Eccleſia, Contiguum eſt illud, quod nullo interpoſito medio, Eccleſiæ adhæret: vel eodem pariete ſimul cum Eccleſia circũdatur. Separatum eſt illud, quod licèt ſit in mortuorum ſepulturam benedictũ: eſt tamen ab ipſamet Eccleſia, aliquo interpoſito medio, ſeparatũ, vt tradit Angel. Silu. Armil. & alij. verbo. Cœmeterium. Nauar. c. 27. nu. 358.

78 *V. Cœmeteriũ ſit pollutũ, &c.* EX quibus omnibus hæc colliguntur concluſ. prima: Polluta eccleſia, cẽſetur Cœmeterium ſibi coniunctũ eſſe pollutum, vt ex d. capitulo 1. de Conſecr. Eccl. vel Alt. libro 6. tradunt omnes, ſupra.

Secunda

79 *Qualiter magis dignũ attrahit ad ſe minus dignum.* SEcunda concluſio. Si autẽ Cœmiterium ſit ſeparatum, etiam ſi Eccleſia polluatur; Cœmiterum non erit pollutũ, ſecũdũ omnes. Cuius ratio, eſt, quia (ſicut in materia cõſecrationis ſanguini, in 1. p. de Aqua benedicta, Oleo ſancto, &c. diximus,) magis dignũ attrahit ad ſe minus dignum, vt in c. Si Eccleſia. de Cõſecra. Eccl. vel Alt. lib. 6. & Acceſſoriũ ſequit naturam ſui principalis. tex. in regula. acceſſoriũ. de reg. iur. li. 6.

80 *De Cœmiterio cõtiguo.* EX quibus ſequitur Tertia Cõcluſio. Violato Cœmiterio etiam contiguo non cenſetur Eccleſia, cui adhæret, polluta, quia Cœmiterium eſt minus dignum. omnes ſupra.

81 *De duobus Cœmiterijs ſub uno muro.* QVarta Concluſio. Quando duo Cœmiteria muro vno circundantur, & ambo ſunt contigua, ita quòd inter ambo ſit porta in muro, qua itur de vno ad aliud, violato vno, nõ cenſetur pollutum aliud, vel violatum, ex tex. in d. c. vnico. de Conſecra. Eccl. vel Alt. lib. 6. & tradunt omnes ſup.

82 *Quid q̃n quantitate ẽ parua?* NOta ſecundo. Quòd quemadmodũ minima quãtitas in omni materia excuſat regulariter à mortali, vt ſæpe tetigimus ſupra, & tradit Nauar. c. 11. nu. 4 cum multis. Ita hic parua effuſio ſanguinis, vel ſeminis non violaret, vel pollueret eccleſiam, vt ex omnibus Doctoribus ſupra colligi poteſt.

83 *V. ſit neceſſaria publicitas &c.* NOta Tertio. Quòd ad hoc, vt Eccleſia ſanguinis, vel ſeminis effuſione cẽſeatur polluta, oportet vt talis pollutio ſit publica. Per quamcunque enim occultam non polluitur, vt ex gl. recepta cõmuniter in c. 1. de Conſecr. Eccleſ. vel Alt. lib. 6. reſoluit. Nauarr. c. 27. nu. 256. ad fin. Silu. Armil. Summa Confeſſ. Epiſcopus Papiæ. Sotus, & alij, ſupra.

84 *V. Requiratur iudicis ſententia?* NOta Quarto. Quòd ad hoc, vt in Eccleſia fit publicè polluta ceſſetur a Miſſis, & Diuinis celebrandis, non eſt neceſſaria iudicis ſententia, vel declaratio, ſed ſtatim ceſſandum, donec eccleſia, ſit conſecrata ab Epiſcopo loci: ſi tantùm benedicta, à ſacerdote ſimplici, per aquã benedictã recõcilietur. tex. in c. Eccleſiã. de Cõſecr. diſt. 1. c. Sacris. de Sepulturis, Silu. Conſecratio 2. q. 8. Armil. verbo. Conſecr. nu. 4. & verbo. Cœmiteriũ. nu. 5. & omnes alij.

85 *Quid ſi celebretur in eccleſia polluta etc.* NOta Quinto. Ob multorum conſolationem, quòd licèt in Eccleſia ſic publice polluta, non ſit abſque vrgẽtiſſima cauſa, ante dictam reconciliationem celebrandum, ſi tamen celebretur, nulla propter hoc incurritur irregularitas, ſed tantùm peccatũ mortale cõmittitur, per tex. in c. Is qui in Eccleſia, de ſent. excom. lib. 6. Sot. 4. diſt. 13. q. 2. ar. 3. Inn. & alii, quos refert, & ſequitur Sũma Confeſſ. lib. 3. tit. 24. q. 156. Silu. verbo, Conſecrato. 2. in fi. Epiſcopus Papienſis, & alij, contra Hoſt. tenentem eſſe irregularem.

86 *Celebrãs ſit ſuſpẽſus &c.* NOta Sexto, & aduerte diligenter, quòd etiam ſi talis ſacerdos ibi celebrãs, nõ eſſe ſtatim irregularis, eſſet tamen ipſo iure ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpenſus. per tex. in c. Epiſcoporũ. de Priuilegijs. lib. 6. in qua ſuſpenſione ſi celebraret, ante abſolutionem ab illa, eſſet irregularis, vt ex d. c. Is qui, & Lapo, probat Silu. ſup. in fi.

87 *De ſchiſmaticis celebrantib. &c.* NOta Septimo. Corpora à ſchiſmaticis ſepulta, Altaria in quibus tales Schiſmatici celebrarunt non eſſe reconcilianda, vt habetur in c. A nobis. de Sacram. nõ iterand. Raym. quem refert, & ſequtur Sũma Cõfeſſ. li. 3. ti. 24. q. 158.

88 *De paganis ſepultis in Cœmiterijs.* QVid autem de Cœmiterijs, in quibus Paganorum corpora ſunt ſepulta, vel hæreticorum? Reſp. ſecundum tex. in c. Eccleſiam. de conſecr. diſtin. 3. & Hoſt. quem refert, & ſequitur Summa Confeſſ. q. 159. ſupra, quòd non ſunt cõſecranda.

89 *De excõmunic.* QVid ſi ibid. corpora excommunicatorum ſunt ſepulta? Reſp. Talia loca eſſe reconcilianda, vt in cap. Cõſuluiſti. de conſecr. Eccle. vel Alt. Et in tali caſu, ſi oſſa diſcerni poſſunt, procul ſunt abiicienda & pellenda, vt patet in cap. Super quædam. de ſtatu Monach. & in c. Sacris, de ſepulturis, in qua Eccleſia, vbi excommunicatus ſepultus eſt, ſi eius oſſa diſcerni poſſunt, celebrare non licèt text. in c. Eccleſiã. 1. & 2. de conſecr. diſt. 1. vbi gl. & tenet Sũma Cõfeſſ. libr. 3. tit. 24. q. 159. Tabie. Silu. Arm. & alij.

§. Primo

§. Primo. ¶ *Dicto de caſibus in quibus à iure eſt Eccleſia interdicta; oportet notare caſus in quibus ſepultura Eccleſiaſtica a iure interdicatur.*

90 *Quis ſepeliat.* CAſus in quibus Eccleſiaſtica ſepultura interdicatur notare uolentes, cõſiderare oportet, aliquem ſepeliri poſſe per Clericos, uel per laicorum manus, quia clerici aliter puniuntur, quam laici, ut infra, uidebimus.

91 *Sepultura negatur heretico.* PRimus, ergo caſus, in quo negatur, eſt in hæretico, cui negatur à iure, vt in c. Sicut. de hæreticis, & tradit Sum. Confeſ. lib. 1. tit. 16. q. 3. Silu. & alij. verbo ſepultura. Armil. nu. 18. qui allegat. c. ſane, 24. q. 2. Simõ. Maiol. de Canonicis impedi. li. 3. c. 23. nu. 18. Epiſ. Papiẽſ. de interdicto, in fi. & colligit ex Nau. c. 25. nu. 132. Quod procedit &t in eorum fautoribus, receptatoribus, ac defenſoribus. c. Quicunq; de hæret. li. 6.

92 *Excõicato.* SEcundus caſus. Sepultura Eccleſiaſtica eſt interdicta excommunicato maiori excommunicatione notato, etiã iniuſtè. tex. in c. Sane. 24. q. 2. c. in noſtra. de ſepul. Cle. 1. de ſepul. & notata in c. Literas. de reſt. ſpol.

93 *De excõicato non declaramimus.* CIrca quod eſt notandũ, quod cũ per Extrauag. Ad euitanda ſcandala, (quam declarauimus ſupra de maiori ex comm.) non teneamur excommunicatũ vitare viuum, niſi fuit publicus clericorum percuſſor, uel publice, & nominatim denunciatus: ita nec mortuum vitabimus, quamuis Doctores antiqui dicãt ſepulturam excommunicato notorio ne gandam. Ratio eſt, Quia cui communicamus viuo, debemus cõmunicare mortuo. c. Ex parte. capit. Sacris. in principio de ſepult.

94 *Quid de minori excõ. notoria.* EX dicta reſolutione infertur ad quæſtionem. An ſit neganda ſepultura minori excommunicatione etiã notoriè ligato? Reſp. quòd licèt Summa Cõfeſſ. lib. 3. tit. 16. q. 3. & Silu. verbo Sepultura. nu. 9. verſi. 10. cum alijs, teneat etiam procedere in minori notoria; oppoſitum tamẽ eſt tenendum cũ Innoc. in c. Sacris. de ſepult. refert, & ſequitur Armil. verb. ſepultura. nu. 16. q. patet clare per regulã ſupradictã: Cui cõmunicamus uiuo, &c. At clarum eſt, quemcũq; excõicatũ minori excõicatione, etiam notoriũ, non eſſe in vita vitandum, ſecundum omnes; ergo, nec in morte.

TErtio. Sepultura negatur omnibus Iudæis, Paganis atque infidelibus, dum in ſua contumacia, & pertinacia pſeuerant. per text. in c. Eccleſiam. de Cõſecrat. diſt. 1. Ang. Silu. Armil. Summa Confeſſor. Epiſcopus Papienſis, & Maiolus, ſupra. 95 *Negat iudæis.*

QVarto. Si quis in ſua Eccleſia excõmunicatũ admiſerit, eſt ipſo iure excõmunicatus, text. in clc. 1. de ſepult. Maiolus. ſupra nume. 18. contra Specul. in tractatu de diſpenſatione. §. Iuxta. ver ſic. Quid ſi ſacerdos: dicentem ſacerdotem admittẽtem ad ſepulturam ſcienter nominatim excõmunicatũ non eſſe irregularem. Cuius ſententia vera erat ante dictam Clem. 1. de ſepult. 96 *De admittẽte excõicatum.*

QVinto. Semetipſos interficientibus quomodocunq; negatur eccleſiaſtica ſepultura, vt in c. Placuit. 23. q. 5. etiam ſi ex honeſta cauſa hoc faciãt. c. Ex parte. de ſepult. Quod eſt intelligendum, quando ſunt mentis compotes; Si autem ex furore, uel freneſi, uel ex inſtinctu Spiritus ſancti, (vt Samſon. Iudicũ. 16.) ſe interimunt, non negatur eis ſepultura, vt ait Armil. verbo. Sepultura. nu. 18. Vide de hoc, in Summ. Confeſ. lib. 1. titu. 16. q. 3. Silu. & alios, de illo qui ſe fugiens iactat in flumen. 97 *Semetipſos interficientibus negatur.*

SExto. Sepultura negatur omnibus interdictis publicè denuntiatis, ut habetur iure antiquo, in c. In noſtra. de ſepul. & iure nouo, in d. Extrau. Ad euitanda ſcandala. 98 *Negatur interdictis*

SEptimo. Eſt ſepultura Eccleſiaſtica ne ganda vſurarijs manifeſtis. in eodẽ vſuratũ peccato decedentibus. tex. in ca. Quia in omnibus, de vſur. c. Quamquã. de vſuris. 6. text. in Clc. Eos qui proprie. de ſepult. tradunt omnes, ſupra, & Nauarr. capitul. 17. numero 279. cum ſeq. Sot. libr. 6. de iuſt. & iur. quæſtio. 1. arti. 1. apud quos vide quis dicatur manifeſtus in hoc caſu, & diximus ſupra. 99 *Vſurario negatur, &c.*

Octauo.

100 *Negat admittẽti uſurarium.* Octauo. Eidem etiam, qui vſurarium talem ad eccleſiaſticam ſepulturam admiſerit, negatur Eccleſiaſtica ſepultura, quia ipſo iure eſt ſuſpenſus, per tex. capitul. Quia in omnibus, de ſepult. tradit Maiolus. li. 3. c. 23. numc. 18. Nauar. ſup.

101 *De non confitentib. ſua peccata.* Nono. Eccleſiaſtica etiam ſepultura (merito) negatur illi, qui (iuſta non excuſante cauſa) ſemel ſaltem in anno peccata ſua fideliter non fuerit confeſſus, uel non acceperit in Paſchate Diuinum Euchariſtiæ Sacramentum, per text. mirabilem. in ca. Omnis, de pœnit. & remiſſ.

Quando quis non ſatisfaciat præcepto. Pro quo Nota, quotieſcũque quis confitetur, & culpa ſua non abſoluitur à ſacerdote, vel aliquod peccatum mortale, vel circunſtantiam neceſſariam in Confeſſione tacet, ita quòd confeſſionem reddat nullam, ideoque iterandam, eſt idem ac ſi non fuiſſet confeſſus. Ideo iudicio illi eſſe ſepulturam negandam, ſi hoc manifeſtum eſſet, de hoc diximus ſupra, de Confeſſione in 1. par.

102 *De raptorib. & incendiariis.* Decimo. Nec ſunt in Eccleſiaſtica ſepultura ſepeliendi raptores, uel incendiarij Eccleſiarum, qui in extremis ſecuritatem præſtare nequiuerint, quamuis contriti, confeſſi, & uiatico refecti decedant, per tex. in c. Super eo. de raptoribus. Ratio eſt, ut in eo in quo quis deliquit, in eo puniatur. c. Quod à uiro. 12. q. 2. gl. in c. Neq; apud. 88. diſt.

103 *De ſacerdote admittẽte.* Nota tamen primo circa hoc. Quòd etiam ſacerdos, qui eum ſcienter admiſerit, uel ſepulturę comes extiterit eſt ordinibus, beneficioque priuatus, ut probat Maiolus. ſup. nu. 19.

104 *De notorio incendiario.* Secundo. Nota Hoc habere locum in notorio incendiario, uel raptore Eccleſiarum. Si autẽ ſacerdos in cõfeſſione sciret aliquem talem eſſe ſecretũ, tenetur ſeruare ſigillum, illique eccleſiaſticam dare ſepulturam, ſecundũ communem doctrinam, ſup. in 1. par. tit. de. ſigillo, datam.

105 *De religioſo habente ꝓprium.* Vndecimo. Regulares omnes, qui decedunt habentes proprium, eccleſiaſtica priuantur ſepultura, tex. in capitul. Super quodam, de ſtatu Monacho. tradũt omnes Canoniſtę, ibidem, & omnes ſummiſtæ. ſupra. *prium &c.*

106 *Quid ſi accedat licentia ſuperioris.* Pro quo Nota primo. Quòd etſi licẽtia ſuperioris acceſſerit, & in mortis articulo non regnauerit, nihilominus negabitur ei eccleſiaſtica ſepultura. tex. in d. c. Super eo. & c. Monachi de ſtatu Monach. Ratio huius eſt, (licet à Doctoribus non reddatur.) Quia peccatum nou dimittitur, niſi reſtituatur ablatum. text. in regula, Peccatum. de reg. iur. in 6. Cum ergo pateat, quod quidquid acquirit ſeruus, acquirit domino, & quicquid acquirit Religioſus acquirit Monaſterio, & talis velit tanquam dominus vti bonis illis, inuito domino, & per conſequens peccet mortaliter; & in eo propoſito decedat, videtur impœnitens, & per conſequens, tali denegãda eſt ſepultura eccleſiaſtica, vt infra videbimus. *Peccatũ nõ dimittit̃ etc.*

107 *Quid circa hoc ĩ Cõci. Trid.* Qvod, ſi olim iure antiquo verum erat; hodie à fortiori maiorem habet vim, & efficaciam, cum per Concil. Triden. Seſſ. 25. cap. 2. de reformatione, de regularibus: iſta omnia priuata peculia regularibus omnibus ſint (meritò) interdicta.

108 *De laicis nõ ſolut. decimas.* Dvodecimo. Laicis omnibus decimas eccleſiæ debitas iniuſtè detinentibus Eccleſiaſtica eſt interdicta ſepultura. tex. in c. Prohibemus. Cõmunis ibid. & vbique.

109 *De blaſphemis.* Decimotertio. Blaſphemi in Deum, & Sanctos, pœnas in tales ſtatutas & irrogatas ſuſcipere tenuẽtes, dum viuunt, tales, morientes carebũt Eccleſiaſtica ſepultura. c. Statuimus. de maledicis. Ita ait, & interpretatur Epiſcopos Papienſis. in fi. de interdicto. Summa autẽ Cõfeſſ. l. b. 1. tit. 16. q. 3. Sic ait: Blaſphemus Dei, nolens pęnitere: ſed verior, & cõformior mihi videtur prima expoſitio.

110 *De morientib. in peccato mort.* Decimoquarto. Morientes in peccato mortali Canones nõ admittũt ad eccleſiaſticam ſepulturã, pro quo Simõ Maiolus ſupra allegat. gl. in c. Monachi, de ſtatu Monach. & tex. cũ gl. in c. Pro obeuntibus. 13. q. 2. Sũm. Cõfeſſ. li. 1. ti. 16. q. 3. citat. tex. ĩ c. Nõ ęſtimemus. c. Quæſitũ. c. Quibus, & c pro obeũtibus

13. q.

13.q.2.& tex in c.Placuit.23.q.5.& c. Quicunq; clericus.23.q.7.Silu. verbo, ſepultura.nu.9.verſi.7.allegat text.cap. Quibus.c.Non ęſtimemus.13.q.2. Armil. verbo, Sepultura. ſup. allegat text. in cap.Cum graui.13.q.2.Quare miror Reuerendiſs.D.Epiſcopum Papienſ. dixiſſe in fine,de interdicto;non inueniſſe textum pro hoc caſu.

De mortuo in hęreſi ſecreta.

111 DEcimoquinto.Illi,qui poſt mortem comprehenduntur infecti de hęreſi, & probatur ; exhumantur, & extrahuntur ab eccleſiaſtica ſepultura. per text.in c.ſane.24.q 2.

De mortuis ĩ torneamentis.

112 DEcimoſexto.Omnibus illis, qui in torneamentis moriuntur,vel mortale.vulnus acceperit, negatur ſepultura.cap.1.de torneamẽtis. Hoſtiẽ.in tub. de torneã. quẽ refert, & ſequitur Sum. Conf.ſup.Maiolus,& alij ſup.Quod tamen eſt intelligendum de illo, qui venerat cauſa ſe exercendi in torneamẽtis,& de eius armigero nõ aũr de alijs ibidem aſſiſtẽtibus gl.in c.2.de torneam. quã refert,& ſequitur Summ.Cõfeſſ.ſupra.Intellige ſecundo hoc procedere, etiam ſi talibus vulneratis morti propinquis detur abſolutio a peccatis, & ſacroſanctũ Euchariſtię ſacramentũ præbeatur. Nã, nihilominus negatur eccleſiaſtica ſepultura, in aliorum terrorem. tex.d.c.1. & Doctores.ſup.

Quod, Tertio (licet nullus dicat.) Ego intelligerẽ de illis torneamẽtis,quę magno armorum cõflictu in equis exercitantur:ſecus in alijs, quæ homines pedeſtres in aliquibus feſtiuitatibus facere conſueuerunt.In quibus ſine dubio(vnaque enim his oculis vidi) multo minora ſunt pericula quam in primis, in quibus ſolo equorum curſu aliquando multi vitam breui finierunt, vt alia omittiam, quæ vnuſquiſque poterit conſiderare.

De illis quibus eſt ĩgreſſus Eccleſia interdictus.

113 DEcimoſeptimo.Omnibus illis,quibus in vita eſt ingreſſus Eccleſiæ interdictus, eſt etiam in morte Eccleſiaſtica ſepultura interdicta, per text. in c. Is qui.de ſenten.excom.lib.6.tradit Silue.ſup.verſi.11.& Armil.ſup.

De relinquẽtibus tutorẽ ſuorũ filiorum ſacerdotẽ.

114 DEcimooctauo. Illi, qui ſacerdotem filiorum ſuorum reliquit tutorem, eccleſiaſticam eſſe negandam ſepulturã,ait text. in c. Neque apud.88. diſtin. Sed contrarium tenet gl.ibid. quam refert & ſequitur Silu. & Armil. ſupra,& merito (quidem) eſt tenendum contrarium. Primo, Quia actus ille de ſe non eſt malus Secundo. Quia cũ Canon ille non ſit alicuius Concilij Decretum,nel ſummi Pont. Conſtitutio; ſed tantum D.Cipriani dictum non ſeruatur ille rigor, quia ſanctus ille hoc præceperat ad aliorum terrorem ſecundum gl. ibidem.

De puero decedente ſine baptiſmo.

115 DEcimonono. Puer abſque baptiſmo decedens,& ille qui ab vtero matris mortuus extract⁹ eſt, nõ debet in ſacro loco ſepeliri, neque cũm matre etiã mortua; ſecus, ſi puer in vtero mortuus eſt ſimul cum matre, quia cum ſit pars matris integra debet abſque, ſciſſura in ſacro ſepeliri,text.in c.Si qua.de Conſecra.diſ.4.Hoſt.& alijs quos refert,& ſequitur Silue.verbo, ſepultura.nu.10.

V. puer ſine catechiſmi ſit in eccleſia ſepeliẽd⁹.

116 EX qua reſolutione infertur ad quæſtionem.V. Puer baptizatus in neceſſitate,ſine Oleo,Chriſmate, Sale, & alijs ſanctæ Eccleſiæ ſolemnitatibus, & exorciſmis, ſi moriatur antequam illa in Eccleſia,ſuppleantur,poſſit in loco ſacro ſepeliri, & cum qua ſolemnitate? Reſpõ.ſecundum Nauar.c.22.nu.6. nõ ſolum poſſe ſed debere in ſacro loco ſepeliri cum Cruce, & alijs ſolemnitatibus, quæ ſolent in ſepultura paruulorũ ſolemniter Baptizatorum fieri.

De morientib. in duello.

117 VIgeſimo.Omnibus decedentibus in duelli conflictu, negatur Eccleſiaſtica ſepultura,vt patet in Conc. Tridẽ. ſeſſ.25.de reforma.c.19. & tradit Simõ Maiolus,de Canonicis impedimẽ.lib.3. c.23.nu.20.& Epiſcopus Papienſ.de interdicto.in fi.Nauar.c.11.nu.39.& diximus late ſupra,de ſuſpenſione in 25. ſuſpenſione.

De congreſſũ facientib. cũ Tauris, &c.

118 VIgeſimoprimo. Oẽs in ſpectaculis cũ Tauris, & alijs feris cõgredi audẽtes, & in ea agitatione morientes priuãtes priuant eccleſiaſtica ſepultura p Bullã Pij V.q̃ icipit: De ſalute gregis,et tradit Eps Pap.ſup.q̃ Bullam ponit, & optimè declarat Nauar. c.15.nu.19.

§. Secundo. ¶ Dicto de interdicto a iure, longiori ſermone, quàm nullus alius, ſupereſt, vt de interdicto ab homine, quæ neceſſaria ſunt, ponamus.

119 *Qᵹlotuplex ſit interdictum.* QVæritur ergo: Quotuplex ſit interdictum ſiue à iure, ſiue ab homine? Reſp. quòd licèt Silu. verbo, Interdictũ. 3. num. 2. & alij confusè diſtinguant, eſt tamen clarior hæc diſtinctio. ſ. interdictum eſt triplex, locale tantùm, perſonale tantùm, locale, & perſonale ſimul. Locale tantùm illud eſt, quo ſolus interdicitur.

Quod etiã eſt duplex, generale quo interdicitur locus generalis, vt Regnũ aliquod, vel Prouincia, Diocefis, Ciuitas, vel Oppidũ, aut Parochia, Speciale locale illud dicitur quo aliquis particularis locus interdicitur, vt Eccleſia, Hoſpitale, Heremitorium, &c.

120 *Quid qñ particulare comprehẽdit multa loca.* PRo cuius declaratione Nota: quòd quãdo inte dictum hoc particulare comprehẽdit multa loca, dummodo ſint particularia, nõ dicitur generale, ſed particulare, vt v. g. quando multæ, vel aliquot Eccleſię alicuius Ciuitatis interdicuntur, etiam ſi omnes Eccleſiæ totius Ciuitatis, Diœceſis, Regni, vel totius orbis interdicantur. Quod tradit Nauar. c. 27. nu. 166. ex Calderino Domin. Peruſino, & cõmuni. in c. Præſenti. de ſentẽt. excom. libr. 6. Sed re vera, quãdo tot Eccleſiæ quot ſunt in vna Ciuitate, Prouincia, vel Regno interdicuntur; non video quare nõ dicatur potius generale, quàm particulare? Sed admitto, quia ſic etiam admittit Sum. Confeſſ. Silu. Ange. Armilla, Maiolus, Epiſcopus Papienſ. Sotus, & alij.

Quod videtur cõfirmari ex eo, quia Nauarr. ſupra reijcit interdictum ſingulare poſitum ab Angelo. verbo, Interdictum. 1. §. 1.

121 *Interdictũ perſonale.* INterdictum perſonale tantùm, illud eſt, quando ſolùm perſonę interdicuntur, non vero locus. Perſonale, iterum eſt duplex, generale, quo aliqua hominum communitas, vel vniuerſitas interdicitur, vt qñ interdicitur populus Ciuitas, Prouincia, Collegiũ, vt ex c. Si ſnia de ſent. excomm. lib. 6. tradunt oẽs ſup.

122 *Interd. perſonale particulare.* PErſonale particulare interdictum illud eſt, quod ſingulares perſonas vnam, aut multas, certas, aut incertas, interdicit, vt quandò datur contra hoc, vel illud facientem.

123 *Interd. locale, & perſ. nale ſimul.* TErtia ſpecies interdicti eſt; quando interdictum eſt locale ſimul, & perſonale, quòd interdicit locum, & perſonam. Exemplũ eſt (ait Nau. ſup.) de interdicto ambulatorio, qñ. ſ. perſona particularis interdicitur cum loco, vbi fuerit (ad modũ diaboli, qui quocunque ſe vertat, portat ſecum pęnam) vide Armil. nu. 4.

124 *Quis poſ ſit interdicere.* QVeritur. Quis poſſit interdicere? Reſpon. quòd cùm interdictum Eccleſiaſticum, ſit cenſura, quemadmodũ excommunicatio, & ſuſpenſio, vt in c. Quęrenti, de verb. ſignific. patet illũ poſſe interdicere, qui excommunicare, & ſuſpẽdere, vt tradit Inn. & Hoſt. in gl. c. Quæ fiuit, de ijs quæ fiunt à maiori parte capituli, quos refert, & ſequitur Summa Cõfeſſ. lib. 3. tit. 33. q. 218. Sylue. verbo: Interdictũ. 5. nu. 2. & 3. Ang. Tab. Armill. & alij. Nauarr. c. 27. nu. 168. Maiolus, & Epiſcopus Papienſ. ſupra. Epiſcopus Scalenſis, de interdicto. cap. 15.

125 *Papa pt interdicere.* SEd quamuis dicta generalis concluſio omnes comprehendat habentes iuriſdictionem: Quæritur, in particulari, quis poſſit interdicere? Reſp. Primo. Papam per vniuerſam Catholicam Eccleſiam quæcunque interdicta ferre poſſe. text. in c. Tanta, de exceſſib. Prælat. vbi, & vbique communiter Doctores.

126 *Item Legatus.* SEcundo. Legatus per totam ſuæ Legationis iuriſdictionem Imò etiam Delegatus contra ſuę iuriſdictionis Epiſcopũ. tex. in c. Sane, de officio delegati.

127 *Subdelegatus.* TErtio. Idem, & Subdelegatus c. Ex litteris, de offic. deleg. Et quamuis aliqui dicant, quod hoc poſſit quando in literis delegationis habetur clauſula illa conſueta. ſ. contradictores per cenſuram eccleſiaſticã compeſcendi; nerius eſt, id poſſe etiam ſi talis clauſula appoſita non ſit; maxime vbi eſt in iure de interdicto inferendo caſus expreſſus. et

de

de cauſis. §. illis, de officio de leg. Silu. & alij.

128 *Ordinarius poteſt interdicere.* QVarto. Idem poteſt ordinarius Eps contra eos, quam ſunt ſuæ iuriſdõnis, non tamen interdicere, aut ſuſpendere debet clericos aut eorum Eccleſias perpetuo, uel ad longum tempus, niſi de capituli conſenſu. c. tãde excel. prælat. maximè quando procedit ex officio: Nihilominus tamen ſolius Prælati ſnīa, ſi feratur regulariter de iure, & conſuetudine eſt timẽda, & tremenda. tex. in c. 1. 11. q. 3. text. in c. Viſis. 16. q. 2. tex. in ca. Cũ ab eccleſiarum, de offi. ord.

129 *Eps tm̃ elect⁹, et cõfirmatus põt, &c.* QVinto. Epiſcopus electus, & confirmatus tantum, licet non ſit conſecratus poteſt excommunicare, ſuſpendere, & interdicere, quia hoc eſt iuriſdictionis. tex. in cap. Tranſmiſſam de elect.

130 SExto. Idem poteſt inferior prælatus ordinariam habens iuriſdictionem contra ſibi ſubdictos. c. Cùm ab eccleſiarum, de offic. ordi. capitul. Cùm inter. de cenſuetu.

131 ¶ Septimo. Capitulum etiam Sede vacante idem poteſt facere, cum in omnibus habeat iuriſdictionem, tex. ĩ c. Is qui de maio. & obed. & c. Ad abolendam, de hæret.

132 ¶ Octauo. Imo Canonici Eccleſiæ Cathedralis, etiam uiuente Epiſcopo, de ipſius tamen licentia alias non, in aliquo loco, vel eccleſia interdictũ ponere poſſunt. Vt habetur in cap. Quæſiuit, de ijs quæ fiunt à maiori parte capituli licet Syl. abſolutè neget.

133 NOno. Et quod magis eſt, ſimplex Canonicus habens præbendam, cui annexa eſt Eccleſia. ut in c. Extirpandæ. de prębend. in qua ſecundum conſuetudinem ſpecialem exercet iuriſdictionem illam poteſt interdicere. text. in ca. Super eo. de prębend. lib. 6 Idem ſi iuriſdictionem habent in territorio ex conſuetudine. tex. in c. Nouit. de iudi. Nota tamen quòd illi qui habent hanc autoritatem interdicendi, poſſunt interdicere tam locum, quàm perſonam generaliter & particulariter vel quo ad aliquem actum, diuiſim, vel quo coniunctum, prout eis magis expedire videbitur.

QVæritur. Pro huius dubij declaratione, an mulier licet ſit prælata, Abbatiſſa, uel prioriſſa, poſſit interdicere? Reſp. quòd licèt ſup. de ſuſpenſione dictum ſit tales aliquo modo poſſe clericos ſibi ſubditos ſuſpendere; interdicere tamen pro nulla re poſſunt, quemadmodum nec excommunicare, nec indicare. tex. in c. dilecta. de maio. & obed. & c. de Monialibus, de ſent. excom. & c. Mulierem. 33. q. 5. 134 *V. Mulier poſſit interdicere.*

QVid: Si Epiſcopus eſt abſens ab eccleſia, utrum capitulum poſſit tũc interdicere? Reſpond. quòd ſiue Epiſcopus ſit abſens ex iuſta, uel iniuſta cauſa, capitulum hoc poteſt facere, ſecundum Inno. in c. Ad abolendam, de hæret. quẽ refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 3. titu. 33. q. 228. ad fin. & tangunt Sylu. & Armil. verbo, capitulum, & quædam pertinentia ad capitulum, vide in Cõcil. Trid. Seſſ. 24. de reform. c. 1. & 16. & colligitur ex Naua. c. 27. nu. 168. Dùm ait abſolutè illum poſſe interdicere, qui excommunicare. 135 *V. Capitulũ poſſit interdicere.*

QVæritur. Quis poſſit interdici? Reſp. Primò, hac generali concluſione: Omnes ſubditi poſſunt à prælato ſuo iuriſdictionem delegatam, uel ordinariam habentes, interdici. alias ſententia à non ſuo iudice lata, non tenet, colligitur dicta concluſio ex tex. in c. At ſi clerici. de iudic. & ex c. ſane. de offi. dele Sum. Confeſſ. lib. 3. ti. 33. q. 229. Sylu. Interdictum 3. nu. 1. Armil. & al j. Nauarr. ſup. 136 *Quis poſſit interdici.*

SEd Quæritur in particulari, quis poſſit interdici? Reſ. Primo. Vniuerſitatem, quæ non poteſt excommunicari, poſſe interdici, vt habetur in c. Romana. §. in uniuerſitatem, de ſent. excom. lib. 6. Sylue. Tab. ſumma Confeſſ. Armil. & Nauar. ſupra. 137 *Vniuerſitas an poſſit.*

SEcundo. Locus, qui non poteſt ſuſpendi, ut tradit Nauarr. in c. 27. nu. 159. poteſt interdici. tex. in c. Si ciuitas. & ca. Si ſententia, de ſent. excom. lib. 6. & omnes ſupra. 138 *De loco.*

VTrum, poſſint religioſi, & alij clerici exempti à poteſtate Epiſcopi, ab illo interdici? Reſp. quòd omnes exempti à prælatis, non poſſunt ab eis etiam indire- 139 *Religioſi an poſſit interdici.*

indirectè interdici,ut habetur in ca.cùm capella,& c.Quanto de priuileg.Innoc. Abb. Hoſt. & alij ibid.quos refert,& ſequitur Summa Confeſſ. lib.3.titu.33.q. 229.Ang.Tab.Sylu.ſup.q.4.Armil. nu. 25.& omnes.

140 *Qui religioſi non poſſint, &c.* QVod licèt ſi uerum, fallit, tamen in caſibus ſequentibus.ſ. ſi religioſus, vel alius exemptus habeat beneficium aliquod in Diœceſi alicuius Epiſcopi, ut ſunt multi religioſi curati maximè Bononię,tunc,non quatenus eſt exemptus; ſed quatenus eſt beneficiatus,poterit interdici per tex.in d.c.cùm capella. Hoſt. Syl.Summa Confeſſ.& alij ſup.

Secundo modo.Ratione delicti in diœceſi perpetrato , poterit ab Epiſcopo interdici,Syl.exemptio.5.nu.8.

Tertio. Ratione etiam contractus in Epiſcopi Dięceſi initi,poterit ab illo Epiſcopo, vel ſuperiore, in cuius territorio contractus fuit celebratus,interdici.Syl. ſupra.

141 *V. Pueri comprehendantur ſub interdicto.* EX ſupradictis infertur ad quæſtionem. Vtrum Pueri comprehendantur ſub interdicto,ita quòd tempore interdictj non poſſunt admitti ad diuina Officia? Reſp.in hac q.duas eſſe opiniones contrarias,Nauar.enim,c.27. num. 168. ad finem abſolute ait puerum , uel infantem lactãtem ubera,includi , & eſſe expellendum.Cuius contrarium omnino,tenet Sylue. uerbo,interdictum.2. q.18.cum alijs,Couar. in ca. Alma mater.2.par.§.4.nu.5.illatione.12. Armill. num.17. & alij quos refert , & ſequitur Cord.in ſum.q.60.tenet etiam Margallus.in rubr.de celebrat. Miſſ.diſtinquentes inter puerum doli capacem. Doli enim capacem,omnes aiunt,excludendũ, ſecus autem non capacem.

Sed ut tantum uirum excuſemus, Notemus conuenit eius ſententiam eſſe ueram,& tenendam in terra interdicta , in qua nec etiam doli incapaces poſſunt ad diuina admitti Officia , ut aiunt omnes ſupradicti,quorum opinionem intellige quando homines interdicuntur, & non terra.

142 *Interdi-* QVęritur.Qua de cauſa ſit interdictũ ponendum? Reſ. quod licèt Hoſt. quem refert, & ſequitur ſumma Cõfeſſ. lib.3.tit.33.q.227.cum Inno.obſcurè,& indiſtinctè loquantur, reſolutiuè tamen eſt dicendum cum modernis; Interdictũ nunquam poni , abſque culpa propria , vel aliena.ut ex multis tradit Nauar.ca. 27.nu.168. *Aũ quare ponendum?*

COnſecutione. Quæritur quo modo ſit imponẽdum interdictum? Reſ. primo, quòd interdictum non debet inferri niſi præmiſſa monitione,ut ait tex. in c.reprehenſibilis,de appell. 143 *Q̃uo ſit ponẽdũ?*

Secundo. Quòd etiam debet inſcriptis ferri , cum expreſſione cauſæ rationabilis,tex in c.Medicinalis.eo.tit.lib.6. & tradit Ang.Sylu.& alij.Armil.interdictum,in principio.Epiſcopus Scalẽſis,de interdicto.c.7.

QVæritur. V. interdicti ſententia lata ſuſpendatur per ſequentem appellationem,text.in c.Ad hæc, de appella. omnes ſupra dicunt non ſuſpendi ; benè autem per legitimam antecedentem. 144 *V. Suſpẽdatur p appellationem?*

EXpeditis ijs, quæ pertinent ad interdicti naturam,cauſam &c.(Ex Syl. Interdictum.2.& 3.Ang.Tab.& Armil. eod.ſumma Confeſſ.ſup.Epiſcopo Scalenſ.d.c.7.Couar.Sot.& Nauar. ſup. & Ploue.de interdicto,& alijs) quędam notabilia proponam,quibus omnis ferè interdicti materia erit clara. 145

PRimo Nota. Quòd interdictum inducit irregularitatem, per celebrationem,ficut excommunicatio. per tex. in c.ſi clericos de ſent.excom.lib.6. 146 *Q̃u interdictũ inducat irregularitatem.*

¶ Item interdicti abſolutio, fit mediante iuramento,de parendo , per tex. in c.Venerabili.de ſent.excom.

NOta ſecundo . Quòd interdictum etiam iniuſtum ligat & tenet, dũmodo non ſit nullum per tex.in c.ſententia.11.q.3.& ita ligat ſontes,& inſontes. 147 *Interdictum q liges etc.*

¶ Impedit electionem actiuè & paſſiuè. c.Cùm dilectus,de conſuetudine.

¶ Debet interdictum ab ipſis ſuperioribus obſeruari.c. Cùm ab eccleſiarum , de offic. ordinarij. ¶ Durante ſententia interdicti,nullus poteſt teſtari.c.Apoſtolicæ, de except. ¶ Omnis interdictus eſt ſuſpenſus,ſed non è contra.Calde.de interd. ¶ Cum interdicto extra diuina poteſt

teſt participari, niſi etiam participatio eſſe ſimpliciter interdicta. c. Epiſcoporū, de priuileg. lib. 6.

Qui comprehēdatur in īterdicto locali generali.

148 Nota Tertio. Quòd quando interdictum eſt locale, generale, vel particulare, vt quādo populus, vel ciuitas interdicitur propter delictum Domini ſui; vel Rectoris, ſeu Gubernatoris dicti loci; vt quando (abſq; iuſta cauſa) delinquentem extrahit ab Eccleſia, &c. tunc locus tantum eſt interdictus non, vero perſonæ dicti loci. Quapropter incolæ, reis exceptis, & qui cauſam interdicto dederint, aut ad puniendum talem Dominum interdicti fuerint, poterunt alio loco nō interdicto ſacra audire, Sacramentaque recipere, ac in ſacro ſepeliri. Clerici etiam ibidem omnia ſacra peragere libere poſſunt.

Interdictū qualiter ſeruandū.

In loco autem interdicto, interdictū omnino ſeruari debet (iuxta interdicti extenſionem, tenorem, ac Canonum declarationem) nō ſolum ab incolis illius ciuitatis, vel loci interdicti, ſed etiam ab alijs ex loco non interdicto venientibus, (exceptis Priuilegiatis, quibus priuilegia ſeruari debent iuxta illorum tenorem, & veram interpretationē) quia omnes interdicto obedire tenentur, quia locus interdictus omnibus eſt interdictus. Quare ſecundum Inn. quem refert, & ſequitur Armil. verbo, interdictum. num. 4. & Epiſcopus Scalenſis. ca. 7. locum aliquem interdicere nihil aliud eſt, quàm homines à certis Sacramentis ibi ſuſcipiendis, & à ſepultura eccleſiaſtica, atq; clericos a publica diuinorum celebratione itidem, ac Sacramentorum collatione interdicere, vt ſupra in definitione interdicti diximus.

Sepultura prohibita quō intelligatur.

149 Pro quo nota quarto, ꝙ quotieſcunque in hoc tractatu dicitur, quòd ſepultura eccleſiaſtica prohibetur, non tantùm eſt intelligendum, cum defunctorum cadauera in loco ſacro ſepeliantur, ſed etiam quando in loco non ſacro, ſed cum pompa funerali eccleſiaſtica ſepeliuntur, dummodo locus ille interdictus non ſit. Cald. & D. Ant. 3. par. titu. 26. c. 4. §. 1.

Quæ prohibeant per interdictum.

Nota quinto. Quòd per quodcumq; interdictum prohibentur omnia diuina Officia, Sacramenta, & eccleſiaſtica ſepultura, vt patet ex c. Non eſt, de ſpōſ. c. fin. de exceſſibus Prælat. ca. Quod inte. de pœnit. & remiſſ. c. reſponſo. de ſent. excomm. ca. Quoniā c. fi. de ſent. excom. lib. 6. Nauar. c. 27. num. 171. 150

Interdictū perſonale particulare &c.

Nota ſexto. Quòd interdictum perſonale particulare tantum ſe extēdit ad id, quod ibi explicatur, ita quòd ſolum includit perſonas nominatas, & actus in eo expreſſos, & qui includuntur in illis. Si autem nulli exprimantur, omnes qui vetantur interdictis, cenſentur incluſi. Quare ſi Titius ſimpliciter interdicatur, omne illud quod interdictū prohibet, cenſetur illi vetitum, atq; prohibitum. Interdicto autem Titio, quo ad miniſterium Altaris tantùm, reliqua omnia poterit facere. 151

Si autem fuerit alicui ingreſſus eccleſiæ interdictus, omnia diuina officia illi ſunt prohibita, intra illam; quia includuntur in prohibitione ingreſſus illius. Extra illam autem omnia poteſt facere: quia poteſt facere domi vel in tabernaculo, iuxta glo. in c. Is cui, de ſent. excom. lib. 6. & communem, aut in ſacello nō erecto auctoritate Epiſcopi, perinde ac ſi nulla re eſſet interdictus, vt tradit S. Anto. 3. part. tit. 29. cap. 2. § 2. & alij quos refert, & ſequit Nau. c. 27. n. 170. 152

De interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ &c.

Septimo Nota. Quòd ille cui eſt Eccleſiæ ingreſſus interdictus, poteſt benè in eam intrare, preceſq; ibidē Deo fundere, quando Diuina Officia non dicuntur, vt ait glo. ſing. de excommunicato, in c. Qui ſtudet 1. q. 1. Innoc. in ca. Nuper. de ſent. excom. Cald. approbatus per Anch. Domi, & Petuſinum, in d. c. Is cui, de ſen. excom. quamuis aliqui contradicant, ſed male, ſecundum Nauar. ſupra. Non tamen poteſt audire Diuina, ſecundum communē ſupra, cōtra Cald. tenentem poſſe. Poterit tamen dictus interdictus tranſire per eccleſiam, dum dicuntur diuina. Nauar. num. 179. 153

Diuina officia ꝙ dicātur, &c.

Octauo Nota. Quòd diuina Officia dicuntur quo ad præſentem materiam, omnia illa, quæ cōtinentur in Pontificali 154

tificali

Eſicali Rom. Miſſali, & Breuiario, aut
in alijs legitimè ad vſum Ordinum, &
aliorum Sacramentorum, vel Sacramē-
talium, aut ad horas Canonicas dedica-
tis. Nauar. ſupra num. 172. qui reprahē
dit Ang. verbo. Interdictum, 5. § 4. & a-
lios dicentes diuina Officia in hac ma-
teria eſſe officia diuina in Miſſali, & Bre
uiario cōtenta, vbi rationē veram reddit
ſcilicet, quia multa ſunt in Breuiario, &
Miſſali, quæ non ſunt diuina Officia, vt
itinerarium clericorum, Benedictio Men-
ſæ, &c. & multa ſunt diuina Officia
quæ non continentur in Miſſali, vel Bre
uiario, ſed ſic in Pontificali.

155 De generali loca li, &c.

155 NOno Nota. Quòd quando fert ge-
nerale interdictum locale contra
totam Prouinciam, Regnū, ciuitatē, vel
alium locum intelliguntur etiam inter-
dicta Suburbia (Hiſpani, los Arrabales,
Itali: i. Burghi) & continentia ædificia,
per tex. in c. 17. de ſent. excom. li. 6. qui
ſic ait: Si ciuitas, caſtrum aut villa ſu-
bijciantur eccleſiaſtico interdicto, illo
rum ſuburbia, & continentia ædificia eo
ipſo intelligi volumus interdicta. Nam
licèt prædicta videantur alias murorum
ambitu terminari, hoc tamen caſu ne
vilipendi debeat ſententia, interdicti
(quod fieri poſſet in illorum ſubur-
bijs, vel continentibus ædificijs, licitè
celebrando, vt prius) expedit inter-
pretationem fieri latiorem. ¶ Quæ au-
156 tem, in hoc caſu dicantur Suburbia, &
loca, vel ædificia continentia, non clare
conſtat apud autores. Quidam enim di-
cunt illa ædificia eſſe, quæ per vnum
miliarium à ciuitate diſtant. Alij dicunt
(& melius) eſſe illa ædificia quæ ſunt
extra vltimam portam ciuitatis, ſiue ſit
porta clauſa, ſiue aperta, quod alio no-
mine dicimus ingreſſum, vel introitum
ciuitatis principalem, vel finalem. De
quibus ædificijs vocantur omnes homi-
nes ad cautionem ciuitatis, & ſoluunt
cōes penſiones, cenſus, vel tributa, vel
quaſcunque exactiones cum ciuibus ci-
uitatis. Alij autem (quòd ſecurius cre-
do) in vnaquaque ciuitate arbitrio pru
dentis iudicis eſſe relinquēdum. Armil.
Syluestr. & alij Nauar. cap. 27. nu. 167.

Suburbia, quæ ſint &c.

De interdicto generali populi etc.

157 DEcimo Nota. Quòd interdictum
generale populi, ideſt quando
ſolus populus interdicitur, illi
qui ſunt illius populi non poſſunt ibi-
dem, neque alibi audire diuina, &c. vt
ſupra tetigi.

VNdecimo Nota. Quòd interdicto
158 clero alicuius loci, non cenſetur
interdictus populus, neq; locus.
Nec è contrario, interdicto populo, in-
telliguntur clerici interdicti, c. ſi ſenten-
tia, de ſent. excom. lib. 6.

De clero interdicto &c.

159 DVodecimo nota. Quòd quamuis
aliqui dicant, q quando inter li-
citur Clerus non includuntur re
ligioſi, quia eſt materia odioſa, & non
extendenda, vt ait Armil. nu. 10. ex al.
& Ep. ſcopis Scalenſ. de interdicto, c. 7.
Simon Maiolus, de irregul. lib. 3. c. 20.
nu. 5. & 6. Calde. tamen, quem refert, &
ſequitur Sylu. interdictum 2. num. 9. &
Nauar. c. 27. nu. 167. cum Domin. in cā.
ſi ſententia, de ſenten. excom. li. 6. dicūt
160 ſub cleri nomine religioſos, & religio-
ſas, conuerſos, & conuerſas, nouitios, &
nouitias comprahendi.

V. Appellatione, cleri veniant religioſi, &c.

DEcimotertio not. Quòd quamuis
eccleſia aliqua interdicatur, nō
cenſentur eius clerici interdicti.
Neque è contrà, quando clerici alicuius
eccleſiæ interdicuntur, cenſetur eccleſia
161 interdicta. arg. c. Per exemptionem, de
priuileg. lib. 6.

Eccleſia interdicta non eſt clerus interd.

DEcimoquarto nota. Quòd vnuſ-
quiſque tenetur ad obſeruatio-
nem interdicti, quando publice
promulgatum eſt c. Quod dictis 16. diſ.
Armil. nu. 6. Soto. Couar. & alij Promul
162 gatur autem in Hiſpania per trinā om-
nium campanarum confusè & abſq; or
dine pulſationem. Et ad talē ſeruandi in
terdictū obligationē, ſufficit, q q. ſciat
vicinos, maxime Metropolitanam Eccle
ſiam ſeruare, & recepiſſe ſententiā text.
in c. 1. de poſtulat. prælat.

Qn̄ teneamur ad obſeruationē interdicti.

V. Religioſi teneantur ſeruare, interdicta, &c.

DEcimoquinto. Pro hui9 notabilis
decimiquinti declaratione. Quę
ritē. V. Religioſi in ſuis eccleſijs
teneantur ſeruare interdictum poſitum
in ciuitate illa, vel loco vbi ſunt? Reſ, ō.
Quòd licèt olim, p tex. in Cle. 1. de ſen.

& qualiter & quib9 caſibus ſit ſeruandū, &c.

excomm. ſint excommunicati religioſi non ſeruantes interdictum eccleſiæ matricis: Hodie tamen (vt nullus eſſet dubitandi locus) nouiori iure Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 12. de regularibus ſtatutũ eſt, quòd cenſuræ, & interdicta nedum à Sede Apoſto. manantia, ſed etiam ab ordinarijs promulgata, mandãte Epiſcopo à regularibus in eorum eccleſijs publicentur, atque ſeruentur. Pro cuius decreti declaratione aliquas concluſiones in medium libuit proferre.

¶ Prima Concluſio. Omnes religioſi tam Mendicantes, quàm non; & omnes alij clerici, qui religioſi ſunt, & pro talibus habentur, tenentur ad interdicti obſeruationem. glo. in d. Clem. verb. Religioſi. recepta communiter, Ang. Sylu. interdictum. 2. Armil. nu. 6. Couar. Sotus, & Epiſcopus, ſupra. Nauar. c. 27. nume. 146.

¶ Secunda Concluſio. Supradicta nõ obligant ſupradictos in interdicto, vel ceſſatione ſpeciali, ſed tantùm in generali, vt quando tota ciuitas, vel locus interdicitur.

¶ Tertia Concluſio. Quòd etiam ſi interdictum, vel ceſſatio ſit inualida, vel nulla aliqua iuſta cauſa; nihilominus tenentur ſeruare glo. in d. Clem. approbata communiter. Ratio eſt, quia non pertinet ad eos de validitate, vel nullitate interdicti iudicare

¶ Quarta. Vt incurratur hæc ex communicatio, oportet ut interdictum non tantùm ſeruetur ab aliquibus Canonicis, ſed quòd portionarij, & alij Capellani obſeruent.

¶ Quinta. Quando in oppido non eſt Cathedralis, vel Matrix Eccleſia, ſed tantum plures Parochiæ diuiſæ, oportet vt omnes ſeruent interdictum ad hoc, vt religioſi teneantur. glo. verbo. Matricem. in d. Clem. 1. communiter recepta. Quod eſt verum, etiam ſi Parochialis, intra cuius ſitum eſt Monaſterium, obſeruet, ſecundũ Cald. Inno. & Imo. quos refert, & ſequitur Nauar. ſupra, contra alios in d. clem. 1.

¶ Sexta. Quamuis religioſi teneantur obſeruare, quòd Matrix obſeruat, etiam ſi nullum ſit, non tamen ſunt immunes ab obſeruatione interdicti validi, licèt à matrice non obſeruetur. glo. celebris, & recepta verbo, obſeruare. in d. Clem. 1. Imo incurrerent nõ ſeruantes, pœnas per alios textus poſitas. c. fi. de exceſ. Prælat. c. Authoritate. ca. Epiſcoporum, de priuileg. lib. 6.

¶ Septima. Supra dicta omnia habẽt locum in omnibus interdictis, & ceſſationibus generalibus poſitis à iure, vel ab homine quacunque autoritate, vt bene determinat. Bonifacius. VIII. in d. Clem. 1. col. 19. contra limitationes Calderini, & Imolæ.

Decimoſexto. Nota. Quòd per text. 163
in Extrauag. ad euitanda. Martin. V. quam (cum multis alijs) tradit, & explicat Nauar. ca. 27. nu. 35. & nos declarauimus ſupra, de ſenten. excomm. nullus tenetur ſeruare interdictum eccleſiaſticum à iure, vel ab homine generaliter promulgatum, niſi talis ſententia fuerit contra perſonam, Collegium, vniuerſitatem, Eccleſiam, communitatem, vel locum certum a iudice promulgata, vel denunciata ſpecialiter, expreſſe tradit Sylu. interdictum. 2. §. 1. Armil. nu. 7. & 39. & omnes.

Quando teneamur uitare etc.

Decimoſeptimo Not. Quod nullus 164
Epiſcopus, vel Prælatus ſuperior incurrit ſuſpenſionis, vel interdicti ſententias à iure, vel ab homine latas; niſi eorũ peculiaris, & expreſſa mentio fiat, per text. in ca. Quàm periculoſum, de ſent. excomm. lib. 6. tradit Mandoſius. in Pra. 21 ſignaturæ, titu. licentia, & Confeſſionale, & communiter omnes. Nauar. c. 27. nu. 161. §. 5. & nu. 165.

Epi nullã incurrunt cenſuram ...

Decimooctauo Not. Quod quando populus interdicitur, omnes ſubeuntes onera, & honores populi, ſiue ſint Comites, ſiue Marchiones, vel Barones, ſunt interdicti, cum de populo cenſeantur. Secus autem erit, ſi tales ſint ſui iuris, vel ex conſuetudine, vel priuilegio Imperiali, ita quòd in nullo participant cum corpore vniuerſitatis. Calde. Ploue. Sylue. Tab. & alij. 165

Quid q̃n populus interdicitur?

Decimo-

166 *Interdicta Eccleſia V. ſit capella interdicta.*

DEcimonono Nota. Quod quotieſcunque interdicitur Eccleſia erit etiam interdicta Capella, & Cęmiteriū, quæ ſe contingunt, per tex. in c. Si ciuitas, de ſent. excommu. lib. 6. Secus autē ſi nō ſint cōtigua. Sicut polluta Eccleſia, intelligitur Cęmiterium contiguū pollutū, & nō econtrà. Nec uno Cęmiterio polluto, aliud coherens, muro mediante erit pollutum. c. 1. de conſec. Eccleſię, vel Alt. lib. 6.

167 *De eccleſia cohęrentis.*

EX quo ſequitur, ꝙ interdicta Eccleſia, vel Cœmiterio, alia Eccleſia cohærens interdictę, vel Cœmiterium, mediante muro alio interiecto cohærens, non intelligatur interdicta, de hoc vide Palud. 4. diſtin. 18. diximus ſupra, de caſibus quando Eccleſia ſit ob pollutionem interdicta.

168 *Interdicta familia V. cō prebendatis clericas &c.*

VIgeſimo. Quòd quando interdicitur aliqua familia, ſecundum Innoc. quem refert, & ſequitur Armil. nu. 11. cōprehenduntur etiam clerici de illa familia. Quia in hoc non videntur diſtingui. tenet Monal. quem refert & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 33. q. 244. Maiolus infra.

169 *V. Doctores clerici ueniant noīe Doctorū &c.*

VIgeſimoprimo Nota. Quòd quando in aliqua ciuitate, vel oppido interdicuntur omnes Doctores, et erunt interdicti Doctores Clerici, ſecundum Tab. quem refert, & ſequitur Armill. nu. 11. & dicit communiorem ſententiā Simon Maiolus, de irregul. lib. 3. c. 20. nu. 1. & Epiſco. Scalenſ. de interdicto. c. 7. Et quamuis Sylu. verbo. interdictū. 2. nu. 17. teneat contrarium per glo. in c. Si ſententia, de ſent. excom. 6. Armil. tamē cum Tab. dicunt nō probari ex illa glo.

170 *Spāliter interdictus, an ſit ubiq; &c.*

VIgeſimoſecundo Not. quòd quicunque eſt ſpecialiter interdictus, vel de populo interdicto, taliter quòd dedit cauſam interdicto, quocunque ſe transferat, ſemper remanet interdictus (vt tetigimus, ſupra,) donec collatur interdictum, cap. Alma. ꝗ. Illis, de ſent. excomm. lib. 6. vbi omnes communiter; Si autem non fuerit in culpa, & omnino deſinit eſſe de populo interdicto, non eſt amplius interdictus, ita tenet Calde. de interdicto. Summa autem Aſtenſ. dicit talem indigere abſolutione cùm verè fuerit prius interdictus, & cauſa totaliter non ceſſat, quia populus remanet interdictus, licèt non fuit cauſa illius interdicti. Quæ ſententia ſecurior eſt, licèt Calderini ſententia poſſit ſuſtineri.

VIgeſimotertio Nota. Conſequenter, quòd ſi quis perpetuo banniatur de populo aliquo interdicto, non eſt amplius interdictus, niſi ſit ſpecialiter interdictus vel cauſam dederit interdicto, ſecus ſi ad tempus banniatur, ſecundum Calde. quia non totaliter ceſſat eſſe de populo interdicto. 171 *De Bannito a populo interdicto.*

VIgeſimoquarto Nota. Quòd ſi quis interdictus ingrediatur religionem, deſinit eſſe interdictus, poſt profeſſionem. Si autem ante profeſſionem de facto ordinetur, cùm non eſſet ordinandus, tenet ordinatio argumento. tex. in cap. Religioſo. de ſenten. excommunic. lib. 6. 172 *De interdicto intrāte religionē.*

VIgeſimoquinto Nota. quòd in obſeruatione interdicti ignorantia probabilis excuſat. vt ex glo. in Clem. 1. de ſent. excom. non autem craſſa. In quo notabili ait Abb. in c. Apoſtolicæ, de cleric. excom. miniſt. notab. j. nō oportere quem eſſe nimis curioſum in ſciendo, vel inueſtigando, dummodo non ſit nimis deſidioſus, & negligens, argum. l. Nec Supina. ff. de iur. & facti. igno. Nec etiam oportet omnibus credere, ut ait Palud. 4. di. 18. q. vlt. ar. 7. vni, uel paucis, quia qui cito credit leuis ēſt corde; niſi ille, vel illi facerēt dubiū probabile. 173 *V. Ignorantia excuſet in interdicto &c.*

VIgeſimoſexto No. Quòd exiſtēs culpabilis, vt (v. g.) Conſiliarius, Procurator, vel capitaneus, cuius cōſilio, vel auxilio latum eſt interdictum, licèt ab eo cautio recipiatur de ſatisfactione & ei pęnitentia iniungatur, nō tamen propter hoc relaxabitur interdictum, niſi principalis ſatisfecerit, quo ſatisfaciente tollitur interdictum, vt ait gl. verbo. Relaxatio. in c. Alma mater. de ſenten. excomm. lib. 6. 174 *V. Relaxādum interdictum cū cautione &c.*

VIgeſimoſeptimo Not. Quòd quamuis in articulo mortis aliquis interdictus accipiat pęnitentiam tempore interdictis, & inter ſtare mādatis Eccleſię, non 175 *De interdicto in ar. mor. &c.*

ſię, nō tamē admittitur ad Eccleſiaſticā ſepulturam: cùm hoc ſit contrarium iuri. in c. Quod in te. de pœni. & remiſ. ſecundum Io. de Deo, quem refert, & ſequitur Nicolaus Plouc. de interdicto. regula. 55.

176 *De ſepulturis tēp. interdicti.* VIgeſimooctauo. Quòd illi, qui tempore interdicti fuerunt extra Cœmiterium ſepulti; ſi in illis apparuerunt ſigna contritionis tempore interdicti, relaxato interdicto ſepeliuntur in loco Sacro. Si autem fuerint ſepulti in Cœmiterio, non ſunt, relaxato interdicto, extumulandi, iuxta glo. receptam in cap. A nobis. 2. verbo. Forma. de ſentent. excommunicat. Nauar. cap. 27. numero 176. ad fin.

177 *Q̄ olim Cœmiterium hodie Eccleſia.* ADuerte tamē, quòd in hoc caſu, & in omnibus alijs, in quibus olim dicebatur: ſepeliatur in Cœmiterio; hodie intelligi debet de Eccleſia, vel loco Sacro; quia olim Epiſcopi, & alij principes tantum ſepeliebantur in Eccleſia; omnes autem alij particulares in Cœmiterijs, vt patet, in multis iuris locis.

178 *Quid qñ interdicit̄ terra alicuius, &c.* VIgeſimonono Not. Quòd qñ interdicitur terra alicuius Principis, intelligitur de ea terra, quæ eſt, vel ſimpliciter ſua, vel quo ad dominium iuriſdictionale, vel abſolutè propria, vel ea, quā tenet ab alio in feudū, vel in emphyteuſim, quia in illis caſib. ſpectat ad eum vtile dñium, & de terra, quæ pertinet ad eum rōne dotis vxoris, quia maritus, cōſtante Matrimonio eſt Dominus Dotis vxoris, & de terra ſibi pignorata, ſi interdicatur terra, quam tenet. Secus autem, ſi interdicatur tantum terra ſua, ſecundum Io. Andr. Et ſi talis Dominus habet terras in diuerſis Prouincijs vel locis, & eas hēt diuiſas, ſunt interdictæ. Secus quando habent pro indiuiſo, ne innocens patiatur, ſecūdum Arch. in c. ſi. 1. q. 4. Si verò talis acquirat terrā de nouo, nō erit interdicta, niſi in ſententia dicatur tam de ea, quam habet, quam de ea, quam habiturus eſt. Verùm etiam ſi vendit, vel perdit terram interdictam, remanet adhuc interdicta, cum hoc ꝙ onus tranſeat cum re ipſa. c. Paſtoralis. de Decim. quæ omnia notat Cald.

Marit' eſt dñs dotis, & ẽt.

quem refert, & ſequitur Silu. & omnes, maximè Armil. nu. 18. & Nic. Plouc. regula. 43. Sed re vera, niſi tot, tantique auctores hoc aſſererent, dicerem Ego, ꝙ quotieſcunque Dominus ille vēdidit, vel amiſit terram illam, remaneret libera ab interdicto, quia iam alius habet illā dominium, qui nullā cauſam dedit interdicto. Maximè quia ſupradictum eſt, ꝙ quando aliquis deſinit eſſe perpetuò de populo interdicto, non eſt amplius interdictus, ſed tenendum eſt cum communi.

179 *Quid ſi interdicat collegiū, &c.* TRigeſimo nota. Quòd interdicto collegio, ſiue vniuerſitate, poſtea factus aliquis de vniuerſitate, interdictus cenſetur, ſecundum Cald. de interdicto. q. 19.

180 *Celebrans in pſentia interdicto rū licèt nō in Eccleſia interdicta, &c.* TRigeſimoprimo nota. Quod celebrans in eccleſiā non interdicta licèt ſint præſentes interdicti, & excommunicati, grauiſſimè peccat, celebrando coram eis, non tamen, fit irregularis; quia non habetur in iure expreſſum: Sed tamen talis, ſecundum Archid. in c. ſicut Apoſtoli. 11. q. 3. cenſeri debet ſicut ille, qui communicat excommunicato in oratione, qui tantum minori excommunicatione eſt excommunicatus, & de iſto conſtat, quia non eſt irregularis, vt habetur in capitu. ſi celebrat. de clericor. excommu. miniſtr. & diximus, ſupra, in tractatu de minori excommunicatione. Nam hęc interpretatio ſiue extenſio de irregularitate, non eſt facta vſque ad excommunicatos, ſiue celebrantes coram excommunicatis, imò è contra ſtatutum eſt, quòd non ſunt irregulares. Et cum iſta irregularitas non ſit niſi per conſtitutionem eccleſiæ, & de celebrantibus coram excommunicatis non ſit ſtatutum, quòd ſint irregulares, non debent pro irregularibus haberi, ſecundum Inno. in cap. fin. de exceſ. Prælatorum. Si autem talis ingerat ſe ſecundò officio ſuo, ſicut prius, erit irregularis, vt ait tex. cum gl. 2. in c. Is cui, de ſenten. excom. lib. 6. Nicol. Plouc. de interdicto regula. 48. & 50.

181 *De abſtte quando collegium interdicit.* TRigeſimoſecundo Nota. Quòd quotieſcunque interdicitur populus,

tus, vel collegium, etiam videntur interdicti illi, qui aberant tempore interdicti, etiam ſi eſſent immunes a culpa, tenent Io. And. & Cald. in c. Si ſententia, de ſent. excom. lib. 6. quos refert, & ſequitur Armil. verbo. Interdictũ. nu. 16. & Maiolus, de irregular. l. b. 3. c. 20. nume. 1. in fin. per tex. in c. Nõ eſt, de ſponſalibus.

182 *Qui teneantur ſeruare vota populi.* Trigeſimotertio No. Quòd quemadmodum illi, qui nunc ſunt de populo aliquo, tenentur ad obſeruationem votorum, quæ talis populus antiquitus emiſerat, ut tenet S. Tho. 4. & ibi omnes, & in verbo. Votum. Nauarrus. ca. 12. in Manuali; ita quando Populus.

183 *De populo interdicto per longum tempus.* Aliquis fuit, per longum tempus interdictus, omnes illi qui poſtea nati ſũt, & repræſentant eundem Populum, erũt interdicti. ¶ Nec hic videatur alicui caſus impoſſibilis, cùm nuſquam toto orbe terrarum tanta contigerit interdicti ſeueritas, quanta vibini, tempore Martini IIII. Pontif. Max. Nam totis Triginta annis omnia Sacramenta, etiam Baptiſmus, ſublata fuerant, ita vt tandem, abſolutione ſequuta multi viri adulti baptiſmum ſuſceperint, & ob diuturnam ſacrorum deſuetudinem, Eccleſiaſticæ Cæremoniæ illis populis eo tempore quaſi noua res viſui habitæ ſunt, refert Gl. verbo. Inſurgunt. in c. fin. de ſent. excom. lib. 6. Quæ glo. de Vibino non meminit, quum tamen de illo ſenſerit, quandoquidem proximè antè Ioan. Andreæ tempora contigerat cenſurari; quoniam Vrbinates Guidoni Monte feltrio fuerant in auxilium, qui, Trigeſies Bellum Sedi Apoſtolicæ mouerat, vniuerſamque Flaminiam, (quam dicunt Romandiolam) ab Eccleſia ſeduxerat, vt referunt Annales, tenet Simon Maiolus. ſupra. numero 2.

Quæ hiſtoria (viſis, & conſideratis omnibus ad hanc tertiam impreſſionem) potius figmentum continere videtur, quem veritatem. Ad quod dicẽdum moueor, quia ex profeſſo vidi Hiſtoriã. S. Ant. de Martino IIII. & ſpeculum hiſtoriale Vincentij, Supplemẽtum Chronicarum, Faſciculum temporum, Chronicam magnam, Onufrium Panuiniũ, Petrarcam, & Platinam, de vitis Pontif. Guicciardinum, Chronologiam Sanſouini, Tarcagnotam, & alias hiſtorias Bibliotecæ. S. Dominici, & noſtri inſignis Collegij Hiſpanorum Bonon. & in earum nulla talem hiſtoriam inueni. Reuerendiſs. Maiolus refert ſe ad annales, nec dicit, ad quales. Quare negotium ſatis dubium eſt: Gloſſa autem illa ſexti, tantum loquitur de auditu. Et credendũ eſt, ſi hiſtoria eſſet vera. Ioann. Andreã Gloſatorem dicti. capit. de tali hiſtoria notitiam aliquam habere potuiſſe, qui tantum dicit; Audiui. Vtcunque ſit, non derogando alicuius autoris dictis, & autoritati, omnia veritati relinquo, quã ſemper tueri, abſque tertij alicuius nocumento procuraui.

Trigeſimoquarto nota. Quòd ciues alicuius ciuitatis, habitantes continuò extra ciuitatem, Suburbia, vel continentia ædificia (illi ſcilicet, qui vitam degunt ruralem in villis, vel poſſeſſionibus ſuis) interdicto populo, vel ciuibus ciuitatis, erunt & ipſi interdicti. Calderin. quem refert, & ſequitur Silueſtr. interdictum. 2. nume. 15. 184 *De habitatib. in Suburbijs, &c.*

Trigeſimoquinto nota. Quod illi, qui non erant de corpore populi, quando interdictum fuit latum, poſtea venientes, & adiungentes ſe tali corpori interdicto, erunt etiam tales interdicti. Silue. Interdictum. 2. numero 9. Arm. nu. 15. Epiſcopus Scalenſis. d. c. 7. 185 *De veniente de nouo ad populũ interdictũ.*

Trigeſimoſexto nota. Quòd quando quis interdicitur ab aliquo actu diuina officia reſpiciente, non tantum actum illum expreſſum exercere non debet, ſed nec ullum alium, qui ſine illo exerceri non poteſt, vt (v. g.) interdictus a ſacerdotali miniſterio Pontificali fungi non poteſt; quia ſine ſacerdotali non exercetur. Si autem, ſit interdictus ab actu Põtificali, ſine Pontificalibus celebrare poterit: Et interdictus ab actu ſacerdotali, Euangelium cãtare poteſt; Et interdictus a diaconatu Epiſtolam; quia cum maiora interdicta ſunt, minora non comprehenduntur, per tex. in cap. 186 *De interdicto ab aliquo actu diuini officij.*

Ex literis.de exceſ.prӕla.& c.Significauit.de corp. vitiat. & c. cum illorum.de ſent. excom. quę iura allegat Epiſco. Scal.c.7.

187 *V. poſſit interdici r ligios' a p̃lato eccleſiaſtico?*

TRigeſimoſeptimo not. Quòd etſi religioſi omnes ad interdicti obſeruationem teneantur, vt ſupradictum eſt; Nullus tamen prӕlatus inferre poteſt interdictum contra exemptos,& priuilegiatos directè,vel indirectè, iuxta tenorem priuilegiorum ipſorum, niſi a ſede Apoſt. peculiare habeant indultum. Quamobrem prӕlati diligenter attendere debent ad obſeruationem priuilegiorum a ſede Apoſt. Religioſis conceſſorum,ne contra facientes Dei,& Apoſtolicӕ ſedis indignationem, iuriſque Canonici pœnas incurrant. textu. in c. Quanto, de priuil. & uide ſup.nu.139.

188 *Oẽ tenẽtur obſeruare, licet quidã non ſeruent.*

TRigeſimooctauo nota. Quod ſi is, ob cuius crimen,vel delictum, interdictum poſitum eſt illud non obſeruat,nihilominus tamen, alij obſeruare debent; Secus ſi ille non cuſtodiat,in cuius gratiam ac fauorem interdictũ exiſtit. tradit Epiſcopus Scalenſis. de interdicto.c.16.

189 *Q̃n eſt nullũ interdictũ*

TRigeſimonono Not. Quòd ſi is qui auctoritatem non habet interdictum ponendi, illud ponat; vel etiã ſi habens deficiat in neceſſarijs,& eſſentialibus ad validitatem interdicti; interdictum eſt irritum,ac nullum; & conſequenter non ſeruandum, nec cuſtodiendum, vide tex. in capitu. Ad noſtram, de conſuet.

190 *Q̃n interdictũ erit iuiſtũ &c.*

AD hoc autem, vt interdictum ſit iuſtum; Quatuor (reſolutiuè) requiruntur. Primum eſt, competens prӕmonitio. Secundum: Cauſa rationabilis. Tertium, vt cauſa ſit publicè nota. Quartum: vt ſententia fiat in ſcriptis, cum expreſſione cauſӕ. De hoc vide. Armill. verbo. Excomm. nume. 15.& communem, quam refert, & ſequitur Scalenſ. capitu.18.

191 *V. Seruãdũ interdictũ iniuſtum &c.*

QVadrageſimo not. Quòd quamuis interdictum iniuſtum ſeruandũ ſit, niſi eſſet inualidum ſimul, propterea, quòd Paſtoris ſententia iuſta, vel iniuſta ſemper timenda ſit; nihilominus, tamen, lator ipſe incurret pœnas poſitas in c.1.de ſent. excomm. lib.6.

192 *Qualiter ſit neceſſaria admonitio.*

QVadrageſimoprimo no. Quòd licèt, vt ſupradictum eſt, neceſſaria ſit admonitio, non eſt intelligendum, vt quiſq; interdicendus, ſit admonendus; ſed tantum illi qui cauſam interdicti dederũt. Quod intellige quando eſt ab homine. In interdicto autem a iure, ipſa iuris cognitio pro monitione habetur.

193 *De priuilegijs cõceſſis particularibus, etc.*

QVadrageſimoſecundo Nota. Quòd priuilegia, quòd aliqui excommunicari, vel eorum terrę interdici non poſſint, conceſſa ſingularibus perſonis eccleſiaſticis, vel ſӕcularibus, non extenduntur ad ſententias ordinariorũ, quia ipſi tales excommunicare,& interdicere poſſint, niſi conceſſa fuerint Regibus, Reginis, vel eorum filijs aut religioſis, nõ ratione perſonarum, ſed ordinum, vel locorum tex. in c. Ne aliqui. de priuile. 6, & tradit Syluc. interdictum. 3.nu.4.

194 *V. Locus poſſit interdici p debito pecuniario &c.*

QVadrageſimotertio Nota. Quòd nullus locus poteſt interdici auctoritate ordinaria, vel delegata pro debito pecuniario, vel cuiuſuis pecuniӕ quantitate: aliàs non tenet, niſi fieret de Sedis Apoſtolicӕ ſpeciali,& expreſſa licentia, per text. in Extrau. Bonifacij VIII. quӕ incipit: Prouide, de ſent. excom. Et qualiter,& de quo interdicto intelligatur, vide Sylu. Interdictum.3.q.5. Arm. & alios Nauar.c.27.nu.168.

195 *De priuilegio conceſſo a Legato &c.*

QVadrageſimoquarto Nota. Quòd Priuilegium conceſſum à Legato de latere, quòd quis poſſit tempore interdicti celebrare, interdictis, & excommunicatis excluſis: valet quãtum ad ſententias ſuas, & ſuorum ordinariorum, niſi ſpecialiter à ſucceſſore reuocetur; Quod etiam procedere quo ad ſententiam Papӕ, ait Laud. quem refert, & ſequitur Syl. ſupra nu. 19. argum. text. in c. Dilectus. 2. de reſcriptis.

196 *Forma ferendi Interdictũ*

QVadrageſimoquinto Nota. Quòd licèt ad ferendam interdicti ſententiam nulla ſit forma eſſentialis a iure determinata verborum, hęc quę ſequitur communiter ab omnibus iudicibus proferri,& ſeruari conſueuit, videlicet.

Nos, propter talem cauſam Eccleſiam talem Ciuitatem, Villam, Terram, interdicimus, uel ſuppenimus interdicto.

Vt in c. Cùm in partibus, de verbo. ſigni. c. ſanè, de offi. deleg. ſumma Confeſ. lib. 3. tit. 33. q. 232. Ange. Sylu. Armil. & communiter omnes.

197 *De filijs ſpecialibus Papæ.*

QVadrageſimoſexto Nota. Quòd ordinarius non poteſt ferre interdictum in receptos in filios ſpeciales a Papa c. 1. de verbo, ſign. lib. 6. Nauar. num. 164. verſi. 8.

§. 3. *De ijs, quæ prohibentur, vel conceduntur tempore interdicti ſine priuilegio.*

198 *Qui poſſint uel non intereſſe diuinis, & cæt.*

QVadrageſimooctauo Nota. Quòd omnes qui non fuerint (ſaltim) prima tonſura initiati, nec habent aliquod priuilegium, non poſſunt interdicti tempore intereſſe diuinis officijs, quę (vt ſupradiximus) habentur in Miſſali, Breuiario, & Pōtificali, & pertinēt ad uſum ordinum, vt ſunt Miſſa, Horæ Canonicæ, ſepultura &c. Nauarr. cap. 27. nume. 171. & infra.

199 *V. Poſſit recipere etiā Sacramenta.*

QVadrageſimonono Nota. Quòd tales non poſſunt recipere omnia ſacramenta, ſed tm̃ ea, q̄ ſunt iure diuino expreſſæ neceſſitatis, vt Baptiſmus, etiā ſolemniter, tam paruulis, quàm adultis. ca. Quoniam. de ſent. excom. lib. 6. Calde. & omnes. Armil. nu. 44.

200 *De Sacramēto cōfirmationis, et cæt.*

COnfirmationis autem Sacramentum, licèt non ſit precisæ neceſſitatis ad vitam æternam (vt in 1. par. de ſacramentis in genere & de Confirmatione diximus) quia tamen, eſt velut complens Baptiſmum, conceditur omnibus, quibus Baptiſmus. d. capitu. Quoniam Abb. in capitu. Reſponſo. de ſententia excomm.

201 *V. Sacr. Pænitentia ſit administrandū, etc.*

DE Sacramento autē Pęnitentiæ, loquitur hodie expreſſus text. in c. Alma. de ſeu. excom. lib. 6. vbi habetur, Omnes, etiam ſanos admittendos eſſe, niſi ſint ex communicati, &c. vt ibi patet, & tradit (declarādo tex.) Couar. ibi. 1. p. §. 3. nu. 1. Qui ait, idem procedere, & licere etiam tempore ceſſationis à diuinis. ibid. § 4. num. 7. colum. 7. Nauar. Sot. & omnes. Maiolus, & Epiſcopus Scalẽſ.

202 *De Sacr. Eucharistia.*

EVchariſtiæ vero Sacroſanctum Sacramentum poteſt dari tantùm, qñ conſtat obligare ſub præcepto Diuino. ſ. in articulo mortis, Ange. Sylue. Tab. & omnes. Armi. nu. 45. Nauar. c. 27. nu. 178. Couar. ſu. §. 2. per text. in d. c. Quod in te, & Gl. in d. c. Alma. receptā cōtter. tex. in c. Pęnitentes. 50. diſt.

203 *Et V. poſſit deferri ad infirmos & qualiter.*

PRo cuius adminiſtratione Nota. Quinquageſimo, ꝙ pōt deferri ad infirmum cum omni illa ſolennitate, quæ ante interdictum ſeruabatur, & poteſt pulſari Campanulla ſolita. Item in reditu ad Eccleſiā poterit ſacerdos Sanctiſs. Sacramentum, Populo oſtendere, ubi mos eſt. Cald. de interdicto. memb. 6. columu. 19. & omnes, Partim, quia verè dignum, & iuſtum eſt æquum, & rationabile. Partim quia nō eſt de actibus prohibitis per interdictum, conſpectus, Sanctiſſimi Sacramenti, niſi in Miſſa. Quòd autem, quando portatur Sanctæ Euchariſtiæ Sacramentum, ſit portandū cum lumine probat tex. in c. Sacræ. de cœleb. Miſſ. tradit Armil. nu. 45.

204 *V. ſupradicta liceant in eccleſia ſpecialiter interdicta.*

EX ſupradicta reſolutione infert. Primo ad Queſt. vtrum hoc habeat locum in Eccleſia, quæ eſſet ſpecialiter interdicta? Reſp. licere; duobus concurrentibus, videlicet, quòd nulla eſſet alia Eccleſia non interdicta, & quòd vrgeat neceſſitas. ita tenet Couar. in d. capit. Alma. 2. num. 7.

205 *V. Euch. ſit dāda dānatis ad mortē tēpore interdicti, etc.*

INfertur Secundo. Vtrum tempore interdicti poſſit ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentū damnatis ad mortem adminiſtrari? Reſp. Quòd cum talis etiam dicatur in certo mortis articulo cōſtitutus, à quo, niſi miraculosè poſſit (niſi ſententia reuocaretur) liberari, quòd debet ei dari ſecundum Couarr. in d. c. Alma. 2. par. §. 3. nu. 2. & 3. Silue. Interdictū. 5. num. 9. verſic. Quarta. exceptio. Cald. in Clem. 1. de Pœn. & remiſ. Epiſcopus Scalenſis. de interdicto. c. 7.

206 INſertur Tertio. Ad quæſtion. Vtrum poſſit etiam dari exiſtentibus, non in articulo, ſed in periculo mortis, videlicet prægnantibus, intrantibus Mare, vel bellũ? Reſpondeo, in hac quæſtione, Doctores non reſpondent abſolutè; ſed ꝙ ſi imminet probabile mortis periculũ, debet dari. Abb Io. And. & alij. quos refert Armil. nu. 5. Couar. d. nume. 2. & 3. Ego autem tenerem quòd ſic.

V. Danda exiſtentib. in periculo mortis, &c.

207 INſertur Quarto. ad Quæſtion. Vtrũ omnibus clericis in maioribus, ſacerdote dempto, vel in minoribus ordinibus conſtitutis, qui tẽpore interdicti, poſſunt Diuinis intereſſe, poſſit Euchariſtiæ ſacramentum miniſtrari? Reſpon. Quòd licèt Ang. & Silu. verbo. Interdictũ. nu. 9. verſi. Quarta exceptio, & quędam Manualia antiqua Eccleſiarum, teneãt, ꝙ ſic; verius tamen eſt contrarium; imò dandum nõ eſſe ſanis. etiam ſi ſint Clerici, ſacerdotes, vel religioſi; ſecundũ Calde. de interdicto. memb. 6. col. 22. Fel. in cap. Alma. §. Adiicimus. de ſentẽt. Excõmun. lib. 6. quos refert, & ſequitur Nauar. c. 27. num. 178. in fi. Couar. in c. Alma. 2. par. §. 3. nu. 1. & §. nu. 6. illatione. 11. Sot. 4. diſtin. 22. q. 3. D. Ant. 3. par. tit. 26. c. 4. col. 3. cõpediũ priuilegiorũ. verb. Cõmunicare. §. 8. & poteſt colligi ex Glo. verb. Admittantur, communiter opprobata. in c. Alma de ſenten. Excommu. lib. 6. & Cõmunis. ex Collectario, & alijs. in c. Quod in te. de Pœnit. & remiſſ. text. in l. 15. titu. 9. parte prima. Hiſpanię.

V. Clericis dãda ſit, &c.

208 INſertur Quinto. An quando adminiſtratur Cõmunio alijs, poſſint adeſſe Laici, ſine priuilegio? Reſp. quòd quamuis aliqui dubitauerint; tenendum eſt cum Soto. 4. diſt. 22. q. 3. arti. 1. colũ. 8. quòd ſic, Quia dare Communionem, neque eſt Officium Diuinum, neque ſic aſtantes accipiunt aliquod Sacramentum; ſic enim adeſſe poſſunt dum communicatur, vel vngitur infirmus, vt tenent omnes ex vſu.

V. poſſit adeſſe Laici ſine priuilegio ad miniſtrationem, &c.

209 NOta quinquageſimoprimo, quòd quamuis ſacramentum Matrimonij non ſit de præcepto, reſpectu hominis particularis, vt ſupra. in 1. par. ſuo loco, diximus: Nihilominus tamẽ poterit tempore interdicti miniſtrari. Quod intellige de ſacramento tantùm; Sacramẽtalia autem Matrimonij. ſ. Benedictio Nuptiarum dari non poteſt: Ratio eſt, quia Matrimonium primario eſt contractus naturæ, cui deinde Chriſtus adiecit gratiã ratione ſacramenti. Ang. Sil. Armil. & omnes. ſup. Nauar. c. 27. nu. 179. Couar. ſup. §. 2. nu. 7. col. 7.

De ſacr. matrimonij tẽpore interdicti, &c.

210 NOta Quinquageſimoſecũdo. Quòd licèt tempore interdicti omnibus infirmis, morti propinquis, concedatur Pœnitentiæ, & Sanctiſſimæ Euchariſtię ſacramentum, vt dictum eſt: nulli tamen, etiam ſacerdoti, vel Religioſo, niſi ratione priuilegij, poterit ſacramentum Extremæ Vnctionis adminiſtrari. vt ait text. in c. Quod in te. de Pęnit. & remiſſ. vbi Ioan. And. & alij. Silu. Armil. nu. 47. Abb. in d. c. Quod in te. Couar. Sot. & alij. Nau. c. 27. nu. 179. quamuis Palud. in 4. diſtin. 18. q. 8. art. 5. in hoc dubio noluerit ſuam dicere ſententiam.

Extrema Vnctio, an, & quibus concedatur.

211 NOta Quinquageſimotertio. Quòd quamuis ſacramentum Ordinis, tempore interdicti, non poſſit adminiſtrari, i. quòd Epiſcopus nõ poteſt ordines celebrare, Nihilominus tamẽ, in caſu aliquo particulari, vt (v.g.) ſi occaſione peſtis, vel alterius calamitatis Parochi, & multi ſacerdotes obierint, poterũt tũc tales cõferri: ſecũdũ Silue. ver. interdictum. 5. q. 7. Quod nõ eſſe improbabile ait Couar. in c. Alma. 2 par. §. 3. nu. 4. Imo mihi videtur probabiliſſimum, & omnino verum, cum neceſſitas careat lege, maximè in hoc caſu, vbi fortaſſis, multi morerentur ſine cõfeſſione, ex ſacerdotum penuria, & conſequenter cõdemnarentur multi.

Sacr. Ordinis an, et quando poſſit miniſtrari, &c.

212 SEd quid ſi extra dictam neceſſitatem Epiſcopus ordinauerit, tempore interdicti in loco interdicto? Reſpõ. quòd incurret pęnas grauiſſimas à iure ſtatutas; ordinatus autẽ ſic, in dicto loco, non ſit ſuſpenſus, niſi in ſua ordinatione miniſtret ſtatim in ordine ſuſcepto, vt ait, Couar. ſup. §. 3. nu. 5.

Quid extra neceſſitatẽ cõferatur.

213 DIcto de ſacramentis recipiendis, vel non. Quæritur. V. tempore interi-

De ſepultura tpe interdicti?

interdicti poſſit quis in loco ſacro ſepeliri? Reſp. (prout ſup. tactum eſt) tantū Clericos, & alios priuilegiatos admittendos eſſe; dūmodo duo concurrant. ſ. ꝙ tales in vita interdictum ſeruauerint, Secundum, ꝙ fiat ſine funerali pompa, ut ex multis tradit Couar. in c. Alma mater. 2. par. §. 2. nu. 7. col. 6. Nau. c. 27. nu. 174. & nu. 176. qui, quamuis olim dicebat eſſe ſepeliendos in Cęmiterio tantū; nunc autem d. nu. 176. dicit ſepeliendos in loco ſacro Nic. Ploue. Ang. Silu. Armil. & omnes communiter.

214 *Clerici cōiugati &c. qn̄ dicātur Clerici?*

NOta Quinquageſimoquarto. Quòd licèt Clericis coniugati (in minoribus. ſ. conſtituti) dicuntur Clerici; & ſi fuerint coniugati cum vnica, & virgine, & fuerint adſcripti, de mādato ſuo Epiſcopi, alicui Eccleſiæ, vt ſtatuit Concil. Tri. Seſſ. 23. c. 6. & 17. in fi. gaudeāt duplici priuilegio, canonis. ſ. & Fori; ſecundum omnes, maximè So. 4. d. 14. q. 3. ar. 1. Nau. & Couar. ſup. § 4. nu. 5. Illatione. 10. non tamen poterunt diuinis officijs intereſſe, & Eccleſiaſticam habere ſepulturā niſi vbi talis conſuetudo eſſet, vt de Aragona, ait Nauar. d. nu. 174.

V. poſſit intereſſe diuinis.

215 *Quidem priuilegium canonis, & Fori.*

CVius occaſione quæritur. Quid ſit priuilegium Canonis, & Fori? Reſpō. Priuilegium Canonis eſſe, ꝙ qui talem Clericum percuſſerit incurrat ſententiam excommunicationis latā in Canone. Siquis ſuadente. 17. q. q. 4. & in alijs multis iuribus. Priuilegium autem fori eſt, ꝙ non poſſit in criminalibus cōueniri coram Iudice ſæculari. tradunt. Doct. in c. ſi diligenti. & toto tit. de Foro compe.

216 *Quæ concedebantur olim per multa iura, &c.*

NOta Quinquageſimoquinto. Quod licèt olim, per quaſi infinita iura antiqua, quæ allegat Sylu. Sūma Cōfeſ. lib. 3. tit. 33. per totum. Couar. in d. c. Alma. Eps Scal. Armil. Sot. Nauar. & alij. in generali interdicto locali, non tm̄ Laici Diuinis intereſſe nō poterāt, ſed neque Clerici celebrare, niſi ſemel in hebdomada (vt dicit) niſi eſſent Epi & his maiores, & habentes priuilegia, vt Fratres S. Dominici, Minores, ac alij Mendicantes qui per priuilegium Innoc. IIII. quod incipit. Vobis, & aliud Alexandri IIII. quod incipit: Deuotionis, & per mare magnum confirmatum à Sixto IIII. tēpore generalis, interdicti localis, in Tēplis, & Oratorijs ſuis, atq; alijs in locis Eccleſiaſtico interdicto ſubiectis, cùm ad ea ueniebant, poterāt ianuis clauſis, excōicatis & interdictis expulſis, voce ſubmiſſa cāpanis non pulſatis, Diuina celebrare, & audire, & Sacramēta adminiſtrare, vel ſuſcipere, vt tradunt latè omnes, maximè Epiſcop. Scalenſ. de interdicto. c. 7.

217 *Qui multū emungit elicit ſanguinem.*

SEd, cùm qui multum emungit, neceſſe eſt, vt eliciat ſanguinem, & cū Alma mater Eccleſia videret totum terrarum orbē, Chriſtianorum deuotionem minui, atque varijs in locis, Hęreſes pullulare, decreuit textū. in c. Nō eſt vobis. de ſpōſ. c. Quod inte. de Pęnit. & remiſ. & tex. in c. Reſponſo. de ſent. excom. in quibus Baptiſmus paruulorum, pęnitentia morientium, & confirmationis Sacramentum, & confectio Chriſmatis, & tex. in cap. Permittimus, de ſen. excom. vbi vna Miſſa qualibet hebdomada concedebatur, & alia antiquo iura, per tex. in c. Alma qui eſt vl. de ſent. excom. lib. 6. limitare, modificare, & ampliare. vt infra dicemus.

Iura antiqua limitant, &c.

218 *Officia diuina qualiter dicenda tpe interdicti.*

PRimo per d. tex. in c. Alma mater, cōceditur, vt tempore generalis localis interdicti, à iure, vel ab homine, in omnibus Eccleſijs, ac Monaſterijs, quotidie Miſſæ omnes celebrari, cæteraque alia diuina Officia dici, vt prius, poſſint, ac debeant; Cum his tamen quatuor limitationibus, videlicet, Ianuis clauſis, ſubmiſſa voce, excommunicatis, & interdictis excluſis, & campanis non pulſatis.

219 *Qui admittēdi, uel non, tpe interdicti, etc.*

NEc putare debes per ſupradicta, qui non ſint excommunicati, vel interdicti, admitti poſſe ad diuina Officia, vel Miſſas; omnes. enim expellendi ſunt, exceptis Clericis, & Religioſis (vt ſupradictum eſt) & ijs qui aliquod habuerint priuilegium vt tradūnt Angel. Sylue. Armil. Nauarr. Couar. & alij. per text. in c. Licet, de priuil. lib. 6.

Nec

220 NEc erres in hoc, cogitans, ratione interdicti poſſe Canonicos, & alios à choro abeſſe; nam tam canonici, quam alij Clerici Eccleſiarum, in quibus diſtributiones quotidianæ fiunt eis, qui horis Canonicis interſunt, ſi non veniant ad horas Canonicas, diſtributiones amittunt, perinde ac ſi interdictum non extaret, vt probat late Epiſcopus Scalenſ. de interdicto. ca. 7 & omnes cõmuniter ex tex. expreſſo. in d. c. Alma.

T.pe interdicti, canonici, lucrētur distributiones absētes, &c.

Quæ autem Sacramenta concedantur, vel non, diximus ſupra à nu. 198. huc uſque. ¶ Vltra quæ, conceduntur ſequentia.

221 PRimo. Sacerdos celebraturus, neminem ex clericis adminiſtrantem habens, aliquem ex ſæcularibus admittere poterit, dummodo non ſit interdictus, vel ſit cum fraude, vt ex Cald. tradunt omnes communiter. Armil. nu. 55. Nauar. c. 27. nu. 171. Couar. diſt. 2. par. §. 5. Sot. & alij. in 4. Epiſcopus Scalenſ. d. c. 7. verſi. Poteſt tamen.

Quæ conceda̅tur, vel non, tpe interdicti vide uſque ad num. 225. iclu ſiue.

222 SEcundo. In Eccleſia ſpecialiter interdicta, poterit vnaquaque hebdomada vna Miſſa diei ad renouandum Euchariſtiæ ſacramentum Et etiam plures, quàm vna, ſi adeſſet neceſſitas, ſecundũ Hoſt. in cap. Permittimus, per tex. ibi. de ſent. Excom. quem refert, & ſequitur Nauar. ſup. nu. 173.

223 TErtio. Quamuis Aneha. dicat contrarium, ſcilicet, quòd tempore interdicti generalis, Officia Diuina ſint celebranda in vnaquaque Eccleſia p Clericos, vel Monachos tantùm eiuſdem Eccleſię & non per alios, cõtrarium eſt verius, & tenendum, videlicet, quòd poſſunt admitti omnes quotquot vẽnerint, ex quacunque parte, niſi fuerint cauſa interdicti. ſecundum Ioã. And. Dom. & Fel. in d. cap. Alma mater. Federi. Conſ. 70. Ang. Interdictum. 5. §. 3. Silu. eod. q. 1. quos refert, & ſequitur Nauar. ſup.

224 QVarto. Multa alia particularia tempore interdicti cenſentur conceſſa, quæ colligi poſſunt ex Gl. in d. c. Alma. de ſen. Excom. libr. 6. Cald. de Interdicto. memb. 6. Nicolao de Ploue. de interdicto. Per Quinquaginta regulas. Ang. Silu. Armil. Couar. Sot. & Nauar. nu. 174. Epiſcopo Scalenſ. d. c. 7. ad finem. videlicet.

¶ Benedictio Menſæ.

¶ Benedictio Epiſcopalis per viam.

¶ Lectio, vel declaratio Pſalmorum, Euangeliorum, vel aliorum ſimilium, quæ fit in Eccleſijs, maxime Italiæ, Dominicis diebus poſt Veſperas, cùm talia non prohibeantur. *Lectio.*

¶ Prædicatio, vel Cõcio. per tex. in c. Reſponſo. de ſent. Excom. *Prædicatio.*

¶ Orationes, & priuatæ precationes, etiam in eccleſia, & illis ipſis, quorum cauſa interdictum poſitum eſt. *Oratio.*

¶ Aſperſio, & ſumptio aquæ benedictæ, in eccleſiæ ingreſſu. *Aqua benedicta.*

¶ Cantus Laicorũ, qui etiam in ſuis Oratorijs, & Confraternitatibus Litanias, Pſalmos, aliaſque laudes Dei, & Sãctorum poſſunt cantare. *Cantus Laicorũ*

¶ Excommunicare, Suſpendere, & aliud interdictum poſſunt ferre ij, ad quos ſpectat. *Excõicare, &c.*

¶ Abſolutio Excommunicationis poteſt dare, abſque Stola tamẽ, & ſacerdotali ſolemnitate.

Sacerdos etiam cum Confeſſione generali, videlicet, Confiteor, Miſereatur, & Indulgentiam: poteſt introducere in Eccleſiam puerperam, (id eſt) mulierem poſt partum, venientem ad reddendas gratias Deo; ſine ſtola tamen, & ornatu ſacerdotali conſueto. *Purpuera.*

¶ Laici poſſunt Confeſſionem generalem facere coram Sacerdote (.i.) Cõfiteor, Miſereatur veſtri, &c. *Cõfeſſio generalis.*

¶ Commendatio Animarum de functorum, poteſt dici à quocunque. *Cõmẽdatio aĩa.*

¶ Adoratio Crucis Veneris ſancti, conceditur. *Crucis adoratio*

¶ Litaniæ autem cum cantu, vel ſine cantu, abſque ſolemnitate conſueta Crucis leuatę, ſuperpellicior um, & ordinis procedendi, licentiam Clericis, quàm laicis, cùm dicta vero ſolemnitate neutris, licèt minus Clericis, quam laicis. *Litania.*

¶ Hæc & alia ſimilia, quæ non ſunt Diuina Officia, conceduntur tempore generalis interdicti localis.

Alia

225 Alia quædam prohibentur dicto in terdicti tempore, non priuilegiatis, quæ colligi poſſunt ex Doctoribus. ſupr. & ex Gloſſis. in d.c. Quod in te, de Pœnit. & remiſ. & c. Non eſt. de Sponſal. & melius ex Gl. in d.c. Alma mater. de ſent. Excom. lib. 6. quorum aliqua ſunt hæc.

Oblatio. ¶ Non admittuntur Laici non priuilegiati ad oblationem, quæ fieri ſolet in medio Miſſæ.

Pax. ¶ Pax non poteſt illis porrigi.

Videre Euchar. ¶ Nec eſt illis aperienda feneſtra, vel foramen aliquod, per quæ intueri poſſint Corpus Domini noſtri, Iux. Cle. 1. cum ſuis Gl. de ſenten. Excommu.

Aqua benedicta. ¶ Neque ſacerdos poteſt benedicere aquam, nec aſpergere illa Populum ante Miſſam, cum Antiphona illa: Aſperges me, niſi cum dictis cõditionibus de quibus ſupra num. 118.

Benedictio Epiſcopi. ¶ Nec Epiſcopus poteſt publicè bene dicere ſolemniter cum baculo, & verſicul. Adiutorium noſtrum, &c.

¶ Neque benedicere Abbatem, neque Abbatiſſam.

¶ Neque conſecrare Calices, Altaria, Virgines &c.

Cõſecrare calices, &c. ¶ Nec benedicere Corporalia, & alia ornamenta, ad dicendum Miſſam, neq; vela Monialium &c. Poterit tamen omnia ſecreto facere. Calder. de interdicto, memb. 6. col. 16. Nicol. Plene. de interdicto & omnes ſupra Nauar. num. 177. qui ait neque candelas die Purificationis, neque ramos in die Palmorum poſſe benedici.

§. 4. *De dicendo officio in Choro, & extra Chorum, tempore interdictis generalis.*

226 Campanæ, nullo modo poſſunt pulſari ad Horas, tempore dicti generalis interdicti; Poterit tamen campana pulſari propter alias cauſas, videlicet, ad Aue Maria, (vt dictum eſt ſupra.) Item ad oſtendendum ſacras reliquias. Item, ad notificandum Horas, vt Horologium. Item ad prędicandum, aut ad omne aliud, quod non ſit Officium Diuinum, ut ad uocandum confratres alicuius Cõgregationis, vel ad orandum pro animabus Purgatorij, uel ad capiendos male factores (la eſtremida) ut fit Bononiæ, & alijs in locis. vel in Religionibus ad conuocãdos Fratres ad Capitulum, vel Refectorium, vel ad publicãdam mortem alicuius, vt orent fideles pro eo, vt multis locis fit, per calles, & vicos totius Ciuitatis pulſando cãpanulam, & mortuũ commendando, &c. *Cãpana quando pulsãdę, uel non ĩ interdicto.*

227 *Porta claudenda.* Congregato Clero, vel Fratribus, ad Horas, portas Eccleſiæ claudere neceſſe eſt, illiſque cuſtodem deputare, vt tantũm Clericos, & priuilegium habentes introire permittat; ne interdictis, Eccleſiaſticarum incuria, atque negligẽtia uioletur.

228 *Officiũ dici dẽt, &c.* Officium Diuinum, Ianuis clauſis, vt dictum eſt, & excommunicatis & interdictis expulſis, inchoari poterit, cum omnibus ſuis præambulis, ut ſolet; ſubmiſſa tamen uoce; taliter vt foris minimè audiatur id eſt extra eccleſiã, vel (ſaltim) proferatur ea intentione, ut nõ audiatur, & cum debita cautione, quia hoc excuſaret per agentes Officia; quãuis ab aliquibus curioſis audirentur cõtra eorum uoluntatem.

229 *Vox ĩ officio quãtum eleuanda, &c.* Quæritur. Hæc de cauſa; quantum licebit in tali Officio uoces eleuare? Reſpõ. Quòd Officium, eſt ita clare, & diſtinctè celebrandũ, q; exiſtente in uno Choro poſſint ab alijs alterius Chori audiri. Vt ex mente d. text. in c. Alma mater. de ſent. excom. l. b. 6 & ex communi Doctorum probat Nauar. cap. 27. num. 174. in fine.

230 *Quot poterũt recitare Horas canonicas.* Quæritur. Quot, & quomodo poterunt recitare Horas Canonicas, extra Chorũ? Reſp. Primo, quòd in hoc ſunt duę opinionis contrariæ Hoſt. enim in cap. quod in te. de Pœnit. & remiſ. quem refert, & ſequitur Nauar. ſup. nu. 175. tenet quòd tempore generalis interdicti localis, non ſolũ vnus, ſed etiam duo, tres, & plures recitare poſſunt ſuas Horas in agro, Ianuis (quæ non ſunt) non clauſis, & Domi, & in cubiculo, clauſis illis & etiam non clauſis, modo non audiantur ab alijs non habentibus

bentibus priuilegium ad audiendum, quamuis audiant aliqui, per tranſitum, & a caſu. Contrarium tenet Villa Diego in tract. de Irregular. col. 14. Cald. memb. 6. col. 12 Aug. & Silu. Interdictum 6. q. 2. Sed prima opinio uidetur mihi iuri conformior, ac uerior. Quia ceſſante cauſa ceſſat effectus; per tex. in c. Cũ ceſſante. de Appellat. Portæ clauduntur, ne qui non habent priuilegiũ, audiant: ergo dum nullus eſt, qui audiat, vel audire poſſit; non ſunt portæ claudendę?

231 *V. intra eccleſiã?* EX quo Reſp. Secundo. Quod etiã intra Eccleſiam poterit quis ſolus, non clauſis ianuis recitare horas, ita ſubmiſſe, vt a nemine alio, quàm a ſe audiatur. Tertio. Quòd ſimili

232 *V. duo, vel tres, &c.* modo, duo, uel tres diuiſi in aliquo ſacello, aut tàm ſubmiſſe, aut tam ſe iunctis à Populo, vt audiri minimè poſſint. Et à fortiori, intra unum ſacellum clauſum, quamuis ianuę eccleſię, ubi illud eſt, ſint apertæ, quicquid dicant Hoſt. Io. And. & Card. in d. c. Quod in te, vt probat Nauar. ſup.

233 *V. Clerici teneãtur recitare, etc.* EX ſupradictis infertur ad quæſtionem. Vtrum tempore interdicti generalis Clerici teneantur recitare Horas Canonicas? Reſp. Quòd ſic, vt tenet Gloſ. communiter recepta in c. 2. de Cler. Excom. miniſt. facit Glo. ordi. in cap. Illud. eod. tit. & c. Presbyterũ. 28. diſt. Tradit Angel. Silu. Armil. Nauarr. 27. nu. 175. fin.

§. 5. *De Conceſſionibus factis in cap. Alma mater. de ſenten. Excommun. lib. 6.*

234 *Tex. in c. Alma a quo, et qñ, &c.* VLtra omnia ſupradicta conceſſa Epiſcopis, Clericis, & alijs priuilegiatis, omnibus alijs fidelibus, in fauorem & reuerẽtiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiuſque Sanctiſſimæ Matris Virginis immaculatæ, aliorumque Sanctorũ; in cap. Alma mater. Vlt. de ſent. excom. lib. 6. Bonifa. VIII. anno Domini 1296. ſequentia conceſſit priuilegia.

Sacramentum Primum, quòd ſacramentum pœnitentiæ concederetur ſanis; quod olim tã tum morituris concedebatur, vt ſupradictum eſt. Secundum, vt in omnibus eccleſijs omnia quotidie celebrentur Diuina, cum illis quatuor limitationibus, de quibus ſupradictum eſt. nu. 218. *pñia quibus &c. Dicãtur Diuina.*

TErtium Priuilegium eſt, quòd in quatuor Anni feſtiuitatibus, videlicet Natalis Domini, Paſchę, ac Pentecoſtes, & Aſſumptionis Virginis Mariæ, Campanæ pulſentur, & Ianuis apertis, alta voce, Diuina Officia ſolemniter celebrentur, excommunicatis prorſus excluſis, ſed interdictis admiſſis: à longe tamen ab altari ſtantibus, vt in dicto tex. 235 *Interdictũ quibus Feſtis ſuſpendit.*

CIrca cuius declarationem. Not. Primo, quòd hoc priuilegium celebrã di Diuina officia ſolemniter in quatuor feſtiuitatibus ſupra dictis, non extenditur ad octauas; ſed ad dies tantum, vt colligitur ex d. c. Alma, & Glo. verb. Aſſumptionis. Silu. Interdictum. 5. num. 3. Armil. num. 43. Nicolaus Ploue. de interdicto Reg. 8. Sot. Couar. & alij. Bart. Med. in ſumm. de interdicto. Nauar. c. 27. nu. 182. & communiter. 236 *V. Extẽdat ad octauas, &c.*

SEd Quęritur. Vtrum ſuſpendatur per omnes dies Natalis, Paſchæ, & Pentecoſtes, vel per primum diem tantum cuiuſque feſtiuitatis? Reſp. Secundum Arch. quem refert, & ſequitur Silu. ſup. tantũ intelligi de vnoquoq; primo die. 237 *V. Suſpẽdat per oẽs dies; Natalis &c.*

Sed re vera (ſub correctione S. Matris Eccleſiæ dixerim) Ego non ſic ſtrictè ta le priuilegium intelligerem. Imò in die Paſchæ, ac Pentecoſtes ad omnes tres dies ampliaſſem: his quidẽ rationibus.

Prima. Quia quamuis in die Natalis Chriſti, tantũm vnus dies attribuatur feſtiuitati Natiuitatis, quia ſecundus tribuitur S. Stephano, Tertius S. Ioanni Euangeliſtæ, Quartus SS. Innocẽtibus: In feſtiuitate tamẽ Paſchali, omnes tres dies ſunt feſtiui propter Reſurrectionẽ, & omnes tres dies celebrantur ſub Officio duplici: Similiter in Pentecoſtes diebus. 238 *Diſtributio dierũ natalis, &c.*

Secunda. Quia tex. in d. c. Alma. non eſt contrarius huic ampliationi, & poteſt credi, quòd ſi de vnoquoque die primo voluiſſet intelligere, id vtique explicaret. 239

Tertia.

Odia reſtringi & fauores ampliari, &c.

240 Tertia. Quia odia reſtringi, fauores conuenit ampliari. tex. in Regula. Odia. de reg. iur. lib. 6.

Beneficiũ principis, quã late interpretandum, &c.

Quarta. Quia beneficium principis,
241 quando non præiudicat Tertio, latiſſimè eſt interpretandum ex l. beneficium ff. de Conſtitu. Et probat, ex multis Ant. Gabr. Tom. 2. Communium opin. pag. 92. col. 2. & pag. 803. col. 2. & pag. 805. col. 1. Silu. & Armil. ſupra. At hic non vertitur præiudicium, ſed potius commodum; ergo ?

Feſta V. a Vigilia in Miſſa, &c.

Quinta: Quia ſecundum Petrum de
242 Palud. in 4. diſt. 18. q. 8. ar. 5. quem refert, & ſequitur Armil. nume. 43. ampliando hoc priuilegium, interdictum debet ſuſpendi in dictis feſtiuitatibus, à Miſſa Vigiliæ Natiuitatis, Paſchæ, & Pentecoſtes. Quod propter honorẽ tantorum feſtorum, cum dictis Doctoribus, mihi videtur ſatis rationabile, iurique conſonum.

Interdictum ſuſpẽditur in die Corpor. Chriſti, & Conceptionis B. M. &c.

243 NOta Secundo. Quòd quamuis per d. text. in d. c. Alma. interdictum generale locale tantùm ſit ſuſpendendũ in dictis quatuor feſtiuitatibus, & non in Octauis; Per extrauagantes tamen, Martini V. & Eugenij IIII. quæ legi ſolent intra Octauas eorum feſtorũ; ſuſpenditur per vniuerſum orbem, in Feſto Corporis Chriſti, & per omnem Octauam; & in feſto puriſſimę Cõceptionis B. Mariæ Virginis, & per totam Octauam, in illis Eccleſijs tantum, in quibus dicitur Officium ordinaũ per Prothonotarium Leonardum Nogarolum, & eius Miſſa quæ incipit; Egredimini. vt tradit Naua. Manual. c. 27. nu. 182. & in Enchirid. de Oratione. c. 10. nu. 86.

De die omnium Sãctorũ &c.

244 SVſpenditur etiam (& meritò) in die omnium Sanctorum, & Defunctorum, ſecundum Palud. ſupra, quem refert, & ſequitur Armil. nu. 43. Epiſcopus autem Scalenſ. de interdicto. ca. 7. pro die omnium Sanctorum tantum dicit opinionem eſſe aliquorum Doctorum, ſed credo etiam pro dimidio die omnium Defunctorum.

V. Interd. ſuſpendat, vſq; ad Completorium, &c.

245 NOta Tertio. Quod licèt Gloſ. verbo Aſſumptionis, in d. ca. Alma. Nicol. Plouc. de interdicto. Regula. 8. Ioan. Ad. & Cald. in d. c. Alma. & alij, dicãt: Interdictum ſuſpẽdi tm̃ in dictis ſolemnitatibus, vſq; ad Veſperas incluſiuè, & non vſq; ad Completoriũ, verior tñ, communior, ac vſu receptior eſt ſententia contraria; uidelicet, ꝙ ſuſpendatur vſque ad Completorium incluſiuè diei, aut Octauæ poſtremæ. Ita tenet Archid. Dominicus, & Peruſinus. in ca. fi. de ſent. Excom. li. 6. quos refert, & ſequitur Nauar. c. 27. nu. 184. Palud. in 4. d. 18. q. 8. ar. 5. quem refert, & ſequitur Armil. nu. 43. Epiſcopus Scalenſ. d. c. 7. verſ. Quid plura. Silu. interdictũ nu. 3. Adducens tex. in c. Si quis Epiſcopus. el 2. 11. q. 3. & tex. in c. Vlt. 92. d. in quibus habetur Cõpletorium in Veſperis comprehendi; & tenent ibid. Laur. Hugo, & Hoſt. & Feder Conſi. 3.

Qualiter intelligatur. Completoriũ, in hoc caſu. &c.

IMo, confirmando hanc ſententiam, F. Bart. Medina (magiſter meus) 246
in Summa de Caſibus, in cap. de Interdicto, notabile quoddam adiungit: videlicet, quod in ſolemnitatibus, in quibus interdictũ ſuſpendit intelligit ſuſpendi vſq; ad Cõpletoriũ incluſiuè dicẽdũ hora cõſueta diei ĩ qualibet Eccleſia, vt (v. g. inquit ille.) Si in Eccleſia maiori Cõpletorium eſt ſolitum dici (Hiſpanico more) hora 3. poſt meridiẽ, & in Monaſterio aliquo hora. 5. licèt ĩ Eccleſia maiori, finito Completorio, imponatur interdictum, in Monaſterio illo poterit dici Cõpletorium ſolemniter hora. 5. conſueta, & poſtea ſeruari interdictum. Similiter in Italia, vbi communiter in eccleſia maiori, dicitur Completorium, hora 21. & in Monaſterijs. 24.

Interdictũ quo ad q̃ officia ſuſpẽdat?

NOta Quarto. Quòd in dictis feſtiuitatibus, in quibus interdictum 247
ipſo iure Capituli, Alma mater, ſuſpenditur: non tantum ſuſpenditur quo ad Officium ſolemne illius diei; ſed etiam quo ad omnes alias miſſas priuatas, & omnia alia Diuina Officia iam publica, quàm priuata: & tam ordinaria, quam extraordinaria; vt tradit Gloſſ. verbo. Sicut prius. in d. c. Alma. communiter approbata, per Dominic. Peruſin, & alios omnes ibid. vt refert, & ſequitur Naua. c. 27. num. 185.

Ex

248 *V: poſſit celebrari Miſſa de alio feſto, & cat.* EX quo patet manifeſtè, quod ultra Miſſam ſolemnem feſtorum illorum poterit quis facere ſibi Miſſas alias eiuſdem feſti: vel alterius ſancti, vel (licèt non deceat) de Requiem, pro defunctis cantare, & ſolenniter, cum apparatu celebrare. Quia qui totum dicit, nihil excludit & tex. in d. c. Alma generaliter loquitur: Miſſas, & alia diuina officia, ſicut prius. i. quaſi in totum, quo adhoc, fuiſſet ſublatum interdictum.

249 *quid poſſit facere interdicto.* INfertur etiam Epiſcopum poſſe his diebus, illa omnia publicè facere, atque ſolemniter, quæ ſtante interdicto ſecretò, vt ſupradictum eſt. nume. 224. & ſeq. videlicet Conſecrare Abbates, Abbatiſſas, Eccleſias, Calices, Altaria, Corporalia, & omnia alias veſtes, Virgines, & earum vela, &c.

250 *Quid circa mortuos ſepeliendos, quū interdictū ſuſpenditur.* DE mortuis ſepeliendis his feſtiuitatibus, quibus ſublatum eſt interdictum à iure, quo ad Diuina Officia; eſt quæſtio inter Doctores; An publicè, & in loco ſacto poſſint ſepeliri? Reſpon. quòd Ioan. Andr. in c. Alma. cum Gemi nia. & Ioan. de Lignano. ibid. & Gloſſ. in Clem. 1. verbo. à iure. Nicol. Plouc. de Interdicto. Regula 9. Hoſt. in c. Cū & plantare) de Priuil. & alij tenent non licere. Cald. autē Cardin. & Felyn. quos refert; & ſequitur Armilla. Interdictum. num. 48. Silu. Interdictum. 5. num. 4. D. Antonꝰ. 3. par. tit. 26. c. 4. §. 1. Sot. 4. diſt. 22. q. 3. ar. 1. pag. 1033. col. 1. & Epiſcopus Scalenſis, de interdicto. cap 7. verſic. In his autem; tenent contrarium, & eſt verior opinio, ſecundum Armil. ſup. & Communior, ſecundùm dictum Epiſcopum, quod mortui omnes, non ſolum Clerici, ac Religioſi, ſed etiam vtriuſq; ſexus ſæculares (quibus aliàs ſepultura Eccleſiaſticā, ſiue ſit cum funere ſolemni, ſiue non, abſolutè prohibetur) publicè, ac ſolemniter in loco ſacro ſepeliri poſſunt; exceptis illis, qui interdicti cauſa fuerunt, aut cauſam, conſilium, auxilium, vel fauorem præbuerunt, vel ſpecialiter, nominatimque interdicti ſunt.

251 *Quid de communicādis ſanis. ſo lis dieb.* QVæritur: Quid dicendum de ſacra Communione his feſtiuitatibus, Vtrum Laici, vel Clerici non dicentes Miſſam, poſſint Communicare? Reſp. per ſequentes Concluſiones. Prima Concluſio. Omnibus exiſtentibus in articulo, vel periculo mortis, prout ſup. nume. 202. & 206. declarauimus, Communio adminiſtratur. Secunda Concluſio. Euchariſtia ſanis, etiam Clericis, non tantùm negatur tempore interdicti, vt ſupra num. 207. diximus; ſed etiam his ſolemnitatibus, in quibus interdictum ſuſpenditur, ſecundum Archi. Ioan. Andr. & alios, quos refert, & ſequitur Silu. Interdictum. 5. num. 3. Armil. & alij. Couar. in cap. Alma mater. 2. par. §. 5. & 6. illatione. 12. Sot. 4. diſt. 22. q. 5. art. 1. Communis. ex Collectario, & alijs. in c. Quod in te. de Pœnit. & remiſ. S. Ant. 3. par. tit. 26. cap. 5. in princ. & eſt tex. in Hiſpania in l. 15. tit. 9. par. 1.

SAcramentum autem Extremæ Vnctionis, cum non ſit præciſæ neceſſitatis (vt cum de eo, ſupra, in 1. par. egimus, dictum eſt) nullatenus eſt concedendum alicui perſonæ, etiam in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ. Quod eſt verum ſecundum omnes. ſupra, ex iure: Priuilegiatis autem per Bullam Cruciatæ in Hiſpania, & alibi per alia ſimilia priuilegia, non tantum in dictis ſolemnitatibus concedi poteſt, ſed etiam tempore interdicti, ſecretò excommunicatis, & interdictis excluſis, & priuilegiatis admiſſis poteſt conferri; quemadmodum ego, poſtquam matrem ſacramento Corporis Chriſti cibaueram meam, Extremæ quoque Vnctionis ſacramentum præbui deſideranti diſſolui, & eſſe cum Chriſto, Toleti. Anno 1573. generali locali exiſtente interdicto. 252 *De ſacramento extrema Vnctionis.*

QVamquam ſacramentum Matrimonij diximus ſupra. nu. 209. poſſe abſque Nuptiali Benedictione conferri tempore interdicti; Diuerſa tamen ratio conſideratur, quo ad Benedictiones Nuptiales in dictis feſtiuitatibus, in quibus interdictum ſuſpenditur. Nā doctores antiqui, conſiderantes, quòd etiam abſque interdicto Nuptiarum Benedictiones erant prohibitæ in multis Anni temporibus. vt patet. in cap. fin. in fin. 31. q. 2. & cap. Gemma de ſponſ. & 253 *De ſacramento Matr.*

cap. fi.

cap. ſi. 3. num. 2. &c. dicentis tempore interdicti ſuſpenſi .i. in illis feſtiuitatibus, tales Benedictiones non poſſe celebrari, niſi in die Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis.

254 *Nuptiæ quando conceſſæ, uel non?*

AT, Cùm per Concil. Trid. ſeſſ. 24. de Reform. Matrim. cap. Vlt. Ab Aduentu Domini N. Ieſu Chriſti vſque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Ciner. vſque ad Octauam Paſchatis incluſiuè prænitùm Nuptiales Benedictiones prohibeantur; patet poſſe celebrari in omnibus feſtiuitatibus, extra illa duo tempora occurrentibus; videlicet, in Pentecoſte, Feſto Corporis Chriſti, & Aſſumptionis Beatę Mariæ, & ſecundum opinionem relatam. ſupra. num. 243. & 244. in die omnium Sanctorum. Quod nullus hucuſque notauit.

255 *Quod interdictũ ſuſpẽdatur?*

NOta Quinto. Quòd ſupra dicta, omnia, quæ de interd. cto ſuſpendendo à iure in dictis feſtiuitatibus diximus, intelligi debent in generali locali interdicto. Si autem interdictum eſſet particulare; nullatenus in dictis feſtiuitatibus ſuſpenditur, vt ex d. text. in c. Alma mater, & Gloſſ. clare patet, & colligunt omnes Doctores, ſupra, maximè Nauarr. ſupra. Margallo in Rubr. de Celebr. Miſſ. verſiculo: Ex quibus infertur, & Couar. in d.c. Alma. 2. par. §. 4. nu. 1.

256 *Quid de oc. Corp. Chriſti, & Conceptionis &c.*

NOta Sexto. Quod, quamuis Nauarr. olim contrarium tenuerit, in diebus, & Octauis Corporis Chriſti, & Conceptionis B. Mariæ omnia illa poſſunt hodie publicè, & ſolemniter fieri; & celebrari Diuina officia, quæ in alijs dictis quatuor feſtiuitatibus, in quibus, interdictum a iure ipſo ſuſpenditur. Vt ait ipſemet Nauarr. cap. 27. nu. 186.

257 *Qualiter inter dictũ poſſit ab homine ſuſpendi, &c.*

NOta Septimo. Quod quotieſcunque interdictum ſuſpẽditur ab homine, poteſt dupliciter ſuſpendi abſolutè, uel ſecundum quid. Abſolutè ſi ſic dicit illud: pro die, ſuſpẽdo interdictũ per vnum, duos, vel plures dies, & tunc, illo ſic ſublato, poſſunt omnia illa fieri, ac ſi nunquam interdictum ſit poſitum. Secundum quid, Iudex interdictum ſuſpendit, quando illud iubet ſuſpendi ad aliquid determinatum; vt ad ſepeliendum aliquem. Nuptias celebrandas, vel proceſſionem aliquam faciendam. Et tunc, ſic ſuſpenſo, tantùm fieri poſſunt illa, ad quæ Iudicis intentio extenditur. vide Nauarr. cap. 27. num. 183. & ſeq.

§. *Sexto.* ¶ *De caſibus in quibus incurritur ſuſpenſio, uel irregu. ob interdicti uiolationem.*

NOta Octauo. Quòd omnes illi qui ſpecialiter, vel generaliter, aliquo interdicto ligati ſunt, ſic a celebratione Diuinorum abſtinere debent, quòd ſi contrauenerint, irregularitatem incurrunt à ſolo Papa diſpenſandam, text. in c. is cui, de ſent. excom. lib. 6. 258 *Pœnę nõ ſeruãtiũ interdictũ, &c.*

Ideo qui cõtrauenerit, fit ineligibilis, caretque voce actiua, & paſſiua: d. c. Is qui, & c. Cùm dilectus. de Conſuetu. 259 *Fit ineligibilis.*

¶ Quare. Si perſona interdicta miniſtrat ſolemniter in ordine ſacro, non minus fit irregularis, quam ſuſpenſus. Ratio eſt, quia quicunque interdictus eſt, idem & ſuſpenſus eſt. Calde. de interdicto Armil. verbo interdictum an princi- pio: Silu. verbo. interdictum. in princi- pio. Silu. verbo irregularitas. num. 14. Simon Maiolus. de irregul. lib. 3. c. 20. num. 3. & ſeque. Hoſt. Ioan. And. Abb. & alij in cap. 2. de Celebr. Miſſar. & eſt Communis opinio quam refert, ſequitur, & declarat Nauar. in Manuali. c. 27. nu. 244. & c. 25. num. 95. 260 *Quid ſi miniſtrat in ordine ſacro?*

NOta Nono. Quòd non ſolum incurrũt dictam irregularitatem ingerendo ſe Diuinis in ea Ciuitate, vel vniuerſitate; quæ interdicta eſt, ſed etiam ſi in quacunque totius Orbis parte celebrauerint, nam ſicut excõmunicatus, in vno loco, vbique eſt excommunicatus, vt ſupradictum eſt: Ita interdictum perſonale, quocunque locorum hominem ſequitur. 261 *V. tantũ in illa ciuitate incurrant has pœnas?*

QVamobrem Populares, vel Collegiati de Populo, vel Colleg o interdicto, vbique adminiſtrare prohibentur. Ratio eſt, Nam ſi nulla parte Orbis poſſunt Diuinis intereſſe, certè multo minus Diuina ipſa exercere poſſunt; & cõſequenter, nec maiores, nec minores ordines 262 *De collegialib. interdictis &c.*

dines

dines accipere. Omnes ſupra. maximè Palud. in 4. diſ. 18. q. 8. ar. 1. concl. 6. Armil. Interdictum. nu. 46. quos refert, & ſequitur Simon Maiolus. ſup.

De celebrante in eccleſia ſpecialiter interdicta.

263 NOta Decimo. Quòd ſi quis celebret, vel miniſtret in ordine ſacro in Eccleſia ſpecialiter interdicta, niſi ad renouandam Euchariſtiam Octauo quoque die, vel ad Conſecrandum pro infirmis, fit irregularis. c. Is qui. de ſent. excom. lib. 6. Sot. in 4. diſt. 14. q. 2. art. 3. & diſt. 22. q. 3. ar. 1. Couar. in d. c. Alma. 2. par. §. 4. nume. 1. & §. 5. numero. 2. Margallo in Rubrica d. de Celebr. Miſſ. verſic. Ex quibus infertur. Nauar. cap. 27. num. 243. & Communis.

Quid ſi generale erat interdictũ, & celebrauit.

264 VNdecimo Nota. Quòd ille, qui in Eccleſia, vel loco generaliter interdicto, celebrauit abſque quadruplici illa modificatione præſcripta. in d. c. Alma, de ſent. Excom. lib. 6. de qua agitur. ſupra. eod. nu. 218. videlicet, ianuis clauſis, ſine pulſatione Campanarum, ſubmiſſa voce, & ſecluſis interdictis; incurrit irregularitatẽ. Rõ eſt, quia perinde eſt celebrare violando interdictum, ac ſi interdictus celebret. Nauar. c. 27. nu. 243. Silu. interdictum. 5. q. 8. verſicu. 2. Sot. 4. diſt. 13. q. 3. arti. 1. col. 10. vbi Sco. q. 2. arti. 2. Palud. 4. diſt. 13. q. 2. ar. 3. Ricar. q. 1. art. 4. Couar. in d. c. Alma. 2. par. §. 2. & 3.

De celebrãte in eccleſia polluta.

265 DVodecimo Not. Quòd ſi quis celebrauit in Eccleſia interdicta per pollutionem voluntariam; vel ſanguinis effuſionem in ea factam; vt ſupra eod. nu. 68. cum ſequent. diximus; licèt mortaliter peccet; nullam tamen Cenſuram, vel irregularitatem incurrit, ita tenent Ricar. Palud. & Sotus. ſup. Nauar. c. 25. nu. 85.

De pulſante cãpanas in interdicto.

266 DEcimotertio. Nota de Campanarum pulſatione, & portarum apertione; quòd ſi quis pulſet Campanas, vel aperiat portas, interdicti tempore, non per hoc fit irregularis, niſi ea intentione faceret, vt ſua auctoritate priuata, vel publica præbeat Celebrationi auctoritatem. Ratio eſt, quia hic actus de ſe non eſt annexus ordini ſacro, nec conſequenter de ſe facit irregularem. Couar. ſup. 2. par. §. 4. nu. 6. Nauar. cap. 27. nu. 245. & num. 177.

De clerico celebrãte corã nõ interdictis.

267 NOta Decimoquarto. Quòd etiam ſi Clericus non excluderet Incolas loci generaliter interdicti, ſed celebret coram illis, non per hoc fit irregularis. Tenet Fredericus, quem refert, & ſequitur Couar. ſupra. nu. 4. Illatione. 8. in fin. Ratio eſt, Quia illi Incolæ non ſunt perſonæ interdictæ, ſed locus tantùm. Nauar. nu. 167. Confirmatur, quia ſi hi incolæ laici abſque priuilegio audiant Miſſas in eo loco generaliter interdicto, abſque vi, & fraude, non peccant; ſaltem mortaliter. Nauar. cap. 27. num. 187. cum Caietano.

De recitantib. Horas in agro. & c. tẽpo. interdicti.

268 NOta Decimoquinto. Quòd recitantes horas Canonicas in agro, tempore interdicti, Vbi fores non ſunt, non peccant, vt ex Nau. capit. 27. num. 175. contra Calder. Villa Diego, & alios, probauimus ſupra. & tenet Couarru. 2. par. § 2. nume. 6. col. 6. Ratio eſt, quia interdictum Vrbis nõ extenditur ad agrum, ſed ad Suburdia coniuncta, vt ſupradictum eſt, tenet Nauar. cap. 27. nu. 167. & Couar. ſupra. nu. 8. Secundo, Quamuis illos recitantes audirent aliqui laici, non illos excludere, quia non ſunt perſonæ interdictæ. Tertio, Quia qui recitat Horas priuatim, etiam beneficiatus, uel ſacris initiatus non facit ſolemniter officium, quod laicus præſtare non poſſit, pro quo facit Couar. in cap. Alma. 1. par. §. 5. num 8. Nauar. c 27. nu. 37. & 176. Et præſertim, quia poſt Extrau. Ad euitanda, non tenemur uitare excommunicatos, ſuſpenſos, uel interdictos, niſi ſint nominatim, & publicè denuntiati, vt probat Ange. Silu. Armil. Couarr. & alij communiter, & Nau. nu. 187. & nos ſupra.

269 SEd certe ſupradicta ratio mihi non placet; probat enim plus nimio, non nihilque habet falſitatis, quare nullatenus extendi debet vltra propoſitum. Nam omnibus ex communi vſu manifeſtum eſt, ꝙ tempore interdicti excludendi ſunt laici priuilegio carentes Nauarr. nume. 187.

Qua-

270 *V. Beneficiatus recitet nōie eccleſię.* QVamobrem, reſolutiuè concludendum eſt eum, qui etiam priuatim recitat Horas canonicas, vt Beneficiarius, vel in ſacris conſtitutus, recitare quidē nomine Eccleſiæ, vt miniſter, quia re id officium nō poterit Deo pro excōmunicatis offerre; nec in loco generaliter interdicto, coram non habētibus priuilegium, illud recitare. *Et ubi poſſit.* Nauar. in Manual. Hiſpano. cap. 25. nu. 45. & Alcocer Confeſſor meus olim Salmanticæ Doctiſſimus in Summa. cap. 27. nume. 60. Lectione 61. Quare Couarr. limitandus eſt de illo, qui abſque obligatione recitat Horas, non vt miniſter.

271 *Quid ſi celebret corā interdictis in loco nō interdicto.* NOta Decimoſexto. Quòd ſi quis in loco non interdicto celebrat corā perſonaliter interdictis, fit ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, niſi ſit exemptus a iuriſdictione Ordinarij, qualis eſt Religioſus (tenentur enim Regulares ſeruare interdictum Matricis Eccleſiæ, ut ſupra ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regularibus. c. 12. diximus) tenet hoc dictū Ricar. cū Sil. verbo. Interdictū. 6. §. 2. verſi. 3. Nauar. c. 25. nu. 94. & c. 27. nu. 157. cū multis alijs, quos refert, & ſequitur Couar. in d. c. Alma mater. 1. par. §. 6. nu. 9. col. 3. *De ſuſpēſo ab ingreſſu eccleſię.* Suſpēſus aūt ab ingreſſu Eccleſię, nō poteſt celebrare in Oratorio per Epiſcopum deſignato, ſub pęna irregularitatis. Non vero peccat ſi celebrat extra Eccleſiā, vel Oratoriū, in Altari aliquo portatili. Siluestr. verbo. Suſpenſio. Armill. eod. num 8. Nauar. c. 25. num. 75. & ca. 27. nu. 170. & tangit. nu. 160. §. 4. & Couar. cum alijs ſupra. in 2. par. §. 1. nu. 3. Item vide Silu. Interdictum. 6. nu. 5. vbi de hoc agit.

273 *Quis dicatur miniſtrare in ordine ſacro, & cæt.* NOta Decimoſeptimo. Ad maiorem declarationem dictorum, & totius materiæ de Cenſuris; quòd in hac materia ille dicitur miniſtrare in ordine ſacro, vt violet Interdictū; qui cantat Epiſtolam, vel Euangelium ſolemniter, cū Stola, vel Manipulo vel ſi ſacerdos celebrat. vel ſi Horas Canonicas, Officia, Capitulum, vel ſimilia cantat in Choro, vt tradunt omnes, maximè Sil. Interdictum. 6. num. 1. & ex S. Th. & alijs tradit Nauar. in Manuali. cap. 27. nu. 244. latè Couar. 1. par. §. 3. numero Octauo.

Idem eſt omnino dicendum de illo, qui Litanias publicè cantaſſet, tanquam ſacerdos, de quo Nauar. cap. 27. nume. 176 ad fin.

NOta Decimooctauo. Quòd etiam auditio Miſſę in Eccleſia non inducit irregularitatem, tempore Interdicti; licèt ſit peccatum, ſecundū Hoſtię. & cōmunem quā tradūt Doctores. ſup. maxime Armil. verbo. Interdictum. nu. 59 & Simon Maiola de Irreg. lib. 3. c. 20. nu. 7. Nauar. c. 27. num. 187. niſi in quatuor caſibus quos ibid. refert. Si aūt Prēlatus aliquis, per modū autorizationis, iubeat aliquem celebrare coram ſe, fieret Irregularis; quia vtitur ſuo Ordine contra Interdictum. Abb. in ca. Tanta. de Exceſ. prælat. 274 *Audire miſſā in eccleſia tpe interdicti, & cæt.* *De Prælato iubente.*

IDem erit de quocunque Domino tēporali, hominevè potenti, qui celebranti cōtra Interdictū aſſiſtat, defenſionis cauſa, qa omnes tales videtur Eccleſiæ Claues cōtemnere, vt in c. Tanta. de Exceſſ. prælator. ſeruata diſtinctione tēporum, & Sacramentorum, de quibus in c. vlt. de ſent. excō. 6. tradunt Doct. ſup. Couar. & alij. 275 *De domino tpali iubente celebrare.*

NOta Decimonono. Quòd ſimiliter violat Interdictum Clericus ſepeliens Laicos in loco ſacro, tempore Interdicti; Quod eſt verū, per ſolū actum ſepeliendi; etiam ſi nullum Officium recitetur. Similiter violatur ſi Clericus Clericum ſepeliat, etiam in Cœmiterio, ſed cum pompa funerali ſolemni. vt ex multis, maxime ex Clemen. 1. de Sepultur. reſoluit Nauarr. cap. 27. numer. 137. nume. 176. & 243. Poſſunt tamen tunc Clerici ſepeliri abſque pompa, etiam in Eccleſia ſpecialiter Interdicta, ſecundum Silue. verb. Interdictum. 5. §. 8. verſic. 2. Couarru. 2. par. §. 2. num. 7. & §. 3. nu. 6. 276 *De clerico ſepeliēte Laicū & c.*

NOta Vigeſimo, & reſolutiuè, pro multarum quæſtionum declaratione; quòd Epiſcopi, vel Clerici facientes tēpore Interdicti ſolemniter aliquod eorū, quę ſunt illis prohibita, quæ poſuimus ſup. nu. 224. & ſeq. efficiunt Irregulares; vt colligi poteſt, ex Silue. Ang. & Ar- 277 *De Prælatis et clericis facientib. prohibita & c.*

& Armil.verbo.Interdictum. num.64. & verbo. Benedicere. nu.6. quos refert, & ſequitur Simon Maio. d lib.5. c.20. nu.7.Epiſcopus Scaſenſ. c.7 Nauar.Conar.& Sotus.vbi ſupra.

278 NOtā Vigeſimoptimo. Quòd Laicorum quoq; Congregationes Interdictæ grauem incurrunt notam contra uemendo; nam ſi congregentur contra interdictū,peccant mortaliter ob inobedientiam;ſed ob hoc ſolum non ſunt irregulares:quia prohibitio de qua in c.Is qui.de ſent.Excom.lib.6.exprimit ſolos clericos. ſecundum Ang. Silu. & alios. Armil.num.56.Sed ſi ijdem in illis Congregationibus pſallant,vel orent,vel cōſultent; ſed ſi diuina miſteria ibi celebrent,vel celebrare faciant,fierēt omnes irregulares,tex.in c. Vltimo.de ſenten. Excom.lib.6. Maiolus. ſupra. nume 9.

De congregationib. laicorū interdictis

279 IMo (quod maius eſt) ſi illæ ſimplices Congregationes ſine Diuinorum celebratione, fierent in contemptum Clauium,irregularitatem inducerent. c.Tāta.de Exceſſ. prælat. Specul tit. de Diſpenſatione.§.Iuxta.verſic.4.

Qn̄ incurrat irregularitatem?

280 SI autem dictæ Confraternitates ſpecialiter, vel generaliter interdictæ non ſint, poſſunt etiam in Eccleſia ſpecialiter interdicta nominatim, cōgregari ibidemq; tractare, Orare, pſallere,& legere abſque irregularitate,& peccato: dūmodo Diuina non celebrent, vel celebrari faciant:quia etiam in Eccleſia interdicta vnuſquiſq; poteſt orare ex Guilhelmi ſententia , quam (vltra alios) refert, & ſequitur Armil. verbo. Interdictum.nu.17.& Simon Maiolus. de irregul.lib.5.c.20.nu.18.

Qn̄ tales Confraternitates poſſūt in eccleſia congregari.

281 TAmen, Nota Vigeſimoſecundo. Quòd licèt Caiet.in Summa,verbo Interdicti violatio, quem abſoluiè ſequitur Armil.nu.65.dicant,ꝙ violantes interdictū, quamuis magnam pœnā incurrant, nō tamen mortaliter peccant, quia (aiunt) aliquando quis efficiendo irregularis,mereatur; vt de participante cum excommunicato, qui licèt magnā pœnam incurrit,videlicet priuationē ſacramentorum; non tamen per hoc mortaliter peccat: hæc tamen aſſertio non eſt ſic abſolutè dicenda, cum in multis caſibus,vt ſupradictum eſt,violantes interdictum peccent mortaliter, maximè, ſup.nume.278.& alijs: quare aliquando eſt peccatum mortale, aliquando, ſed raiò, non. Hoc vnum tamen in hac limitatione eſt verum,& tenendū, quòd quotieſcūque excommunicatio lata eſt contra violantes interdictum,vel violari facientes, illud violando, mortaliter peccant.Quod etiam procedit in eo,qui ſententiam contemnit, vel ratione ſcandali,quod alijs præbet. Doct.ſupra.

V. violans interdictū peccet mortaliter.

Violans interdictū. q. eſt excō. peccat mort.

282 NOta Vigeſimotertio. Quod etſi Moniales incapaces ſiut Ordinis, vt habetur in ca. Poſtulaſti. de ſent. Excom. (& de quacunque muliere diximus. ſupra.in 1.par. de ſacramen.Ordinis) In hac materia tamen violantium interdictum, veniūt Clericorum appellatione. Quamobrem,& ipſæ dicendo officium, quaſi Eccleſiam officiando, & faciendo ea,quæ clericis ſunt prohibita , tāquam competentia ex aliquo ordine, violarēt interdictū,ut probat Armil. verb. Interdictum.nu.66.Sil.Interdictum.6. nu.3. Naua.c.27.nu.187. § Decimonono.

Quid de Monialibus interdictū violantib.

283 IN qua opinione uidetur ſibi quaſi cōtrarius Armilla,cum num.10.(& nos diximus ſupra.num.159)dicat,nomine cleri interdicti non includi Religioſos, & Religioſas. Cuius contrarium tenet Cald.Sil.Dom. Nauar. & alij. uide diſt. nume.159.

Noīe cleri interdī. ñ ueniunt Religioſi. & c.

284 QVorum ſententia probatur ex Sil. ſupra.vbi ait in hæc formalia uerba: Religioſus etiam non ſeruans interdictum,quod ſcit Eccleſiam Matricem ſeruare,eſt excōmunicatus per tex. in Clemen.1.de ſent.Excom.ut habetur ſupra. Excommunicatio.7.§.46. Si tamen uiolator interdicti ſit Religioſus ad nullum ordinem ordinatus, etſi irregularitatem non incurrat:quia non eſt expreſſum in iure,nam c.Is qui. loquitur de ſola irregularitate, quæ procedit ex ſola celebratione diuinorum,vel ordinū exequutione,poterit tamen aliter puniri, ſecundū Calde. vt recludi in arctius Monaſteriū. Et idem videtur de Monialibus:imo tam ille quam iſta eſt ineligibilis actiuè , quia eſt

Silueſtri verba de Monialib. & c.

etſi non habent Ordinem Clericalem, ratione tamen ſtatus ſui, habent Officiũ celebrandi Diuina, ſecundum ſuã conditionem; vnde illam pœnam incurrunt, cuius ſunt capaces. Hęc ille. & Abb. in c. Poſtulaſti. de ſent. Excommunic.

Violans interdictũ, uel ad idinducẽs ſuſpenſus eſt, &c.

285 NOta Vigeſimoquarto. Quòd (vt ſup. in principio de violatione diximus) violans Interdictũ, vel ad uiolãdum inducens ſuſpenſus eſt. Et addo, ꝙ ſi talis ſit Prælatus, omnis eius inſtitutio, deſtitutio, collatio Prębendarum, Beneficiorum ac Dignitatũ, & ſententię in quoſcunque prolatæ ſunt irritæ, & inanes Non ergo poteſt præmiſſa facere. Et (aiunt infra citandi,) idem forte dicendũ eſt in alijs ſpiritualibus. ſ. quòd ſicut ei conferri non poſſunt: ſic nec facta ab eo collatio valet, vt in c. Poſt ulaſtis. de Cler. Excom. miniſt. c. Cũ bonę. de ætat. & qual. tradit. Innocen, Hoſtien. quos refert, & ſequitur Silu. Interdictum. 6. nu. 5. verſi. Tertium.

Interdicta dẽnt habẽre certã uerborum formam.

286 NOta Vigeſimoquinto. Ad totius interdicti materiam intelligendã, quòd interdicta, vt effectum ſuum habeant, debent certam habere verborum formam: nam nuda præcepta de nõ adminiſtrando; non inducunt interdictũ; vt ſi Pręlatus alicui diceret, Ne dicas Miſſam, donec cæremonias diſcas; vel præcipio tibi, ne in Chorũ venias donec amicitiã priſtinam cum tali feceris, & ſimilia. Ad interdictum. enim debent hęc, quæ ſequuntur, vel verba ſimilia exprimi.

Interdico, interdicimus, interdictum declaramus, vel pronunciamus interdictum &c.

Specul. de diſpenſatione. §. Iuxta. verſi. Quæ autẽ dicimus. Quod eſt verum in generali; & publico interdicto. In particulari aũt certæ perſonæ faciendo, quęlibet, etiam extraiudicialis à ſuperiore facta inhibitio, inducit interdictum, ſuſpenſionem, & adminiſtrandi impedimentum tam Canonicum, vt nulla cuiuſuis alterius ſuperioris licentia poſſit ſuffragari, inuito ipſo, qui inhibuit ex Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1. de Reform. & tradit Simon Maiolus. de Irregul. libr. 3. c. 20. num. 10.

Quid requirat ad hoc ut incurrant pœna cõtra faciẽtes cõtra interdictũ &c.

NOta Vigeſimoſexto. Pro multorũ canonum iuris, atque concil. corum declaratione, ac Epiſcoporum mandatorum intelligentia, ſeu explicatione; quòd contraueniendo non dicuntur Interdicti illi, qui agunt contra Canonem, qui infligit pœnam Interdicti, nec quidem ſi edictum Epiſcopi, vel Papæ contineat, quòd contrauenientes ipſo facto ſint Interdicti; non ex hoc ſolo quod contraueniant, nec ſunt interdicti, nec fiunt Irregulares, Nam etſi peccent non obediendo; tamen Interdictum nondum habebit locum, niſi cum denunciatum fuerit, ideſt quum poſt inobediẽtiam ſuperior, & declarauerit Interdictum, & affigi iuſſerit, & re vera fuerit affixum, & ante hanc affixionem celębrantes diuina, nullam incurrunt Irręgularitatem; etiamſi edictum continebat, quòd ipſo iure, cenſeretur Interdicti, vno caſu excepto, inijciendo violentas manus in Clericum ex Conc. Conſtantien. in Extrauagan. Ad euitanda ſcandala quam refert S. Anton. 3. par. tit. 26. cap. vlt. & Silu. verb. Excommunicatio. 5. verſi. Sciendum. & Armil. Interdictum. num. 21. & 39. Couarr. Soto. & alij Nauar. c. 27. nume. 35. & 186. Simon Maiol. de Irregu. li. 3. c. 20. nu. 11. & nos (illam declarando) ſupr. de ſent. excom. & obiter ſup. eodem tetigimus. 287

Interdictũ denũciari debet.

V. ſit neceſſaria particularis intimatio.

NOn tamen eſt neceſſarium omniũ auribus Interdictum intimare; Sufficit enim publicatio in loco publico. arg. tex. in c. Quod dicitis, diſt. 16. (& diximus. ſupra. eod.) ita ꝙ ſi Metropolis; & tota Prouincia fuerit Interdicta, publicatio facta in Metropoli ſufficit, quæ ſi interdicto pareat, omnes aliæ Comprouinciales nõ poſſunt excuſari, quod in ipſarum locis denuntiatio facta non fuerit. cap. 1. de Poſtul. præla. Armil. Interdictum. num. 29. Maiol. ſup. Abb. in cap. Adhoc. de Poſtul. vbi ait ꝙ Epiſcopi ſuffraganei tenentur ſeruare Interdictũ Matricis, quamuis de ſententia Interdicti non habeant plenam probationem, 288

289 *Conſuetudo legũ interpres. Cõſuetudo qua poſſit cõtra interdictũ, etc.*

QVoniam conſuetudo, quę eſt legum interpres, ita pręualet multis in locis, ꝙ ipſa ſtante, mulia antiqua iura ſuã amiſerint vim, Quæritur, Vtrum ex ſola cõſuetudine poſſit quis venire cõtra interdictum ſine pœna? Reſp. ꝙ non: per text. in c. Cum intia. de conſuetudine. Inn. & Hoſt. quos refert, & ſequitur Silue. interd. 6. in fi.

§. 7. *De interdicti relaxatione, vel ſuſpenſione.*

290 *Interdictũ tripliciter ponitur.*

ORdo ipſe poſtulat, vt hic aliqua de interdicti relaxatione, vel ſuſpenſione dicantur; Pro cuius. §. declaratione. Nota Primo. Interdictum poni poſſe triplicciter, ad pręfixum videlicet tẽpus, & determinatum; vel abſolute, & ſine termino: & tertio modo ſub aliqua conditione, vt tradunt omnes, maxime Angel & Silu. Interd. 3. nu. 8. Armil. num. 31. Abb. & Doct. infra.

291 *Tripliciter relaxatur.*

NOta ſecũdo. Quòd quemadmodum vno ex tribus modis ponitur, ita & ſuſpenditur, tollitur, vel relaxatur, videlicet: Si interdictum fuit poſitum ad tempus præfixũ, & determinatum; illo tempore tranſacto, atque finito, finitur etiã & tollitur interdictum, ipſo facto, abſque vlla alia iudicis declaratione. vt notant Doctores communiter, in c. fina. de Matrimo. contract. cont. interd. Eccleſiæ. Abb. c. Non eſt. de Sponſ.

292 SImiliter quando iudex alicui dicit: Interdico tibi Miſſę celebrationem ſi feceris, uel, niſi feceris hoc, uel ſub aliqua alia conditione; conditione adimplera, finitur interdictum, abſque alia iudicis ſuæ uoluntatis expreſſionẽ. omnes ſupra.

293 ALiud eſt, quando interdictum abſoluè, abſque ullo termino ponitur, quia tunc ad tollendum, ſuſpendendum, uel relaxandum interdictum, neceſſaria eſt iudicis uoluntas uno ex ſequentibus, uel alijs ſimilibus uerbis explicata.

Reuoco, Remoueo, Abſoluo, Annullo, Irrito, uel Caſſo Interdictum.

Ratio eſt, quia ad tollendum, uel relaxãdum interdictum, nulla eſt, uel requiritur certa & determinata forma, ſed tãtum nudo uerbo fit interdicti relaxatio, uel ſuſpenſio. Et debet interuenire iuramentum de parendo mandatis. tex. in c. Alma. de ſent. excõ. lib. 6. refert Sil. interdictum. 3. nu. 11. & diximus ſup.

NOta Tertio. Quòd hæc differentia datur inter interdictũ ad tempus, & excommunicationẽ ad tẽpus. Quòd interdictũ adueniente tempore, expirat, vt dictũ eſt ſupra. Excommunicatio autem requirit abſolutionem, etiam finito tempore. tenet Abb. & omnes, vt notat Sil. Interdictum. 3. nu. 13. Armil. nu. 31. Quod procedit in interdicto tam a iure, quàm ab homine, ſecundum omnes. 294

Interdictũ et excõicatio ad tẽpus differũt.

NOta quarto Quòd qñ Eccleſia aliqua a Papa eſt ſpecialiter interdicta; ſi ipſemet licentiam conceſſerit in ea celebrandi; non ideo erit interdictum relaxatum. Si verò ipſe, vel alius qui interdictum protulit, non ſeruando illud, intendit per hoc relaxare, ita ꝙ ipſe proferens hoc dicit: ſecundum Hoſt. & Cal. quos refert, & ſequitur Sil. Interdictũ. 3. nu. 12. Armil. nu. 34. erit relaxatum. 295

Quid ſi eccleſia ſit à Papa ĩterdicta, &c.

NOta quinto. Quod quando perſona eſt ſimpliciter interdicta, & aliqui volunt ſatisfacere, debet quoad eos relaxari interdictum, ſicut de excommunicato petente abſolui. tex. in c. Cum contingat. de offic. deleg. Secus, qñ interdictus eſt tantum locus, uel populus, vel vniuerſitas ſingulares perſona, quæ non peccauit, non eſt abſoluenda, nec requiritur ſatisfactio. c. 2. de Conſt. ſed qui peccauerunt ſatisfaciant, & abſoluantur. Armil. num. 32. Sil. & alij, & Epiſcopus Scal. de interdicto. c. 20. 296

Quid ſi perſonæ ſpecialiter interdictæ uult ſatisfacere.

NOta ſexto. Quòd ſi interdictum eſt ab homine, relaxari poterit ab eò qui illud tulit, vel ab alio, cui is mandauit, aut a ſuperiore, propter aliquam rationabilem cauſam; nunquam autem ab inferiore, quemadmodum, & de excommunicatione tradunt Doctores cõmuniter, & ex cap. 3. de offi. ord. & cap. Quærenti. de verb. ſign. notat Epiſcopus Scalenſis. ſupra. 297

Quis poterit interdictũ ab hoĩe relaxare.

Si au-

298 *Quid ſi interdictũ a iure, &c.*

SI autem a iure, & iuris conditor ſibi non reſeruauit, Epiſcopus remittere poteſt, & non ordinario inferior; Secus ſi reſeruauit ſibi, quia tunc ipſe ſolus poteſt, vel ille cui mandauerit. vt habetur in tex. c. Nuper. cũ Gloſ. de ſent. excom. Silu. Armil. Tab. & alij ſup. Epiſcopus Scal. d. c. 7. in fi. Archid. & alij in d. c. Nuper. Abb. in c. Ad hæc. de Appel. vide c. Si Petrus. 24. q. 1.

299 *Iudex põt interdictũ ſuſpẽdere, &c.*

NOta ſeptimo. Quòd iudex qui tulit ſententiam, poteſt Interdictum ſuſpendere, & ſi ſtante ſuſpenſione appelletur, ſuſpenditur ſententia, ſicut ſi interdictũ eſſet conditionale, ſi fertur pro delicto proprio, non poteſt ſuſpẽdi, ſecus ſi in perſonã pro delicto alieno. Abb. in c. Adhæc. de Appel.

300 *Quid ſi vult ſatisfacere is ob cuius culpam interdictũ generale latũ eſt.*

NOta octauo. Quòd ſi tempore generalis interdicti is, propter cuius culpam latum eſt, vult ſatisfacere; tollitur dictum. Si autem fuit culpabilis tanquã conſiliarius, vel auxiliarius, licèt accipiatur cautio, & iniungatur pœnitentia, nõ tamen relaxabitur interdictum. tex. in c. Alma mater. de ſent. excom. lib. 6. vbi Ioann. Andr. quẽ refert, & ſequitur Silue. Interdictum. 3. in fi Quod ſi non propter eius culpam latum eſt: ipſe quidem punitur, ſed eius ſatisfactio non requiritur. per tex. in c. Si ſententia. de ſent. excom. li. 6. Sil. ſup.

Multa alia poterant de interdicti relaxatione adduci, quæ, quia magis ad Iudices, quàm ad Confeſſores ſpectant, cõſultò omiſſimus vide Doct. omnes ſup.

§ octauo De priuilegiatis per Bullam cruciatam in Hiſpaniarum Regnis, uel per aliud ſimile priuilegium multis Confraternitatibus, alijſque perſonis conceſſum.

301 *Bulla Cruciata de interdicto, quid concedat.*

ET, vt dictæ Bullæ conceſſionem declaremus; eius formalia verba, ex lingua Hiſpanica, vel rectius, Caſtellana in Latinam traduximus. Cuius Bullę Clauſula, quo ad interdicti tempus, talis eſt.

Quod habens talem Bullam poſſit

Secunda Pars.

tempore interdicti a ſede Apoſtolica, uel ab Ordinario poſiti in omni Eccleſia, uel monaſterio. uel etiam in Oratorio particulari ab Epiſcop. deſignato, & uiſitato, miſſas, aliaque diuina officia, per ſeipſum (ſi fuerit ſacerdos) celebrare, uel ab alijs celebrare facere coram ſe ſuiſque cognatis, atque familiaribus: ibique Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, aliaque Sacramenta (die Paſchatis excepto) recipere. Dummodo talis interdicto cauſam non dederit: vel per eum non ſteterit, quo minus Interdictum tollatur.

Hac etiam conditione ꝙ Oratorio tali intereſſentes, preces Deo fundant pro conſeruatione, atque unione Principum Chriſtianorum, ac uictoria contra infideles. Quæ oratio uniuſcuiuſque relinquitur arbitrio:

ITem concedit ſupradictis habentibus Bullam, ꝙ ſi interdicti tempore uitam finierint, eorum corpora in loco ſacro, cum moderata pompa funerali poſſint ſepeliri. Hæc ibi. 302 *Quid in morte, &c.*

303 *Interdictum & ceſſatio in quib. differãt, & cõueniant?*

PRo cuius. §. declaratione. Nota Primo. Quod quamuis interdictum & ceſſatio a diuinis in multis differant, & conueniant, & quamuis interdictum generale, & ceſſatio æquentur quo ad modificationem prędictã. in c. Alma mater. & quo rigorem. Clem. de ſent. excom. vt ex multis probat Nau. c. 27. nu. 188. & ſeq. In hoc tamen caſu, Bulla Cruciata, vel ſimile priuilegiũ conceſſum pro tempore Interdicti, nõ prodeſt pro ceſſatione a diuinis, etiam generali, vt tradit Nauar. c. 27. ſup. & Couar. in c. Alma mater. de ſent. excom. li. 6. 2. p. 4. contra alios, quos ibid. refert. *Bulla Cruciata uel ꝓ ceſſatione.*

NOta ſecundo. Quod, ut notat Ang. & alij Summiſtę, & melius Silu. verb. Interdictũ. 5. q. 5. verſi. 8. per tex. in c. Licet. de Priuileg. lib. 6. Nauarr. c. 27. nu. 178. Sot. in 4. diſt. 22. q. 3 art. 1. Couar. ſup. § 4. nu. 3. illatione 7. Priuilegiũ quodcũq; & Bullæ Cruciatæ in quo dat facultas tẽpore interdicti audiendi Miſſam, &c. nihil prodeſt ijs, q cauſam interdicto, dedere, vel cõſiliũ, auxilium, 304

vel fauorem ad perpetrãdum delictum, ob quod poſitum eſt, præbuerunt. Quod etiam patet. in c Alma mater. cum Gl. de ſent excom 6.

305 *Quid poſſint habẽtes bullam Cruciatam etc*

NOta Tertio. Quod priuilegiati ſecundum d. Bullam Cruciatam, vel aliud ſimile, poſſunt omnibus diuinis officijs, Miſſis, Litanijſque intereſſe, & omnibus alijs, cum moderamine. d. c. Alma.

306 *De clericis nõ habentibus priuileg. & ſacularib habentib.*

NOta Quarto. Quod habentes dictam Bullam Cruciatam, vel ſimile priuilegium ſæculares, sũt melioris conditionis Clericis non habentibus. Nam tales priuilegiati duo poſſunt tali Interdicti tempore, quæ nõ poſſunt Clerici; nam priuilegiati poſſunt Communicare, quod Clericis extra celebrationem non licet a Iure. Secundo tales priuilegiati in mortis articulo poſſunt Sacramentum Extremæ vnctionis accipere; ꝙ (vt ſupradictum eſt) etiam ſacerdotibus, minimè eſt conferendum.

307 *Habens Bullam cruciatã etc. quid poſſit circa Miſſam, etc.*

NOta Quinto. Quòd habens talem Bullam Cruciatam, vel aliud ſimile priuilegium (ſunt enim complura in Confraternitatibus ſimilia priuilegia) poterit, ſi fuerit ſacerdos, in Oratorio, vel Capella priuata, & particulari, deſignata, & viſitata ab Epiſcopo, ſecundũ decretum Conc. Trid. ſeſſ. 22. de vitandis ĩ Miſſa, p ſe Miſſas, aliaq. diuina officia celebrare, vel ſi nõ fuerit ſacerdos, p alium facere celebrare, & ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum ibidem accipere poterit. tradit latè & benè de hoc priuilegio Bullæ Cruciatę, Sum. Confeſſ. lib. 3. tit. 33. q. 245. cum Inn. Hoſt. Io. Andr. & alij in c. Quod in te; in fin. de Pœnit. & remiſſ. vbi multa habentur de Cruce ſignatis Tangit aliqua Silu. verbo. Interdictum. 5. q. 5. verſi. 10. tradit multa, multos allegans, Couar. in c. Alma. de ſen. excommu. lib. 6. 2. par. §. 3. nu. 1. & Gloſ. verb. Signati. in c. Licet. de Priuil. lib. 6. & melius in Extraua. Inn. IIII. quę incipit: Malitia huius temporis. extat impreſſa inter literas Apoſt. pro officio. S. Inquiſitionis. Et quamuis Martinus Ledeſ. in 2. par. q. 29. art. 1. hoc, de communione, in priuato Oratorio neget, tenendum eſt contrarium, cũ clarè concedatur in dicta Bulla, abſque vlla iuris, vel priuilegij ampliatione, vel extenſione.

308 *Epiſcopi diligẽter circa Oratoria.*

ERit autem maxime cõſiderandum, & cauendum à Reuerendiſſimis Epiſcopis, ne talis licẽtia, niſi Principib. alijſque nobilibus, deuotiſque perſonis concedatur. Quòd ſi alicui concedenda erit, omnino vitari debet, ne tale Oratorium in eadem camera, vbi coniugati cubant, conuerſanturque, erigatur. vide. d. Conc. Tri. ſup. & optime Nau. c. 25. nu. 81. & Sot. in 4. d. 13. q. 2. ar. 3.

309 *De oratione requiſita ĩ Bulla cruciata*

NOta ſexto. Quòd quamuis in dicta Bulla Cruciata requiratur ꝙ audiẽtes Miſſam in dicto Oratorio ibidẽ Deo Orõnẽ faciãt; hoc tñ eſt cõſiliũ, & exhortatio Sũmi Põt. quod liceat debeat fieri, quia Bulla aliqualem imponit obligationem: non tamen videtur conditio requiſita; quia prius incipit Miſſa dici quam fundat ea oratio. ita Docto. cõmuniter.

310 *Vnicuique licet renũciare iuri ſuo.*

NOta ſeptimo. Quòd cum vnicuique liceat proprio iuri renunciare: per multa iura, & omnium communem, videbatur ꝙ ille qui habet Bullam Cruciatam, vel aliud ſimile priuilegium ad audiẽdam miſſam tempore interdicti, poſſet ſi velit, illam nõ audire ita ſenſit Silue. verb. Priuilegium. §. 10. Arch. & alij antiqui, & ex Modernis Cano. & Magiſter Sanctius, qui Concilio Trid. affuit, & alij. Contrarium autem, imò quod tale priuilegium habens teneatur illã audire, tenet Io. Andr. in c. fi. de ſent. excõ. lib. 6. quem, cum communi Hiſpaniæ conſuetudine, refert, & ſequitur Nauar. c. 21. nu. 3. tenet. Sot. in 4. diſt. 13. q. 2. ar. 1. & d. 22. q. 3. art. 1.

311 *Habens Bullam ſepelitur ĩ loco ſacro.*

NOta octauo. Quòd, quemadmodum in dicta Bulla Cruciata patet, habẽs illam quicunque ille ſit, poterit etiam intra eandem Eccleſiam ſepeliri, cum moderata pompa.

312 *Pompa moderata, q̃ ſit.*

SEd quæritur. Quæ dicatur in præſenti moderata pompa funeralis? Reſp. Illam eſſe, quæ continet dimidium ſolẽnitatis, quæ alias fieri ſolet, vt explicat Iulius Papa III. & Pius V. in Bulla anni 1555. Cordub. lib. 5. de indulgent. q. 43.

43. dub. 5. De electione autem Sepulturæ unde Mandoſium, tit. Confeſſionale. Folio 77.

Familia uel familia res perſonę quę dicatur, &c.

313 NOta nono. Pro declaratione verborum illorum, quæ habentur in dicta Bulla Cruciata, ſcilicet.

Poſſit in Eccleſia, uel priuato Oratorio per Epiſcopum deſignato in ſua, ac familiariũ domeſticorum ac conſanguineorum ſuorum præſentia facere ut miſſæ celebrentur, etiam tempore interdicti.

Quòd familia, ſeu familiares dicũtur cognati vſque ad quartum gradum: vt tradit ex multis Couar. lib. 3. Variarum reſolutionum. c. 1. nu. 4. col. 2. in fi. Ant. Gabr. tom. 1. ex Emanuele Xuarez. pag. 476. Sil. verbo, Interdictum. 5. q. 1. verſ. 4. & uerbo. Familiaris. Ang. verb. Interdictum. 6. §. 4. Nauar. c. 27. nu. 181. Sot. 4. d. 22. q. 3. art. 1. col. 9. Ledeſ. 2. par. q. 26. ar. 2. fol. 362. col. 4. Duenas. Regula. 305. * Et qui dicantur familiares tradit latè Goffr. in Sum. tit. de Appel. in Rub. numero 20.

Quid cõcedatur a iure, & quid a Bulla

314 NOta decimo. Quòd quamuis Glo. in c. Licèt. §. Cum conceditur, de Priuil. lib. 6. limitet, vt ſoli Barones vel Matronæ Illuſtres poſſint familiam, vel famulos comitantes ſecum ducere tempore interdicti: Hoc tamen priuilegium Bullæ Cruciatæ largius eſt interpretandum; Quia in ea clare & expreſſe conceditur, vt quilibet dictam Bullam habens poſſit etiam familiares, qui illam comitari non ſolent, ac conſanguineos alibi morantes ſecum ducere ad Miſſam, aliaque diuina officia. Ita Doctores ſup. notab. 9. & Mandoſ. in Practica, tit. Altare, folio 74.

circa familiares &c.

Facit pro hac ſententia, quod illud quod dicta Gl. ait: tantum conceditur Epiſcopis, Baronibus, alijſque nobilibus perſonis, in fauorem dignitatis, ne famulis extra Eccleſiam manentibus illi ſoli, & abſque debito honore, & ſolito obſequio in Eccleſiam ingrediantur. At uero in dicta Bulla non agitur ſolum de talibus perſonis nobilibus, ſed de quocunque alio vtriuſque ſexus talem Bullam ſuſcipiente, & ſic eſt particulariſſimum priuilegium Bullæ.

NOta undecimo, & ultimo. quod ut ſupra tetigimus, ſacerdos quilibet celebrare uolens, poteſt ex Bulla hac, uel alio priuilegio accipere miniſtrum Laicũ Bulla carentem, ſi non reperiat Clericũ, qui miniſtrare illi poſſit. Cald. de interdicto. Dueñas. ſup. Couar. in c. Alma. 2. par. §. 4. nu. 5. illatione 11. Nauar. ca. 27. nu. 181. Margallus. in Rub. de Celebrat. Miſſar. & alij communiter. 315

Et cum his materiæ Interdicti finem imponimus.

TRACTATVS DE IRREGVLARITATIBVS.

De Quibus,

TRactat (pauca tamen) S. Tho. in 4. d. 27. q. 3. & prima ſecundæ. q. 20. art. 5. & latius aliquantulum. 2. 2. q. 64. ar. 7. q. 108. ar. 4. S. Anto 3. par. tit. 28 c. 1. Ang. Sylu. Tabiena, Armil. & alij Sũmiſtę. verbo, Irregularitas. Doctores Canoniſtę in multis locis. in c. Niſi cũ pridem. de renũntiatione. & habetur in iure, in titulo de Homicidio, & corpore uitiatis in Decretalib. Sexto. & Clemen. & in Decreto, in multis locis per totã 26. vſq; ad 55. d. tradit latiſſime Gundiſaluus de Villa Diego. trac. de Irregularit. Summa Confeſſorum, lib. 2. tit. 1. ab initio q. 21. Tractatus Sacerdotalis, de irregul. Couar. in Clemen. Si furioſus, de homicidio. Dominicus Sot. lib. 5. de iuſtitia, & iure, & in 4 d. 25. q. 1. Nauar. Manuali. c. 27. nu. 191. Simon Maiolus, de irregularitate, & Canonicis impedim. tradit aliqua Corduba. in Summa. q. 34. 37. & 41. Epiſcopus Papienſis. in tract. de cenſuris. titu. de irreg. B. Medina. in Summ. 1. par. Alfonſus Caſtrenſis, libro 2. de Lege pęnali. Aluarus Pelagius. de planctu Eccleſiæ. lib. 1. cap. 48. Albertus Trotius: de uero, & perfecto Clerico. & multi alij.

Introitũ. EX quibus omnibus (vt S. faciebat Anton. ex ſuorum fratrum uirtutum floribus) faſciculum hũc noſtrum de irregularitate componemus; quem credimus omnibus odorem ſuauiſſimũ, vberrimumque fructum ſimul cum floribus præſtaturum.

Difficile tractare de irregularitate. Fateor tamen materiam irregularitatis tractare eſſe difficile, ob Autorum varios modos, methodoſq; illam tractãdi. Quidam enim regulas poſuere aliquas, vt totam materiam comprehendere, vt Nicolaus Ploue, in tractatu Sacerdotali, qui quinquaginta regulas aſſignauit. Alij ad tria, Alij ad quinque capita omnes irregularitatis ſpecies reduxerunt; Alij tractatus integros, quaſi inordinate compoſuere. Alij autem: vt Summiſtæ, per hoc uerbum, irregularitas numeris diſtinctis materiam omnem declararũt. Nos autem ad quinque ſpecies, (vt moderniores, vt Nauar. Epiſcopus Scalenſis: & alij fecerunt) materiam omnem reducemus, & vnamquamq; ſpeciem in diuerſos. §§. diuidem⁹, vt facilius ab omnibus intelligatur.

¶ Et antequàm ad ſpecies deſcendamus, notabilia aliqua, vt conſueuimus, proponemus.

1 *Difficile irregularitates numerare.* NOta Primo. Quod, quemadmodum notauit Aluarus Pelagius in tractatu de planctu Eccleſiæ. lib. 1. ar. 48. & refert Nauar. c. fin. 15. q. 1. in argumento, & tradit Simon Maiol. de irregular. in princip. & Epiſco. Scalenſ. & notarunt olim viri doctiſſ. quaſi impoſſibile eſt omnes irregularitates, vel omnes caſus in quibus irregularitas contrahitur numerare, maxime his temporibus hominum creſcente malitia; ita mihi uidetur difficillimum omnes in unum congerere. Fateor tamen quaſi omnes ſupradictos, & alios vidiſſe exquiſitos autores, vt legentibus commodum aliquod poſſem ad ferre.

2 *Fraſes antiquorum canonum.* POnam, nihilominus fraſes aliquas, modoſque dicendi quibus ſacri Canones vti ſolent, irregularitatem notando, quos diligentiſſime ponit Maiol. ſupra lib. 1. c. 1. num. 4. ¶ Nam Primo. in c. Præcipimus. diſt. 34. dicitur: Non audeas promoueri. ¶ Secundo. In c. curandum ead. diſt. dicitur: Ceſſabit a Clero,

& a

& a ſtatu ſui cleri præcipitabitur. ❡ In c. Theugaldum. 11. q. 3. dicitur: Sacerdotij officio alienus. ❡ In principio. 81. diſt. dicitur: Prohibeatur ordinari. ❡ In cap. Si laici. 34. diſt. dicitur: Ad miniſterium Eccleſiaſticum nõ adducatur. ❡ In principio. 42. diſtin. verſic. Si enim vidua; dicitur; prohibendi à Sacerdotio. ❡ In cap. Si quis Epiſcopus, cum gl. 83. diſt. dicitur. Suſpendatur, vel deponatur ❡ In cap. Epiſco. 45. diſtin. dicitur: Officio ſuo deijcitur. In cap. Tanta. 86. diſt. dicitur Maledictione feriatur. ❡ In c. Quoniam. 47. diſt. dicitur: Deijcitur à clero. ❡ In cap. Clericus. 1. & 2. diſt. 46. dicitur; Ab officio degradetur. ❡ In cap. Quoniam 47. diſtin. dicitur. Alienus à regula. ❡ In cap. Conſequens. diſt. 88. dicitur: A Clericalibus officijs cogatur abſtinere. ❡ In cap. Epiſcopus, aut Sacerdos, ead. diſt. dicitur: Deijciatur. ❡ In cap. Epiſco. 21. q. 4. dicitur. Communione priuetur. ❡ In cap. Si cuius vxorem. diſt. 34. dicitur. Non poteſt ſuſcepto miniſterio perfrui. ❡ Ibidem. dicitur. Ad miniſterium Eccleſiaſticum admitti non poteſt. ❡ In cap. De laicis. 34. diſt. dicitur. Impedimentum præſtat quominus pertingat ſacros ordines, & multis alijs locis, vt poterit diligens inueſtigator videre.

3 *Vox: Animaduerſio, quid?*

NOta ſecundo. Quòd ſæpe in multis Canonum, atque Legum locis inuenitur hoc verbum. Animaduerſio, pro pœna alicuius capitalis criminis. Et tunc tale verbum ſignificat degradationem clerici, & traditionem curiæ ſecularis, & conſequenter irregularitatẽ ſecundum Hoſt. in cap. In quibuſdam, de pœnit. in 6. Felin. in c. In nonnullis, de Iudæis, per text. illum & per glo. in l. Imperium. ff. de iuriſd. om. iud. tex. & Doct. in cap. Vt Inquiſitionis, de Hæret. lib. 6. quos refert, & ſequitur Maiolus. de irregu. libro primo cap. primo in fine.

4 *Diffinitiones periculoſæ.*

NOta tertio. Quòd quamuis difficile eſt irregularitatis veram diffinitionem adferre. Primo quia omnes iuris diffinitiones ſunt periculoſæ text. in l. Omnis diffinitio, vbi Glo. & omnes. ff. de regu. iur. Secundo. Quia irregularitates veterum Canonum ſunt immutatæ, quædam ſuperadditæ; nihilominus tamen congruentiorem, diffinitionẽ in medium proferam. Dixi, congruentiorem. Nam varie diffinierunt. Specul. enim titulo. de Diſpenſatione. §. Iuxta. in princ. ſic ait. Irregularitas eſt nota; ſeu impedimentum Canonicum ex facto, vel defectu prouenient. quo quis prohibetur ad Eccleſiaſticos ordines promoueri, & in eiſdem miniſtrare. Eodem modo diffiniunt Ioan. Andr. & Arch. in c. 1. de iudic. libro. 6. Alio modo diffinit Lapus. in Clement. Si furioſus, de Homic. ſcilicet, irregularitas eſt impedimentum Canonicum proueniens in clerico ex violatione Cenſuræ Eccleſiaſticæ vel ex alia notabili inobedientia. Aliter, & prolixius abunde, diffinit Marianus Socin. in cap. Sententiam, col. 2. ne cleric. vel Monachi. & Doct. in ca. Ad audientiam, de Homic. videlicet, quod irregularitas ſit ius impeditiuum promotionis, vel executionis ordinis, iure diuino, & canonico inductum, propter aliquem defectum, inobedientiam, factum, vel negligentiam.

Irregularitates varia; &c.

Irregularitas deffinitur.

Melior diffinitio

QVibus omnibus diffinitionibus, & alij; quas ex S. Ant. 3. par. tit. 28. cap. 1. Villa Diego. de irregul. col. 1. Nicolao de Ploue, de irregul. colum. 1. Aluaro Pelagio, de planctu Eccleſiæ. lib. 1. art. 46. & alijs, tangit Nauarr. cap. 27. nume. 191. omiſſis, melior, & compendioſior eſt, diffinitio quàm ex mente Canonum, & Innoc. communiter recepto, in cap. Niſi cum pridem, de renun. tradit Nauarr. ſupra. Couarr. cum multis alijs, in Clement. Si furioſus, de Homic. in princ. Sotus. in 4. diſtin. 22. quæſt. 3. art. 1. Epiſcop. Scalenſ. de irregular. cap. 2. Epiſcop. Papienſ. de irregul. in principio, videlicet: Irregularitas eſt impedimentum inductum a iure Canonico, directe impediens acceptionem Ordinum Eccleſiaſticorum, aut aliquem eorum vſum quatenus ſunt Ordines, etiam poſt pœnitentiam.

Sed

Irregularitas incurritur cum & sine peccato.

6 SEd cùm, ſecundum omnes, & videbitur infra, irregularitas dupliciter incurratur, cum peccato, vel ſine peccato. Cum peccato, vt in Homicida, mutilatore, & alijs. Sine peccato, vt illegitimo, Bigamo, & alijs, adderem ego libenter dictæ diffinitioni verba hæc, culpato, vel innocenti: in hunc modum.

Irregularitas eſt impedimentum à iure canonico inductum, directe impediens culpato vel aliquando innocenti, acceptionem, &c.

Irregularitatis. Ethymologia.

7 NOta quarto. Quod quãuis multi multa inuoluant de ethimologia huius nominis: Irregularitas, clarius declarabis dicendo illorum eſſe irregularem, qui ſecundum regulas Canonicas, ad ordines admitti non poteſt. Vnde (merito) illum incapacem ad ordines dicemus, non quòd non ſeruauerit regulas Canonum, ſed quod nõ habeat requiſita per regulas Canonum ad ordines. Ita poteſt colligi ex ipſamet ſignificatione, & effectu, & ex traditis a Couarr. in d. Clement. Si furioſus. in princip. & ex Maiolo. ſupra. cap. 1. nu. 1. & alijs.

8 NOta quinto. Quod quamuis aliqui olim, & Maiolus hodie lib. 1. c. 3. voluerint irregularitates aliquas fuiſſe iure diuino introductas. Leuitic. cap. 21. & 1. Paralipom. 28. c. & habentur in c. 1. de conſec. diſt. 1. alias eſſe Apoſtolicas, vt, 1. ad Timoth. ca. 3. & ad Titum. c. 1. Rectius tamen videtur cum diſtinctione loquendum, vt diſtinguit Epiſcopus Scaleuſis, de irreg. c. 1. videlicet irregularitates illas veteris Legis vmbras, & figuras eſſe irregularitatum legis gratiæ.

9 AD ſecundam autem ſpeciem, quã quidam dicunt eſſe de iure Diuino, propterea quòd Apoſtolus 1 ad Timot. 3. & ad Titum. 1. prohibuerit Bigamum, vel Homicidam Ordinari: Reſpond. non eſſe rationi, veritatique conſentaneum, talia iudicare de iure diuino abſolute. Quia ſi hæc eſſent iuris diuini Eccleſia diſpenſare non poſſet: Nam in ijs, quæ ſunt iuris diuini, Eccleſia non diſpenſat: At contrarium habetur in capitu. Lector, & ibid, Glo. 34. diſt. vbi cum Bigamo fuit diſpenſatum. Et cum homicida, etiam voluntario poteſt Papa diſpenſare, vt ferè omnes fatentur Doctores. Imo quod Epiſcopus diſpenſare poterat olim cum homicida voluntario ſecreto, vt ſuo loco dicetur. 10

Papa in quib diſpenſat vel nõ?

11 ET ad comprobandam hanc veritatem fateor me duas diſpenſationes ſuper homic. volunt. ſecreto, in confeſſione habuiſſe, conceſſas à S. D. N. Pio Papa V.

Pi⁹ Papa V diſpẽſauit in Homic. volunt.

SEd pro dubij huius reſolutione dicẽdum, aliquid iuris eſſe diuini, duobus modis intelligi poſſe. Vno, quod vim habeat ex inſtitutione diuina, & id proprie dicitur eſſe iuris diuini: veluti ſunt Articuli Fidei, ac Sacramenta nouæ legis, in quibus nulla datur diſpenſatio, proprie loquendo: ſecundum S. Thom. Quodlib. 4. ar. 13. & in 1. ſent. diſt. 47. & in 3. lib. ſent. diſtin. 37. quem cum multis alijs, refert, & ſequitur Silueſt. verbo Papa. num. 16. Armil. verbo Diſpenſatio. à num. 4. & omnes alij Summiſtæ verbo. Papa, Diſpenſatio, & Fides. Ratio eſt, Quia inferior diſpenſare non poteſt in præceptis ſuperioris, vt tradunt omnes Canoniſtæ, in Rubric. & per totum, de Maior. & obedien. S. Th. 4. diſtin. 15. q. 3. art. 2. q. 1. & 3. par. q. 97. art. 4. ad tertium. Silue. ſup. verſicu. tertium. ¶ Poterit tamen Papa diſpenſare in omnibus, inquantum diſpenſatio declarationem dicit, quando oritur dubium aliquod circa dictos Articulos Fidei, Sacramenta, ius naturale, & Diuinum. S. Thom. prima ſecundæ q. 100. art. 1. ad 4. S. Anton. 2. par. tit. 1 c. 21. quos refert, & ſequitur Armil. verb. Diſpenſatio. num. 2. Sotus. Couar. & omnes. Altero modo, quod efficaciam ducat, non quidem ex Diuina inſtitutione, ſed ex humana autoritate, Diuinitus tamen homini conceſſa: & hoc proprie dicitur iuris eſſe poſitiui: & impropriè dici etiam poſſet iuris Diuini, quatenus homini diuinitus conceſſum eſt: In quo genere poteſt collocari irregularitas, præ-

12 *Duobus modis ſ aliqd de iure diuino.*

13 *Inferior nõ diſpenſat in lege ſuperioris.*

14 *Qualiter Papa poterit diſpẽſare in iure diuino.*

præſertim contracta ex homicidio voluntario, & Bigamia. Scalenſ. ſupra.

15 *Omnis irregularitas an iure Canonico ?*

Reſolutiue ergo concludendum erit, irregularitates omnes, quibus nunc ſancta Romana vtitur Eccleſia; tantum eſſe de iure Canonico poſitiuo, ſiue Pôtificio, ſecundum Innocen. in capit. Ad audientiam, de Homicid. & omnes autores ſupra, diffinientes eſſe impedimẽtum Canonicum, & vide Nauar. nume. 191. ad fin. Innocent. Item in capit. Niſi cum pridem. de renunciat. Archidiac. in cap. Apoſtolica. 56. diſtin. in princ. Innocen. Imol. Villa Diego, & Comm. in d. Clement. 1. de Homicid. quam refert, & ſequitur Couar. ibid. nume. 2. Palud. 4. diſt. 35. quæſt. 3. S. Anto. 3. par. tit. 28. c. 2. §. 6.

16 *V. Irregularitas ſit ſuſpẽſio.*

Nota ſexto. Quod quamuis Sylue. & Tabien. verbo irregularitas in principio, quos refert Nauar. ca. 27. num. 191. ad finem, ſignificauerint irregularitatem eſſe ſuſpenſionem, & plus aliquid; falluntur tamen: Quemadmodum etiam fallitur Speculator. de diſpẽſatione. §. Iuxta: ſignificans omnem excommunicatum, ſuſpenſum, aut interdictum eſſe irregularem.

17 *V. Irregularitas ſit cenſura, &c.*

Nota ſeptimo. Quòd quamuis Do. Sotus. in 4. diſt. 22. q. 3. art. 1. & alij dicant irregularitatem inter cenſuras numerari Eccleſiaſticas; minime tamen eſt tenendum, cum ſæpe dictum ſit ſupra Cenſuras Eccleſiaſticas tantum eſſe tres excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum, vt patet clare in c. Quærenti. de verb. ſign. Ang. Sylue. Armill. verbo, Cenſura. Naua. c. 27. in principio, & diximus ſupra in princ. de ſenten. excom.

18 *Affectus quã puniatur vt effectus, &c.*

Nota octauo. Quod etſi ſæpiſſime in iure in atrocioribus delictis affectus puniatur, vt effectus, vt in ca. Si quis non dicam rapere. de Pœniten. diſ. 1. cum multis, & Bald. per text. ibi. in l. Si quis non dicam. C. de Epiſco. & cleric. Gl. ibi. communiter approbata. in l. 1. §. Hæc autem verba. ff. Quod quiſq; iuris Couar. in Clement. Si furioſus, de Homicid. in initio. 2. par. nu. 6. In irregularitate tamen fallit, nam ad incurrẽdam illam non ſufficit voluntas, quantumcunq; determinata faciendi id, per quod illa incurritur. Nauar. c. 27 num. 193. Couar. in d. Clem. 1. in princ. nu. 4. cum multis alijs.

19 *Non incurritur irregularitas niſi ĩ iure, etc.*

Nota nono. Quod quãuis quaſi infinitæ ſint irregularitates, vt ſupra dictum eſt nullus tamen irregularitatis notam incurrit, niſi in caſibus à iure expreſſis Nauar. ſupra. num. 194. verſi. 5. & omnes maxime Maiolus. lib. 1. c. 2. in princip. tex. in c. Is qui de ſent. excom. lib. 6. quem citat Sylue. & Armill. verbo irregularitas. num. 1. Epiſcopus Scalenſ. de irregul. c. 3. Couar. ſupra. nu. 3. ſumma Confeſſ. Sotus, & alij ſupra Archi. in cap. excommunicatos. 11. quæſt. 3. Fely. in cap. ad audientiam in fin. de Homic.

20 *Nullus iudicandus irregu &c.*

Nota decimo. Ex proxime dictis, quod in foro exteriori nunquam in dubio quis ſit iudicandus irregularis tex. in cap. ſignificaſti. 2. de Homicid. Abb. late. & Hoſtien. in cap. Ad audientiam, de Homicid. receptus communic. Spec. de diſpenſatione. §. iuxta, verſic. Generaliter. Ang. Sylueſt. Armil. & alij maxime Nauar. c. 27. nu. 193. Maiolus ſup. nu. 2. Epiſcopus Scalenſ. d. c. 3. Tabien. verbo, Irregul. nu. 3. Anan. Cald. Ioann. Andr. & alij relati, & ſequuti à Couar. in d. Clem. 1. in princ. nume. 3. Quod eſt verum quo ad hoc, vt iudex, vel ſuperior non poſſit prohibere, & interdicere ſuſceptionem, vel adminiſtrationem Ordinum. In foro autem conſcientiæ, & interiori ſcilicet quo ad eũ, qui vel promoueri, vel promotus exercere vult; in dubio irregularem ſe præſumere debet, vt ad cautelam, diſpenſationem, vel habilitatem petat. Gl. in c. ſi quis. diſt. 51. arg. c. Excommunicatorum. 23. q. 5. cum Gl. ſimilis. Gl. & ibid. Hug. in cap. Si quis per ebrietatem. de conſec. diſt. 2. Villa Diego, quem refert, & ſequitur Nauar. ſup. Maiolus, & omnes ſup.

21 *In dubijs pars ſecurior*

Ratio autem huius differentiæ (ait Nauar.) non eſt, quod in rebus dubijs non ſit pars ſecurior accipienda; ſed quod nemo poteſt facere abſque peccato id, de quo dubitat an ſit peccatum,

nec

nec ne: & quod nullus iudex debet condemnare aliquem, de quo dubitat, an debeat condemnari nec ne.

22 *Quib. ſit qs modis dubitare.*

CVius Nauarri doctrina videtur mihi non eſſe ſic nude, & abſq; alia declaratione intelligenda. Nam ille qui dubitat, vel rationabiliter dubitat, vel tantum ex leuitate animi, vel ſcrupulo, vel ex iuris ignorantia dubitat. Si verè, & rationabiliter dubitat; eo quòd iuſtam habet dubitandi cauſam approbatam a viro docto, vel Confeſſore ſuo experto; diſpenſationem impetrare tenetur. Si autem ex leuitate animi, ſcrupulo, vel iuris ignorantia dubitat, conſulat viros doctos, vel Confeſſorem literatum, prudentem, atque timentem Deum, & eius dicto acquieſcat abſque vlla alia diſpen-

23 *De conſcientia īquieta.*

ſatione. Quòd ſi conſcientia eius non fuerit quieta, vel nōn depoſuerit ſcrupulum; diſpenſationem petat, quia faciens contra conſcientiam ædificat ad Gehennam, ſecundum tex. & Doct. in ca. Literas, de reſtit. ſpoliat.

24 *Ceßāte cā ceſſat effectus.*

NOta vndecimo. Quòd cùm generaliter, ceſſante cauſa, ceſſet effectus, c. Cum ceſſante, de appel. cum ſimilibus ſic in præſenti, ceſſante irregularitatis cauſa, ceſſat ipſamet irregularitas. c. Statuimus, & c. Neophitus. 61. diſtin. gl. &

Ceßat irregularitas ceſſante cā.

ib. Ioā. And. in c. Cum inter Canonicos de Electiōn. Ioann. Andr. etiam in capit. Super eo. in Gloſſa mag. de elect. gl. in verbo, Ceſſante, in c. Poſt tranſlationem, de renuntia. exemplo ſunt. S. Ioannes Damaſcenus, & Leo Papa I. quibus abſciſſæ manus, fuerunt miraculo poſtea reſtitutæ. Vnde ceſſauit impedimentum, atque irregularitas illorum, tradit Simōn Maiolus. d. lib. 1. cap. 2. nume. 6. vide Suriū in vita S. Ioa. Damaſceni.

25 *Irregularitas, qualiter cōſideratur.*

NOta duodecimo. Quòd irregularitas non ſolū conſideratur ratione Ordinum, ſed quandoque ratione ſolius Prælaturæ, tex. in c. 1. de filijs presbyter. c. In quibuſdam de pœnis. & vbique.

26 *Irregularitas, qd reſpiciat.*

NOta decimotertio. Quòd irregularitas præcipuè reſpicit prohibitionē clericandi, nōn autem ingreſſum religionis; prohibitus enim clericari, non cenſetur prohibitus fieri Monachus; ſiue regularis. Abb. in ca. In quibuſdam. col. 1. de Pœnit. Vnum tamen conſidera quod irregularis prohibitus clericali ad miſſus ad religionem, non poterit ibi fungi prælatura; Abb. vbi ſup. col. 2. in principio per tex. ibi.

27 *De omni magna deformare.*

NOta decimoquarto. Generaliter pro multis dubijs diluendis; Quod omnis magna deformitas corporis per ſe ſufficit ad reddendum hominem irregularē ſcilicet ne promoueri poſſit. Abb. in c. 2. de cleric. ægrotan. Quod procedit, etiam ſi nullam habeat membrorū mutilationem, & dicitur infra diffuſius.

28 *De ęgris & impeditis etc.*

NOta decimoquinto. Quod ſi quis fuerit adeo ægrotus, vel debilitatus, ita quod officium ſuum exercere cōmode non poſſit, abſtinere cogitur, & dari debet ei coadiutor, iuxta formam. c. 2. & 3. de cleric. ægrot. vbi Abb. & Albericus. in verſi. Vitiatus in fin. vide Cōcil. Triden. Seſſ. 20. c. 6. de refor.

29 *De mutilatiōe, superuenienti.*

NOta decimoſexto. Quod omnis mutilatio, aut debilitas ſuperueniens, per quam Miſſę Sacrificiū exerceri non poſſit ab eo, qui iam ordinatus eſt; non impedit quin reliqua alia munera Sacerdotalia exercere poſſit; Vt prædicare Confeſſiones audire, & ſimilia tex. in c. Presbyterum, de cleric. ægrot. Quod eſt verum, ſi ſine culpa ſua contigerit talis debilitatio; ſecus ſi cum culpa. Tab. verbo, corpore vitiatus.

30 *De ꝓhibito miniſtrare in ordine ſuſcepto.*

NOta decimoſeptimo. Quod quiſquis ſuſceptum Ordinem exercere prohibetur; nullo modo poteſt ad altiorem aſcendere: quia in ſuperiore ſuſcipiendo neceſſaria eſt ordinis ſuſcepti adminiſtratio, in habitu, & apparatu proprio ita quòd ille, qui aſcendit ad Diaconatū in ipſa ſuſceptione Diaconatus dicitur adminiſtrare ſubdiaconatum; Idem in Diacono ſuſcipiente Sacerdotium, propterea ſuſpenſus; vel interdictus ne in Subdiaconatu adminiſter, ſuſcipiendo Diaconatum videtur ita violare interdictum, ac ſi in Subdiaconatu Altari miniſtraret, vnde fieret vere irregularis tradit Maiolus libro primo cap. 2. nume. 11.

31 *De corporalib. defectib.* NOta decimooctauo. Quòd omnis corporalis defectus, quantumuis paruus, vel occultus, ſi faciat Sacramenti adminiſtrationem minus tutam, inducit irregularitatem; idem ſi gignat ſcãdalum, aut periculum ſcandali; Tabien. verbõ, Corpore vitiatus, verſic. Vtrum anulſio. per text. in c. 1. & vlti. de corpore vitiatis. tradit etiam Hoſt. in c. Cum de tua. de corpore vitiatus vbi & Abb.

32 *Habens corporis defectũ. V. celebrans incurrat aliã irregularitatem.* NOta decimonono. Quòd quamuis irregularitas ad irregularitatẽ accumulari poſſit; non tamen propterea is, qui irregularis eſt ex defectu corporis ſi celebret nouam irregularitatẽ incurrit, ſed peccat grauiſſime: ſecundum Inno. in c. Si celebrat, de cleric. excom. miniſt. Alber. verb. Crimen. ad fi. Sylu. verbo, Concubinarius, quæſt. 4. ad fin. Et tunc eſſet irregularitas difficilior diſpenſatu, & de Epiſcopali fieret Papalis glo. in c. Latores, de clerico excommu. min.

33 *De irregulari, ex crimine adminiſtrãte.* § Et quod dicit Arch. in c. Apoſtolicæ diſt. 56. quod irregulatis ex crimine ſi adminiſtret incurrit nouam irregularitatem, intelligi poteſt de notorio, & capitali, vt ex D. Auto. Abb. Iun. Hoſt. & alijs tradit Syl. ſup. late. Nauar. c. 25. nu. 76. cum ſeq.

34 *Quæ crimina inducãt irregularitatem, &c.* NOta vigeſimo. Quòd quæcunque crimina eijciunt promotos, aut inducunt clericis depoſitionem, eãdem quoque inducunt irregularitatem ne promoueri poſſint: imo multo fortius. Specul. in Repertorio Aureo. lib. 1. tit. Hæ ſunt irregularitates, quæ impediunt promouendum; in prin. Idem Spec. de diſpenſatione. § iuxta ver. Item omnes ea ſus. col. 5. & refert, & ſequitur Maio. li. 1. c. 2. num. 9.

35 *Faciens aliũ irregularẽ V. fit irregularis.* NOta vigeſimoprimo aliam generalẽ regulam, vel concluſionem, Quod omnis ille qui proprio facto alium reddit irregularem, ipſe quoque irregularis efficit, vt (v.g.) qui alij oculos eruit, manum abſcindit, aut quouis alio modo mutilat Guil. de Laud. in ſuo Sacramentali. Syl. verb. Homicidium. 3. q. 4. verſi. Tertium, ad fin. Ang. homic. 5. §. 9. Tabiẽ. irregularitas. 2. § 26. Roſella. irregularitas. 5. § 29. Maio. ſupra. num. 10. verſi. Decimanona, & alij multi; licet alij tenuerint contrarium: Rõ, eſt vt in eo quo quis deliquit in eo puniatur. Quia cum talis mutilatus effectus ſit irregularis, eadem pęna plecti debent qui illum fecit irregularem.

36 *Irregularitas, aliquando fortior ſine peccato.* NOta vigeſimoſecundo. Quod irregularitas quandoque fortior eſt ſine peccato, quam cũ peccato, vt patet manifeſte in eo, qui exercuit iudicium ſanguinis, antequam baptizaretur; nam illa irregularitas non tollitur baptiſmo, ea autem tollitur, quæ fuit cauſata ex homicidio voluntario, vt ait Glo. in c. Si quis viduam. 50. diſt. (quòd ſi tenẽdum in hoc, diximus. ſup. de Baptiſ. & alibi.) Idem in eo, qui duas habuit concubinas; nam non eſt irregularis, Bigamus. At qui duas habuit vxores, irregularis eſt.

37 *Quid qñ irregularitas depẽdet ab actu interiori, & cas.* NOta vigeſimotertio. Quòd quotieſcunque irregularitas pendet ab occulta animi intentione, debet iudex remittere eam conſcientiæ ipſius rei c. Ex tenore, de Temp. ordin. Exemplo eſt is, qui aliquem occidit vitam propriam defendendo, nam quia motus animi cognoſci non poteſt à iudice, an fuerit ad vlciſcendum, an ad iuſtam defenſionẽ, æquum eſt, vt ipſius conſcientiæ hęreat iudex. c. Significaſti. 2. de homic. ideo ea conſcientia ſolo iuramento probabitur. Quòd verum eſt, ſi ad nullius præiudicium vergat ipſa declaratio de irregularitate, alioqui ſi tractetur de præiudicio tertij, forſando obtinendo beneficium per concurſum, non eſt remittenda cauſa conſcientiæ ipſius, nec ipſius iuramẽto eſt ſtandum, ſed aliter illud probandum eſt, notat Zenzel, in Clemen. 1. de Homic. & Stephanus Troches, vir iure canonico peritiſſimus, in d. Clem. poſt Glo. verb. In mortem, refert, & ſequitur Maiol. ſup. nu. 20.

39 *Oẽ reddens hominẽ incapacẽ, dr̃ irregularitas.* NOta vigeſimoquarto. Quòd quicquid aliqua ratione reddit hominem indiſpoſitum ad Ordines Sacramentorũ; dicitur irregularitas, vt colligitur ex S. Tho. in 4. d. 27. ar. 4.

Quamobrem non placet Archi. opinio.

mo. in c.1.d.57. dum ait, aliud eſſe irregularitatem, aliud canonicum impedimentum, quæ locutio tantum verbalis videtur; Nam qui promoueri non põt, Canonico obſtante impedimento; quid aliud, quam irregularis eſt, cum egeat diſpenſatione. §. iuxta. ver. Generaliter. dicens omne impedimentum ad aliquẽ promouendum ſine diſpenſatione, irregularitatem eſſe.

Oĩs defectus, uel ægritudo relinquitur arbitrio Epiſcopi.

40 NOta vigeſimoquinto. Regulam generalem hanc in materia defectuũ corporalium, Quòd omnis ægritudo, vel deformitas vt irregularitatem inducat, arbitrio relinquitur Epiſcopi tanquam boni viri tradit Arch. in prin. d. 55. Abb. in c.2. de cleric. ægrotant. Inn. in ca. Significauit, de corpor. vitiat. Tabien. verbo, corpore, Qui, ait, quo ad religioſos arbitrium eſſe penes eorum ſuperiores. Quod licèt tempore Tabienſis forſan procederet; Hodie autem, cũ per Concil. Triden. Seſſ. 23. de reform. cap. 12. Regulares ſint etiam ab Epiſcopo diligenter examinandi, & approbandi, credo quod Epiſcopi nolint arbitrio Superiorum relinquere, vt vidi in facti cõtingentia.

De diſpẽſatione facilẽ, &c.

41 NOta vigeſimoſexto. Quod quandoque Doctores negant eum irregularem eſſe, qui eget diſpenſatione ad Ordines ſuſcipiendos; quæ quia facile obtineri poteſt, negant eſſe irregularem ideſt, non eſſe diſpenſatu difficilem, cũ tamen irregularis ſit, exemplo eſt Glo. in Clem. 1. de Homic. verſ. infans, cum alia Glo. in cap. fi. de cleric. pugnant. in duel. Nam maior ſeptennio, etiam doli non capax, ſi occidat, fit quidem irregularis, ſed per facile diſpenſatur: & ideo, multi dicunt eum non eſſe irregularem cum tamen vere ſit: ſed ob id negant eum eſſe, quia diſpenſatio non negabitur illi.

De Homicidio, cã tuenda vita, &c.

42 IDem hodie dici poterit de eo, qui occidit per ſummam neceſſitatem defendendæ vitæ, nam, etſi non ſit irregularis; ita vt diſpenſari non debeat, tamẽ, quia cauſæ cognitio requiritur, & decretum Papæ, vel eius Delegati, vt ſuper habilitatione fiat declaratio, vt pulchre, & clare cauetur, in Conc. Triden. ſeſſ. 14. de reform. cap. 7. ſequitur, vt interim inter irregulares annumeretur, eſi tamen verè irregularis non ſit, text. in d. Clement. Vbi omnes, maximè Couar. latiſſime.

Quãdiu requirat Epi declaratoria cenſetur ei irregu.

Et ideo, quotieſcunque eſt opus declaratoria Epiſcopi, vel Papæ, ſemper interim, dum pendet declaratio, inter irregulares quiſque ponitur, etiam ſi poſtea declaretur non irregularis. Nam eo interuallo, habet quodammodo manus ligatas, vſque ad iudicis declarationem.

Irregularitas, duplex, parua, &c.

43 NOta vigeſimoſeptimo, duplicem eſſe irregularitatem. Quædam dicitur parua, & talis eſt omne mortale peccatum, per quod quiſque prohibetur diuinis immiſceri; & nec ſola pœnitentia tollitur, vt tradit Goffred. quem refert Hug. in Glo. c. Si celebrat. de Clerico. excom. miniſt. & communis omnium Catholicorum, vt ſupra de Pœnitent. dictum eſt late contra peccatum mortale. Alia eſt grauis, de qua infra per totum.

Quibus omnibus iactis fundamentis, ad totius materiæ intelligentiam neceſſarijs, ad eius declarationem, & primo ad diuiſionem deueniamus neceſſe eſt.

Irregularitas, diuidi.

DIuiditur ergo Irregularitas omnis, in quinque generaliſſimas ſpecies; ex quibus, tanquam ex capite membra, omnes defectus; inhabilitates, canonicaque impedimenta ad ordines ſuſcipiendos, vel in ſuſceptis an miniſtrandum emanant.

1. *Ex Sacramento, ſ. Bigamia.*
2. *Ex defectu animæ.*
3. *Ex defectu corporis.*
4. *Ex delicto, Homicidij iniuſti, maximè.*

§ *De Prima ſpecie, ſcilicet Bigamia.*

TRactat S. Thom. in 4. ſent. d. 27. quæſt. 3. art. 1. Palu. q. 4. art. 1. & omnes

omnes alij Scolaſtici, maximè Sotus ibi dem. Idem S. Thom. 22. q. 108. art. 4. ad ſecundum, & q. 66. per quinque art. In Decretal. & ſexto. titu. De Bigamis. In Decreto. in cap. Acutius, & per totam. 26. & 34. diſt. Angel. Sylu. Tab. Armil. & alij, verbo, Bigamia. Petrus à Soto, de inſtit. Sacerd. lectione 18. de Matrim. Sum. Confeſſor. lib. 3. titu. 3. Nauar. ca. 27. num. 195. Simon Maiol. libro. 1. c. 33. Epiſco. Scal. de irreg. c. 6. verſic. Bigami quoque.

1 *Vox: Bigamia, quid?* PRo cuius Irregularitatis, vel defectus declaratione, Quæritur. Quid ſignificet hæc vox: Bigamia? Reſpond. Hoc eſſe clarum ex ipſamet nominis ethimologia. Bigamia enim componitur à bis, & Gamo: Græce, quaſi dicat bis Matrimonio iunctus vel copulatus, ſecundum communem omnium, vide late Calepinum in hac voce, Bigamia, & ideo Bigamia ſignificat vxorum pluralitatem, ſecundum S. Tho. in Epiſt. ad Hebræos. c. 11. quem refert, & ſequitur Sylu. verb. Bigamia, in princ. Nau. ſup. in principio.

2 *Quot ſpecies Bigamię.* QVæritur. Quot ſint ſpecies Bigamia? Reſpond. Tres, vna dicitur vera, & propria Bigamia Altera, interpretatiua. Tertia ſimilitudinaria: ſecundum omnes ſupra. Quas Epiſc. Scal. ſup. ſignificat his verbis, re, interpretatione, & ſimilitudine.

3 *Bigamia vera.* VEra dicitur, & eſt illa quando quis diuerſo tempore duas habuit vxores, ambaſque cognouit, virgines, ſupra. Nauar. num. 195. verſic. ſecundo, quamuis Epiſco. Scalenſ. ſupra, nihil agat de copula. Quod procedit etiam ſi 4 vnam, vel vtranque ante Baptiſmum habuiſſet. ſecundum dicta iura. Bigamia interpretatiua dicatur; cum quis duas ſimul habet vxores, vnam de iure, & alteram de facto, ſi ambas cognouit. S. Thom. 4. diſt. 27. q. 1. ar. 4. & ſuper Epiſt. ad Heb. c. 11. Sylu. verbo, Bigamia. nu. 1. Armil. Bigamia. nume. 2 per tex. in c. Nuper. de Bigamis Nauar. Conar. & alij quamuis Maiolus, ſup. num. 3. hanc etiam dicat propriè, & verè Bigamiam.

Interpretatiua.

Item, qui cum vna ſola, & vidua contraxit, includitur in hac Bigamia, ſi cũ illa rem habuit ſecundum omnes ſupra per tex. in cap. Maritum. 33. diſtin. cap. Si quis viduam 50. diſt. In eadem etiã ſpecie comprehenditur ille, qui cũ qualibet alia cognita ab alio contrahit, & illam cognoſcit, text. in d. c. Maritum. S. Tho. diſt. 27. q. 1. art. 4. Sylu. Armilla. ſupra. Nauar. c. 27. num 195. Maiol. ſupra nu. 4. Et habetur expreſſe in Cano. 17. SS. Apoſt. in hæc verba: Qui viduam duxit, aut diuortio ſeparatam a viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quæ publicis ſit mancipata ſpectaculis, Epiſcopus, presbyter aut Diaconus, aut denique ex conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

5 *Quid de deſflorante Virginem, & poſtea, &c dum.* NOta quod quamuis Glo. in ca. Nemo ad Sacrum. & in ca. Maritum 34. diſtin. Hoſt. & alij. quos refert Syl. ſupra num. verſi. 7. & Maiol. ſupra. nu. 5. & Epiſc. Scalenſ. c. 6. § Interpretatione dicant illum qui aliquam uirginem primo deſflorauit, & poſtea cum illa cõtraxit, eſſe Bigamum; verior tamen eſt opinio contraria; quam tenet S. Tho. d. art. 4. Glo. & Abb. in ca. Sane. de Bigam Card. in ca. Tanta Qui filij ſint legit. Sylu. ſupra. Gl. fin. recepta in cap. fin. de Bigam. quam refert, & ſequitur Nauar. ſupra. in illo verbo ſolo compendioſo: (ſecus ſi per ſe.) Maiol. ſupra. nume. 5. & alij.

6 *De cognoſcẽte adulteram.* EAndem irregularitatem Bigamię interpretatiuę incurrit ille qui Virginem vere duxit, ſed poſtquam eam cognouit adulterauit illa, & poſt adulteriũ eam iterum cognouit. Cõmunis. Quod primo uerum eſt, etiamſi hoc adulteriũ maritus penitus ignoret tex. in ca. Si cuius. vbi Glo. recepta. Abb. in cap. Si uir. de adult. & c. Si laici. cap. Scimus. 34. d. S. Tho. 4 d. 27. q. 1. ar. 4. Sotus. ar. 1. Ange. Syluc. Armil. Summa Confeſſ. quæſtio. 8. & alij. Nauar. ſupra. Epiſcopus Scalenſi. d. c. 6. Maiol. ſup nu. 6.

Secundo. Verum eſt, etiam ſi poſt adulteriũ eã cognoſcat ex præcepto Eccleſię. Supradicti omnes magis cõmuniter, ſecundum Syl. ſupra. Sum. Confeſſ.

Tertio.

Quid ſi violēter fuit cognita?

7 Tertio. Verum eſt etiamſi violenter fuerit ab alio cognita, ipſa omnino non tradicente, atque tenuente. Quia nihilominus, ſi poſtea maritus eam cognouit, fit Bigamus, ſecundum Maiolum. ſupra.num.6. Ratio eſt, Quia quamuis vim paſſa, adultera non ſit, text. in cap. Illæ. 32. quæſt. 5. & cap. Deſponſatas. 27. quæſt. 2. tamen quia in irregularitate factum inſpicitur: non voluntas; maritus poſtea illam cognoſcens, fit Bigamus, ſicut virgo vim paſſa non eſt. Conſecranda, notat Armilla. nume. 2. dum dicit abſolute, quomodocunque. Deciſ. Fidei Cath. Pauli Griſal. verbo. Bigamia. in principio. S.Thom. Sotus, & alij. ſupra.

Quid ſi Matrimonium, fraudulenter fit?

8 QVid ſi quis, dum contrahit Matrimonium cum aliqua dictarum, in matrimoniū non conſenſit, ſed fraudulenter, vt illa vteretur, eſt copulatus; & poſtea, cum ipſa conſentit, vel illa mortua, vel ſeparata, contrahit cum alia? Reſpond. Quòd ſi deſit conſenſus in Matrimonium, non cauſatur Bigamia, nec incurritur talis irregularitas tradit Paul. Gryſaldus, in li. Deciſ. Cathe. Fidei verbo. Bigamia.

De vxore mortua reſuſcitata.

De Sacerdote reſuſcitato.

9 QVæritur. V. contrahens, aut conſummans Matrimonium cum vxore, quæ poſtquam fuit mortuo, fuit poſtea reſuſcitata, incurrat Bigamiam? Reſpond. per ſequentes concluſiones. Prima cōcluſio. Quāuis Sacerdos mortuus reſuſcitaretur, non tamē eſſet reordinandus, quia Character eſt indelebilis in anima, ideo ſemel rite ordinatus, in æternum manet ordinatus, diximus ſupra in 1.p. de Ordine.

V. teneatur vir vxorem reſuſcitatā ducere?

10 SEcunda concluſio. Non eſt ſic in viro, vel vxore; Nam mortua vxore vere, & naturaliter ſi poſtea reſuſcitaretur, non teneretur vir, eam acceptare, ſi nollet. Quia matrimonium morte naturali diſſoluitur, vt patet 1. ad Cor. ca. 7. ad fin. quòd ſi dormierit vir eius (loquitur de nupta) liberata eſt a lege, cui vult nubat. * De hac quæſtione tractat Henricus de Gādauo in quodl. 2. q. 37. vbi aliam ponit ſcilicet. V. Religioſus mortuus reſurgens teneatur ad priſtiria vota? & reſoluit, quòd ſic.

V. eſſe Bigam.

11 TErtia ergo concluſio. Nec contrahens aut conſumans cum vxore mortua, & poſtea ſuſcitata eſſet Bigamus, hanc concluſionem ex S. Thom. 4. diſtin. 27. quæſt. 3. tradit Paulus Gryſaldus. ſupra.

De Bigamia ſimilitudinaria.

12 TErtia & vltima ſpecies Bigamiæ dicitur ſimilitudinaria, quam licèt Nauar. cap. 27. nu. 195. velit omnia vno, omnino verbo comprehendere, ſic in alias particulas, vel aſſertiones diuidemus. Prima aſſertio. Omnis Sacro initiatus ordine de facto, (de iure enim nō poteſt) contrahens, & conſumans cum aliqua, etiam ſola, & virgine; Bigamiā ſimilitudinariam incurrit. text. in cap. Quotquot 27. quæſt. 1. cap. fin. de Bigam. in principio. Sum. Conſ. ſupra. S. Anto. 3. par. tit. 21. cap. 1. Syluest. Armil. & alij. Nauar. ſup. Maiolus. d. lib. 1. c. 53. num. 7. Epiſco. Scalenſ. d. c. 6. verſ. Similitudine.

De religioſo cōtrahēte.

13 SEcunda aſſertio. Regularis omnis quamuis nullum ſacrum ordinem habeat, poſt ſolemnem Caſtitatis votū. ideſt profeſſionem aliquam, etiam vnicam, & virginem ducens, & conſumans non tantum incurrit Bigamiam dictam ſed eſt irregularis, vt Hæreticus, tenet Bald. in l. Nemo Clericus, C. de Sacroſanct. Eccl. quem refert, & ſequitur Maiolus. ſupra. Tenet etiam Barto. in ead. l. quem refert, & ſequitur Epiſcop. Scalenſ. d. verſi. Similitudine.

De contrahēte, cum ea qua votum Caſtitatis, emiſit.

14 TErtia. Nec ille effugiet dictam Bigamiæ irregularitatem, qui duxerit vxorem eam, quæ votum Caſtitatis emiſerat, etiam ſi ipſe non vouiſſet. Nam quodammodo ipſa vxor eſt Bigama, & ipſe Bigamam duxiſſe videtur vt ex d. cap. Quotquot. notat Maiolus, ſupra nume. 8. Epiſcop. Scalenſi. ſupra.

Vide de Bigamia.

15 MVltæ autem concluſiones, vel aſſertiones poterant poni circa dictas ſpecies Bigamiæ, ſed vide late Angel, Syluest. Armil. Nauarr. & alios ſupra, & nouiſſime in Concil. Trident. Seſſ. 23. cap. 17. vbi concluditur Bigamos, nec etiam ad minores ordines admittendos.

Aſſertio hæretica de Bigamia.

mittendos. vide etiam Maiol. ſup. num. 4. Quare aſſertio hæc: Bigamia nemini eſt prohibita, Hæretica eſt; vt late probat Paulus Gryſal. in d. verbo. Bigamia.

V. tantum in lege gratia ſint Bigami.

16 QVæritur. V. tantum nunc in lege Gratiæ ſint Bigami? Reſpond. Quòd in omni lege, ab ipſa Mundi cõſtitutione fuere Bigami, In lege enim Naturæ, Lamec, Gen. 4. & Eſau. cap. 26. habuerunt duas vxores, vide tex. in ca. Quomodo. 31. q. 1. In lege etiam Moſaica fuit pluralitas vxorum. In lege autẽ noſtra, Bigami ſunt irregulares, vt per totum tit. de Bigam. & per ſupradicta.

Philippus II. Hiſpan. Rex, etc.

17 SEd, Cum ſecundum Apoſt. 1. Cor. 7. & omnium communem; poſt vnius coniugis obitum, concedatur alteri aditus ad ſecundas Nuptias: & Philippus II. Catholiciſſimus Hiſpaniarum Rex, quater, & alter, quem ego agnoui laudabiliter ſepties contraxerit, abſq; peccato; Imo aliquãdo grande eſt meritum vt ait Concil. Floren. Decreto. 10. S. Thom. 4. diſtin. 42. Tabiena. verb. Impedimentum Feriarum. quæſt. 3. Maiolus. lib. 1. cap. 33. num. 2. & nos diximus, ſup. in 1. par. de Sacramentis in

Quare dicat Bigamos & incurras. Matrimon. qd ſignificet

18 genere: Quæritur, Quare qui bis Matrimonium contrahit incurrat hanc Bigamiæ irregularitatem? Reſ. Quia irregularis dicitur, quia per Matrimonium vnius viri ad unam uirginem repreſentatur Matrimonium Chriſti ad Eccleſiam quæ vnica eſt, vt Cant. 6. Vna eſt columba mea, & 2. Cor. c. 11. Deſpondi uos vni viro virginem caſtam, &c. Qua pro-
19 pter in Canone. 17. Apoſtolorum, dicitur: Duobus coniugijs copulatus poſt Baptiſmum, aut qui concubinam habuit, non poteſt eſſe Epiſcopus, vel presbyter, vel Diaconus, vel denique Clericus. S. Tho. 4. diſtin. 27. q. 3. vbi Palud. Summa Confeſſ. ſupra. q. 2. Secundo: Quia non poterit eſſe viduitatis, ac continentiæ adhortator, qui coniugia ipſe frequentauit. S. Ambr. lib. de Officijs, & habetur in c. Vna. ver. Quod culpæ. 16. diſt. Specul. tit. de Diſpenſatione. §. Iuxta. verſi. Defectus. Maiolus. ſupra. nu. 2.

Non põt bene caſtitatem conſiliari qui, &c.

Sacerdotij dignitas.

Tertio fit ob Sacerdotij, ingentem dignitatem, tex. in c. Qui ſine. 36. diſtin. & cap. Acutius. 28. q. 3. Quarto. Ratione præſumptionis de incontinentia. Sylue. Bigamia num. 1. in fine. text. in cap. Propoſuiſti verſic. Sed fortaſſe. 82. diſt. Summa Confeſſ. ſupra. q. 2. & alij. * Supradictis concordat. S. Hiero. tract. 3. p. 3. epl. 26. Tiraq. de legibus connubial. Boer. deciſ. 186. in fi. quos refert, & ſequitur Maiol. ſup. nu. 14. in fi. dicentes ſub Damaſo Papa hominem Romæ uigeties vxorem duxiſſe, & mulierem 22. viris nupſiſſe. vide ibi hiſtoriam. 20

V. Solus cõſenſus faciat, quẽ Bigamum &c.

EX ſupradictis omnibus dicentibus ad Bigamiam incurrendam requiri copulam; apparet erraſſe Magiſtrum ſenten. in 4. diſt. 27. dicentem & tenentem ſolos conſenſus de præſenti in duo matrimonia, citra copulam, conſtituere Bigamum, quem (merito) reprobat Scotus. 4. diſt. 27. q. 3. art. 1. Ratio eſt, Quia contractum cauetur, in cap. Debitum. de Bigamis. 21

V. Tantum requiratur, carnis copula, &c.

EX qua vera reſolutione infertur ad Quæſtionem. Vtrum ad incurrendam hanc Bigamiæ Irregularitatem ſufficiat tantum carnis copula; vel etiam requiratur ſeminis in vaſe effuſio: vt de Affinitate diximus ſupra in 1. par. tit. de affinitate? Reſpon. quòd non requiritur commixtio ſeminum, ſed ſufficit, quòd corrumpat inttando clauſtra pudoris. tenet expreſſe Armilla, verbo, Bigamia. nume. 2. in fin. 22

De marito cognoſcere vxorem, extra ordinarie.

EX qua opinione, ſi uera eſt, infertur ad quæſtio. Vtrum ille, qui vxorem cognouit extraordinarie. i. illam extra naturale vas polluendo, abſque virginitatis amiſſione, vt de quodam ego ſciui; illa mortua, & aliam ducens, & carnaliter cognoſcens, fiat Bigamus? Reſpond. Primo. Nullum auctorem hanc quæſtionem tangere. Secundo. (meo iudicio) per ſuperiora, nõ eſſe Bigamum. 23

Quid ſi clauſtra nõ intrauit, tñ grauidã fecit, etc.

INfertur ad alteram quæſt. Quid ſi, vt ex S. Thom. & alijs tradit Bernard. Diaz. de Luco in praxi Canoni. cap. 77. & nos ſemel vidimus & diximus. ſup. in 1. p. de Affin. quamuis clau- 24

ſtra non intrauit vxoris virginis, ſemen intrauit, quo grauida facta eſt, & ferro aliquo genitale membrum aperitur, vt puer egrediatur, quo viuo egreſſo, illa moritur, marituſque aliam duxit, & cognouit. An talis ſit Bigamus iudicandus? Reſpond. Primo. Mirandum eſſe, cum aliquando hæc contigerint, auctores nihil de hoc notaſſe. Secundo. Dico (meo iudicio) talem Bigamum eſſe iudicandũ ratio eſt, quia licèt copula realis: quæ neceſſaria eſt, in prima non fuerit ſequuta, ex immiſſione tamen ſeminis intra vxoris vas, ſequutus eſt effectus copulæ. 1. partus.

25 HVic etiam accedit tertia dubitatio. Quid ſi primam vxorem tantum Sodomiticè cognouit; vel vxor tantum commiſit adulterium per copulam Sodomiticam; Vtrum prima mortua, & poſtea ſecundam legitimè cognoſcens, vel adulteram ad copulam admittens; ſit Bigamus cenſendus? Reſpon. Cum irregularitas non incurratur, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt ex cap. Is qui de ſent. excom lib. 6 tradunt omnes ſupra. Naua c. 27. nu. 195. in hoc caſu, & alijs ſimilibus omiſſis à Doctoribus, non incurri dictam Bigamiæ irregularitatem.

De cognoſcente Sodomitice primam vxorem, &c.

26 QVid de illo iudicandum, qui virginem duxit, cui in primo cum marito concubitu, per fœmineum membrũ, egreſſum eſt v rile, & remanſit vir illa, quæ primum erat puella habita; vt ex multis probat Simon Maiol. lib. 2. cap. 27. & Nos (ex Soto) diximus. ſupra. in 1. par. de Baptiſmo? Reſpond. Vtrũque incidiſſe notam aliquam apud Populum, ob quam merito poterunt repelli, ſi ad ordines promoueri petierint. In rigore autem, nullus, illorum irregularitatem Bigamiæ dicitur incurriſſe, cùm inter viros Bigamia non detur. Ille autem; qui primum erat puella, nullo modo erit admittendus, ob vulgi opinionem. At ille, qui illam in vxorem acceperat, & poſt dictum factum cum alia contraxit, mortua vxore poterit admitti, quia non iudicatur Bigamus. notat Maiolus. ſupra. cap. 33. num. 13.

NIhilominus tamen circa ſupradictas omnes Bigamiæ ſpecies, aduerte; Quod nullus Bigamus de iure ordinari poteſt, Si autem de facto ordines acceperit; tenet talis ordinatio, & character imprimitur, vt tradit Gemin. in ca. Altercationis. verſic. Quid ſi ordinentur, de Bigamis. lib. 6. Archi. in cap. Lector. diſtin. 34. Specul. de diſpenſatio. §. Iuxta. verſi. Defectus. & verſi. Et ſcias. Rota. in nouis deciſi. 47. circa fin. & eſt communis canoniſtarum, & Theologorum, ſecundum Maiolum. ſup. c. 33. nu. 13 Sylu. Bigamia. q. 7. 27

Quid ſi Bigam' de facto ordinatus.

QVæritur. Quas pœnas incurrat in iure Bigamus? Reſpon. Aliquas pęnas eſſe in ea. Propoſuiſti. d. 22. quas innouat Conc. Trid. Seſſ. 23. cap. 17 & notat ex Palu. & alijs, Pau. Gry. in li. Deciſiones. Cat. verſi. Bigamia. nu. 2. Prima. Quòd nudatur omni priuilegio clericali Canonis, & fori. tex. in c. Altercationis. de Bigamis. Secunda. Sub anathemate prohibiti ſunt portare tonſuram, vel habitum Clericalem. tradit ſumma Confeſſ. lib 3. tit. 3. q. 13. Tertia. Non poſſunt ordinari, niſi cum diſpenſatione. Quarta. Non eſt Capax Beneficij Eccleſiaſtici. Hoc obſeruatum fuit à Sanctis, vt habetur in vita D. Euſebij to. 2. fol. 187. Schol. 4. & in vita S. Ioannis Eleemoſynarij. eod. to. fol. 32. Schol. 4. hoc docuit Zozimus Papa. Epiſco. 1. ad Helyſchium Epiſcop. & Salomitanum & alij. 28

Pœna cõtra Bigamos.

QVæritur. V. irregularitas Bigamiæ tollatur per Baptiſmum? Reſpond. Varias in hoc dubio eſſe Doctorum opiniones, S. Augu. & habetur in c. Acutius. 28. q. 3. negat, quem ſequitur. S. Tho. 4. diſtin. 27. q. 3. art. 2. Scot. d. 33. q. 2. tenet D. Aug. etiam, D. Ambr. & Inn. vt patet. in c. Si quis viduam. 37. d. & per totam. 21. d. Et eſt communis omnium antiquorum nemine excepto, ſecundum ſummam Confeſſ. lib. 3. tit. 3. q. 12. Syl. Bigamia. q. 5. Armil. num. 8. tangit Naua. c. 27. num. 195. & tenet etiam Scolaſticorum communis, quam refert, & ſequitur Paul. Gryſal. d. verbo. Bigamia. nu. 2. 29

Irregularitas, Bigamię an tollatur per Baptiſmum S. Aug. & S Hiero. diſcordãtes.

Contra-

Contrariam partem tenuit D. Hiero. in Epiſto. ad Oceanum dicens, quod poſſit ordinari, qui habuit duas vxores, vnam ante Baptiſmum, & alteram poſtea, (& qui hoc negat Cainam hęreſim appellat) ſed communis omnium hanc opinionem non admittit, niſi intelligatur cum S. Tho. ſupra, quod cum tali ſit facilius diſpenſandum.

30 *Quis poſſit cũ Bigamo diſpenſare*

QVęritur. Quis poſſit cum Bigamo diſpenſare? Reſp. quæſtio depẽdet ab alia, quam tetigimus ſup. eodem nu. 8. cum ſeq. videlicet, An Bigamia ſit iure diuino vel tantum Pontificio introducta. Et, vt aliqua ſupradictis addam. Reſp. cum Soto. in 4. d. 27. q. 3 art. 1. & Paulo Gryſal. d. verbo. Bigamia. nu. 4. Bigamiam tantum eſſe Canonico, iure introductam. Ita tenet communis. Nauar. c. 27. nu. 197. verſi. Quinto.

Bigamia quo iure?

31 *Apoſtoli non tm̃ Apoſtoli ſed Eccleſię Rectores et cæt.*

AD auctoritates autem D. Pauli. ibidem allegatas; Reſpo. Sotus. ſup. Quòd Apoſtoli non erant tantum Apoſtoli, verum & Eccleſiæ Rectores, & Paſtores, ſicut modo eſt Summus, & reliqui Pontifices. Vnde quatenus Apoſtoli, vtebantur ſpiritu Prophetico; quo Sacram ſcripturam condebant, loquebantur multa, quæ ſunt iuris Diuini. Sed quatenus Paſtores & Prælati, ſtatuebãt in Concilio Leges, vt Act. 15. & dabant conſilia. vt 1. ad Cor. 7. Præceptum Domini non habeo, conſilium autem do. Et ſic D. Paulus, tanquam rem decentiſſimam, & ſignificationi Connubij Chriſti aptam, admonuit, vt ſacerdos eſſet vnius vxoris vir, veluti vt eſſet hoſpitalis, pudicus, non violentus &c. Et hac ratione Canones idem Paulinum teſtimonium ad hoc propoſitum citant.

32 *Papa diſpẽſat ĩ oĩ Bigamia etc.*

EX qua reſolutione, ad primum quæſitum? Reſpond. hac concluſione: Papa poteſt diſpẽſare, quo ad omnia in Bigamia, ſicut in omnibus alijs q̃ ſunt iuris Pontificij, ita (contra aliquos) tenet Inno. in c. 2. de Bigam. S. Th. quod lib. 4. art. 8. quem ſequitur Anch. in c. 1. de Bigam. & Rota. deciſ. 47. uel alias. 1. de Bigam. Summa confeſ. lib. 3. tit. 3. q. 12. cum multis. Sotus. ſup. Ang. Sylu. Armil. & omnes. ſup. Armil. etiam verb. Irregularitas. nu. 89. & omnes verb. Diſpenſatio. Nauar. dicens communem, dicto nu. 197. verſi. Quinto in tantum, quòd Paulus Gryſal. d. verb. Bigamia. nu. 4. Contrariam aſſertionem dicat Hęreticam.

IN cuius veritatis confirmationem, Sũmi Pontifices olim cum aliquibus diſpenſarunt, vt Lucius Papa, cum Epiſcopo Panormitano, &c. & Ego vidi aliam diſpenſationem factam à S. D. Papa Pio Quarto. 33 *Summi Põtif. olim diſpẽſarũt &c.*

SEd maior verſatur difficultas circa Epiſcopos an poſſint in hac Bigamiæ irregularitate diſpenſare? Reſpõ. Quo ad maiores, & Sacros Ordines eſſe clarum apud omnes, quòd non poſſint, niſi cum illo qui religionem ingreditur. *V. Epĩ poſſit, et in qua bigamia diſpenſare.*

In minoribus autem ordinibus quãuis. S. Tho. in 4. d. 27. Sylue. verb. Bigamia. q. 7. & alij. dicant poſſe Epiſcopũ diſpenſare. Ioan. Andr. tamen, Ancha. Francus, Domin. & alij. per tex. ibi. in c. 1. de Bigam. lib. 6. tenent neque in minoribus poſſe: ſequitur Nauar. c. 27. nu. 197. verſi. Sexto, & Epiſcopus Scalenſ. c. 6. verſi. In vera reali.

Sed vt tanti Doctoris opinionem intelligamus, atque excuſemus, dicamus oportet eſſe intelligendam quo ad adminiſtrationem in ſuſceptis, non autem in ſuſcipiendis, ita intelligunt omnes ſupradicti.

DE SECVNDA SPECIE IRRVGVLARITATIS I. EX DEFECTV ANIMÆ.

*H*Aec ſecunda Irregularitatis ſpecies multos comprehendit: id. à de vno quoque animæ vitio, particularis erit ſermo, vel §. faciendus.*

1. § *De Infidelibus.*
2. § *De Neophitis &c.*
3. § *De Hæreticis, & eorum filijs, &c.*
4. §. *De Apoſtatis a fide.*
5. §. *De Idiotis & illiteratis.*
6. § *De vitæ honeſtatis defectu.*

§. 1. *De Infidelibus, vel Infidelitate.*

35 *Infideles in triplici differentia.*

INfideles in triplici ſunt differētia, vel triplex infidelium ordo. Quidam ſunt, qui iure, & facto ſubditione chriſtianorum principum degunt, quales, erant olim in Hiſpania Sarraceni, & Hebræi, & nunc in Italia & Germania perſeuerant Iudæi. Alij ſunt Hæretici, qui ex nobis, (vt ait S. Ioannes) exierunt. Qui cum primis computantur.

Secundus ordo, eſt illorum infidelium, qui Afri, Mauri, Sarraceni, ac Turcæ vocantur. Infideles autem tertij ordinis ſunt Gentiles illi, qui longiſſimas, remotiſſimaſque Regiones incolunt; qui, vel nunquam Chriſtianū nomen audierunt, vel per longum interpoſitum tempus ab eorum memoria excidit. ita diuidit Sotus. lib. 6. de Iuſti. & iure. q. 3. ar. 5. ad medium. verſic. Si autem. S. Thom. 2. 2. q. 10. Sylue. verbo. Infidelitas. num. 2. * Nota Canon. 63. Sanctor. Apoſtolorum qui ſic habet: Si quis Clericus, aut laicus, ſynagogam Iudæorum, aut hæreticorum conuenticulum ingreſſus fuerit, vt preces cum eis coniungat, deponitor, & à communione ſecluditor.

36 *V. Infideles ſīt ǵmouendi.*

QVa diuiſione conſtituta, Quæritur. Vtrum aliquis iſtorum Infidelium poſſit ad Ordines Eccleſiaſticos aſcendere, vel ſit in hoc aliqua irregularitas? Reſpon. Omnes illos, qui Baptizati non ſunt, ſiue ex Chriſtianis, ſiue Paganis, vel Sarracenis, aut Iudæis progeniti exiſtant, eſſe verè, & realiter irregulares, ac omnino Ordinum omnium incapaces, vt ex capit. primo. & cap. Veniens, de Presbyt. non Baptizato notat Abb. Innocen. & alijs. ibidem Nauar. cap. 27. num. 205. verſi. Tertio. Epiſco. Scal. de Irregul. ca. 7.

37 *Cathecumeni, an poſſit ordinari*

SEd huic quæſtioni ſuccedit altera; Vtrum. S. Ambroſius, S. Martinus, & alij ſancti tempore illo, quo erant Cathecumeni, & nunc quilibet alius Cathecumenus poſſit ad Ordines promoueri? Reſpond. Reſolutinè, minimè illorum quemquam eſſe ad Ordines admittendum. Ratio eſt, quia ſecundum Ioann. Andr. Abb. Innocen. Imol. & Communem omnium in capitu. primo. de Presbyter. non Bapti. & Nos diximus ſupra in prima parte, de Sacramento Ordinis; Character Ordinis ſupponit Characterem, Baptiſmi.

38 *De presbytero, nō baptizato.*

IMò (quòd plus eſt) quod tex. ibi in d. c. inquit in hęc verba. Si quis Presbyter Ordinatus deprehenderit ſe nō eſſe Baptizatum, Baptizetur, & iterum Ordinetur. Ratio huius eſt, quia omnis ędificatio abſq; debitu fundamēto corruat neceſſe eſt; Baptiſmus eſt anua, & fundamentum omnium ſacramentorum. c. ſi quis confugerit. 1. q. 1. Ergo, &c.

39 *V. Bis baptizatus ſit irregularis.*

SEd, Quæritẽ. Vtrū, quēadmodū defectus Baptiſmi facit irregularē, ita q bis Baptizatẽ fiat irregularis? Reſp. ad q. (q̄ aliq inuoluunt, nos ēt teugim⁹. in t. p. de ſac. I genere. n. 10.) ſequētib⁹ cōcluſionib. Prima cōcluſio: bis Bapti. irregu

laris

laris eſt ad omnes Ordines. text. in ca. ſicut ſemel. 68. diſtin. ratio eſt, quia videtur Chriſtum iterum crucifigere, vt in c. Qui bis. de conſecrat. diſtin. 4. tex. ca. 2. de Apoſt. vbi Abb. c. qui in qualibet. 1. q. 7. cap. Afroſ. 98. diſt. Gloſſ. in c. fin. de Apoſt. Spec. tit. de diſpenſat. §. Iuxta. verſi. Item rebaptizatus. Maiol. lib. 3. c. 14. num. 1. Episcopus Scalenſis. cap. 7. verſi. ſicut autem Sot. 4. d. 25. q. 1. at. 3. & diſt. 3. art. 9.

40 *Quid ſi ignorat, vel malitiosè.*

SEcunda. Concluſio. Quod eſt verum quocunque modo, data opera, vel ignoranter fuerit rebaptizatus. Probat neruosè Maiolus ſupr. ex d. c. quibus, de Conſecra. diſtin. 4. ubi Archi. & Hugo. idem ſentiunt, & eſt Communis, quam refert, & ſequitur Paul. Gryſal. verbo, Baptiſmus. num. 70. vbi contrarium dicit Hæreticum. Sed hanc differentiam conſtituit Epiſco. Scalenſi. ſupra. videlicet; Illum qui ſcienter, & data opera fecit, perpetuo eſſe irregularem, per Papam tantum, maxime exiſtēte neceſſitate, diſpenſandum. Si autem ex ignorantia probabili factum eſt; poterit per Epiſcopum cum eo ex aliqua iuſta cauſa diſpenſari Goffr. & alij, quos refert, & ſequitur Sylu. infra. vide Nauar. cap. 27. nu. 246. quod procedit, quando eſt publicum, ſi autem ſit ſecretum, Epiſcopus poteſt diſpenſare. Conc. Triden. Seſſ. 24. de Reform. c. 6. Paulus Gryſal. ſupra.

41 TErtia Concluſio. Rebaptizatus ignoranter omnino, ſi poſtquam ſciuerit, ratam habuerit rebaptizationem; multo fortius erit irregularis. tex. in c. Confirmandum. 50. diſtin. c. qui in qualibet. 1. q. 7. quæ iura citat Syl. verbo. Irregularitas. q. 4. Tabien. verbo. Diſpenſatio. num. 13. verſi. 14. Maiol. ſupra. nu. 3. Nauar. ſup.

42 *De rebaptizato, per metum cadentē in conſtantem virum.*

QVarta Concluſio. Eadem irregularitate, ligatur rebaptizatus p metum, etiam cadentem in cōſtantem virum. cap. eos, quos. vbi Gloſ. de Conſec. diſt. 4. Sylu. verb. irregularitas. q. 4. in fin. Secus autem eſſet, ſi quis per vim coactiuam fuiſſet rebaptizatus vt fuit Epiſcopus quidam, cui nomen: Habet Deum, quem Arriani, ligatis manibus ac pedibus, inuitum omnino rebaptizarunt. Maio. ſup.

43 *De baptizante bis aliquem.*

QVæritur. Vtrum, Quemadmodū ille qui bis Baptiſmum accepit, eſt irregularis; ita etiam qui illum bis Baptizauit? Reſpond. affirmatiuè, per tex. in c. 2. de Apoſt. tradit Epiſco. Scal. de Irreg. c. 7. & Nos latè ſup. in 1. par. de ſacr. in genere. num. 10. & tradit Nauar. d. nu. 246. & latius multa congerēs Maiol. lib. 3. c. 14. num. 3. Sylu. Baptiſmus. 5. q. 4. * Non eſt autem irregularis ſi ſub conditione illum baptizet; Vide infra in 3. par. cap. 14. nu. 57.

44 *De iterātibus, alia ſacramenta.*

GRauis verſatur Quæſtiò inter Docto. Vtrum eandem irregularitatem incurrat, qui alia ſacramenta Characterem imprimentia, reiterauit? Ad quàm Reſpon. reſolutiuè, quòd quamuis Scot. in 4. diſ. 7. q. vlt. communiter receptus, vt ait Nau. c. 27. num. 247. teneat, quòd non. Per text. tamen in cap. Dictum, de Conſecra. diſtin. 5. & cap. 1. diſt. 68. in quibus de Confirmatione, & Ordine fit mentio Nauar. ſupra. S. Anto. lib. de Cenſuris, & Irreg. c. 100. §. Iterata ſuſceptio. Tab. verbo. Diſpenſatio. nu. 13. verſi. 14. tenent idem eſſe quod de Baptiſmo. Quos ſequitur Epiſcop. Scal. ſup. & melius Maiol. ſup. c. 15. nu. 1. Quod etiam ait D. Ant. procedere etiam in bis Confirmato ignoranter.

45 *De differēte baptiſmū, vſq; ad finem.*

HVic accedit alia Quæſtio; quid de illo ſit iudicandum; qui cum eſſet adultus, Baptiſmum non recepit vſque ad superuenientem infirmitatem? Reſpond. Talem etiam eſſe irregularē, atque a ſuſceptione Ordinum repellendum per tex. in c. Si quis in diſt. 57. Ratio eſt, quia talis non voluntate, ſed neceſſitate coactus, Baptiſmum accipere videtur, Quapropter, in pœnam negligentiæ circa animæ ſalutem, non eſt ad mittēdus. Quod forſitan procedere poſſet etiam in catholico, qui cum in graui reperiatur infirmitate medicis, & alijs conſulentibus neceſſaria ad ſalutem animæ, noluit obedire, vſq; ad extremū vitæ, & poſtea conualuit, maximè ſi de hoc ſcandalum eſt ſequutum.

46 *V. Talis irregularitas tolat ipſo Baptiſmo.* SEd Quæritur. Vtrum hæc negligentiæ irregularitas tollatur ipſo Baptiſmo? Reſpon. Quod non, ſecundum Glo. in d. cap. Si quis in. Quia idem nõ producit effectus contrarios, nec parit obligationem, & liberationem, text. in l. qui hominem, §. vlt. ff. de ſolutio. Poterit tamen is in duobus caſibus admitti. Primo, Si poſt Baptiſmum Fides, ac vita eius probabitur; Altero, ſi id paucitas Clericorum poſtularet. alioqui nunquam ordinabitur, abſque Papæ diſpẽſatione, tex. in cap. vlt. Ne Clerici vel Monac. tradit Epiſc. Scalenſ. ſupra.

§. 2. DE NEOPHITIS.

47 *Neophitorũ ſpecies multa.* QVaſdam poſuere Doctores ſparſim Neophitorũ ſpecies, de quibus omnibus vide per totã. 48. 59. & 61. diſt. vide Sylu. & alios. verbo. Neophitus. Sum. Confeſ. li. 3. tit. 14. Epiſc. Scalenſ. c. 7. verſi. Similiter. Maio. li. 1. c. 31.

48 *Ad tres reducuntur.* QVas ad tres reducere oportebit. Prima eſt. Catechumenorum. De quibus ſupra. num. 39. diximus eſſe omnino irregulares; quia nondum Baptiſmi Ianuam intrauerunt.

49 SEcunda eſt illorum, qui poſt Baptiſmum acceptum nouitij in ſancta Fide ſunt. Tertia ſpecies eſt illorum qui Religionis habitum ſuſcipere, qui ante Profeſſionem (merito quidem) Nouitij dicuntur. De quibus Angelus. Sylu. Tabien. Armil. & alij. verbo. Nouitius. Maiol. ſupra.

50 *Neophitus proprie quis dicatur.* NOta tamen, quòd licèt omnes ſupradicti dicantur Neophiti, & ideo ſint irregulares, proprius tamen ille dicitur Neophitus, qui nouiter baptizatus eſt.

51 SEd, Antequam ad declarationem illarum ſpecierum veniamus. Quæritur. Quo iure Neophitus ſit irregularis. Reſpond. omiſſis alijs. Quod quamuis auctoritate D Pauli. 1. ad Timo. cap. 3. ibi, non Neophitum; aliqui voluerint dicere, eſſe de iure Diuino; nihilominus tamen hoc Apoſtoli præceptum eſt de iure poſitiuo; loquebatur enim, tunc S. Paul. vt Epiſcopus, Eccleſiæque Rector, vt ſupra de Bigamia, diximus. nume. 33. Quod patet clare. 1. ad Corint. cap. 7. vbi in vno eodemque capitulo dicit primo: præcipio, non Ego, ſed Dominus: & inferius ait: Cæteris Ego dico, non Dominus. quid clarius?

52 *Neophitus in ſi de quis.* QVæritur. Quis dicatur Neophitus? Reſpond. Secundum D. Grego. & habetur in cap. Sicut Neophitus. 48. diſtin. quòd Neophitus eſt (ſcilicet primæ ſpeciei) qui initio Sanctæ Fidei erat eruditione plantatus. Et Neophitorum huius ſpeciei eſt potius maioribus, incumbere abſtinentijs, quam ad gradus aſpirare. text. in cap. Neophiti. de Conſecrat. diſtin. 5. Sylue. & alij. verb. Neophitus. Summa Confeſſ. lib. 3. titu. 14. quæſt. 1.

53 *Et qualiter omnes ſunt irregulares.* HI omnes Irregulares ſunt, incapaceſque vt ad ordines admittantur. Quod vltra D. Pauli teſtimonium ſupra. nume. 53. probant multa iura, maximè. Concil. Nicænum. cap. 2. Et habetur in cap. Quoniam. 46. diſt. Concil. Carthag. cap. 86. Conci. 2. Arelaten. ca. 2. Conc. Sardi. cap. 13. Laodicenſ. ca. 3. Conc. Rom. Tempore Syluestri Papæ Actione. 2. cap. 11. cum multis alijs, relatis a Summa Pontificalium, & Synod. Conſtit. verbo. Neophitus, & à Maiolo. d. ar. 31. nu. 2.

54 *Et quare nõ admittant ad ordines?* SEd Quæritur. Quare iſti ſic nouiter baptizati ad ordines non ſint, tanquam Irregulares, admittendi? Reſpõ. Primo, te obſecro (Chariſſimè lector) videas text. in principio. 48. diſtin. Ex quo, & ex infra dicendis tres conſtituuntur rationes huius prohibitionis. Prima. Ne elatus in ſuperbiam incidat, & in laqueum Diaboli. D. Paulus. ſupra. tex. vbi Gloſ. & omnes. in d. c. quoniam. 48. diſtin. Secũda, quia alios docere neſciet, qui ipſe nondum didicit, quia vt habetur. in d. princip. 48. diſtinc. & in cap. miſerum. 61. Miſerum eſt eum fieri Magiſtrum, qui nec dum didicit eſſe diſcipulus, eumque ſacerdotem, fieri, qui in nullo unquam gradu obſequutus

quutus fuerit ſacerdoti. Tertia ratio, quia alijs ſeſe conformare non ualet, qui ſtatum Eccleſiæ regendæ non eſt expertus gloſſ. in d. prine. 48. diſtin. uerb. Prohibentur. * Et quod Neophiti non ſint ſtatim admittendi probat Canon. 79. SS. Apoſt. in hæc uerba: Qui ex uita gentili aduenerit, & baptizatus eſt, aut ex conuerſatione praua, eum iuſtum nō eſt protinus promoueri in Epiſcopum. Iniurium enim eſt eum, qui non prius ſpecimen, & documentum de ſe prębuit aliorum doctorem exiſtere niſi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

55 *Ordinū interſtitia ſeruanda.* QVas ob cauſas, & ut Neophitorum error uitetur, hodie ſtatutum eſt Concil. Trident. Seſ. 23. de Reform. cap. 11. 13. & 14. ut nullus in poſterum, niſi ſeruatis Ordinum interſtitijs ad maiorem Ordinem aſſumatur, & niſi in inferiori fuerit optimè exercitatus, atque probatus.

56 *Qñ poterunt non ſeruari?* QVibus tamen non obſtantibus, Si duo concurrant, poterit aliquis non ſeruatis Ordinum interſtitijs ordinari. Primum, ſi tanta in eo appareat Charitas, Humilitas, Doctrina, morū honeſtas, atque animarum zelus, ut rectè credatur uoluntatem Dei eſſe, vt ille ordinetur. Quemadmodum olim factum eſt cum Sergio Rauen. Archiepiſc. Stephano Neapolitano: de quibus Platina in Stephan. 3. & Beatus Seuerus, qui ex Lanificio ad Archiepiſ. Rauen. eſt promotus. & S. Ambr. ad Mediol. de quibus text. in cap. Statuimus. §. His omnibus cap. Neophitus. 61. diſ. probat optimè Titaqu. de pœnit. remit. cauſa 51. nu. 148. uerſi. Sed & de grege. Balbat. conſi. 41. col. 4. lib. 3. Fely. in c. Super ijs. de Accuſ. Romanus. in Repet. l. Si uero. §. De viro. ff. ſol. Matrim. quos refert, & ſequitur Simon. Maio. ſup. nu. 4. Secundum eſt, ſi penuria Clericorum, & neceſſitas vrgeat Eccleſiarum. Quod dictum Concilium ſupra arbitrio relinquit Epiſcoporum. Hodie ſtrictius prohibitum eſt Epiſcopis, vt patet in Bulla contra clericos male promotos. Sixti V. quàm a nobis explicatam uidebis in fine huius libri.

ADhanc etiam Neophitorum ſpeciem ſpectant: Iudæi nouiter conuerſi, quibus nullum publicum officiū committi debet, vt ait text. in c. cōſtituit. 17. q. 4. not. Tiraq. ſup. num. 19. 57 *De Iudæis nouiter cōuerſis.*

TErtia Neophitorum ſpecies eſt eorum, qui nuper in aliqua Religione ad habitum ſunt admiſſi, & ad nouitiatum. Quo durante, ad Ordines etiam minores aſpirare non debent. ca. Monaſterijs. 19. q. 3. quia talibus conuenit, ab ſtinentijs, vigilijs, & orationibus, (licet non tantis, vt alijs Neophitis) vacare. tex. Quædam lex. 35. q. 3. Alberi. verbo Nouitius. 58 *De Nouitio in Religiōe.*

PRofeſſio autem fieri nullo modo poteſt vſque ad Decimumſextum annum adimpletum, vt patet clare in Concilium Tridentinum. Seſſ. 25. de Regularibus. capitul. 15. 59 *Profeſſio in Religione, qñ faciēda?*

§. 3. *De Hæreticorum Irregularitate.*

HAeretici, quocunq; nomine cenſeant, ſunt ipſo iure excōmunicati, vt patet in c. Ad abolendam, & per totum tit. de Hæret. in Decret. ſexto. & c. & in Bulla Cœnæ Domini, (vt in eius explicatione ſupra diximus) & tradunt omnes Canoniſtæ, & latiſſimè Nauar. cap. 11. numero 22. quem omnino vide. 60 *Hæretici omnes Excōicati ſunt.*

HAereticus ergo quatuor modis dicitur quis. Dicitur enim Hæreticus, quaſi errans à Fide. Vnde Diuus Auguſ. ſic diffinit: Hæreticus eſt qui falſam opinionem de Fide vel gignit, vel ſequitur. Gignit, vt Hæreſiarcha, vt (v.g.) Arrius, Sabellius, & cæteri. Sequitur, vt (v.g.) omnes qui Hæreticorum, vel Hæreſiarcharum opinionem ſequuntur quorum longiſſimum Cathalogum ponit Paulus Gryſald. in principio & ante eum Caſtro. & alij. 61 *Hæreticus quatuor modis dicitur.*

¶ Secundo. Poteſt etiam (ſecundum D. Hierony.) Hæreticus appellari, qui licèt ab Eccleſia non receſſerit, aliter tamen intelligit Sacram ſcripturā, quàm ſenſus Spiritus ſancti efflagitat, à quo *Hæreticus qui non benè declarat ſcripturam.* 62

ſcriptura eſt, text. in capitu. Hæreſis. 24.quæſt.3.

Hęreticus dicitur diuiſus.

63 ¶ Tertio. Hæreticus dicitur, à Sacramentis Eccleſiæ, vel à Communione fidelium diuiſus, vt eſt excommunicatus. tex.in c. Quod autem.4.q.1.

Hæreticus dicitur perverſor, Sacrorũ &c.

¶ Quarto modo. Hæreticus dicitur
64 Peruerſor Sacramẽtorum. Vt Simoniacus emens, vel vendens Eccleſiaſtica ſacramenta, tex.in cap. Quicquid per pecuniam. 1.q.1. Hos quatuor modos ponit Raymund. li.1.tit.5.de Hæret. duos alios modos addit.

De dubio in fide.

Quinto modo. Hæreticus dicitur, du
65 bius in Fide per text. in c. 1. extra: tit. de Hæret. qui ſic ait: Dubius in Fide, infidelis eſt. Nam firmiter debemus credere, vt tex. in cap. 1. incipit Firmiter. de Summa Trinitate. c. Quando Epiſcopus. 34.d.c. A parte. 24.q.1.

Hæreticus qui priuilegium Papæ aufert.

66 ¶ Sexto modo dicitur Hęreticus, qui Eccleſiæ Romanæ priuilegium, ab ipſo Summo Eccleſiarum Capite traditum, auferre conatur tex.in c.1.22. diſt. tradit omnes dictos ſex modos Hoſt. lib. 1. Rubric. 7. de Hæretic. §. 1. Quos omnes refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib.1.titu.5.q.1. Sylu. Hæreſis. 1.nu.2. vide Glo. in c. Firmiſſimè, de Hæretic. vbi Abb.

Qui dicat hæretici largo, & ſtricto modo.

67 NOta tamen, quòd licèt omnes ſupradicti largo modo dicantur. Hæretici, ideoque Irregulares; ſtricto tamen modo, & proprie loquendo, adhoc vt quis Hæreticus dicatur, ſequentia requiruntur. Primum, vt erret, qui error ſit in ratione, quia Hæreſis eſt ſpecies infidelitatis, quæ eſt in ratione: ſicut, & Fides ſibi contraria, vnde nullum factum ſine errore hominem Hęreticum facit.

Secundo requiritur, quod error ſit contra ea, quæ ſunt Fidei, vt circa Scripturam, Articulos Fidei, ſacramenta, aut contra determinationem Eccleſiæ in ijs quæ ſunt fidei, aut morum neceſſaria ad ſalutem. arg. tex. in c. Hæc eſt Fides, 24. q. 1.

Ad inducẽdã Hæreſim, quot requirant.

Tertio. Quòd error ſit in eo homine, qui Catholicam Fidem eſt profeſſus aliàs non eſſet Hæreticus, ſed Infidelis.

Quarto, Quod aliquam veritatem de Fide Chriſti fateatur, quantum ad humanitatem, vel Deitatem: alioquin, ſi nullam fateretur, propriè loquendo, magis eſſet Apoſtata cum Iuliano impijſſimo, quàm Hæretic.

Quintò, vt quis errorem talem obſtinata voluntate eligat, & pertinaciter ſequatur. Vnde errans ex ignorantia paratus corrigi; nunquã eſt Hæreticus. text. c. Dixit Apoſtolus. 24.q.3. Sylu. verbo. Hæreſis. 1. nu. 4. & omnes Summiſtæ. Armil. verb. Hæreſis. in princ.

V. Propoſitio ſine pertinantia ĩducat Hæreſim.

PRo quorum ampliori declaratione.
Quæritur. Vtrum Hæretica propo 68
ſitio ſit dicenda (& dicendus Hęreticus) & ſit, quæ Catholicæ veritati repugnat, etiam ſi proferatur abſque pertinacia? Reſpond. Quòd licèt Ocham, Turrecremata, Adrianus, Alfonſus à Caſtro, & alij, quos refert, Paul. Gryſal. in princi. § 1. De propoſitione Hæretica, dicãt, quod ſic; Communior tamen opinio tenet contrarium, ſcilicet verè Hæreticum non eſſe ſine contumacia, vel pertinacia. Quia ad conſtituendum hominem Hæreticum reſolutiuè, duo requiruntur, videlicet error in ratione, quod eſt Hæreſis initium; alterum pertina- 69
cia in voluntate, quod eſt Hæreſis complementum. S. Thom. in 4. diſtin. 13. Vbi Palud. & alij quos refert, & ſequitur ſumma Confeſſ. lib.1.titu.5.quęſt. 2. Caiet. 1. par. quæſt. 32. arti. 4. & alij quos refert, & ſequitur Paul. Gryſal. ſup. Epiſcop. Scal. cap. 7. Angel. Sylu. Armil. & alij ſupra. Canoniſtæ, & maximè Innoce. communiter receptus, quem refert, & ſequitur, cum multis alijs Nauar. c. 11. nu. 22. Caiet. in Summa verbo, Hæreſis, quem etiam refert, & ſequitur, Sot. in 4.d.22.q.2.ar.3. verſic. Nam etſi Hæreſis.

Duo requirunt vt quis ſit hęreticus.

QVæ Communis opinio ex hoc con- 70
firmatur, quia Hæreſis tribus modis accipitur, nempè dicitur Hæreſis ab eligendo, à verbo eligo, eligis, & Hæreticus eſt, quaſi electiuus. cap. Hæreſis. 24. quæſt. 3. Secundo dicitur ab Adhæreo, quia Hæreticus eſt, quaſi ſuæ opinioni adhæſiuus, Tertio dicitur

Hæreſis trib. modis accipitur.

ab

ab Ericſcor, quod idem ſonat, quod Diuido, & Hæreticus quaſi diuiſſuus a communi uita. Directot. Inquiſit. ſecunda par. quæſt. 1. refert, & ſequitur Paul. Gryſol. in d. §. 1. Abb. in c. Firmiſſimè. de Hæreticis.

71 *Hæretici etiã poſt pœnitentiã ſunt Ordinũ incapaces.*

HI ergo Hæretici nullatenus Ordinari poſſunt, dum ſunt in ſuo errore, quia extra Catholicam Eccleſiam ſunt, Spiritum ſanctum non habentes; tex. in cap. Didicimus infra. nam, vt bene ait Innocent. Papa Epiſtol. 81. ad Alexand. Hæretici, cùm à Fide Catholica receſſerint, perfectionem ſpiritus, quam acceperant, amiſerunt. Quod procedit, etiam ſi conuerſi fuerint ad Catholicam Fidem, & etiam poſt factã pœnitentiam incapaces Ordinum ſunt, atque irregulares. tex. in capitul. Didicimus. 24. quæſtio. 1. capitul. ſi quis omnem, 1. quæſtio. 7. capitul. 2. Hæretici. de Hæret. libro ſexto. capitul. Nos conſuetudinem, diſt. 12 Specul. tit. de Diſpẽſatione, §. Iuxta. uerſicul. ſexto Epiſcop. Scalenſ. cap. 7.

72 *Neq; prima tõſura eis danda.*

QVod enam intantum eſt uerum, Quòd neque prima tonſura ſit eius concedenda. text. in cap. Salnberrimum, 1. quæſtio. 7. Sant. Anto. 1. b. de Cenſuris, cap. 100. Syluest. uerbo. Irregularitas, quæſtio. quinta, & ante eos Raimun. in titul. de Hæret. uerſiculo. Item, Nunquid tales. in fin. quos refert, & ſequitur Simon. Maiol. lib. 5. capitul. 46.

73 *Fautores, auxiliãtes, &c. Hæreticorũ sũt irregulares.*

QVod tertio, ita procedit, & eſt uerum, quòd etiam Hæreticorum fautores, Conſilium, auxilium, uel fauorem dantes, omnino ſint Irregulares, quia pro Hæreticis habentur, ut probãt omnes, maximè. Syl. uerb. Hæreſis. 1. q. 7. cap. Siquis omnes, 1. q. 7. c. 2. §. Hæretici de Hæreti. lib. 6. tradit. Nauar. c. 27. num. 205. Maiol. ſup. numc. 4. Epiſcop. Scalenſ. ſupra. & Nos diximus latè, in prima clauſula Bullæ Cœnæ Domini. ſupra.

74 *Fauens Hæreticis quan*

IMò, quòd fauens illis Hæreticis ante conuerſionem in Diuinis, ſcilicet exhibendo illis Eccleſiaſtica Sacramenta, efficitur irregularis; etiam poſt peractã pœnitentiam, ut tradit Specul. in dicto §. Iuxta. verſicul. 7. & refert Maiolus, ſupra.

do irregularis.

75 *Filij innocentes Hæreticorum, &c. puniũtur, &c.*

NEc mirum, quia in deteſtationem tãti criminis, etiam innocentes Hæreticorum filij, & cętera proles puniuntur ab Eccleſia. Nam filij, & Nepotes Hęreticorum per lineam maſculinam, & filij tantum per fœmineam, ſunt irregulares, & ad ordines, Officium, uel ullũ beneficiúm admitti non debent, text. in d. § Hæretici. & c. Statutum. de Hæret. in 6. Communis omnium, Nauar. ſup. Maiol. nu. 5. Epiſc. Scalenſ. ſup. Caſtr. de iuſta Hæret. punitione.

76 *Et quare, &c.*

RAtio huius eſt, quia Hæreſi poſt uulnus ſanatum, ideſt, dimiſſionẽ, remanet cicatrix irregularitatis, ut habetur. in cap. Ventum. 1. q. 1. capit. Si quis omnes 1. q. 7.

77 *De ſchiſmaticis.*

NOta tamen, quod licet particulariter hic actum ſit de hęreticis, quaſi omnia tamen, quę de illis dicta ſunt, de Schiſmaticis poſſunt intelligi, qui etiam peracta pœnitentia promoueri non poſſunt, tex. in cap. 1. de Schiſm. Specul. tit. de Diſpenſatione. § Iuxta. ver. Decimoquarto. Vbi expreſſe tales nominat irregulares, & videtur text. in cap. qui contra 24. q. 1 Raim. tit. de Schiſ. verſicul. fina. Hoſt. Goffr. S. Tho. & alij, quos refert, & ſequitur Summa Confeſ. lib. 1. tit. 6. q. 2. cum ſeq. Ang. Sylu. Tab. & Armil. verb. Sciſma. maximè nume. 2. Vbi probat aliquando eſſe maius peccatum Hæreſi.

78 *Quis poſſit cum talib diſpẽſare.*

QVæritur. Nunc, quis poterit cum talibus diſpenſare? R. Quòd aut loquimur de Hæretico publico, vel occulto. De publico dico, quod licet Gl. in ca. Presbyteros. diſtin. 50. & alij tenuerint Epiſcopum poſſe in hac irregularitate diſpenſare, Contrarium tamẽ eſt verius. Nam olim talis diſpenſatio per Papam, vel Concilium fieri debebat tex. in cap. de eo. 50. diſ. & Communis tradit Maiol. lib. 5. capitu. 46. numero 6. Hoſtien. de Hæreti. §. 6. quem refert, & ſequitur Summa Confeſſorum, li. 1. titulo quinto. quæſtio. 15.

In

79 *Quadrupliciter diſpẽſat. cum Hæretico.*

IN quo caſu, & Hęretici irregularitate quadruplex reperitur diſpenſatio. videlicet. ſemiplena; ut (ſi Clericus erat) recipiatur in ordinibus iam ſuſceptis, ablata ei in poſterum omni ſpe promotionis. tex. in capit. ſi quis Hæreticè 1.q.1. Plena datur diſpẽſatio, vt poſſint Sacerdotes fieri, & non vltra. text. in ca. Conuenientibus 1.q.7. Plenior conceditur, vt poſſint eſſe Epiſcopi, non autem Primates. text. in ca. Nos conſuetudinem 12.diſtin. Pleniſſima etiam datur, vt ad omnes ordines, & dignitates promoueantur tex. in capit. Ipſa pietas. 23.q.4. tenet Raymun. Hoſtien. Goffre. & alij, quos refert, & ſequitur Summa Confeſſorum, ſupr. Silueſt. verbo Hæreſis. 1. in fin. & verbo, Diſpenſatio. Vbi Tabien. & Armill. Nauar. c. 27. nume. 205. in fi. Epiſcopus Scalenſ c.7. verſic. Inſuper. ad fin. Maiol. lib. 5. cap. 46. num. 6.

80 *Cũ Hæretico occulto q̃s diſpẽſet.*

CVm Hęretico occulto Epiſcopus ipſe ſolus, ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de Reform. diſpẽſare poteſt, vt ſupra. de Abſolutione. in 1. par. diximus late, ꝙ tradit Maiol. ſupra.

81 *De abiurantib. Hęreſim*

QVi duo notat. Primum, quòd illa ſecreta Epiſcopi Diſpenſatio non extenditur ad ordines, & dignitates. Secundum, quòd quæcunque gratia facta Hęretico nunquam includit, vt poſſit ſæcularium perſonarum audire confeſſiones, vt decretum eſt (ait) in ſacro Officio Sanctiſſimę Inquiſitionis. die 2. Septemb. 1562. & die 15. Nouẽb. 1565. vt refert Iudicial. Inquiſi. Decreto. 8. per D. Paulum. Papa IIII. Quod procedit in omnibus, qui vel publicè, vel ſecretè, vel quomodocunque Hæreſim abiurarunt.* De communicantibus cum hæreticis vide Can. 44. SS. Apoſt. qui ſic ait: Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui cum hæreticis preces coniunxerit, dumtaxat a communione ſuſpenditor. Si vero etiam ipſos tanquam clericos aliquid agere permiſerit, deponitor.

§ 4. *De Apoſtatis a fide.*

Apoſtaſia quotuplex. 82

QVamuis, ſecũdum S. Th. 2.2. q.12. arti.1. Caie. ibi. Ang. Silue. & alios, verbo. Apoſtaſia, & verbo. Irregularitas. Sum. Confeſſ. lib. 1. ti. 7. Abb. Innoc. Hoſti. & omnes Canoniſtas in Rubrica, & per totum de Apoſt. Maiol. lib. 5. c. 34. Epiſcop. Scalenſ. c. 7. Paul. Gryſal. verbo Apoſtaſia: tripliciter accipiatur, ſ. a Fide, ab obedientia, & à Religione. In præſentiarum tamen ſolum de Apoſtata a Fide agemus.

Apoſtata a Fide quis 83

ILle dicitur Apoſtaſia à Fide, qui lubẽs à Fide retrocedit, quemadmodum impijſſimus ille Iulianus Imperator, cognomẽto Apoſtata: de quo text. in c. Iulian. 11. q. 1. Caſſiodorus. li. 6. Hiſtor. Trip. par. c. 2. & omnes ſupra.

84

QVamobrem quiſquis Hebręus, vel Paganus ad fidem Chriſti conuertatur, poſtea verò ad vomitum redeat, ideſt ad Hebraiſmum, vel Paganiſmũ: propter hanc præuaricationem dicitur Apoſtata à Fide. ſecundum oẽs ſupra.

Pœna cõtra Apoſtatas. 85

MVltæ ſunt in iure ſtatutæ pœnæ contra tales; quas ſparſim tractant Doct. ſup. & habetur totus titulus. de Apoſtatis. Quarum aliquę ſunt ſequentes. Prima. Quod talis dicitur Hæreticus, atque Hæretico deterior. & pœnitus Infidelis ſecundum omnes. ſupra, & Caiet. 2. 2. q. 11. ar. 1. & melius in ſumma verbo Apoſtata, & Paul. Gryſ. ſup. Secunda. Quòd eſt excommunicatus. c. 1. de Apoſtat. c. 1. & 2. de Hæretic. Tertia ſtatim, ꝙ ſunt denuntiati, perdunt ipſo facto iuriſdictionem, quam habent in ſubditos. Quarto. Eorum bona ſunt confiſcata. c. Cum ſecundum. de Hæret. 6. & multas alias pœnas incurrunt, quas incurrunt Hæret. & excommunicati. De quibus. S. Th. 2. q. 12. art. 2. & omnes verb. Hæreſis, & verbo. excommunicatio, & Apoſtaſia. Conc. Trid. Seſſ. 15. c. 19. & tradit Innoc. in c. 2. de Apoſt. & Hoſt. quos refert, & ſequitur Epiſcop. Scal. c. 7. verſi. ſicut Hæretici.

Inter

86 INter quas eſt, quæ noſtrum tangit tractatum. ſ. Quod etſi ad fidem conuetatur, omni irregularitate notatur; notant omnes ſupra. maximè Tab. verb. Irregular. 4. nu. 7. Silu. eod. nu. 3. Epiſc. Scal. Maiol. nu. 1. Nam ſi Apoſtaſia à ſolo Monachatu reddit Irregularem, text. in c. Vlt. de Apoſt. vbi omnes, &c. Vlt. diſt. 50. quanto magis à Fide?

87 *Adorãs demonẽ dr̃ Apoſtata.*

NOta etiã in hac Irregularitate Apoſtaſiæ à Fide, ꝙ ille dicitur à Fide apoſtatare, qui dęmones explicitè adorat, tex. in cap. Non obſeruetis. 26. q. 7. (quem textum omnino uide contra ſuperſtitioſas obſeruationes.) S. Tho. in 4. ſenten. diſt. 7. q 5. art. ult. Alber. Magn. ibid. & Palud. in 4. diſtin. 23. quęſt. 3. artic. 3. tradit latè Paul. Gryſ. verb. Apoſtaſia, num. 1.

88 *Quid ſi per uim uel metũ Apoſtatauit*

IMò, quòd (maius eſt) quòd ille dicetur Apoſtata a Fide, qui per uim; aut metum apoſtatauit, forſan ad Idolatrandum, & Chriſtum adorabat corde; licèt ore, tali metu negabant. Nam talia agentes, eo loco fiunt irregulares: & deponũtur. Can. Apoſt. 62. & Conc. Ancir. cap. 1. vſque ad 8. & c. Presbyteros. diſt. 59. Sil. uerb. Irregularitas. nu. 7. Et contrarium dicere eſt Hæreſis Helcheſitarũ, dicentium poſſe quem Chriſtum ore negare, dummodo corde credat. Contra hos. S. Fabianus Papa fecit Concilium, vt patet apud Platinam in eius uita, & damnauit etiam Greg. Turon. Hiſt. lib. 5. cap. 43. quos refert, & ſequitur Maio. lib. 5. c. 34. nu. 2. tenet S. Tho. 2. 2. q. 94. art. 2. quamuis Hoſt. & alij, quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 1. tit. 7. q. 5. dicat tales eſſe quidem in mortali peccato, ſed non eſſe Hæreticos, nec excommunicatos.

98 *Quis diſpẽſet cũ apoſtatis.*

QVæritur. Quis poterit eum talibus diſpenſare, ſi reuertantur ad Catholicam Fidem? Reſpon. ſi talis eſt occultus, cum eo poſſe Epiſcopum diſpenſare, per Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Reform. c. 6. Vbi etiam cum verè Hęretico occulto diſpenſat. ſi autem talis ſit notorius; Reſp. licèt in Conc. Eilibert. cap. 46. imponebatur talibus pęnitentia. 10. annorum, & quamuis reducta ſit ad bienniũ per Conc. Agat. cap. 60. & Concil. Epauneſe. cap. 29. In Conc. tamen Aurelian. 4. cap. 8. remittitur Epiſcopi arbitrio notat Summa Pontificalium Conſtitutio. verbo Apoſtata. Directot. Inquiſ. 2. par. q. 6. num. 34. tex. in cap. fi. 24. q. 3. S. An. 3. par. tit. 11. c. 1. refert, & ſequitur Paul. Gryſal. ſup. nu. 4.

§. 5. *De idiotis, uel illiteratis.*

90 *De ſcientia ordinãdorũ.*

ETſi ſupra in 1. par. de ſacramen. Ordinis aliqua poſuimus ad ſcientiam, exercitium, &c. Ordinãdorum neceſſaria, nihilominus tamen hic alia ad Materiam huius tituli conducentia addere curabimus.

91 *Idiota, irregularis eſt.*

PRimum eſt idiotam, uel illiteratum incapacem, Irregularemque eſſe ad ordinum ſuſceptionem; nam tales promoueri non poſſunt, & promoti ſunt deijciendi. tex. in cap. fin. de ætat. & qualitat. (ubi Abb. ponit praxim, & modum probandi illiteratum) text. in cap. Omnes. 38. diſt. cap. Illiteratos. 36. diſtin. Innocen. in cap. Cum in cunctis. de electione. Ratio eſt, nam infinita (ferè) iura ad ordines ſcientiam requiri probant, ut ꝑ totam. 36. 37. & 38. diſt. & tex. in ca. Sicuti. 16. q. 1. text. in c. ult. de temp. ord. libro 6.

92 *Illiteratus ad hoc, quis ſit.*

SEcundo. Dico illum dici illiteratum, qui penitus eſt literarum ignarus: ſecundum omnes, & probat Summa Cõfeſſ. lib. 9. tit. 5. per totum Naua. cap. 27. num. 205. Maiol. lib. 1. cap. 32. Epiſcop. Scalenſ. d. cap. 7. ad fin. Apud quos inuenies (ſicut nos in d. 1. par. de ſacramen. Ord. diximus) quam ſcientiam requirat Concil. Trident. ſeſſio. 23. in quolibet ordine.

93 *Ordinatꝰ tenet ſcire ſibi neceſſaria.*

ET reſolutiuè, dic, quod quilibet ordinatus tenetur ſcire, quæ pertinent ad officium ad qđ ordinatur. ita Hoſt. Raym. Goffre. S. Tho. in 4. d. 24. vbi Albert. Magn. & Palud. quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ. lib. 3. ſup. q. 2. & omnes communiter. * Nam quomodo poterit alios docere qui ignorat? &

ad

ad quid teneatur vide Ca. 57. SS. Apoſt. in hæc uerba: Epiſcopus, aut presbyter, qui negligentius circa clerum, uel populum agit, neque in pietate eos erudit, a communione ſegregator, Si vero in eo ſocordia perſeuerauerit, deponitor.

De viro Eccleſiaſtico, licèt non litterato admittēdo.

94 EX quibus, & Maiol. ſup. nume. 10. Nota non eſſe iudicādum Idiotam, & illiteratum illum, qui, etſi literas multas non didicerit; in rebus tamen Eccleſiaſticis, & Diuinis Officijs dicendis ita expertus eſt, vt quodam magno vſu omnia norit, atque multos ſacerdotes in hoc ſuperet Nam tales ſic experti Ordinandi ſunt. Abb. & alij. quos ibi refert, in c. fina. de æta. & qualit. Nam de multis Sanctis legimus, non propter literas (quas non habebant) fuiſſe ordinatos, ſed propter Eccleſiaſticarum rerum peritiam, ac morū ſanctitatem, vt de quodam, cui nomen, ſanctulus, ſcribit S. Gregor. lib. 3. Dialog. cap. 37. & de Ioanne Aegyptio Anachoreta tradit Hiſtor. Tripart. lib. 8. cap. 1. & de Didimo Alexandrino, refert S. Hier. in Cathal. ſcrip. Eccleſiaſt.

De quodam inſigni ſacriſta.

95 ET Ego vidi in Archiep. Toletano quendam, qui nunquam literis Latinis operam dederat, propter inſignem in Officijs Eccleſiaſticis adminiſtrādis, & officiandis peritiam (erat enim inſignis, diligentiſſimusque Sacriſta) fuiſſe ad Sacros ordines admiſſum, Nec miror, nam ſacerdotes innumeros literatos inuenies; perfectum autem in Cæremonijs Eccleſiaſticis, Diuiniſque Officijs celebrandis expertum, vnum inter mille, experientia docet.

Potius ordinandus Monachus, illiteratus, quā clericus, &c.

96 VErum tamen eſt, quòd cum aliquā do talis licentia non ſic literis dedito ſit concedenda; poterit concedi Monacho potius, qui tantū orationi, alijſq; exercitijs ſpiritualibus incumbit, quàm Clerico ſeculari. Siquidem Abbas Monaſterij illiteratus poteſt eligi, ſecūdū Abb. in c. fin. de ætat. & qualit. Specul. titu. de diſpenſatione. §. Iuxta. verſi. Abbas autem, quos refert, & ſequitur Maiol. lib. 1. cap. 32. num. 6.

In illiteratura, q diſpenſet? Et quo iure ſit neceſſaria ſcientia.

97 CIrca Diſpenſationem autem huius irregularitatis, Notādum omnino eſt, quod ſufficiens literatura in Eccleſiaſtico requiritur de iure Diuino, vt tradit Turrecremata. in ca. ſi in laicis. 38. diſt. Ideo defectus literaturæ omnino indiſpenſabilis eſt: ſecundum Inn. in cap. Dilectus. de tempor. ordi. Nauar. autem. cap. 27. nu. 205. ait Papam rarò, aut nunquam in hoc defectu diſpenſare. Imo nec vlla diſpenſatio, à quocunque emanet, valere poteſt, vt ait Felyn. in cap. Inquiſitionis, de ſent. excom. Bernard. Diaz. in praxi Canonica, cap. 18. Maiol. ſupra. num. 13. Sed quicquid ſupradicti dicant, verius eſt Papam poſſe diſpenſare, cum poſſit in omni irregularitate, ſecundum omnes.

§. 6. *De vita honeſtatis defectu.*

De criminibus varie doctores.

MIror equidem, (Sicut iuſtè Maiol. lib. 5. ca. 12. miratur) quā variè hæc criminum inducentium irregularitatem materia fuerit à ſcribentibus tractata. Varios ille loquendi Doctorum modos ibidem enarrat; quos conſultò omittimus, accipiendo tantum nobis hic neceſſaria. 98

Tres circa crimina regulæ, a iure traditæ.

IN qua criminum materia tres iuridicas, ſiue à iure regulas poſuit Hoſt. in Summa. lib. Rubr. 38. de Pœnit. & remiſ. quem refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 29. q. 3. Prima eſt, qui peccauit mortaliter poſt Baptiſmum, non poteſt promoueri. cap. Primum. 25. diſtin. cap. Quoniam. 48. diſt. cap. Illud. 50. diſt. cap. Si quis omnium. 1. q. 7. Secunda eſt Promotus, qui mortale crimē commiſit, deijcitur text. cap. qui ſemel. 50. diſt. cap. ſi Epiſcopus. & c. Si poſt ordinationem. ibid. cap. Si Diaconus. 81. diſt. Tertia regula. Qui ab ordine deponitur, non poteſt reſtitui. text. cap. 1. & 2. & cap. Peruenit, &c. Poſtquam. 50. diſt. quæ tres regulæ etiam colliguntur, 99 ex c. Vt conſtitueretur. in princ. 50. diſt.

Tres opiniões circa regulas.

SIcut tres datæ ſunt regulæ; ita circa illas tres fuerunt Doctorum antiquorum opiniones. Prima dicebat: omne peccatum mortale repellere promouen- 100

uendum,& deijcere iam promotũ. Hæc opinio intelligit regulas prout ſonant ipſa uerba,& eſt nimis rigida,cum pauci alias poſſent promoueri. Nam res pœnę,contra naturam eſt (vt ait D. Hiero.) vt ſine peccato aliquis ſit. §. Nunc autẽ. 25. diſt. qua propter talis opinio omnino eſt reijcienda.

Sine peccato eſſe, res, &c.

Secunda opinio intelligit de magnis peccatis expreſſis in iure. Quæ opinio, quia non diſtinguit inter peccata occulta,& manifeſta,non eſt tenenda. cap. De his uero. 50. diſt.

Qualiter intelligantur dicta regula.

Tertia intelligit dictas regulas de manifeſtis. Hæc opinio non diſtinguit inter peccata enormia, & alia, ideo non tenenda. capitul. Inquiſitionionis. de accuſation. Summa Confeſſ. ſupra.

101 *Crimina triplicia, ex qbus irregularitas oriri poterit.*

VT autem confuſio tanta euitetur, reſque omnis manifeſtat fiat; notare oportet tri, lic·a eſſe crimina, ex qui bus irregularitas hæc oriri poteſt, enormia, ſcilicet, medioeria, & leuia. Ita Angel. Silu. Tab. & alij. verb. crimen. Hoſt. Raym. Goffr. & alij quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 29. Maiol. lib. 5. cap. 12. Epiſcopus Scalenſ. de Irregul. cap. 8.

102 *Intelliguntur, poſt factam pœnitentiã.*

NOta etiam quod quãdo loquimur de his criminibus, eſt intelligendũm poſtquam committens fuerit iam de illis ſacramentaliter Confeſſus, quod Doctores ſupra dicunt; poſt factam pœnitentiam.

103 *Crimina enormia duplicia.*

NOta Iterum, quòd licèt Doctores varient: tamen enormia crimina in duplici ſunt differentia. Quædam enim ſunt, quæ etiam occulta, & poſt factam pęnitentiam prohibent promouendum, & promotum deijciunt, impediendo ordinis executionem, retentionemque beneficij. text. in cap. Vt ventum. 1. q. 1. cap. Quicunque,& cap. Statutum. de Hæretic. lib. 6. & c. Vlt. de temp. ord. & cap. 7. de Simonia. veluti Homicidium voluntarium. text. in cap. Miror. 50. diſt. cap. Siquis omnem. 1. q. 7. in fin. Et etiam caſuale, ſi culpa præceſſit. tex. in cap. Continebatur. de Homic. Secus verò, vbi culpa non fuit. text. in cap. Ex literis. de Homicid. Alterum eſt Simonia in ordine, & beneficio tex. in cap. Inquiſitionis. §. 1. de Accuſat. Tertium eſt Hæreſis. ſecundum Hoſt. & Goffre. quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ. d. lib. 3. tit. 29. q. 3. Maiol. ſup. nume. 2. Ratio eſt. Quia Hæreſis, ſanato vulnere, cicatricem relinqt. c. Vetũ. q. 1. tradit Epiſc. Scal. ſup.

Quæ primi ordinis.

104 *De criminibus enormibus occultis.*

ALia ſunt etiam enormia crimina, quæ ſi fuerint occulta, poſt pœnitentiam nihil horum faciũt, vt in cap. Quæſitum. vlt. de Tempor. Ordin. quæ ſunt: Sodomia, Inceſtus, Adulterium, Periurium, falſum teſtimonium, &c. ita Raymun. Hoſtien. Goffred. & Bernat. quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ. ſupra. Silu. verb. Crimen. nume. 3. Maiolus. lib. 5. cap. 12. Epiſcopus Scalenſ. de Irregularit. cap. 8. tradit Specul. tit. de Diſpenſation. §. Iuxta. verſic. Vndecimo, & verſic. Item Conuictus.

105 *Crimina mediocria ĩ duplici differentia.*

MEdiocria etiam crimina, duplicia ſunt: aut ita manifeſta, quod nulla poſſint tergiuerſatione celari, ſ. per euidentiam facti, vel per confeſſionem in iudicio factam, vel per ſententiam, & tunc impediunt, & remouent. omnes ſupra.

Si autem fuerint occulta, poſt dignam Pœnitentiam nec impediunt nec deijciunt. Vocantur autem mediocria Adulterium, Fornicatio, Furtum, Fraus cum dolo. Sacrilegiũ, Periurium, & alia multa. vide Sum. Confeſſ. ſupra. & alios. * De his criminibus Vide Canon. 24. SS. Apoſtolorum, qui ſic ait: Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehenſus deponitor, non tamen a communione excluditor; dicit enim ſcriptura: Bis de eodem delicto vindictam nõ exiges. Eidem conditioni conſimiliter, & reliqui clerici ſubduntur.

MInora crimina dicuntur, Alea, ebrietas, & ſimilia, quæ minimè inducunt Irregularitatẽ. Doct. ſupr. * Vide Canon. 41. SS. Apoſtol. qui ſic ait: Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui vel aleæ, vel ebrietatibus indulget, vel deſinito, vel deponitor, & vide Can. 42. & 53.

Reſolu-

106 *Crimina minora, qua. Qualiter Epiſcop. diſpẽſet in occultis.*

REſolutiuè Nota quo ad ſupradicta. Quod hodie per Concil, Triden. Seſſ. 24. de Reformat. capitul. 6. Epiſcopus poteſt in quacunque irregularitate ex occulto delicto prouenienti diſpenſare, excepto homicidio voluntario. Quod fuit decretum charitate pleniſſimum.

De tertia ſpecie Irregularitatis, ſcilicet, De defectibus corporis, ab alijs autem, de corpore vitiatis, dicitur.

De corpore vitiatis.

QVemadmodum in ſuperiori ſecunda ſpecie, de Irregularitate egimus; quam quis, culpa propria, crimina committendo incurrit; ſic nunc in tertia agere debemus de illa Irregularitate, quam quis regulariter aliorum culpa, vel Dei voluntate incurrit. Et ſic hanc tertiam ſpeciem de corpore vitiatis; in duos §§. diuidemus.

§. Primus, de Illegitimorum Irregularitate tractabit.

§. Vero Secundus, De omni vitio corporali impediente, vel non.

§ Primus, de Illegitimis.

107 *Illegitimi omnes irregulares.*

VNica concluſione omnes ferè Doctores hanc illegitimorum materiam comprehendunt, ſcilicet. Illegitimè nati, qualeſcunque fuerint Spurius, Manzer, Nothus, &c. ab Ordinibus omnino prohibentur tex. in ca. 1. de fil. presbyter.

108 *Illegitimi prohibitio.*

HAec prohibitio olim habuit principium Deut. capitu. 23. ex quo omnia Iura hoc prohibent. cap. Tanta, cap. Per venerabilem, cum alijs, qui filij ſint leg. Tradunt Doctores communiter, maximè Angel. Sylu. Tab. Armil. & alij. verb. Illegitimi Anton. Fonſeca Luſitanus in addition. ad Caie. ſuper d. cap. 23. Deuter. Summa Confeſſ. ſupra, Maiol. lib. 1. c. 4. nu. 1.

NOta pro dictorum intelligentia, quod etiam ſi in d. ca. 24. Deut. ſoli Manzeres Scorto nati repellebantur, vt ibid. notat Caiet. quem refert, & ſequitur Maiol. ſup. Hodie tamen (vt ſupra tetigimus) dicta prohibitio omnes Illegitimos comprehendit. tex. in c. per venerabilem. §. Quod autem vbi Abb. & omnes. Qui filij ſint legit. Glo. in cap. Niſi cùm pridem. verb. Manzeres. de Renuntiat. tradit Naua. c. 27. nu. 201. Maiol. ſup. Epiſcop. Scal. c. 8. verſi. Illegitimè. 109

Mãzer tantũ olim phibitus.

HOrum aũt Illegitimorum quatuor ſunt ſpecies, Prima Manzer dicitur ille, qui de Scortonatus eſt, ſecũda ſpurius, qui de profeſſo, uel profeſſa, vel ſimilibus. Tertia. Nothus ille dicitur, qui ex adulterio generatur. Quarta. Naturalis ille eſt, qui natus eſt ex vnica concubina Domi retenta. Gl. & Abb. in d. c. Cum pridem; tenet omnes ſupra, & Ciſuentes in l. 3. Tauri. 110

Illegitimorum, ſpecies, quot.

QVæritur. Quare tales illegitimi, abſque culpa ſua, a ſacris Ordinibus repellantur? Reſpõ. Quod licèt Maiol. ſupra. nu. 1. dicat plurimas eſſe huius prohibitionis rationes; ex Raymundo tamen, Hoſtien. Goffredo, & alijs, quos refert, & ſequitur Summa Cõfeſſ. li. 3. tit. 19. q. 1. Sylu. verb. Illegitimus, q. 1. & alijs, maximè Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſi. Cardin. Paleottus tractatu de Nothis, ac Spur. Ioa. Andr. in addition. ad Specul. titu. Qui filij ſint legitimi, & alijs, quaſdam aſſignabimus, Prima eſt. Dignitas clericalis, quia huiuſmodi vilibus conferri non debet. tex. in c. Inter dilectos. de Exceſſib. Prælatorum. 111

Quare illegitimi repellantur.

Secunda. Deteſtatio paterni criminis tex. in c. Vergentis, de Hæretic. Tertia quia ſolent tales imitatores eſſe criminis paterni tex. in c. Si quis cum militibus. 6. q. 1. c. Si Gens Angelorum. 56. d. quem tex. omnino vide pro filijs meretricũ. Quarta, quia ignominioſi ſunt, & omnibus odioſi, quaſi ex turpitudine nati. Quinta, quia nullo diſcrimine haberetur Matrimonij ſacramentũ, a fornicatione. Sexta, quia illegitimi pleni ſunt vitijs, (nota ſunt omnibus) & ea

tradit

tradit Rauis. Textor.in Epipheta. Illuſtriſs.Cardin. Paleotus. ſupra.& Anton. Fonſeca in additiou. ad Caiet. 23. Deuteronom.

112 *Illegitimi,quãdo admittẽdi.* QVibus omnibus non obſtantibus; aliquas regulas, vel concluſiones,uel potius fallentias ponemus, quibus patet in aliquibus caſibus illegitimos eſſe admittendos.

Prima Filius natus ex ſoluto & ſoluta,ſi tempore conceptus nullum erat inter illos impedimentum,quominus con trahere poſſent,ſi poſtea contrahant,legitimatur per ſequens Matrimonium, abſque ulla Eccleſię diſpenſatione Abb. in cap.Tanta.per text.ibi.Qui ſint legi. Angel.Silu.Armil. & alij ſupra. Maiol. ſupra.nume.13.tex.in l.fin. C.de natur. liber.Archid.in Princ.35. diſtin. q.7. & in capit.Oſius.56.diſt.Et licet aliqui dixerint inſpiciendum fore tempus natiuitatis per tex. in cap. Cum in cunctis. de Elect.vt ſentit Hugo in princi. 35.q. 7.Communior tamen opinio eſt, quod tempore conceptus non eſſet impedimentum.

113 *Et ad quos Ordines ? &c.* QVod eſt verum, non tantum quo ad omnes Ordines ſuſcipiendos, ſed etiam quoad omnes dignitates, & actus legitimos.tex.in cap.Conqueſtus. capitul. Tanta.qui filij ſint legiti. vbi Gloſſ. ſing. ſecundum Abb. & Raueu. alia in capitulo innotuit. de Electiou. Abb in ca. Ad extirpandas; de fil. preſbyt. Doctores omnes,quos refert,& ſequitur Maiol.& Epiſcopus Scalenſis.ſupra.vide Curtium Iuniorem. Cõſi.136. & Ruinum.Conſi.211.volumin.1.

114 *V. Quo ad Epiſcopatũ.* SEd Quæritur.Vtrum procedat etiam quoad Epiſcopatum? Reſp. ꝙ licèt Abb.in d.c.Ad extirpandas,& alij,Silu. ver. Illegitimus. q.3. videantur ſentire, quod egeat diſpenſatione: Gloſſa tamẽ, in d.capitu.Innotuit.de Electione.Hoſt. Goffred.& alij quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ. ſup. q.10. tenent,non eſſe neceſſariam diſpenſationem, in fauorem prolis auge.cap. Ex tenore. Qui filij ſint legit.& c. Videtur.qui Matrim. accuſare poſſunt,

SEd Quæritur.Quid ſi poſt natum filium mater cum alio contraxit,quo mortuo,contraxit cum amico priori. V. per hoc Matrimonium,alio interpoſito, legitimetur talis Reſp.ꝙ ſic.Ita Abb. in cap.Tanta.notab.2.Qui fil. ſint legi. & in c.Ad extirpandas. de fil. presbyt. Io. And. in Reg. Sine culpa. in Mercurial. Alb. verbo. Illegitimè, verſicu. Quid ſi nato. tenet Raym. Hoſt. & Goffred. quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ.lib.3.tit.19.10.per tex.in d.c.Tanta.& per tex.in Authen.quib. mod. naturales effician. legit. Collatione. 6. Simon Maiol.libr.1.cap.4. nume.15.Præpoſ.in d.cap. Tanta. Nicol. Vbal. de Succeſ.ab inteſtato.colum.26. Quicquid dicat Bart.in l.In concubinatu, & in l.fi. ff. de Concub. quem ſequitur Ludouicus à Sardis de Legitimatione.fol.6.lib. 2.tract.& Roſellus.de Legitima. fol.2. lib.1.tract. 115 *V. Filij legit.mẽtur ſequuto. Mrimonio,alio, interpoſito.*

QVid ſi Clericus in minoribus Beneficiatus de concubina ſoluta habuit filium, eamque poſtea in vxorem accepit? Reſpon. Talem filium eſſe legitimum per illud Matrimonium. Ioann. Andr.in Regul Sine culpa.de reg.iur 6. Cardin.in d.cap.Tanta.q.4 quos refert & ſequitur Maiol.ſupra. Ange. Silueſt. Armil.& omnes. 116 *De filio clerici ĩ minorib. &c.*

FIlij quoque ſacerdotum ex legitimo Matrimonio geniti, antequam pater eſſet ſacro Ordine inſignitus, legitimi ſunt, atque ideo ad omnes ordines promouendi Raym.& alij, quos refert, & ſequitur Epiſcop Scalenſ.ſupr.cap.8. Ang.Silu.& alij ſup. Armil.verbo. Illegitimi. nume.1. Gloſ. in princ. diſt.56. Maiol.lib.1.cap.6.num.2. 117 *De fi'ijs ſacerdotu. legitimis.*

QVamuis ex communi Catholicorum ſententia copula inter ſponſos de futuro, mortalè ſit peccatum, tamen ſi ex illa filius naſcatur,erit legitimus, ſecundum ſe,tex.in cap. Per tuas.Qui filij ſint leg.modo tamen Matrimonium,iuxta doctrinam Conci.Trid.ſeſſ.24. cap. 1.de Reform.Matrimon.debito tempore ſuum habuerit locum: niſi alter illorum ante contractum Matrimonium moreretur,Maiol. ſupra verſi. Huc ſpectat. 118 *Copula inter ſpõſos de futuro pec catum, mort.*

ſtat. Epiſcop. Scal. c. 8. verſi. Natus.

119 *Fili⁹ ex ſponſ. de futuro, & c. Quid ſi filiũ fornic. Ordinetur, et c.* VNum hoc in hac materia non eſt omittendum (quod notatu dignũ dicit Maiol. d. c. 4. nu. 16.) quòd ſi filius natus ex fornicatione ante Matrimonium ſubſequens promotus fuerit ad Ordines; ſubſequuto Matrimonio, fit quidem legitimus, ſed illa indebita Ordinum ſuſceptio non conualidatur, nec habet Ordinis executionem, nec aſcendere poteſt ad altiores ſine diſpenſatione. Vincen. in c. Innotuit. de Elect. quem refert, & ſequitur Arch. in ca. Oſius. 56. diſt. Maiol. ſup.

120 *V. Infantes expoſiti ſint pro legitimis habendi? &c.* VLtimo loco in hac materia quæſtionem illam tractare volui; Vtrum infantes expoſiti, ſint pro legitimis, vel pro illegitimis habendi, & ad Ordines admittendi, ſine diſpenſatione?

Pro parte affirmatiua facit, quod multi filij legitimi, à parentibus propter inopiam, vel ignauiã ſunt expoſiti, vt apud omnes eſt in confeſſo, experientiaque docet, &c.

Pro negatiua verò, quod tales communiter ab omnibus pro illegitimis reputantur, vt notum eſt, & in dubio non præſumitur quis legitimus, tex. & ibi Ang. in l. Liberorum. ff. de ijs qui notantur infamia cum multis alijs, quos refert, & ſequitur Couarr. in Cleme. ſi furioſus. 1. par. in princ. nu. 9.

121 *Quũ poterit Ordinari.* PRo reſolutione dicendum Primò: Quod Quando pueri expoſiti parentes illum pro legitimo agnoſcunt, & illum egeſtate oppreſſi expoſuerunt, poterit nihilominus ordinari, quia nihil oberit, quod fuerit expoſitus, cùm parentes eius legitimi agnoſcantur, quia in iure nihil aduerſatur illis. text. cap. 1. de Infant. expoſ. Maiol. lib. 1. cap. 11. in princ. Couar. ſupra.

122 *Liberat à patria poteſtate.* SEcundo dico, quòd infans expoſitus (vt de ſeruis, & lãguidis taceamus) a Patre, vel ab alio, ipſo conſentiente, liberatur a patria poteſtate text. expreſſus. cap. vnico. de infant. expoſ. vbi Abb. & Doct. verſic. Si expoſitus. vbi Turrecrem. 87. diſtin. Ang. Silu. Animil. & alij. verbo. Expoſiti. Iul. Cla. in practica crim. q. 83. Simon Maiol. lib. 1. cap. 11, num. 3. Inſtit. Canonica. lib. 4. tit. de Homic. §. Quod filius. cum Glo. ibidem.

123 *V. Promouendi ſine diſpenſatione.* TErtio dico, ꝙ quamuis Anan. in c. 1. de Infantib. expoſ. Bermondus Choueronius. ad titul. de Concub. verb. Qui etiam filios. num. 90. col. 363. & Illuſtriſs. Card. Paleottus. de Spurijs. cap. 63. nu. 3. & 7. (dicens communiter receptam) teneant tales expoſitos abſque vlla diſpenſatione eſſe promouendos; Cõtrariam tamen opinionem reputat veriorem, ac ſeruandam Couar. ſupra. d. nu. 9. Simon Maiol. (ad obiecta reſpondens) lib. 1. cap. 11. nu. 3.

Nec iuuat opinio Ancha. in d. cap. 1. & Felyn. in cap. Cum deputati. de Iudic. in fin. quia potius dubitare voluerunt, quàm in hoc determinatè loqui. * Quæ pœnitentia ſit imponẽda illis qui filios, vel ſeruos expoſuerunt. vide Canon. 17. pœnit. in fine. verbo. Quid de illis. vbi vide quæ damna ſequantur ex tali expoſitione.

124 *Quis diſpenſat cũ dictis illegitimis.* QVo ad diſpenſationem autem cum omnibus ſupradictis illegitimis; Quæritur. Quis poſſit cum illis diſpenſare? Reſp. Primo de Expoſitis. Quod ſi ſit ſequenda opinio dicentium eſſe pro illegitimis habendos; eorum diſpenſatio ad illos pertinet, ad quos, cum alijs illegitimis pertinet diſpenſare; Sed cum talibus expoſitis facilius eſt diſpenſandũ. Gloſ. & Abb. in ca. Cum deputati, de Iudic. colum. 1. verſic. Quæro. quem refert, & ſequitur Maiol. c. 5. ſupra, & Couar. ſupra, dicit ſufficere Epiſcopi diſpenſationem. Quod placet.

125 *Quid ſi ingrediãtur Religionem, &c.* DE alijs autem illegitimis, Reſpond. Secundo, quod ſi tales ingrediantur & profiteantur Religionem, fiunt habiles, & legitimi ad omnes ordines. tex. in cap. 1. de fil. presbyt. vbi Abb. Innocen. Imol. & omnes alij. tex. cap. 1. 56. diſtin. Hoſt. Raym. Goffre. & alij, quos refert, & ſequitur Summa Cõfeſſ. lib. 3. tit. 10. q. 2. Ang. Silu. Arm. & alij. verb. Illegitimi. Nauarr. cap. 27. numer. 201. Maiolus. lib. 1. cap. 11. Epiſcopus Scal. cap. 8. Ratio eſt.

126 QVia Religionis ingreſſus tollit irregularitatis ingratitudinem. tex. in cap.

126 cap. Non liceat. 10. quæſt. 3. & quia ingreſſus Religionis æquiualet omni Pœnitentiæ. tex. in ca. Admonere. 33. q. 2. Non tamen cenſetur habilitatus ad Prælaturam, vel Superioritatem; etiam cum Epiſcopi diſpenſatione, ſecundum Doctores magis communiter. ſup. & Palud. 4. diſt. 43. Villa Dieg. de Irregul. col. 49. quos refert, & ſequitur Nau. ſup.

Religionis igreſſus tollit irregularitatis ingratitudinẽ

127 SI autem tales volunt in ſæculo manere, & promoueri; Reſp: Tertio, ꝙ quamuis Raym. Bernar. Hóſt. Coſ. & alij antiqui, quos refert, Summa Confeſſ. ſup. q. 3. tenuerint Epiſcopum poſſe cum talibus ad omnes Ordines, & Beneficia diſpenſare; Contrarium eſt tenendum; imò quòd Epiſcopus tantum diſpenſare poſſit quoad minores Ordines, & vnum ſimplex Beneficium. text. in cap. 1. & 2. de Fil. presbyt. lib. 6. Summa Confeſſ. ſupra. Sylue. verbo. Illegitimi. nu. 8. Armil. verb. Beneficium, nu. 23. Maiolus. Epiſcopus Scalen. Nauar. & alij, ſupra. Quo ad maiores autẽ, & alia beneficia, atque dignitates, Papa ſolus diſpenſat; omnes. ſupra. & alij multi. Quid diximus in hac materia illegitimorum vltra hic poſita vide infra in 3. p. capitul. 2.

De illegitimis remanẽtibus ĩ ſæculo, etc.

128 AD hanc Irregul. ſpectat ſeruorum conditio: de quibus hæc pauca.

De ſeruis promouendis.

Prima Concluſio. Seruus inſcio domino promoueri de iure non poteſt. totus titu. de Seruis non ordi. & ibi, & vbique omnes, & cap. 1. 2. & 3. 54. diſt.

Secunda Concluſio. Si tamẽ de facto ordinatus fuerit, capax eſt Carracteris.

Tertia Concluſio. Si minoribus tantum inſcio domino initietur, manet ſeruus nihilominus, ſicut antea, omnes. & tex. in cap. Nulli. 54. diſt. cap. 2. de ſeruo non ordin.

Quid ſi de facto ordinetẽ, &c.

Quarta Concluſio. Si autem ad Subdiaconatum, vel Diaconatum fuit, neſcientem domino, promotus, alium loco ſui præſtabit ſeruum, vel pręcium reſtitut. tex. in c. Ex antiquis. 34. diſt. & c. Miramur. de Seruis. non Ord. omnes.

Quid ſi de facto ordinetẽ, &c.

Quinta Concluſio. Quod ſi ad Sacerdotium domino ignorante aſcenderit dato peculio, vel ſe redimendo, manet liber. d. capitul. Ex antiquis. Quòd ſi nihil poteſt domino teneatur in ijs, quæ ad ſacerdotem ſpectant, inſeruire. ex iuribus omnibus, ſupra allegatis. S. Anto. 3. p. tit. 28. cap. 6. §. Nauar. cap. 27. num. 208. & omnes communiter.

Si autem cum licentia expreſſa vel tacita domini ordinetur, liber manet, & ingenus. tex. in cap. Si ſeruus 54. diſt. Inn. Hoſt. Goff. & omnes alijs antiqui, & moderni.* quæ omnia ſeruantur hodie die de iure nouo; quamuis olim Canon. 81. SS. Apoſtolorum in hæc verba ſtatuit: Serui in clerum promoueantur citra dominorum voluntatem. &c.

§. 2. DE CORPORE, Vitiatis.

129 ACturi de vniuſcuiuſq; membri corporis vitio; opere precium diximus. Primo notare; vitium alicui adeſſe, quadrupliciter. ſ. ex defectu membri, ex inhabilitate, & diminutione, vel ex augmento, vt tradit Abb. in c. fi. de corp. vitiat. inſt. Cano. lib. 1. tit. qui promoueri non pñt. in §. Cauenda. gl. verb. Vitia. Secundo. de illo, qui toto corpore eſt vitiatus. i. de Monſtro, ſiue Monſtruoſis, in principio tractare, ꝙ paucis abſoluam.* Qualiter autem tales non ſint ſubſanandi vide Canon. 56. SS. Apoſt. Si quis (inquit) mancum, aut mutũ ſurdumuè, aut cęcum, aut cúm cui vitioſus inceſſus eſt ſubſanauerit, communione priuator; Conſimiliter & laicus.

Vitium corporis quadrupliciter, cõſideratur.

MOnſtrum dicitur, (quo ad naturam humanam) quã do aliquis duo capita, quatuor brachia, pedes vel oculos habet, vel aliquod membrum ita eſt extrauagans, vel extraordinarium, quod videntibus magnam cauſet admirationem. Vel etiam, ſi rationalis cratura membrum aliquod habeat animalis, vt canis, equi, vituli, &c. Vel etiam, ſi omnia membra habeat humana; vocem autem, vel pellem alicuius animalis; & ſimilia. vt ſæpè viſum eſt,

Monſtrũ quid?

130 *Mõſtruoſitas & deformitas &c.* NOta circa ſupradicta, quòd in hac materia, monſtruoſitas & deformitas differunt. Monſtruoſitas enim eſſet alioquod ex ſupradictis. Deformitas autem eſt, quando aliquis puer caput haberet Gigantis; vel oculos ſic paruulos, vel grandes, qui omnino capiti eſſent diſſimiles. Inter deformitates corporales etiam numerantur ſtatura ita ingens, procera, vel grandis, uel ita parua quòd omnibus eſſet admirationi, His viſis, Cùm ſecundum Abb. in cap. 2. de Cler. ægrotan. Omnis deformitas magna, etiam ſi ſit ſine monſtruoſitate, ſufficit ad impediendum, ne quis promoueri poſſit; quanto melius omnis monſtruoſitas, erit repellenda ab omnibus, etiam minoribus Ordinibus, text. in cap. quoniam. de offi. Ordina. text. Gloſ. & Doctor. in l. Non ſunt. ff. de ſtatu. homin. text. in argum. cap. qui in aliquo. 51. diſt. Sot. 4. diſt. 25. q. 1. ar. 2.

131 *De mem brũ imparitate* QVid, ſi homo omnia haberet humana membra requiſita; nihilominus tamen nimiam habet talium membrorum imparitatem; vt ſi caput ingens corpori minimo ſit coniunctum, brachium vnum longum, & aliud curtum &c. Reſpond. Tales non eſſe etiam admittendos, Ratio eſt; quia, etſi Monſtra non ſint verè; deformitatem tamen hominum oculis ingentem inferunt. ita Abb. d. cap. 2. Secundo. Quia ita eſt clarum tales monſtruoſos non eſſe admittendos, quod eſſet monſtruoſum de talibus dubitare Gl. in cap. Si teſtes. §. Hermofroditus. 4. quæſt. 2. Maiolus. de irregula. lib. 1. cap. 13. num. 2.

132 *Nota de capite, Gigãtis.* ¶ Maximè, ſi aliquis tale haberet caput, quale ait D. Aug. lib. 21. de ciuitate Dei. capitulo 15. vidiſſe ſe hominis caput, cuius ſingulorum dentium locus, noſtrorum capitum dentes centum commodè includere potuiſſet. Tradit Petrus Mexia in Silua variæ Lectionis. cap. 2. & Maiol. ſupra. nume. 5. Et Ego (veritatem dico, non mentior) Anno. 1569. Salmanticæ, vidi euiuſdam Gigantis genu ponderis. 24. librarum Caſtellanarum, quod habebat. D. Doctor Munoz, qui primum fuit Complutenſis uniuerſitatis Rector; poſtea (a maiori ad minus) Salmanticæ Collegij Inſignis Sancti Bartholomæi Collega. Cuius Gigantis altitudo (ſecundum dimenſionem, ac membrorum computationem factam tunc ab inſignibus vniuerſitatis Medicis, atque Cirurgis tanta erat, quanta eſt altitudo Collegij Illuſtriſſimi Archiepiſc. Toletani, eiuſdem vniuerſitatis Salman. quæ altitudo plus habet, quàm ſex hominis communis ſtaturas. Dens autem molaris eiuſdem Gigantis ponderis erat vnius libræ. Fertur, Gigantem illum captum, & occiſum fuiſſe ab Hiſpano quodam in Stricto quodã Maris, qđ de Magallanes vocãt.

133 *Gigãtes. &c. alibi nõ irregulares.* ILlud autem eſt ſciendum, ꝙ quamuis Gigans, & Pigmeus, & alij ſimiles, eſſent apud nos irregulares, & minime admittendi; apud ſimiles tamen populos eſſent idonei, atque initiandi. Maiolus. ſupra.

DE HERMOFRODITIS.

154 *Hermofrodita quis ſit?* PRoxime dictis accedit aliud monſtruorũ genus, quod de Hermofroditis vocamus. Ille talis dicitur qui vtrumq; genitale membrum virile, & fœmineum habet. Quos etiam alio nomine, ſcilicet, Androginos vocat Archid. in cap. Hæc imago. 33. q. 5. circa mediũ. Aulus. Gel. lib. 9 cap. 4. Angel. Syl. Tãbien. Armil. verb. Hermofrodita. Summa Confeſſ. lib. 3. titul. 23. q. fin. Nauar. cap. 27. num. 203. uerſic. 10. Sot. 4. diſt. 25. q. 1. art. 2. in princ. Maiolus. lib. 1. c. 27. Epiſcop. Scalenſ. de irregul. cap. 6. S. Anton. 3. par. titu. 28. cap. Villa Diego. colum. 42.

135 *Hermofroditi à Africa, &c.* HOc Monſtruorum genus licèt raro in Europa inueniatur, in Aphricæ tamen quadam Regione ſupra Naſamones, Populos eſſe integros, ex Herodoto, & Caliphane tradit Maiolus. ſupra, numero 1. Qui omnes illius regiones habitatores vtriuſque ſexus ſunt. atque inter ſe uiciſſim copulantur, quibus ut

ait

ait Ariſtotel. & Plin. libro 7 capitulo 2. dextra mamilla uirilis eſt, leua uerò muliebris.

Irregularitas. Hermofroditi, & quare ordinandus.

136 QVibus ſuppoſitis, ſequentibus concluſionibus omnem Hermofroditorum irregularitatem comprahendemus.

Prima Concluſio. Hermofroditus quicunque, eo ipſo, quod eſt natus, ſit in famis de iure. Albericus. in litera. E. in uerbo. Hermofroditus. tex. in cap. Infamis. 3. q. 7.

Secunda Concluſio. Hermofroditus, qui magis pollet fœmineo membro, vel utroque æqualiter, non eſt capax Caràcteris; nec ideo ordinari poteſt, ſecundum omnes. ſupra. & diximus ſupra. in 1. par. de Sacram. Ordinis; de fœmina incapaci.

Nullo modo ordinãdus

Tertia Concluſin. Quamuis Hermofroditus magis virili mẽbro incaleſcens & perollens, capax ſit Ordinis, atque ideo Ordinari poſſit, nullo tamen modo ordinari debet, propter monſtruòſitatem, ac deformitatem, vt ex tex. in ca. Illiteratos diſt. 36. tradunt omnes Doctores, ſupra. & eſt tex. in arg. in cap. Si teſtes. 4. quæſt. 3. §. Hermofroditus. & ibi Glo. vbi Archid. ſic ait: Abſurdum eſt de eo promouendo ad Ordines tractare, quem neſcias an maſculus, an fœmina ſit, & an ad gignendum, an ad concipiendum ſit aptus, quum ſimul & ſemel ij & gignant & pariant. Maiol. nume. 2.

DE OCVLORVM Defectibus.

Oculi membra ſunt. Quod dicat membrum.

137 NVlli dubium, oculos, inter cætera humani corporis membra principatum ſibi vendicare. Quapropter primo de oculorum defectibus acturi; Quæro, Verum oculus ſit membrum? Reſpond. Affirmatiuè. vt ex tex. in cap. Singula Gloſ. verbo. Oculus, probat Simon Maiolus. lib. 1. capitul. 20. Quia membrum illud dicitur, quod in corpore habet officium per ſe diſtinctum. tex. in d. capitul. Singula. Abb. in capit. 3. Qui cler. vel vouent. & in capit. Clericus. Ne cler. vel Monac. & in capitul. Cum illorum. de ſent. excomm. & in capitul. ego; de iureiur. Legiſtæ, in l. 2. ff. de publ. iudi. & in l non ſunt liberi. ff. de ſtat. hom. Inſt. Cano. lib. 1. tit. Qui promoueri non poſſunt. §. cauenda. cum gl. verb. Digiti. Quibus viſis.

PRima ſit Concluſio. Cœcus abundè ſatis eſſet, qui cæcum a natiuitate, vel infirmitate, caſuvè factum, irregularem nõ iudicaret: eſt enim omnino. Canon. Apoſtol. 76. & text. in capit. Hinc etenim. §. Cœcus. 49. diſtin. & omnes. * Nota tamen quòd dictus Canon. 76. Apoſt. videtur probare contrarium eius ad quod hic allegatur, dum dicit: Si quis oculo defectus, aut obtuſo aure exiſtat, & dignus ſit, Epiſcopus efficiator. Nõ enim mutilatio corporis ipſum polluit, ſed inquinatio animæ. ſed Canon. debet intelligi, quando haberet aliquem defectum leuem ex infra dicendis. quia de cœco & alijs ſimilibus loquitur Canon. 77. 138

Cœcus eſt irregularis.

SEcunda Concluſio. Cæcitas ſacerdoti abſque culpa ſuperueniens, tantum illũ irregularem facit ad exercenda ea, quæ ſine viſu non poteſt. Ratio eſt. Quia etſi ordinem non amitti; Ordinum tamen executionem, in ijs, quæ exercere non poteſt, amittit, dum durat cæcitas. S. Thom. 3. p. quæſt. 82. art. fi. Vnde tales prædicare, confeſſiones audire, & in Choro mente canere poſſunt, beneficijs retentis, coadiutore ſibi dato, tex. in cap. cum percuſſio 7. q. 1. Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 19. Sylue. verbo, Corpore viciatus, nume. 3 & alij eod. tex. in ca. 2. de Cler. ægro. vbi. Abb. notat Nauar. cap. 27. num. 200. Maiol. ſupra. Epiſcop. Scalenſ. cap. 6. Sotus 4. diſtinct. 25. quæſt. 1. artic. 3. Nicol. Ploue. & alij. 138

Quid ſi cæcitas, ſacerdoti ſuperueniat.

TErtia Cõcluſio. Monoculos etiam, ideſt qui cum vno oculo tantum eſt natus, vel cui, ſine culpa ſua vnus eſt oculus erutus: Irregularis eſt. Probat Archid. per tex. ibi. in cap. Si Euangelica. 55. diſt. Sylu. d. num. 3. Roſel. verb. Viciatus. circa medium. Tabien. verb. 139

De Monoculo &c.

Corpore. Armil. eo. num. 8. Nauar. c. 29. num. 199. & nu. 100. Maiol. ſupra. verſi. Ille quoque. Epiſcop. Scal. cap. 6. verſi. Cęcus. Ratio eſt, quia vnum oculum habere tantum vitium eſt duplex, Primo defectus ipſe: Secundo, ſi fuit culpa ſua ſic factus. Ex quibus omnibus, & alijs, infra num. 158. citandis Nota generalem concluſionem: ſcilicet, Omnis deformitas, etiam naturalis inducens horrorem, uel ſcãdalum, inducit irregularitatem, ita, quòd ſine diſpenſatione nullus ſit ordinandus.

140 *De illo q aliũ oculo priuauit* *Faciens aliũ irregularem irregularis.*

ILle etiam, qui talem oculo priuauit, uel oculum effodit, irregularis eſt text. in d. capitul. ſi Euangelica. Quinimo & omnes in id conſentienter, ſunt irregulares, tex. in capitu. quia præſulatus. 1. quæſt. 4. notat Maiolus, ſupra. Ratio huius eſt; quia faciens alium irregularem, irregularis eſt. Ideo amputans alicui membrum, ſine quo ordinari non poteſt, nec ipſe eſt admittendus. Sylueſ. verbo. Homicidium 3. quæſtio. 3. uerſi. tertium. Tabien. uerbo. Irregularitas 3. num. 26. Maiol. lib. 1. cap. 21. nu. 1. & diximus, ſupra.

141 *De Monoculo, vel cæco naturaliter.* *De oculo Canonis.*

DIximus ſupra, (culpa ſua) quia de monoculo, vel cæco vno oculo, naturaliter, vel caſu aliquo ſine culpa, aliter eſt dicẽdum. Quia ſi in oculo ſiniſtro, (qui oculus Canonis communiter a Doct. dicitur, quia, cum ſit conſecratio, tali oculo ſiniſtro Canonẽ, ideſt Te igitur &c. reſpicere debet) defectus aliquis ſit, quo viſus omnino impeditur, ne Canonem reſpicere abſque deformitate, atque indecentia poſſit; difficilis erit in tali diſpenſatio. Si autem oculus dexter tali defectu ſit impeditus, facilius diſpenſabitur; niſi oculus, eſſet erutus, quia tunc, quamuis in rebus agendis par ſit impedimentum viſu carere quomodocunque. ſicut oculum nõ habere: quo ad deformitatem, tamen difficilius agitur cum oculo eruto.

142 *De nube in oculo.*

SI autem aliquis nubeculam aliquã, maculamve paruam in aliquo oculo haberet, ſine deformitate, non impediret, vt ex Innoc. Bern. Abb. Vincen. Raym. & alijs probat Epiſcopus Scalenſis, & ex gl. in capitul. 2. de verb. ſigni. lib. 6. Card. in cap. Hinc etenim, diſt. 49. & ex Nauarro, capitul. 27. nume. 299. tradit Maiol. dicto verſicul. Ille quoque, & alij.

143 *De habentibus oculos lachrymãtes.*

DE illis autem, qui Lippi dicuntur, ideſt, qui lachrimantes oculos continuo habent. Et de illis, qui oculos habent diſpares, vel prominentes &c. Reſolutiue Dicendum; Quod ſi talibus deformitas magna, vel horror non ſit; non ſunt propterea repellendi Nauarr. & alij ſupra. Quæ deformitas an notabilis ſit, vel non, Epiſcopi arbitrio relinquitur. Gl. in capitul. Cùm de tua, de corpor. vitiat. vbi Abb. Aſtenſ. & Roſella. verbo. vitiatus, Sylue. Corpore vitiatus. verſ. Sexto. Maiol. d. capitul. 20. verſ. Quicquid cum ſeq. Epiſco. Scal. ſupra. pro quibus eſt tex. in l. Clauum. in princ. ff. de edilit. edicto.

144 *De oculorũ albugine.*

ALbugo etiam, i. macula in oculo apparens, impedit quem Ordinari ſine diſpenſatione. text. in cap. Hinc etenim. 49. diſtin. S. Greg. in paſtorali. lib. 1. capitul. 11. Archi. in d. capit. Hinc. vbi etiam Hugo. & Spec. titul. de Diſpenſatione. §. Iuxta. verſicul. Item in veteri. Sylueſt. verbo. Homicidium. 3. num. 5. Maiol. ſupra.

145 *V. Per ingreſsũ religionis, tollatur &c.*

NOta tamen quòd licèt Roſella. d. verb. Vitiatus dicat per ingreſſum Religionis, eſſe quem diſpenſatum in hoc impedimento; Contrarium eſt verius, & tenendum cum Inno. in cap. de vitiat. de corp. vitiat. Aſten. Raym. & Syluest. ſupra. quos refert, & ſequitur Maiolus. ſupra. verſ. Hic quoque. Imo quòd ingreſſus, tantum non habilitet eum hac quidem ratione quod huius maculæ diſpenſatio deformitatem multam habeat & ſoli Papæ reſeruatur. Inn. ibidem & Tabien. verb. corpore. Diſpenſabitur, tamen facilius, cum religioſo, quàm cum clerico ſeculari. vide Maiol. ſupra.

DE VVLTVS VEL Faciei deformitate.

146 *De faciei deformitate.* CVm ſæpe faciei deformitas animi deformitatem ita indicet, quòd dicant Doctor. in cap. Cum in contemplatione de regul. iur. torturam inter complures criminis ſocios, inchoandam ab illo, qui deformiorem habet faciem, merito talis ob faciei deformitatem arcendus à ſacerdotio erit, ſi talis deformitas monſtruoſa, uel ridiculoſa uideatur propter ſcandalum, atque riſum, & contemptum uitandum.

147 *De facie diuerſorum, colorum, &c.* QVamobrem, Cùm alicui facies eſt diuerſis diſſecta coloribus, vel vulnerum cicatricibus, maximè ex rixa, vel turpi aliqua cauſa prouenientibus, alijsve ſignis dehoneſtata, admitti non debet. Guiller. de Laud. in ſuo Sacramentali. Syluest. verb. Homicidium. tertia, quæſtio. 3. quos refert, & ſequitur Maiolus. libr. 1. cap. 21. num. 1. Ratio eſt, quia ad excellentiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum celebrandum in quo Chriſti Diuinitas, & Humanitas continetur; claritas perſonæ in interiori, atque exteriori homine requiritur, non de neceſſitate ſacramenti, ſed de neceſſitate præcepti. S. Thom. 4. diſtin. 25. quæſt. ſecunda in fin. *Claritas animæ & corporis, requirit ad celebrandũ.*

148 *De gibbo in faciem. etc.* ILle etiam, qui gibbum illum, vel deformitatem (quam Hiſpani Lobinilo, vocant) in collo, vel in facie habet ita quòd riſui, vel ſcandalo eſſe poſſit, non eſt admittendus. Quod Iudicium Epiſcopi relinquitur arbitrio, Abb. in cap. fin. de Corpore vitiat. vbi Innoc. Ioan. Andr. & alij quos refert, & ſequitur. Inſtitut. Canon. lib. 1. titul. Qui promoueri non poſſunt. §. Cauenda Gl. verb. Non erunt. Maio. ſupra nume. 2.

De nigro, vel Ethiope, &c. QVæri ſolet de illo, qui alias legitimus, idoneuſque eſt, tamen faciem omnino nigram habet, quaſi ſi Maurus, Aethiopsvè eſſet, An ſit Amittendus? Reſpon. Quod color faciei ſiue ſand das, ſiue rubeus, aut niger, ne quaquam impediuut Ratio huius potiſſima eſt. Primo. Quia nullo iure prohibentur, tradit Maiolus. d. cap. 21. nume. 2 Ratio rationis eſt, quia color non inter eſſentialia, ſed inter accidentalia computatur, ut de aqua Viridi, vel Rubea, ſiue turbida ad baptizandum, dix mus in 1. par. de Baptiſmo. Et de vino ad conſecrandum. in materia de Euchariſtia. Nihil, enim refert ſit ne album, vel nigrum, dummodò vinum ſit. Poterit nihilominus ratione indecentiæ impediri; quia vt ait D. Paul. 1. Corint. 6. omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.

DE NASI DEFEctibus.

149 *Naſi defect° ſpiritualiter &c.* QVamquam Naſi defectus ſpiritualiter interpretentur Doctores, vt ex Leuit. capit. 21. Gregor. in paſtor. lib. 1. c. 11. tradit Simon. Maiolus. lib. 1. c. 22. num. 1. Quo ad noſtrum tamen ſpectat propoſitum; pauca dicemus.

De paruũ naſum habentibus Dicendum primo eſt, illum qui ita paruum, prægrandem, uel diſtortum habet naſum, vt eſpicientibus deformis uideatur, eſſe repellendum ab Ordinibus, uel admittendum Epiſcopi arbitrio, tex. in cap. Hinc etenim, uerſi. Paruo autem naſo. 49. diſtinc. Alberic. uerb. Naſum. Spec. tit. de Diſpenſatione, §. Iuxta, verſicu. Item in ueteri. Hugo. in d. ca. Hinc etenim, verſicul. Paruo autem naſo. Sotus, infra.

150 *De illis qui carent naſo.* SEcundo. Dico, Illum, qui naturaliter caret naſo, vel (longè fortius) illum, cui in aliquo periculo, rixa, uel delicto fuit naſus amputatus, eſſe omnino repellendum, propter nimiam deformitatem, & ſcandalum inde ortum. Silueſtr. verbo. Corpore uitiatus, num. 3. tex. in cap. pen. & fina. de Corpor. vitiat. Abb. & Villa Diego, quos refert, & ſequitur Nauar. c. 27 nu. 200. uerſic. 6. Raymun. Hoſtiẽ. Goffied. Innoc. & alij quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ. lib. 3. titul. 18. in fin. S. Thom. in 4. diſt. 25. q. 2. Tab. uerb. Corpe. quos refert, & ſequi-

ſequitur Maiolus, lib. 1. cap. 22. in fin. Sot. in 4. diſt. 25. q. 1. ar. 3. Ratio eſt, ſecundum S. Th. Sotum, & Maiolum, ſupra, quia licèt naſus nõ requiratur in facie de neceſſitate ſacramenti, requiritur

151 *De eſſentia Sacramenti &c.* tamen de neceſſitate pręcepti. ¶ Quę autem dicantur de eſſentiâ, & de neceſſitate præcepti, vide, ſupra, in 1. par. de Sacram. in genere, ad finem.

152 *Quis diſpenſat.* QVæritur, quis poterit in hoc defectu naſi diſpenſare? Reſp: Papã ſolum, vt ex S. Th. 4. diſt. 25. q. 2. in fi. Tabien. verb. Diſpenſatio. num. 13. verſi. 17. tradit Maiol. ſupra.

DE LABIORVM. Defectibus.

153 *De labiorũ defectibus.* RArò, aut nunquam continget aliquem, ob labiorum defectũ eſſe ab Ordinibus repellendũ, ſunt enim rariſſimi vel nulli labiorum defectus. Nihilominus tamẽ ſi alicui tanta eſſet labiorũ deformitas, vt horror, aut ſcandalum eſſet; Epiſcopus conſiderabit, An talis ſit, nec nè admittendus, Docto. ſupra.

DE DENTIVM Defectibus.

154 *Dens nõ eſt membrum.* CVm ex Inno. ſententia. in cap. Significauit & in c. Expoſuiſti, de corpore vitiatis, & ex tex. & Barto. ibi. in l. Is cui. ff. de ædilit. edict. Socin. in c. Sententiam. 4. par. principali, q. 31. Ne cleric. vel monac. habeamus, dentem non eſſe membrum, merito iudicabimus nullum ob dentium tantum defectum eſſe repellendum, maximè quia occultus defectus eſt. Quo viſo.

155 *De extrahẽte ſibi dentem.* QVæritur, quid ſi aliquis furore iracundiæ ſibi dentẽ extraxit? Reſp. Primò. Aliud eſſe membrum Corporis, aliud partem Corporis. Dentes ergo, etſi membrum non ſint, partes autem corporis dicuntur, vt ait D. Baſil. Homil. 3. in fin. quem refert, & ſequitur Maiol. lib. 1. cap. 24.

De amputante ſibi particulam digiti. Reſp. ergo Secundò quod quamuis amputans ſibi aliquam particulam alicuius digiti non neceſſarij, ex indignatione, vel quia dabat operam rei illicitæ, irregularis eſt; nec promouendus ſine diſpenſatione; text. apertus, in c. qui partem 55. d. Archi. in c. Maritum 33. diſt. Tabien. verb. Corpore, & Roſella. verb. Vitiatus: Nihilominus tamen, ſi auulſio dẽtis etiam ex indignatione occulta ſit, etiam ſi defectus ſit manifeſtus non impediret illum ab Ordinibus, ſecundum Abb. in c. Ex parte circa mediũ, de Corpore vitiatis, q. 4. quos refert. & ſequitur Maiolus, ſupra, intelligendo ſic ſupradictam contrariam opinionem. Nauar. c. 27. num. 198. verſi. 2. cum alijs ibid.

DE AVRIS VEL Auriculæ defectu.

AVris defectus dupliciter conſideratur; vel eſt interior, vel exterior. 156 Interior dicitur ſenſus auditus. Exterior vero, auricula. Quapropter quæ ad hunc defectum ſpectant, ſequentibus patebit Aſſertionibus, vel cõcluſionibus.

De Surdo ante ordines. PRima Concluſio. Surdus omnino, idest, qui ſenſu caret auditus, minimè eſt ad Clericatum admittendus, text. in Canon. 76. Apoſtolorum. Spec. tit. de arbitris. §. Poteſt. numero. 3. Surdaſter tamen, ideſt, qui difficulter audit, uel vna tantum aure ſurdus eſt, tali prohibitione non continetur, quia iure non probatur, vt ex ſupra dictis tradit Maiol. lib. 1. cap. 25. nu. 1.

SEcunda Concluſio. Si autem poſt Sacerdotium ſurdus fiat; poterit omnia illa exequi, quibus auditus non eſt eſſentialis, vt ſupra, de ſacerdote cæco, diximus. Vnde poterit Miſſam ſubmiſſa voce dicere; prædicare; & Confeſſiones autem audire, minimè. 157 *De Surdo ordinato.*

DE auricula autem. ſ. de cartilagine illa, quæ Capiti adhæret; Quæritur, Vtrum ſit membrum, & inter membra computetur? Reſpond. Quòd ſic, tradit Maiolus, ex Glo. in capitul. Singula. 89. diſt. Caie. 158 *Auricula carẽtibus.*

2. 2. q.

2.2.q.65.art.1. quem refert, & ſequitur Sot.lib.5.de iuſtitia, & iure, q.2.art.1. quamuis Nauarra cap.27. num.223. verſi. Monemus, videatur non eſſe membrum Quo viſo.

PRima ſit Concluſio. Qui auriculam totam, vel aliquam eius partē, culpabiliter per ſeipſum amputando, vel per alium, culpa ſua amiſit, non eſt admittendus abſque diſpenſatione, argum. text. in cap. Maritum; 33. diſt. S. Augu. lib. de Dogmat. Eccleſiaſ. cap. 72. text. in ca. qui partem. 55. diſt. & faciunt ea, quæ de dentibus, diximus, ſupra Nauar. ſupra.

159 *De auricula amputata. Punitio latronū ī Hiſpania.* SEcunda Concluſio. Fortiori longè ratione ille erit ab ordinibus repellēdus, cui auriculæ pars aliqua, etiam minima, in iudicio fuerit ob delictum amputata. Quemadmodum in Hiſpania latrones, qui ob furtum primum flagellantur publicè. Si autem in eodem, vel alio furto ſunt deprehenſi, flagellantur iterum, auriculæque partes illæ teneræ inferiores amputantur; Tertiò vero delinquentes, furca plectuntur.

160 *De auricula caſualiter, &c.* SI autem aliquis, fortuito caſu, infirmitate, vi, aut inimicorum inſidijs auriculam perdidit, admitti iure optimo poteſt, vt de caſtrato violenter infra dicemus, & tradit Maiolus, lib. 1. cap. 25. num.6. cum alijs.

161 *De abſcindente auriculam.* NOta tamen in hac irregularitate, quod ille qui alicui auriculam abſciderit, ob quod fit Irregularis ipſe etiam incidit in irregularitatem eandem, text. apertus. in cap. Si Petrus 24. q. 1. Spec. de diſpenſatione, §. Iuxta, verſi. Nunquid ergo B. Petrus, quem refert, & ſequitur Maiol. ſupra, nu. 7.

DE LINGVAE DEfectibus.

162 *Mors, et vita in lingua. Lingua, in Sacerdote.* QVemadmodum mors, & vita in manibus ſunt linguæ: ita vniuerſorum Eccleſiaſticorum ordinum clauis, & ſcopus in ipſius vſu cōſiſtit. Lingua enim in Sacerdote tale membrum eſt, ſine quo, (vt ita loquar) factum eſt nihil. Et quemadmodum ſi detrahas verbum ab aqua, non erit niſi aqua, text. in ca. Detrahe. 1. q. 1. ita ſacerdos ſine lingua, quid erit? non enim poterit Baptizare, abſoluere, conſecrare, prædicare &c.

Mutus non ordinatur. Quapropter, mutus a natiuitate, vel aliquo caſu factus; omnino irregularis eſt, text. in Canon. 76. Apoſtolorum. & communis.

SImiliter irregularis, nec admittendus erit ille, cui ita impedimentum ingens adhæret linguæ, vt verba explicare nequeat, S. Th. 3. par. q. 82. ar. fin. ad 3. Tab. verbo. Corpore vitiatus, quos refert, & ſequitur Maiolus. lib. 1. ca. 26. nume. 2.

163 *De impedimento linguæ.* DE omnibus autem alijs impedimētis linguæ Epiſcopus iudicabit, omnes, ſupra.

DE EVNVCHIS, vel Caſtratis.

165 QVamuis ex ſupradictis poterat colligi, quid faciendum cum Caſtratis, ſiue Eunuchis promouendis, vel promotis: Ad maiorem tamen declarationem illa in medium (reſolutiuè) proferemus, quæ ex iure, & Doctoribus colliguntur.

De abſcindente ſibi virilia & cæt. Primo ergo; Qui ſibi virilia, partēue illorum abſciderit, vel alius ſecundus, iuſſu tamen proprio, irregularis eſt, nec admittendus; ſi hoc factum fuit culpabiliter, tex. in cap. Si quis abſciderit. & cap. ſeq. 55. diſt. Ang. Sylu. Armil. & alij, infra. Sum Confeſſ. cum Raym. Goff. & alijs, lib. 3. tit. 18. & communis, Sot. lib. 5. de iuſtit. & iure. q. 1. artic. 1. * De quibus loquitur. 21. Canon. Santorum apoſtolorum. dicens: Qui ſibi virilia amputauit, clericus non efficitor, ſui enim ipſius homicida eſt, & inimicus creationi Dei. Et qualiter ſit deponendus ſi eſſet clericus vide Canon. 22.

166 *De illo qui ab. ſcindunt culpabiliter.*

SEcundo. Ille, cui dauit operam rei illicitæ virilia, vel eorum pars abſcinduntur; eodem modo repellitur, per tex. in cap. Presbyterum cap. Continebatur, de homic. ¶ Ex dictis hic, & ſupra patet illos, qui ob uocis conſeruationem caſtrauerunt ſe, per ſe, aut per alios eſſe irregulares, res enim illicita eſt, & mortalis culpa.

167 *De inuento in delicto & c.*

IDem erit iudicium de illo, quem maritus, frater, filius, &c. inuenit cum vxore, ſorore, matre, &c. & illum caſtrauerit, vel pudenda, partemuè abſcidit, uel ſi propter hoc crimen tali pœna fuit à iudice mulctatus; arg. text. in cap. fi. de tempo. ord. Hoſt. titu. de corp. vitiatis. §. Et quæ, & in cap. Ex parte: eodem, quem ſequitur ibid. Abb. Inno. Io. Andr. Imo. & communis, quam refert, & ſequitur Nauar. cap. 27. numer. 198. Ange. Sylue. & Armil. verbo. Corpore vitiatus, Sot. 4. diſt. 25. q. 1. art. 3. Maiol. lib. 1. cap. 15. Epiſco. Scalenſ. cap. 6. verſi. Similiter.

168 *De caſtrantibus ſe cā caſtitatis.*

DE illis autem qui ſe, Caſtitatis cauſa, per ſe, vel per alium caſtrauerunt, cogitantes per hoc ſe obſequium præſtare Deo, omnes ſupradicti fatentur eſſe irregulatem; ſed cum talibus, ob bonum finem quem habuerunt, facilius diſpenſandum; ſi aliàs idonei ſint: per tex. in cap. Si quis ſe & cap. Hi, qui. cum alijs 55. diſt. Alberi. verb. Mutilatus, & verb. Eunuchus, & verbo. Homicidium. 5. text. clarior. in cap. Maritum. 33. diſtin. S. Auguſt. lib. de Dogm. Eccleſ. cap. 72. Nauar. ſupra.

169 *De caſtratis ob neceſſitatem &c.*

DE illis autem, qui à Medicis, propter ægritudinem vel ab inimicis, aut Dominis, Parentibus vel alij inſidi sè ſunt contra uoluntatem caſtrati, vide tex. in cap. Si quis a Medicis. cap. Eunuchus, cap. Si quis pro ægritudine, cum al js. 55. diſtin. Ex quibus omnibus, & Doctoribus, ſupra, conſtat tales eſſe admittendos facillimè, maximè Nauarr. capit. 27. nume. 199. Sot. lib. 5. de iuſtitia, & iure quæſtio. 2. articul 1.* De quibus loquitur Canon. 30. Sanctorum, Apoſto, dicens, ſi quis humana violentia Eunuchus factus eſt, aut in perſecutionem amputata ei ſunt virilia, aut ita natus fuit & dignus eſt, efficitor Epiſcopus.

QVid de illo, qui cum eſſet Medicus, aut Chirurgus ſibimet virilia, vel aliud membrum non neceſſarium, ob neceſſitatem, uel ægritudinem amputauit? Reſp. Cum diſtinctione. Aut talis non habebat alium peritum, qui hoc faceret. Aut ſic. Si alium habebat, ipſe non poterat ſe mutilare, ſecundum Sylue. verbo. Corpore vitiatus, & alios, refert, & ſequitur Maiolus, ſupra. In alterius autem defectu potuit. 170

Sed eſt Notan. Quòd etiam illo caſu, quando erat infirmus, ſi ſeipſum indignatione notoria motus abſcindit, fit irregularis, cum quo difficilius diſpenſabitur, Docto. ſupra, & Hugo. in princip. 55. diſt. Sylue. ſupra, numer. 4. Innoc. in cap. Significauit, de corpor. vitiat. tex. expreſſus, in cap. Maritum, diſt. 33. & S. Auguſt. lib. de Dogm. Eccleſ. capit. 72.

De caſtrante ſeipſum, ob neceſſitatem, &c. 171

EX dicto cap. Maritum 33. diſt. ibi, vel iuſto, vel iniuſto timore &c. infertur ad quæſt. Quid de illo, qui ſibi ex iuſto, uel iniuſto metu virilia, aut aliquam corporis partem etiam paruam amputauit? Reſp. (prout ſupra in 1. parte de Matrimonio per metum contracto, diximus.) Quod aut metus eſt ab intrinſeco, vel ab extrinſeco illatus. Si ab intrinſeco, vt quando ipſemet, nullo vim inferente, tunc erit irregularis, & procedet tex. dicto cap. Maritum. Si autem ſit metus ab extrinſeco, idest, metus illatus ab aliquo tyranno, vel inimico, minante mihi mortem, vel graue aliquod damnum, niſi membrum abſcidero; tunc, cùm metus ille dicatur cadens in conſtantem virum, excuſabitur tale membrum abſcindens, tangit Sotus, lib. 3. de iuſti. & iur. q. 2. art. 1.

Metus duplex.

V. Si ſit neceſſariũ portare, ſecũ virilia. 172

ILlud, autem in hac materia non omittam, quòd (quamuis vulgariter contrarium dicatur) minimè eſt neceſſarium, quòd abſcindens ſibi virilia, aliudvè mem-

membrum ſiccum, aut in puluerem redactum, ſecum portet. gl. verb. Si in perfectione, in c. Eunuchus. 55. diſtin. Hoſtien. quem refert, & ſequitur Sylueſt. verbo corpore vitiatus, num. 3. Sot. Nauar. & alij.

173 ET quia autores ſupra citati, maximè Nauar. Conar. Borgaſ. Sot. ſupra, Maiolus, & alij nouiores, ad lõgum de omnibus defectibus membrorũ minimorum tractant; Notandum erit in omnibus Claudicantibus, Gibboſis, habentibus membra aliqua ſuperflua, requiri diſpenſationem, ſi defectus eſt notabilis, vel minimus, ſi impedit celebrationem, ad promouendum: vel ſaltem Epiſcopi declaratoriam, membrum illud non obſtare, ex ſupradictis. Quod vt facilius omnia comprehendamus ponemus regulam generalem, quàm ex Summ. Confeſſ. Villa Diego, Nicolao Plouio, & Nauar. cap. 27. numer. 199. colligere libuit: Ait enim Nauar. Nec imbecillitas membri, neque eius defectus contingens abſque propria culpa, (niſi impediat celebrationem) irregularem efficit, qualis eſt illius, conſilio medici, aut Chirurgi propter valetudinem, aut ab infidelibus, aut ab inimicis, ſine ſua culpa, abſciuditur. Qualis illius, qui natus fuit ſine pudendis, aut poſt, per vim a parentibus, aut alijs caſtratus. Qualis claudicatio eius, cui ſcipio in Altari non eſt neceſſarius. glo. in capit. Si quis in infirmitate. 55. diſtin. Qualis macula oculi, quæ non priuat viſu, neque notabilem deformitatem tribuit, cap. 2. de corp. vitiat. Qualis gibbus, & nimia magnitudo alterius aut vtriuſque oculi, ſi non ſint notabilis deformitatis. Hæc ille. Vel dic breuius, cum Borgaſio de irregul. Quicunque culpa ſua vitiatus eſt in corpore, repellitur; qui vero ſine culpa, non; niſi ſcandalum timeatur ex nimia deformitate, vel periculum ex nimia debilitate.

Regula generalis de vitijs corpor.

174 IN ijs, ergo caſibus, in quibus Epiſcopus iudicauerit aliquem corpore vitiatum non eſſe admittendum, ad S. D. N. Papam debet illum remittere, ad quem talium pertinet diſpenſatio. Spec. tit. de diſpenſatione. §. iuxta Ange. Tabie. & Armil. verb. diſpenſatio. Inno. in c. 1. de re iudic. lib. 6. & in c. 2. de corpor. vitiat. quos refert, & ſequitur Nauar. ſup. num. 200. in fin. Contra Villa Diego, colum. 49. & Sylue. verbo: Corpore vitiatus, q. ſi. & alios tenentes poſſe Epiſcopum diſpenſare. Quod credo verum, quando talis irregularitas procederet ex delicto occulto, licet effectus fuiſſet manifeſtus, ſcilicet ipſe membri defectus. Concil. Triden. Seſſ. 24. ca. 6. de reforma.

Quã Papa, Epiſc. diſpẽſet.

DE DAEMONIACIS, Furioſis, Lunaticis, &c.

175 GRauiſſima fuit inter antiquos, & nunc inter modernos Doctores cõcertatio; Num Arreptitij, ſiue dæmoniaci, Epileptici, lunatici, & furioſi habentes lucida interualla, ſint ad ordines admittendi, vel iam admiſſi ſuſpendendi? Vniuerſam hanc contrarietatem aſſertionibus quibuſdam poſtea declarabimus. Nunc autem ſingulares dictas voces, vel nomina explicabimus, vt res omnis clarior fiat.

De dæmoniacis, furioſis.

176 ¶ Dæmoniacus, Arreptitius, vel Energumenus ille dicitur, quem Spiritus aliquis malignus corporaliter, aliquo modo vexat, ſecundum omnes, vide tex. in cap. Exorciſta, cum alijs 33. diſtin. Quod diuina voluntate fit duabus de cauſis. Prima in præmium, vel exercitium. Secunda, in pœnam. Nam quem admodum, ex D Paul. 1. Cor. 11. oportet hæreſes eſſe, & ex S. Aug. in Enchirid. cap. 96 conuenit mala eſſe, ſic ex B. Hiero. in Iob, & habetur, in cap. Non ſolum. 23. q. 5. iuncta gl. dæmones eſſe bonum eſt, tum ad noſtram exercitationem, tum ad vindictam furoris, & iræ Dei.

Dæmoniac' uel Energumenus, quis?

Bonum eſt dæmones eſſe.

177 EPileptici illi dicuntur; qui Epilepſiam patiuntur, Alij morbum comitialem; Alij Herculeum morbum appellant. Quandoq; etiã aliqui Sterũ morbum

Epilenticus qui

morbum dixerunt (Hiſpani Perleſia, vel fortius, Apoplegia.) & tunc talis dicitur quando in homine fit membrorum correptio, & contractio. Quia, ſecundum Medicorum ſententiam, ita vehemens in hoc morbo eſt capitis, & mẽbrorum contractio, vt, aut hominem celeriter conſumat, ſi recens, & vehemens ſit, (vt frequentius facit Apoplexia) aut per totum vitæ tempus duret, (vt facit perleſia) de hoc tractat Hipocrates, libro de Sacro morbo, & Ariſ. in problem. Archi. in cap. Communiter. 33. diſtin. Maiolus, lib. 1. c. 16. Borgaſius & alij.

178 *Lunaticus qui* LVnaticum illum appellamus, qui ideo, quia in interlunio genitus fuit, cum luna ipſa mutabili, defectum, atque mutabilitatem patitur, menteque ab alienatur, ita vt inſaniat. Maiolus, li. 1. capit. 15.

179 *Furioſus quis dicatur.* FVrioſus ille ſolum nuncupatur, qui bili flaua, vel atra ita eſt plenus, vt tali bili aduſta, & petente caput, illum faciat omnino inſanire, debbacarique eum cogit, hominumque ſocietates, atque commercia fugere, ſimulque etiam per inuia, & ſolitaria, Ariſt. ſect. 30. problem. 1. Quibus viſis. Prima ſit

180 *Qui tales non ordinandi.* concluſio. Arreptitij, ſiue dæmoniaci, Epileptici, Lunatici, furioſi, & ſimiles; omnino ordinari prohibentur, text. in c. Maritum, cap. communiter cũ gl. vtrobique 33. diſt. ibid. Archid. Albe. in Repertorio, verbo: Vitiatus. Ange. Sylu. co. D. Anto. 3. par. titu. 29. cap. 5. S. Tho. 4. d. 25. q. 2. art. 1. Tab. verbo: Ordo. 4. Epiſc. Scalenſ. ca. 6. verſ. Furioſi. Aluar. Pelagius; de planctu Eccleſię, lib. 1. cap. 48. litera F. & Villa Diego, quos refert, & ſequitur Nauar. c. 27. num. 203. Borgaſius ſupra Maiolus, lib. 1. cap. 27. nu. 203. & li. 1. cap. 14. 15. 16. & ſeq.

181 ¶ Quod procedit, & eſt verum; etiam ſi ſemel tantum talibus morbis quis fuerit infectus, & ſanus videatur, arg. § fin. 15. q. 1. Nauar. ſupra. Quia quemadmodum qui ſemel eſt malus, ſemper præſumitur talis; tex. in Regula: Semel malus, de reg. iur. 6. ita qui ſemel fuit lunaticus furioſus; &c. ſemper præſumitur talis. Secundo, Quia in talibus nullus poteſt eſſe conſenſus, tex. loquens de matrimonio. in cap. Neque furioſus, cum glo. ibid. 32. q. 7. Et quamuis aliqui hoc tantum intelligant de dæmoniaco; Nauar. tamen, & alij, quos ſequitur, omnes dicunt non eſſe promouendos. *Etiam ſi ſemel tantum.*

ABſit tamen à nobis, vt intelligamus omnes illos, qui ob febris magnitudinem, atque ardorem inciderunt in freneſim, delirant blaſphemant, ſimiliaque faciunt eſſe in ſupradicta concluſione comprehendendos. Eo. n. caſu, ſublata febre, & furor etiam abijt, atque integer ſenſus remanet; ideo tales ordinandi ſunt. Tangit Maiolus, lib. 1. c. 14. nu. 5. & eſt communis ſm. Alciatum de pſumpt. Reg. 1. præſump. 19 in fi. 182 *De freneticis ob morbũ.*

SEcunda concluſio. Omnes ſupradicti (Dæmoniaco excepto) ſi iam ordinati ſemel, rarò, vel ſæpè, in tales morbos inciderint, & ceciderint in terra, abſque oris ſpumatione poterunt in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, dum mõdo per annum ſint liberati, & liberi arbitrio Epiſcop. iudicari. Et hac conditione, quòd ſacerdoti celebraturo alius ſacerdos paratus aſſiſtat. ſentiunt omnes ſupra dicti, & Sanctus Thom. 3. parte, quæſtio. 82. articul. fin. ad 3. & Tabien. verſicu. Corpore, quos refert, & ſequitur Maiolus. ſupra. capitu. 14. numer. 7. & ex capitu. communiter, cum duobus ſequent. 33. diſtin. & capitu. Illud capit. Nihil 7. quæſt. 1. & alijs, tradit, & concludit. Nau. num. 203. 183 *De iam ordinatis ſi inuadãtur talibus morbos.*

DE dæmoniacis autem, (quorum ingens numerus Bononiæ eſt, vt dicitur, ſed falſo) diuerſæ ſunt Doctorum ſupra dictorum, & aliorum opiniones. Quidam enim dicunt tales amplius nõ poſſe celebrare etiam ſi omnino liberati, & per longiſſimum tempus probati fuerint, S. Ant. Aluarus Pelagius, Villa Diego, quos refert, & ſequitur Nauar. ſupra, & alij. Alij contrarium putant dicentes iam, (miſericordia Dei) ab illa vexatione omnino liberatos celebrare poſſe, Angel. Syl. Arm. & Maiol. ſup. & alij. Quam diſcordiam concordat Maiol. c. 17. num. 3. verſic. ſed ſi is, in hunc 184 *De ſacerdote. Dæmonium habente &c.*

modum.

mod im quod omnino liberati admini ſtrare permittantur in ſuſceptis ordinibus; non autem ad alios aſcendere.

185 *Dæmonum vexatio ad quid?* SEd (ſaluò meliori iudicio) aliter ſupradictas concordarem opiniones. Diximus enim ſupra dæmones homines vexare, aut in pœnam, vt in hominibus diſcolis, & peccatoribus &c. vel in exercitium, vt in hominibus ſpiritualibus; ac religioſis virtus, ac merita augeantur. Tunc ſic. Si apertè, vel ſaltem aliquibus coniecturis ſciri poſſet tales iam promotos vexari, in ſuorum pœnā delictarum; dicerem amplius non eſſe admittendos. Quòd ſi conſtet, vel appareat datos fuiſſe Spiritus in exercitationem; tunc omnino liberatos, ac diu probatos admitterem. * imo in Canone. 78. SS. Apoſt. contrarium habetur ſcilicet dæmoniacum mundatum recipiendum eſſe; cuius Canonis verba hęc ſunt Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor ſed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus vero recipitor, & ſi dignus fuerit, clericus efficitor.

186 *De Maleficiato.* QVid, ſi non ſit quis dæmoniacus ſed maleficiatus? Reſpond. reſolutiuè, ſi ſit tantum maleficiatus in genitalibus, ordinari poſſe; Si autem fuerit in alijs membris maleficiatus, ſecus omnino, ita ex Sylu. verbo. Maleficium S. Th. & alijs, tradit ad longum Maiol. lib. 1. c. 17. num. 6.

187 *De ſimulante ſe dæmoniacum.* ILlud autem in hac materia eſt maximè not. Quod ſi quis dæmoniacum ſe ſimulauerit, cùm talis non ſit, (quod non ſemel, atque iterum in mulieribus, & aliquando luxuriandi, animo cum Exorciſtis ipſis, vidi) eadem irregularitatis pœna eſt puniendus, ac ſi verè talis eſſet, vt præcepit ſexta ſynodus generalis Conſtantinop. ca. 60. in hæc verba: Eos, qui ſe dæmone correptos eſſe ſimulant, & morum improbitate eorum figuram, & habitum ſimulatè præſeferũt viſum eſt omnimodo puniri, & eiuſmodi afflictionibus & laboribus eos ſubijci oportere, quibus ij, qui à dæmone verè correpti ſunt, vt à dæmonis operatione liberentur, verè ſubijciantur, ita refert Maiol. ſupra, nu. 7. in fin.

VLtimo, in hac materia tertiæ ſpeciei eſt Notan. Papam tantum in ſupradictis defectibus, vel infirmitatibus poſſe diſpenſare, vt, ex Villa Diego, & alijs probat Nauar. c. 27. num. 203. & omnes ſupra. 188 *Papa diſpenſat tantum.*

DE QVARTA SPECIE irregularitatis.

Quæ prouenit ex delicto, homicidij iniuſti maximè.

MAteriam hanc; quam ad longum tractat Angel Sylue. Tab. Armil. & alijs, verbo; Homicidium, & Summa Cõfeſſ. lib. 2. tit. 1. Sot. lib. 5. de iuſtitia, & iure Nauar. cap. 27 à nu. 269. & diffuſe Couar in Clement. 1. de homicid. 2 par. relectionum, & alij quibuſdam. §§. perſtringemus, vt facilius ab omnibus intelligatur, memoriaque retineatur. 189

- §. 1. *Erit de ipſamet Homicidij irregularitate.*
- §. 2. *De dante cauſa mortis.*
- §. 3. *De mandante, conſulẽte, &c.*
- §. 4. *De homicidio ex culpa, aut caſu.*
- §. 5. *De opem præſtante ad mortem.*
- §. 6. *De homicidio ex omiſſione.*
- §. 7. *De Ratum habente, & acceptante.*

§. 1. DE IPSOMET Homicidio in communi.

QVàm graue ſit ab orbe cõdito homicidij peccatũ, ex ſacris literis, atque Concilijs, & ex ipſius pœnis facillimè coniectari poteſt. Gen. enim 9. Homicidij vltor eſt Deus. Gen. 4. Et Ezec. 22. quod Homicidia cauſa fuerũt excidij Iudæorum. Item diabolus homicida vocatur. Ioan. cap. 8. Item homicida 190 *Homicidiũ graue peccatum.*

da non habet vitam in ſe manentem. 1. Ioan. 3. Item, Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos, Pſ. 54. &c. De hoc multa Concilia dixerũt Conc. Ancyran. cap. 22. Concil. Epanuenſe. Can. 31 Conc. Triburic. Cano. 54. 55. & 56 Vuormatienſ. cap. 27. & alia multa, & hodie Conc. Triden. Seſſ. 14 cap. 7. de ref.

191 *Irregularitas, homicidij &c.* MAnifeſtatur etiam huius delicti grauitas in hoc, quod eius irregularitas non homicidam comprehendit; ſed etiam conſulentem, mandantem auxiliantem, ratum habentem, & etiam hominem iuſtè, & meritoriè occidentẽ, vt eſt iudex, & alij.

192 *Nota. Quid ſi Papa aliquẽ occiderit?* QVod in tantum eſt verũ, quod inquit Bal. & Ioan. in cap. 2. de maior. & obed. Bern. Diaz. in Praxi Can. cap. 56. quos refert; & ſequitur Simon Marol. lib. 5. cap. 48. num. 2. quod etiamſi ipſemet Papa proprijs manibus aliquem interficeret, fieret quidem irregularis, quod intelligo propter ſcandalum.

193 *Homic. voluntariũ peccatum, mortale &c.* EX ſupradictis patet de quo homicidio ſit hic noſter ſermo; erit n. de homicidio voluntario: quod peccatum mortale eſt, ſecundum omnes Catholicos, & contrarium aſſerere Hæreſis eſt manifeſta, quam confutat Pau. Guſ. verbo homicidium. Imo homicidium ita eſt graue peccatum, quod ſecundum S. Th. 2. 2. q. 100. ar. 6. tenet 2m locum in pœnis, & inter peccata in proximum. Et Ange. verbo. homicid. 1. in prin. terribile peccatum appel. De homicidij voluntarij pœnitentia agit Cano. 14. pœn. & cap. Miror. 50. diſt. vbi hr; quod homicida voluntarius ſine ſpe reſtitutionis deponit, & pœniteat 7. ann. Et de pœnitentia matricidæ, fratricidæ vxoricidæ, & aliorum, & quod horum ſit grauius peccatum, vide Cano. pœnitentialem. 17. & tex. cap. latorem. 33. q. 2. cap. Admonere. c. quicunque. ea. cauſa & q.

194 *Homic. volunt. qd ſit.* QVæritur. Quid ſit homicidium voluntarium? Reſp. Homicidium voluntarium ſimpliciter eſt, quando quis quocunque modo voluntariè proximum interficit, Colligi poteſt hæc diffinitio ex toto titu. de homicid. & ex Clem. 1. de homicid. vbi late Couar. 2. par. num. 1. Ang, Sylu. Summ. Confeſ. & alij ſup.

DIxi: Simpliciter; ad ſignificandum aliud eſſe ad incurrendam hanc homicidij irregularitatem, quam tantum incurrit baptizatus alium occidendo. Quia homicidium ante Baptiſmum perpetratum non inducit irregularitatem, vt, ex. capitu. Si quis viduam, cum gloſſ. 50. d. tradit Nauar. capitu. 27. nume. 219. 195 *V Incurratur ante bapti.*

SEcundo, Dixi: Simpliciter. Quia ad incurrendam dictam irregularitatem, idem eſt mutilatio alicuius notabilis membri, & deformatio; ſicut Occiſio. Communis omnium per tex. in d. ca. Si quis viduam. Sot. Couar. Naua. & alij. 196 *Occiſio & mutilatio æquiparãtur.*

TErtio, Dixi: Quis; quia ſiue Pater filium; maritus vxorem, frater fratrem; & quicunque alius alium occiderit, hac notatur irregularitate, ſecũdum omnes. Quod etiam quo ad Papam procedere diximus ſupra. nume. 192. 197 *Oĩs homicida volũt irregularis.*

QVarto, Dixi: Voluntarie. Quia omnes illi qui ſuæ non ſunt domini voluntatis, vt infans, furioſus, dæmoniacus, & ſimiles, non comprehenduntur, vt dicemus infra, & habetur d. cap. Si quis viduam 50. diſ. & in Clem. Si furioſus, de homicidio. Et, vt excludamus caſuale, de quo infra. 198 *De occidẽtibus, ſine voluntate.*

QVinto, Dixi: quocunque modo, vt includamus enſe, lancea, ſaxo, veneno, veneficijs, aliouè modo, proximo mortem cauſantem. Siue venenum ſtatim operetur effectum (vt communiter accidit) vel ſi poſt annum, duos, vel tres, ſuum ſortiatur effectum, vt dicunt quidam poſſe fieri. Item Dixi: quocunque modo, vt declaremus quæſtionem illã. ſ. an qui occultiſſime alium occiderit ſit irregularis. In qua quæſt. duæ ſunt contrariæ opiniones, vna tenet non incurri, quam tenet Vinc. Laud. Ioan. & aliquo modo Abb. quos refert Sylu. Homicid. 3. q. 8. Alfonſus Caſtro, de lege pœnali, & alij quos refert Cord. in Summ. q. 41. Contraria tamen opinio eſt communis, & verior, imò, quòd etiam occultiſſimus voluntarius homicida ſit irregularis te- 199 *Quocunque modo occidẽtib ſine voluntate.* 200 *De homicidio occultiſſimo.*

ris te-

ris tenet glo. in cap. ex tenore. & in cap. ſi de tempor. Ordi. Alia in ca. Inquiſitionis, de accuſa. Syluestr. ſupra. Abb. Innoc. Hoſtien. & alij in dictis gl. Maiolus dicens Comm. ſupra, & Cord. ſupra facit Concil. Triden. ſeſſ. 14. cap. 7. de reform.

201 De mutilante ſeipſum. SExto, Dixi: Proximum, vt intelligamus omnem illum, qui ſe ipſum mutilauerit, vel notabiliter deformauerit, eſſe irregularem, tex. in d. ca. Si quis vidiam. Vict. in relectione Homicid. Sum. Confeſ. d. lib. 2. tit. 1. queſt. 4. Nauar. Sot. Couar. Maiolus, lib. 5. cap. 48. & alij, Sotus libro 5. de iuſti. & iure. q. 1. art. 5.

202 Quid ſi occidat excōicatus. QVid ſi occiderit quis excommunicatum? Reſpond. quod quamuis talis ſit ſuffragijs Eccleſiæ, communioneque fidelium priuatus, vt ſupra de excommunicatione diximus, Nihilominus tamen proximus noſter, eſt ideo talem interficiens incurrit irregularitatem, text. eſt, in cap. Excommunicatorum, 23. quæſt. 5. Niſi zelo Sanctæ fidei, & pro S. Eccleſia illum occidiſſet, vt in eodem tex. patet. Quia tunc excuſabitur a peccato homicidij, non autem ab irregularitate Maiol. ſup. Sotus ſupra arg.

203 De occidēte Paganum. QVid ſi occiderit quis Paganum. Iudæorum &c. Reſpond. Eſſe nihilominus irregularem, quamuis, ſi zelo fidei in bello tales occideret, non peccabit mortaliter. De Pagano eſt text. in cap. clericum. 50. diſtin. Quod procedit etiam ſi ob defenſionem occiderit, niſi cum moderamine inculpatæ tutelæ, text. in cap. De his clericis 50. diſtin. Spec. tit. de diſpenſ. §. iuxta, verſic. facto autem, Sotus ſupra art. 3. Syluestr. Homicidium 3. num. 3. verſi. tertium, & omnes.

204 De occidente bānitum. VTrum occidens bannitum, vel diffidatum (Bandito) incurrat irregularitatem? Reſpon. Quòd licèt bannitum, legis permiſſu, iuſtitiæque zelo interficiens mortaliter non peccet, irregularis tamen efficietur. Spec. ſupra Syluestr. Homicidium. 1. q. 3. Armil. eod. verbo. & verbo: Bannum, cum Abb. & alijs, ibid. relatis. Facit tex. in cap. Cum homo. 23. q. 5. refert, & ſequitur Maiol. d. c. 48. num. 2. in fin. S. Thom. 2. 2. quæſt. 64. art. 4. vbi Caiet. Sot. libro. 5. de iuſti. & iure. quæſt. 1. art. 3. dub. 2. * Pro qua quæſtione nota, quod quamnis Bart. in l. nec in ea. ff. de adult. & Bald. in l. 3. C. ſi penden. appell. mors inter. & in l. vlt. circa medium. C. ſi cōtra ius. vlt. vtilit. pub. per tex. in l. 1. §. quòd prætor. ff. de aleator. & idem in c. in literis, col. 1. de reſt. ſpol. Paul. Caſt. in l. in ſuis. ff. de liber. & poſth. dicant, quòd quādo ex ſtatuto permittitur bannitum occidere, poſſunt eius bona, eo viuo, impune auferri, deprædari, & diripi: Paul. tamen Caſt. conſ. 31. Fely. in cap. quæ in Eccleſiarum, col. 5. verſi. Nota ſecundo, de conſtit. & Andr. Alciat. in l. 4. §. Cato. fol. fin. verſi. in quantum, ff. de verb. obliga. in 1. lect. quos refert, & ſequitur Tiraquel. de retract. 2. par. §. 1. in gl. 5. num. 22. dicunt id etiā poſſe fieri incontinenti, cum quis illum occiderit: quia quæ in continenti fiunt, in eſſe videntur.

VLtimo Dixi: interficit. Vt intelligamus mortem requiri naturalem cum effectu, vt infra dicemus. 205 Mors requiritur cum effectu.

Vnde, cùm hominem in inſulam, vel ad Triremes perpetuo relegare dicatur mors ciuilis, non ideo illum relegans vel cauſa relegationis, etiam mortaliter peccando, exiſtens, dicetur irregularis.

ITem alium palo, pugno, lapide ferroue aliquo percutiens, vel vulnerans enſe &c. non lethaliter nec ſuo animo mortem inferendi, ſi mors non inde ſequatur, non erit irregularis, ſecundum omnes. S. Thom. ſupra S. Anto. 3. par. tit. 28 cap. 2. in princ. Angel. Sylu. verſic. Homicidium tertio. §. 2. Armil. irregularitas, num. 2 Innoc. Hoſt. & alij, in cap. ad audientiam, de Homid. Epiſcop. Scalenſi. de irregular. cap. 9. verſic. qui vero alium. Nauar. cap. 27. nume. 223. 206 De percutiente tātum.

270 De vulnerante cum animo occidendi. QVid ſi aliquis, grauiter aliquem vulnerauit, cum animo occidendi, ita, quod per eum non ſteterit, quin

mors

mors ſequeretur, & tamen non fuit ſequuta? Reſpond. In hac quæſt. duas eſſe contrarias opiniones. Pro cuius reſolutione dico, quod quamuis gl. in capit. periculoſè (& in nouis pernicioſè) de pœn. diſtin. 1. Specul. tit. de diſpenſatione. §. Iuxta, verſ. ſed quid de iudice, & verſic. quando autem, & Hugol. in cap. ſi quis poſt. 51 diſ. & Veruec. & Sum. Confeſſ. lib. 2. titu. 1. q. 23. & alij antiqui, quos refert Maiolus lib. 5. cap. 48. num. 3 & Bart. Medina, in Summa. lib. 1. cap. 11. §. 10. & Comit. infra, dicant, quod ſit irregularis: Contraria tamen opinio, verior eſt, imo non efficitur irregularis, ſi mors, vel mutilatio, vel grauis deformatio non fuerit inde ſequuta S. Thom. 2. 2. quæſt. 64. ar. 7. ad 3. & 2. 2. q. 64. art. 8. ad 2. dum loquitur de occidente fœtum, ſi non erat animatus, quē cum alijs refert, & ſequitur Armil. v. ſtrbo, irregularitas, num. 2. Syluest. Homicid. 3. num. 2. & alij Summiſtæ Nauar. cap. 27. num. 223. verſic. ſeptimo Landul. & Petrus de Anch. in cap. Petrus, de homicid. S. Anton. 3. parte tit. 28. cap. 2. in princi. quos refert, & ſequitur Epiſcopus Scalenſ. ſupra verſicu. qui vero alium, & Maiol. lib. 5. cap. 48. nume. 4. Barto. Medina, in Summa, lib. 1. ca. 11. §. 10. Abb. in cap. 1. qui Clerici, vel Vouen. & glo. in Clem. 1. de homicid. & alij, quos refert, & ſequitur Sotus, libro. 5. de iuſtitia, & iure, quæſtio. 1. arti. 4. Idem Sot. 4. diſtin. 25. quæſtio. 1. art. 3. & Couar. in Clemen. ſi furioſus, de homicid. in initio, 1. parte nume. 5. Ratio, eſt, quia in iure nono dicta Clem. tantum habetur, Occidit, aut mutilat. Item quia lex promotionis factum requirit, textu in cap. fin. 15. quæſtio. 1. Innocen. & alij in capitu. ad audientiam, de homic.

208 QVæritur: V. Maritus deprehenſam in flagranti delicto vxorem interficiens, peccet mortaliter, & ſiat irregularis? Reſpond. Quod quamuis propter doloris grauitatem, talem lex impunitum relinquat, vt eſt text. in l. Gracceus, C. ad legem Iul. de Adul. & in l. Maritum, ff. eodem, & Communis ibidem, & vbique: Nihilominus tamen in foro cōſcientiæ, & peccatum mortale committit, & pœnam irregularitatis incurrit communis Theologorum, & iuriſprudentum, quam refert, & ſequitur Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. q. 1. artic. 3. dub. 2. in fin. Ratio huius eſt, quia tex. in cap. Interfectores. 3. q. 2. tales homicidas appellat. Secundo: quia quamuis interficiens Clericum cū vxore, Matre, filia, vel ſorore concumbentem, non incurrat excommunicationem, vt eſt text. expreſſus, in cap. 3. verſic. nec ille de ſenten. excom. peccat tamen mortaliter; atque irregularitatem incurrit, ſecundū omnes, maximè Abb. qui graue peccatum appellat.

De marito occidente uxorē in flagrāti &c.

209 *Interficiēs clericū cū matre &c.*

210 HInc infertur ad Quæſtio. V. Pater interficiens filiam adulterantem incurrat pœnas iuris diuini, aut humani; Reſpond. Quod quamuis ſecundum Abb. in cap. Veniens. Deſponſ. Patri liceat illam, ſm Leges Ciuiles, occidere: peccat tamen mortaliter; atque irregularitatem conſequenter incurrit.

De patre occidente filiam adulterā &c.

211 CVm (ſecundum illud: quid non ar gento, quid non corrumpitur auro?) his noſtris temporibus frater (vt alius impius Cain) pro ſtipendio, vel mercede promiſſa lucranda, fratrem ſuum bannitum occiderit, Caputque ipſius iudici præſentauerit, quæritur, vtrū id licitum fuerit? Reſp. Quod licet ſecundum Abb. in c. Laudabilem. de conuerſion. infid. liceat filio in Bello pro Fide, vel Patria occidere Patrem, & etiam bannitum. In primo tamen caſu illud abſolutè concederem. In ſecundo vero, cùm Pater, filius, vel frater eſſet bannitus, non ita abſolutè iudicarem; ſed ſic dicerem, atque in facti contingentia ſupradicta diſtinguerem, ſcilicet, quod ſi talis pater bannitum pernitioſus eſſet reipublicę, publicuſque aſſaſſinus, tunc licitum dicerem. Si autem nulli inferret iniuriam, ſed tantum propter inimicitias capitales (vt ſolitum eſt) extra patriam bannitus vagatur, filium talem Patrem, vel Patrem filium, &c. occidentem, impium, inhumanum, brutis ferociorem, viuumque comburendum (ſulta Ab-

De fratre occidēte fratrē bannitū etc.

Qū liceat filio patrē occidere?

ut Abbatis reuerentia) aſſererem. In vtroque tamen caſu irregularitas incurritur.

212 *De adultero occidēte maritum adulteræ.* QVæritur. V. Ille qui in domum intrauit alterius, vt adulterium cõmitteret, & maritũ ſe defendendo occidit, fiat irregularis? Silu. verb. homicidium. 3. q. 4. verſic. tertium. S. Ant. 3. par. ti. 5. S. Th. 2. 2. q. 64. ar. 8. vbi etiam Caiet. Nauarr. cap. 27. num. 258. Vbi ait ſic declaratum fuiſſe a Pio V. & ipſe Nauarr. num. 319. declarans cauſam homicidij Aſtenſ. lib. 1. tit. 35. Maiol. lib. 5. c. 48. num. 7. & alij dicunt eſſe irregularem, quia dabat operam rei illicitæ. Ratio eſt, quia ſi non effugit in tali caſu pœnas iuris, vt ait Angel. in l. ſi cum ſeruo, ff. de iniur. Florian. in l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. Tiraq. tractat. De pœnis remit. cauſa 1. nu. 11. quos refert, & ſequitur Maiolus ſupra, non eſt cur irregularitatem (quæ pœna eſt) effugiat?

¶ Couar. in Clement. 1. de homicid. 3. par. num. 4. verſic. poſſet, hanc ſententiam voluit limitare in hunc modum, ſcilicet, Quod ſit irregularis, quando Adulter ille ex circunſtantijs preuidit periculum. Sed 2. parte tenuit contrarium. His tamen non obſtantibus, aliqui probabile, Alij probabilius dixerunt eſſe cõtrariam, ideſt non incurrere irregularitatem, ſi moderamen inculpatæ tutelæ ſeruauit, ſe defendendo. Sot. lib. 5. de iuſt. & iure, quæſtio. 1. art. 9. vbi rationẽ, quæ mihi ſatis placet, aſſignat, ſcilicet. Quod etiam ſi adulterium fuit omnino voluntarium, homicidium inde ſequutum, non ſic. Ita tenuit Victoria, & Canus, in publica lectura. 1. 2. q. 73. art. 8. & Magiſter Mancius, & alij 2. 2. q. 64. ar. 8. Caſtro, libr. 2. de lege pœnali. cap. 14. poſt medium, vbi citat alios, Couar. 2. par. §. 4. nume. 10. Epiſcop. Scalenſ. ſupra verſicul. Si Lucas: in hanc ſuccumbit ſententiam, per d. Clement. 1. de homic.

Sed quia Maiol. ſupra, ait, in Curia Romana, in facti contingentia reſponſum fuiſſe, talem egere diſpenſatione, tutius ac ſecurius eſt illam impetrare.

EX quibus omnibus declarantibus, text. in dicta Clemen. de homicid. colligitur, regula generalis, ſcilicet, quod quotieſcunque quis, ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, inuaſorem occiderit, vel mutilauerit, ſi aliter è manibus inuaſoris fugere non poteſt, non incurrit irregularitatem. * De pœnitentia homicidij facti propter neceſſitatem euitabilem, vel ineuitabilem, vide Canon. 16. pœniten. in hæc verba. Si quis fecerit homicidium propter neceſſitatẽ euitabilem, pœniteat duobus annis. diſtin. 50. cap. de his clericis, quæ licet ſi ineuitabilis eſſet, in nullo ſibi imputaretur. 50. diſt. c. quia te. 213 *Qñ non incurrit occidendo inuaſorem &c.*

QVam generalem regulam aliquibus declarationibus illuſtrare, conuenit, nè per incerta, vel obſcura procedamus. 214 *Moderamẽ inculpatæ tutelæ qd.*

PRimo ergo Nota, quod moderamẽ inculpatæ tutelæ illud dicitur, ſcilicet, quod nullus aliud inferat nocumentum inuaſoris, præter id, quod neceſſarium eſt ad ex eius manibus, cum debito honore, ſe eximendum.

SEcundo Nota, quod ad hoc, vt talis non ſit irregularis, oportet, quod defenſio ſequatur periculum, non è contra, ideſt, non prius occidat, qui ſe defendit, quàm ſit in euidenti periculo vitæ conſtitutus per actus, & uim aduerſarij inuaſoris; alioqui ſola ſuſpicio, vel metus etiam veriſimilis, etiam cadens in conſtantem virum, non ſufficit, vt liceat occidere Nam tunc non eſſet ſe defendere, ſed offendere, vt eſt caſus in c. ſuſcepimus, de homici. vbi Glo. & Spec. titulo, de diſpenſ. §. iuxta, verſic. clericus quoque. Sylu. Homicidium. 3. q. 7. verſ. ſeptimum, Tab. irregularitas. 3. nu. 9 & alij. 215 *Defenſio qualiter debeat ſequi periculum, &c.*

TErtio Nota. Quòd licèt olim tempore S. Tho. & aliorum antiquorum tenebatur opinio contraria, ſcilicet, quod occidens inuaſorem, etiam cũ tali periculo, & moderamine, erat irregularis, vt ait Specul. titu. de diſpenſatione. §. iuxta, verſi. circa homicidium, & S. Thom. 2. 2. q. 64. ar. 7. ad 3. & alij, quos refert Maiol. d. c. 48. nu. 5. 216 *Olim non ſeruabat, hoc moderamẽ &c.*

Nunc

Nunc autem contraria ſententia deciſa eſt in dicta Clement. Si furioſus. de homic. Cuius deciſio (cum in naturali iure, atque Diuino fundata ſit) miror, cur multis ante annis non fuerit a ſancta ſede Apoſtolic. ſtabilita. Nã vim vi repellere eſſe licitum, omnia iura proclamant, non ad ſumendam vindictam; ſed ad ſe, ſuaque tuendum, ac defendendum, text. in c. ius naturale. d. 1. & ca. ſignificaſti. de homic. & alia quæ adducit Epiſcopus Scalenſ. c. 9. verſi. occidens aliquem, & tex. in l. 1. ff. de vi, & vi arm. & l. Vt vim. ff. de iuſt. & iure. l. iniuriam ff. de iniur. & alia, quę tradit Sot. li. 5. de iuſt. & iur. q. 1. ar. 8. verſ. Hic in primis.

Vim vi repellere licet etc.

217 QVarto Nota. Quod dicta procedũt, quando taliter aggreſſus ab inimico inuaſore effugere non potuit, ſecundum omnes: nam ſi fugere potuit, irregularis eſt occidendo, vel mutilando. Gl. in d. Clem. vbi Cardin. q. 26. Glo. vbi Doct. in c. ſuſcepimus, de Homicid. Abb. in c. Significaſti. 2. de Homic. & in c. 2. de vita, & hon. cler. Sylu. verbo. excõicatió. 6. q. 9. & eſt Communis, quam refert, & ſequitur Couarr. in d. Clem. 3. p. §. 1. num. 4. Niſi quando talis fuga illi fuiſſet periculoſa, quando ſcilicet, timeret, quod talis aggreſſor eſſet eum inſequuturus; quia tunc occidendo, nõ fieret irregularis, Fel. in d. cap. ſuſcepimus. Syluestr. Homicid. 1. quæſtio. 9. & Homicid. 3. quæſtio. 4. Hypoli. Conſi. 25. num. 44. Card. Anan. & Abb. ſup. Communis per Couar. ſupra S. Anto. 3. par. titu. 28. ca. 2. §. Epiſco. Scalenſ. ſup. verſic. qui autem.

Quid ſi fugere potuit.

218 QVid ſi effugere potuiſſet: ſed cum dedecore magno (erat enim nobilis, & illuſtris perſona, cui ignominioſum eſt inimico terga vertere: vel ſacerdos, vel religioſus ſæculari habitu indutus, cui ingẽs irrogaret ĩfamia) & maluit occidere, quam fugere? Reſpon. Talem eſſe irregularem, ſecundum Raym. Guil. Hoſt. Goffred. & alios, quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ. libro 2. titu. 1. quæſtio. 21. in medio, verſic. Pro homicidio. Tab. verb. irregularitas. 2. §. vltim. ſequutus. S. Anton. & Ancha. Maiol. ſupra, num. 6. verſicul. quarum prima. Epiſcop. Scalenſ. cap. 9. verſic. ſi verò.

Quid qñ ex fuga ſequeret dedecus.

219 PRo contraria, autem opinione trimembris diſtinctio facienda eſt. Nam primo: Si aggreſſor perſona eſſet reipublicæ neceſſaria, vt Epiſcopus, Princeps, &c. aggreſſus tenetur potius mortem propriam particularem ſubire, quam talem aggreſſorem perſonam publicam occidere, ſe defendendo. Secundo, è contra. Si aggreſſus talis perſona eſſet publica, tenetur potius aggreſſorem interficere, quam ipſe mortem ſubire. Ita Sot. li. 5. de iuſt. & iure. q. 1. art. 8. verſ. quare tres ordines.

Qñ teneat fugere, vel non?

220 IN tertio autem caſu, ſcilicet, quando talis aggreſſus non eſſet perſona publica, ſed particularis Ciuis: tunc, vel talis eſt aliquis nobilis, vel plebeia perſona; vel clericus, aut religioſus. In primo caſu, quando perſona aggreſſa eſt nobilis, vel alicuius æſtimationis, nõ tenetur cum dedecore ſuo fugere. Si autem eſſet vilis homo, vel ſacerdos vel religioſus, teneretur mortificando ſe, cum dedecore fugere, & non occidere, vel mutilare inuaſorem. Niſi (vt dictũ eſt) fuga non eſſet periculoſa, ſed tantum ignominioſa. Ita tenet communis, ſupra, cum Couar. * Hæc opinio, quo ad clericum poteſt fundari in Canon. 26. SS. Apoſtolorum qui ſic ait. Epiſcopum, aut presbyterum, aut Diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriam inferentes percutit, & terrorem ipſis per huiuſmodi vult incutere, deponi præcipimus. Nuſquam enim Dominus hoc nos docuit. Imo vero contra, cum ipſe percuteretur, non repercutiebat, cum laceſſeretur conuitijs nõ regerebat conuitium: cum pateretur, non comminabatur.

Quid ſi aggreſſ° eſt nobilis. &c.

221 SEd (ſalua pace Couar. & aliorum) Ego aliter diſtinguerem in dicto caſu, ſcilicet, quod ſi clericus, vel religoſus per talem fugam tantum inferret dedecus, atque ignominiam ſuæ propriæ, atque particulari perſonæ, & famæ, tunc teneatur fugere prius, quam ſe defendendo, inuaſorem occidere, vel mutilare,

Quid ſi aggreſſus ẽ cleric°, vel frater et irrogare tur infamia, etc.

mutilare. Si autem per talem fugam ignominia, atque infamia irrogaretur toti Religioni, vel Eccleſiaſtico ſtatui, vt quia in habitu ſcandaloſo,& flagranti delicto occulto inuentus, fugiens ciuitatem totam ſcandalizaret, ſuumque ordinem infamaret; tunc non crederem, quòd eum tanta totius ordinis iactura fugere teneatur. Moueor ad hoc, quia (vt ſupra in 1. parte de abſolutione. nu. 49. diximus) quamuis vnuſquiſque poſſit renunciare iuri ſuo, non tamen poteſt renunciare iuri in ſui, & aliorum fauorem introducto.* Nota Cano. 64. SS. Apoſtol. qui ſic ait: Si quis clericus in cõſecratione aliquem pulſauerit, & vno ictu ac pulſatione interemerit, deponitor propter temeritatem ſuam. Sin vero laicus ſit, arcetor a communione.

222 *Argumẽtũ a milite terreſtri, &c.*

Secundo, quia argumentum valet à milite terreſtri ad cœleſtem, ideſt ſacerdotem, vt latè ex multis probat Andr. Tiraq. de Nobilitate. cap. 9. nu. & 4.

Tertio, quia ſi filius nobilis ob familiæ nobilitatem non tenetur fugere, nobilioris familię eſt filius quilibet Religioſus, qui omnino eius honorem tueri tenetur.

De religioſo.

Quarto, quia Anton. Gomez. de delictis. capitul. 3. num. 20. Iulius Clarius, & communis, quam referr, & ſequitur Eman. Soar. in Theſauro. littera H. nume. 124. indiſtinctè dicunt ſic: Nec illi poterit imputari, quod fugere potuerit, ac noluerit, nullam dedecoris maculam inde contracturus.* De pœnitentia imponenda ſecundum Canones pœnitentiales illi, qui occiderit clericum, Monachum, Diaconum, vel Subdiaconum vide Can. 18. vbi pro presbytero imponitur pœnitentia. 12. annorum, vt in ca. 2. de pœnit. & remiſ. Pro monacho, diacono, & ſubdiacono, vide text. cap. qui occiderit. 17. quæſt. 4.

223 *Aggreſſor quãdoq. peccat mortal. et irregu. incurrit.*

ILlud autem in hac quæſtione eſt reſolutiuè tenẽdum, quòd licèt in multis caſibus aggreſſorem occidendo, vel mutilando aggreſſus à mortali excuſetur: quod omnes concedunt; in paucis effugiet irregularitatem (præter caſum contentum, in d. Clem. Si furioſus. de Homicid.) Ratio eſt, quia irregularitas ſæpè ſine peccato contrahitur, vide Armil. verb. Irregularitas, nume. 43. S. Ant. Silue. Anchar. & alios, quos refert, & ſequitur Maiolus. lib. 5. capit. 48. nu. 6. verſi. quarum.

224 *Quid ſi tãtũ uoluiſſet regulare, & nõ occidere.*

QVarto principaliter. Nota, quòd etiam ſi aggreſſor tantum voluiſſet alicui membrum mutilare, & non occidere, vt (v. g.) abſcindere manũ, naſum, auriculã, genitalia &c. poſſet nihilominus ſe defendendo cum dicto moderamine, illum inuaſorem occidere, ſecundum Card. in d. Clem. 1. de homic. Silu. verbo. Homicidium. 3. q. 4. quos refert, & ſequitur Couar. in d. Clem. 3. par. §. Vnico. nu. 2. contra Villa Diego. de Irregularita. c. de percuſſore. col. 14. in cuius ſententiã (dicens veriorẽ) cũ Lapo. in d. Clem. 1. ſuccumbit Maiol. ſup. nu. 7.

225 *Quid ſi potuit mutilando euadere, & occiderit.*

QVinto Nota, quòd quamuis per dictam Clemẽ. 1. de Homicid. occidens inuaſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, non fiat irregularis; eſt tamen intelligendum ſi abſque tali occiſione euadere non potuit; quia ſi mutilando aggreſſorẽ potuit ſe liberare, peccauit mortaliter, & fit irregularis illum occidendo. Silueſt. Homicidiũ. 5. q. 4. in prin. & alij, quos refert, & ſequitur Maiol. ſupra. verſicu. Secunda contra Arm. verbo. Irregularitas, nu. 41. contrarium tenentem.

226 *Quid ſi aggreſſor voluiſſet tãtum, &c.*

IMo Nota Sexto. Quod etſi aggreſſor voluiſſet aliquem non occidere, vel mutilare, ſed graui aliqua iniuria afficere, vt eum iuſte leuiter percutere (Hiſpani: dar de palos, Itali dare delle baſtonate, vel ſtafilate.) vel alapa percutere maxillam (Hiſpani dar vn bofeton. Itali, vn ſchiaffo, vel guanciata) poſſet id alter, etiam hoſtem interimendo, repellere: Maxime in Hiſpania, vbi ingens eſt dedecus talia, abſque mortis vindicta, dimittere. Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. q. 1. ar. 8. ad fin. Quin, & (quod non eſt obliuioni tradendum) ſi ſolæ minæ ab eo præceſſiſſe dicantur, qui illas exequi ſoleat, homicidium incontinenti factum impunè erit. Communis, ſecundum Dueñas. Regula.

gula.182.nu.4.Ioan.de Amicis. Conſi. 116.num.4.Emanuel Xuarez. in Theſauro.littera H.nu.126.

217 *De aggreſſo dãte operã rei licitę vel illicitę.* SEptimo Nota, Quod adhoc,vt quis inuaſorem occidendo,ab irregularitate excuſetur, eſt intelligendum, qñ aggreſſus operam dabat rei licitæ,ſecus ſi illicitæ.Quia tunc voluntate ſua in tale deuenit periculum, Ita tenent multi, & alij contra,vt ſupra.nu.331.diximus Nam ſi quis prouocauit alium ad rixã, aut alienam domum adulterandi,vel furandi cauſa ingrediatur, quare Irregularitatem effugiet, cum ſua culpa ſe tali ſubiecerit neceſſitati? Quia lex nõ ſuffragatur ſubijcienti ſe in neceſſitatem, tex.in l. Sed ſi plures, §. ſi fideiuſſor.ff. qui ſatiſd. cog. Quod, ex Raym. tit. de Homici. verſi.pro homicidio neceſſitatis, & ex Cardin. probat Maiol. ſupra. num.8.S. Anton.quem refert, & ſequitur Nauar.nu.238.

218 *Quid ſi defendẽdo patrẽ &c. aliũ occidat.* QVæri oportet. Vtrum quemadmodum ſe,defendendo alium, ſcilicet Patrem,Matrem,filios, &c.cum dicto moderamine, incurrat quis Irregularitatem aggreſſorem occidẽdo? Reſp. quòd quamuis Gl.vlt.per tex. ibi.in dicta Cleme. 1.de homic. quam refert,& ſequitur Sylu.Homicidium.1.q.9.verſ. quartum.& verbo,Excommunicatio.6. verſi.nono,in prin.Ioan. Andr. in add. ad Spec.Abb.in c.Sicut dignum.de homie.Epiſc.Scal.c.9.verſi. occidens aliũ, Maiolus,d.c.48.nu.9.Bart. Med.in Sũ. li. 1.c.21.§.10. & alij abſolutè teneant dictã Clementinæ pęnam non effugere niſi qui ſe ipſum defendit: Ego tamen (ſub correctione) dicerem:ꝙ ſi quis vxorem,filiumvè defendendo, aliũ,ſeruato moderamine, interfeciſſet, non eſſet Irregularis. Moueret adhoc, quia de vxore in Sacris litteris habetur, Nõ ſunt duo,ſed caro vna. De filio aũt,tenẽt oẽs, ꝙ magna pars ſit patris. Maximè, cum ſm Ant.Gomez de Delict.c.3.a nu.20. Placa.lib.1.de delict.c.28.nu.3.Iulium Clarum in Practica.§.Homicidiũ.verſi. excuſatur. Viuiũ li.2.opin.85.quos refert,& ſequitur Eman, Xuarez, dicens comm. litera H. nu. 122. qui perpetrauit Homicidium ob ſui,ſuorumque cõſanguineorum,ac rerum tutelam,nullis ſit pœnis plectendus.

QValiter aũt infans,dormiens,furioſus.&c. aliquem occidendo,non fiant Irregulares, vide tex.in d.Clem.1. de homic.cum Gloſſ.Cardin. Couar.latiſſimè, & alios, ibidem, & Summiſtas omnes, verbo. Irregular. & Homicid. Quod,cum arbitrio Epiſcopi relinquendum,conſultò ſic ſub breuitate tranſcurrimus. 229 *De iſfante, Dormiente, furioſo, &c.*

QVid ſi quis fuit in cã, mortis pueri in vtero,quã aborſum,vocant? Reſpon. primo: Quod aut habebat animã, vel non. In vtroq; caſu, mortale peccatũ eſt,immaneque ſcelus. Sed in hoc differunt, quod ſi non erat anima infuſa, nõ fit Irregularis talis faciens, vel procurãs aborſum. Si autem ſic, incurrit Irregularitatẽ.Gl.cõmuniter recepta,in princ. d.5.Abb.in c.ſi quis,de homic. Alb.Magn.in 4.d.31.S. Th.Raymun. Inn.Hoſtien.in c.ſicut,de homic.& alij,quos refert,& ſequitur Sum.Confeſſ.li.2.tit.1. q.29.S.Anton.3.par.titu.7.capit.8.§.1. Silu.homicidium.1.verſi.formatur, Nauar.c.27.nu.223.Couarr.in Clem.1.de homi.2.par.§.3. nu. 1. in prin. ubi alios multos,dicens cõmunem,allegat, & Armil.Caiet.& alios,uerbo,Abortus, * Vltra quæ omnia hoc anno.1589.S. D.N. Sixtus.V. quandam Bullam edidit contra quoſcunque quocunque modo abortum procurantes, uel generationem impedientes: quam vide in fine cum eius explicatione pro hac.q.& ſequenti. 230 *De procurante vel cauſante aborſum.*

ET (ne per ignota ꝓcedamus) quid Doctores circa animę rationalis in fuſionẽ ſentiãt dicamus oportet.S.Aug. enim,Epiſt.ad Dionyſium,dicit marem formari quadrageſima die,ut refert Abulenſ.in Leuitico.c.12.q.21.col.2. 231 *Anima in corpore, quando i fundatur?*

Albert⁹ Magn⁹ li.9.ã Animal.tracta. 2.c.5.dicit aliquãdo,ſed rarò ĩfundi animam rationalem vigeſimaquinta die.

Auicenna lib.9.de natura Animal. c. 3.dicit aliquando trigeſima die. Ariſt.autem.lib.7.hiſtoriæ animal.c.3. & 9.Plinius li.7.ca.6. tenent animam rationalẽ in marib⁹,quadrageſima;in fęminis uero,octua-

ro, octuageſima, uel nonageſima die infundi. Et cum hac opinione concordant ferè omnes, ſup. Quare Reſpon. Secundo, Quòd ſi ante quadrageſimam diem fieret aborſus, non eſſet Irregularis, quãuis fętus ſit omni membro formatus, & ſentiant, quia Anima rationalis, cum ſit perfecta, nõ infunditur niſi Corpori plenè perfecto. Ideo notant Doctores, quod Leuitici 12. Mulier, quæ peperit marẽ, iubetur abſtinere ab ingreſſu Templi quadraginta diebus. Quæ uero fœminã, octuaginta, & iſta eſt cõmunis in 4. diſt. 25. ubi Palud. & Sot. q. 1. ar. 3. Couarr. ſup. & omnes. Vnde ſi, in fœtu iecto cognoſcatur ſexus, iudicandum eſt de Irregularitate, iuxta prædicta. Si uerò agnoſci non poſſit, pręſumẽdũ eſt eſſe maſculum; Et qui aborſum fecit cauere debet tanquam irregularis.

Quis diſpẽſet in aborſu?

Hæc autem differentia eſt inter utrũque caſum: ꝙ quando fętus erat animatus, diſpẽſatio pertinet ad Papam, Si autẽ non, pertinet ad Epiſcopum. Spec. tit. de diſpenſatione. §. iux. uerſi. Itẽ qui homini. Albert. uerb. homicid. 4. quos refert, & ſequitur Maiol. li. 5. c. 48 §.

232 *De iudice teſte, Accuſatore, etc.*

QVæritur V. ſit irregularis Iudex iudicans; teſtis teſtificans; Accuſator accuſans alium de delicto morte digno, ſi talis mors ſequatur, uel mutilatio? Reſpond. Cum diſtinctione, quòd aut hęc fiunt iuſtè, & ſine peccato, uel iniuſtè, & falſo. De iniuſtè ſit Cõcluſio (nã de iuſtè agentibus. infra.) Iudex iudicans; teſtis teſtimoniũ dicens; accuſator accuſans; Notarius falſum ſcribens, ſi hæc iniuſtè fiant, & animo peruerſo machinati fuerint, ita quòd mors, uel mutilatio ſequatur, peccant mortal. & fiunt irregulares. ut ex S. Th. 2. 2. q. 64. ar. 7. & alijs tradit Nauar. c. 27. num. 225. & tradunt omnes, Declarantes idem eſſe ſi iuſtè talia fiant, ſed cum odio, uel rancore &c.* Et de accuſatoris iniuſtè pęnitẽtia. vide Canon. 19. pœnit. qui ſic ait: Qui iniuſtè alium ad mortem accuſat, quadraginta diebus in pane & aqua per 7. annos ieiunet, & pœniteat, & hoc ſi accuſatus ſit occiſus. Si autem tantum membrum perdiderit, triennio, pœniteat. & habetur in ca. Accuſaſti. de Accuſation. vbi nota quòd Hoſt. & Ioan. de Deo, in ieiunãdo intellexerunt ꝙ primus pęniteat p. 7. annos, quolibet anno ieiunãdo. 40. diebus in pane & aqua. Secundus vero per 3. annos.

QVæritur, conſequenter. Quid de illo iudicandum in foro conſcientiæ, qui domi ſuæ latronem die, noctuvè comprehẽdit, ligat, ad Iudicẽque portat, eo animo vt ſua ſibi recuperet? Reſp. Cũ diſtinctione, ſcilicet: quod ſi talis cõprehendens ſcripto, vel verbo proteſtetur expreſsè ſe nolle, vt talis latro pœna ſanguinis plectatur, & hoc ex animo cũ diſplicentia dicat, nõ erit irregularis, ſi mutilatio, mors vè ſequatur: text. in cap. Prælatis. de Homicid. lib. 6. & omnes. infra. Si autem de mutilatione, vel morte gaudeat, ẽt ſi proteſtationem fecerit, irregularis erit, in foro ſaltem cõſcientię, ita Gl. & Archid. in d. c. Pręlatis. Calder. quem ibi, col. 2. refert, & ſequitur Peruſ. Ioan. Andr. Domin. & Hoſt. quos refert, & ſequitur Nauarr. c. 27. nu. 226. Silue. Homicidiũ. 3. q. verſi. Sextum. Summa Confeſ. lib. 2. titu. 1. q. 46. clariſſimè Armil. verbo. Irregularitas. nu. 21. Aſtenſ. in Sũma. lib. 6. tit. 14. quẽ refert, & ſequitur Simõ Maiolus. lib. 5. c. 48. §. 6. nu. 3. 233

De ligãte latronẽ. Proteſtatio, qualis facienda.

COnfirmatur. Quia quamuis irregularitas ſola voluntate nõ cõtrahatur, vt probat Nau. c. 27. nu. 193. & 286. In præſenti tamen caſu ſimul cum voluntate cõcurrit accuſatio, & quærela exterior, quæ ad Iudicem defertur, & deformatio illam conſequuta: & proteſtatio non eſt talis, qualẽ ius requirit ad excuſandum ab irregularitate. Ius enim nõ requirit proteſtationẽ mendacem, & fraudulentã, qualis eſt præfata: in nullo enim caſu mentiri permittitur. tex. in capitul. primo. 22. quæſt. 2. capit. Super eo. de Vſuris. Nauarr. d. num. 226. 234

Irregularitas ſola mente &c.

IN qua quęſtione miror Doctiſſimũ. Nauar. Primo non citare pro ſe Silueſt. Aſtenſ. Maiolum. & alios cum ipſo tenentes, maximè Summam Confeſſ. Secundo, In maiorem venio admirationem: quare grauiſſimos auctores contrarium tenentes non adduxerit. Do- 235

Nauarrus, aliquando nõ citat contrarios.

minicus enim Sot.lib.5.de iuſt. & iure. q.1.artic 9.ad fin.verſic.Et pari ratione, & Couar.in Clem.1.de Homicid.2.par. §.5.nume.2. & alij, contrarium tenent. Sed prima opinio verior, quia communior, atque rationabilior eſt.

236 EX ſupradictis infertur ad quæſtion. V. Inquiſitor procedens iuſtè contra Hæreticum, tamen cum odio, & vindicta animæ, incurrat excommunicationē? Reſp. quod non, vt ſentit Nau.c.27.nu. 100.& in Relectione de Simonia. num. 20. ſecus ſi iniuſtè, & odio procedat, vt diximus. ſupra in explicatione Bullæ in Cœna Domini.in princ. num. 3. ad fin.

De īquiſitore pcedente ex odio, &c.

237 SEd an tradendo Hæreticum comburendum brachio ſæculari ſit irregularis? Reſp. Quod non: ſecundū omnes, maximè Nauarr.in Manual. Hiſpan. in addition.cap.17.num.208.& Couar. in Clem.1.de Homicid.2.par.§.5.num 6. Bart.Medin.in Summa.lib.1.c.11.§.10. Felyn.Hoſt.& alij relati, & ſecuti ab Armill.Irregul.nu.24.Ratio autē communis eſt; quia facit proteſtationem Iudici ſæculari. Couarr.autem ſupra, iudicat melius eſſe, ſi inquiſitor in præſentiā Iudicis ſæcularis dicat in hunc modum: Hic reus iam non eſt de iuriſdictione Eccleſiæ. Sed licèt hæc cautela optima ſit; Bartho.tamen Medina ſupra.ait: Inquiſitorem non incurrere irregularitatem propter traditionem Hæretici brachio ſæculari: quia Inquiſitori (ait ille) tantum eſt prohibita Iuſtitiæ exequutio, quam Iudex ſæcularis facit.ita Felyn.Hoſt.Armil.ſup. Sed magis ſatisfacit ratio Maiol.lib.5.capitul.48.§ 2.in fin. ſcilicet: quòd ideo Inquiſitor tradit illos brachio ſæculari ſine metu irregularitatis. per text.(mirabilem certè) in capitul.Si audieris. 23.q.5. Quia ſicut pium eſt vitā pro Chriſto ponere, ita & pro membris. ea. Pro membris. 23.q.5. ſicut non incurrit irregularitatem adhortans alium mortem ſubire pro Chriſto, & eius fide. Albericus. Fel.Tab. & alij, quos ſequitur ibid.Maiol. & ante Nicolaus Ploue. de Irregul.regula.19.

Inquiſitor, an īcurrat irregul. cōburendo Hæreticum.

§. 2. DE ILLO QVI Cauſam dat Homicidio.

238 REgula eſt omnibus notiſſima, quod cauſam dāni, qui dat, dannum dediſſe videtur de Regul.iur.lib.6.Quare aliqua ex multis de hoc allegatis a Doctoribus principaliora tantum, ac frequentiora declarabimus.

Cauſā dānidās dānū dediſſe videtur.

Primo ergo. Concluſio generalis ſit: quicunque venenum, potum, cibum, vel alia maleficia alicui præbuerit, vt inde mors, mutilatio, ægritudové perpetuò impediens ſequatur, & illa ſequuta fuerit, vltra mortale peccatum, irregularitatem incurrit. tex.in c. Si aliquis.de Homicid.Specul.titu. de Diſpenſatione.§. iuxta.verſic.Facto autem ſi quis, & verſic.Item qui homini.Angel.Silueſt. Armil.& alij.S.Th.2.2.q.64.ar.8.& in 4. ſen. diſtin. Abb. in c. Sicut.de Homic. Tab. Irregularitas.3. num.14. Maiol. lib.5.cap.48.§.11.nu.3.

De dātibus venenatū potū etc.

219 SEd eſt notandum a Confeſſore, quod vel pœnitens qui talia fecit, accedit ad confeſſionē ſequuto mortis effectu, vel quā negociū eſt in fieri; ideſt, quòd venenū, vel maleficiū, aliquibus ab hinc diebus operabit, & interficiet. Quia in primo caſu impoſita pœnitētia, & debita facta reſtitutione, debet abſolui; quia iam factū eſt damnū. In ſecundò aūt minimè eſt talis abſoluēdus, donec quocunq; modo licito procuret malo obuiare venturo, ex cōſilio Docti, & prudētis Cōfeſſoris, ne aliqs ſequatur magnus error, maleficiū maleficio altero caſſando; vel talē delinquētē iniuſtè manifeſtando, ſi eſt ſecretus.

Nota circa pœnitentē accedētem ad Confeſ. cum ato prębendi venenum, &c.

240 QVæritur. V. Qui detinet ligatum furem, ut nō fugiat, & venit Iudex, vel eius miniſtri, & capiunt illum, & tandem ſuſpenditur patibulo, vel alij venientes interficiunt illum, ſit irregularis? Reſpon. Affirmatiue. per tex.in capitul.Significaſti. de homic. Silue. verbo. Homicidium.2.verſic.16.& alij.Maiol. ſupra. De qua quæſtione.vide latè Couar.in Clem.Si furioſus, ad fin.

De ligante furem &c.

Quæ-

De illo qui aliquē percuſſit, et poſtea, fuit ab alio occiſus, &c.

241 QVæritur. Vtrum ſit Irregularis, q iuſtè aliquem percuſſit, abſque mutilatione, & morte, & poſtea ab alio, ſine eius culpa occidat, vel ex Medici, Chirurgi, aut alterius negligentia, vel qualibet culpa, vel modo ſuperueniente, moriat? Reſp. ꝙ nō. Quia iuſtè percuſſit; & ideo mors inde ſequuta, non procedit ex cauſa illicita. Si autē iniuſtè percuſſit, & mutilatio, uel mors aliqua ex dictis cauſis proueniat, irregularis cenſetur: quia etiam ſi percuſſio nō ſit mortifera, eſt tamen cauſa quod ex illo vulnere, Medici, Chirurgi, vel alterius culpa, vel negligentia, &c. moriatur. Hæc ſecundum Guil. Lau. Carrerium, & alios, quos (contra Caietan. 2.2.q. 64.art.8. contrarium tenentē) refert, & ſequitur Couar. infra. §. 2. uerſic. 10. Nauar. cap. 27. nu. 223. uerſi. 8. allegantem pro hoc. tex. in c. presbyterum, &c. ad audiētiam. de Homic. quibus (ni fallor) contrarium omnino probatur. Cū in d. capit. presbyterum. præcipiat Papa presbyterum, qui quendam puerū intuitu diſciplinę percuſſit in capite, morte inde ſequuta, eſſe deponendum, &c. Idē quaſi in d. c. ad audientiā, determinatur. Quare (vltra ea quæ in Couar. in d. Clem. 1. de Homic. 2. par. §. 4. uerſic. Ad eandem partem, & ipſe Nauar. num. 235. melius explicat, & Silu. verb. homicid. 2. q. 2. vi debis) poteris ſic declarare, atque diſtinguere, quòd etiam Pater, Magiſter, vel Dominus filium, diſcipulum, vel ſeruū percutiēdo, ſi poſtea mors ſequatur, erūt irregulares: ſi non purè, ſed cū ira, odio, vel ex ebrietate fecerunt. ita Epiſc. Seal. c. 9. verſic. Parentes, & melius Armil. Irreg. nu. 46. vbi ait, diſcretè, pro correctione, aduertentes, quæ prudēs aduerteret.

De patre Magiſtro, et domino, & alijs percutiētibus.

Quid ſi rixatur quis & eius amici accedētes interficiūt aliū, etc.

242 EAdem ferè videtur quæſtio illa. ſ. An ſit irregularis, qui illicitè cum alio rixatur, aut quæſtionē facit, uel certat, ſi amici eius ſuperuenientes eum deforment, aut interficiant, abſq; vllo ſuo conſenſu, conſilio, vel ratihabitione? Reſpon. ꝙ ſic. ſecundū Io. And. in c. Petrus. de Homic. Abb. Fel. & Cōmunem, quā refert, & ſequitur Nau. c. 27. nu. 227. & Couar. in Cle. Si furioſus. 2. par. num. 8. contra aliam opinionem dicentem non eſſe. Quam intelligit ibi Couar. & alij, vbi talis non dediſſet cauſam rixæ, ſed fuit aggreſſus.

De tenētibus infantē in lecto.

243 OPortune ſe offert diſputanda quęſtio illa in multis locis cōtrouerſa, An, ſ. habens infantulum lecto, peccet mortaliter, etſi mortuus, & ſuffocatus reperiatus, pater (ſaltē) ſit irregularis. Reſpō. per hanc diſtinctionem. Aut in tali caſu eſt poſita excommunicatio reſeruata (vt eſt in Cōc. Prouinciali Mediol.) aut non. Secundo: vel mater eſt de hoc admonita vel non. Nā in Epiſcopatu Sauon. Baptizato infante, dicit ſacerdos Patrino, Se ve commanda ſotto. la ſcōmunica maggiore, da parte de Monſignor Veſcouo, non metterlo alletto p tutto queſto anno. (latinè: Ex parte D. Epiſcopi præcipitur tibi, ſub Excommunicationis maioris pęna, nè per annum proximum puer in lecto teneatur.)

Conſuetudo Saonę circa Baptiſmum.

Nunc ſic: Ille, vel illa, qui expertus eſt alium ſuffocaſſe; in omni caſu peccat mort. & erit irregularis illum ſuffocando.

¶ Item maritus, & vxor habentes infantem inter ipſos in lecto, peccāt mortaliter, & erit irregularis, ſi ſuffocatur.

¶ Qui autem in lecto illum collocat, adhibito debito remedio, (. interponēdo aliquid inter nutricem, & infantem ita quòd nullo modo poſſit illum, niſi volens tangere, non peccabit mort.

¶ Item ſi nutrix experta eſt ſe quietè dormire (ideſt, che alla matina ſe ne tribola, del medeſimo modo che ſi dormi) & infantē collocat in lecto, à ſe aliquātulū ſeparatum; non erit mort. peccatū maximè ſi nutrix non dormit profunde ſed leniter, & lectus amplus eſt.

¶ Quibus omnibus limitationibus, atque remedijs ceſſantibus, Si nutrix pauper eſt, ita quod nullum alium lectulum, vel reclinatorium habet, vel ſi infans frigore laboret, vel periculum ſit extra lectum eſſe ab aliquo animali, ſerpenti, vel diabolica arte nocendum, tunc nullum mortale erit, illum apud ſe collocare. * De pœnitentia illius, qui vel quæ infantem in lecto

ſuffocauerit vide Can. pœnitentialem, 17. ad medium verſi. Et ſit grauis culpa: vbi ponitur pęnitentia. 7. vel 5. annor.

244 *B Virgo Maria qd fecit nato dominum.*

HOc frigoris, inimicorumq; timore perterrita ſacratiſſima Virgo Maria, mater Dei, Domina Cęlorum, & noſtra, filium ſuum Sacratiſſimum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, a ſe natum, atque adoratum, ne frigore illo pateretur, ſtatim ad pectus admouit, vt ex Sanctis Contēplatiuis notauit in publica lectura inſignis Magiſter Graiales. anno. 1569. Euangelium S. Lucæ (me præſente) Salmanticæ interpretando. Supradicta poſſunt colligi, ex Abb. in c. fi. de ijs, qui fil. occid. & ex. c. Conſuluiſti. 2. q. 5. & S. Tho. 2. 2. q. 64. ar. 8. Sylu. Homicidium. 2. num. 15. & omnibus alijs. Nauarr. cap. 15. num. 13. & cap. 27. num. 236. Epiſcop. Scal. c. 9. verſic. Habentes ſecum.

245 *Nulla irregularitas ſi īfans adhibita, diligentia &c.*

EX quibus omnibus habetur, quod ſi adhibitis debitis circūſtantijs puer ſuffocetur, nulla erit irregularitas; quia dabant operam rei licitæ, adhibita diligentia, ita expreſsè. S. Th. 2. 2. q. 64. ar. 8. quem refert, & ſequitur Armil. verbo. irregular. nu. 3. Epiſc. Scalenſ. ſupra. qui (bene quidem) ait tex. in d. c. Conſuluiſti. 2. q. 5. nō pcipere ſed parētes hortari.

246 *De Mouente caput infirmi in arti. mort.*

QVid dicemus de illo qui morti propinquum aliquomodo mouet caput accomodat; vel aliquo alio modo cō ponit; & ex hoc citius moritur? Reſp. Diſtinguendo (vt aliquos timoratorū ſcrupulos, qui illic trepidauerunt timore, vbi non eſt timor, de medio tollamus) quod aut ſupradicta facit animo mortē accelerandi, aut ad ſubueniendum infirmo in tanta neceſſitate, & eum ad iuuādum, vt melius quieſcat &c.

In primo caſu abſque dubio irregularis eſt, etiāſi infirmus eſſet omni remedio deſtitutus, ac moriturus. Spec. titu. de Diſpenſatione. §. Iuxta. verſ. Quid ſi aliquis infirmum. Sylu. Homic. 3. q. 2. verſi. Tertiam. Tab. verb. Irregularitas, 3. nu. 3. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 1. nu. 2. S. Anto. 3. p. tit. 29. c. 2. Sum. Confeſ. lib. 2. ti. 1. q. 10. Nicol. Ploue. de Irregu. regul. 16. Ratio eſt quia rei illicitæ operā dabat, uolens illius vitam breuiare. In ſecūdo autem caſu, minimè eſt Irregularitas timenda; cum tales ægrotum medicantes, non ut mortem inferant, ſed ut illū adiuuent, talia miniſteria exercent. ſecūdum omnes. ſup.

247 *De prouocātib: infirmū ad iram &c.*

AD ſupradicta pertinent adiungere quęſtionem alteram V. ille qui infirmū prouocat ad iram ſuis dictis, vel factis, vel ei aliquod affert malum nuncium, vnde talis moritur, ſit irregularis? Reſpon. Quòd licèt ſupradicti auctores videantur abſolutè affirmare; Ego autē diſtinguerem. ſ. quod ſi talia malitiosè facta ſunt, vel ſine malitia, tamen cū negligentia craſſa, quia illud debebat aduertere, maximè ſi infirmi conditionem nouerat, ſit irregularis: ſi autem inaduertenter fecerit non.

ET quia in materia huius. §. de dantibus cauſam, eſſet quaſi impoſſibile caſus particulares adducere: ſequentibus regulis multas decides quæſtiones, ab auctoribus infra citādis ſparſim tractatas. Prima Regula. Dās operā rei licitæ, & adhibens diligentia q̄ debet, & nō excedens, nec habēs voluntatē occidendi, vel mutilandi; non ſit irregularis propter ſequens homicidiū, cuius exēplum eſt. in c. Dilectus, de Homi. Secūda: Dās operā rei licitæ, & nō adhibēs diligētiā, q̄ debet, vel exiſtens in culpa, ēt leui, nō autem leuiſſima. (vt in c. Presbyterum, eſt exemplum) ſit irregularis morte, vel mutilatione ſequuta.

De dante operā rei licita &c.

De non adhibente diligētiam.

Tertia. Dās operā rei illicitæ, quantācunq; adhibeat diligentiā, ſit irregularis p mortē, vel mutilationē ſequētē, vt eſt exēplū in c. ſuſcepimus de homic. Quas regulas tradit ex S. Th. 2. 2. q. 64. art. 8. Caie. ibi. Sot. li. 5. de Iuſt. & iur. q. 1. ar. fi. vbi eas declarat Ang. Syl. Armi. verb. Irregularitas, nu. 3. 4. & 5. Epiſc. Scal. c. 9. ad fi. & oēs dicētes cōmunē maximè. Cou. in Clem. Si furioſus. 2. p. §. 4. nu. 1. & 2. Qui ex Abb. Anan. Felino, & alijs, pcipue Caſtro l. 2. de l. Pęnali, c. 14. ver. Secūda. Alberto Trocio, de vero, & perfecto Clerico. li. 2. c. 27. Villa Diego. de Irregul. c. De peuſſore, col. 6. eā cōmunem dicit, multumq; laudat. & Naua. c. 27. a

nu,

nu. 219. quaſi omnes caſus his regulis declart. licèt nõ tanti expêdat Sotus ſup.

§. 3. DE MANDANTE, Conſulente, Inſtigante, Animante, perſuadente, inſtruente, adhortante ad homicidium.

249 *Mãdãs Cõſulẽs &c. irregulares ſunt*

MIrabilis eſt in hac materia, D. Aug. ſententia relata in cap. Pernicioſe (Communiter allegatur. Periculoſe) de pœn. diſt. 1. vbi cum Gl. ibid. Omnes ſupradicti homicidę, ac per conſequens irregulares dicuntur, & optimus tex. cum Gl. verb. Conſilium in capit. Sicut. §. Clericos. de Homicidio.

250 *Quid ſi homicidiũ ſit iuſtum?*

EX quibus iuribus, & Gloſſ. & alijs ſimilibus. Primo Nota. Quod nõ ſolũ tales fiunt irregulares, ſi homicidium eſt iniuſtum; ſed etiam ſi iuſtum, vt de Iudice, Aduocato teſtibus, & alijs, tradunt omnes per tex. in c. ſententiam. Ne Cler. vel Monac. Specul. de Diſpenſ. §. Iuxta verſi. Sed quærit quãdo. Bart. Med. in Sum. li. 1. c. 11. §. 10.

251 *De facientibus, vel cõſulentibus facere legẽ, &c.*

VNde infertur ad q. V. Principes, Auditores, Cõſiliarij Regum qui faciunt, vel daut conſilium de Lege, uel ſtatuto faciendo: in quo trãſgreſſoribus mors, vel mutilatio imponitur, & poſtea effectus ſequatur, fiunt irregulares iudicandi? Reſpond. Negatiuè: quia ſupra dicta rubrica intelligenda eſt, vt procedat quando cõſulens, uel maudans, aut inſtigans intendit ad homicidium ſuper caſu pendẽti in iudicio, tunc. n. efficitur irregularis: nõ autẽ in primo caſu. text. in c. Eos. Ne Cleric. vel Mona. & tradit Maiol. li. 2. c. 5. & 48. §. 5. & li. 5. c. 48. §. 2. nu. 2. Archi. in c. Officia. 23. q. 5. Armil. Irregul. nu. 19. c. Si quis viduam, 50. diſt. Hoſt. & alij, quos refert Armil. ſup. num. 25.

252 *De mandante, ẽt ſi nõ ſtatim &c.*

QVæritur. V. Mandans facere homicidium, vel mutilationẽ, fiat irregularis, ẽt ſi nõ ſtatim, ſed poſt vnum, duos, vel plures annos effectus ſequutus fuerit per mãdatariũ, vt ſi. (v.g.) Aliquis ex Hiſpania mitteret aliquem in Galliam, vel Italiam, cũ mandato aliquem occidendi, vel mutilandi; & talis mandãs per longũ tempus nihil audiuit vel ſciuit de mandatario, ita ꝙ omnino cogitaret talem mortuũ, in mari necnõ ſub merſum fuiſſe: & tandem, audiuit inimicũ eius fuiſſe a ſuo mandatario interfectum? Reſp. talẽ irregularẽ eſſe. ita Specul. tit. de diſpenſ. §. iuxta. uerſ. Sed quæritur quãdo. Syl. Homic. 1. q. 8. ver. Sextum. Tab. uerb. irregularitas. nu. 13.

QVid ſi conſilio, pcepto, vel fauore meo, homicidiũ fuit intentũ, ita ꝙ vulneratus miraculo potius euaſit, q̃ naturaliter, vt v.g. ille qui Arcabuſeto, vel bõbarda fuerat transfixus? Reſpon. ꝙ non fit irregularis, quẽadmodũ de ipſo volente occidere, non ſequuto effectu diximus ſupra. & tradit Bar. Med. Sum. li. 1. c. 11. §. 10. Couar. in Clemen. Si furioſus. 2. par. in initio. uu. 5. 253 *Quid ſi pcepi & cæt. Homicidiũ miraculo, tñ non fuit ſequutum*

QVæritur. Vtrũ fiat irregularis mãdans, vel conſulens: ſi tẽpore mãdati, vel conſilij, mandatarius noluit acceptare, & repudiauit: poſtea rñ ipſe mandans mutauit ſententiam, & abſq; vllo alio mãdato mandatũ, vel cõſiliũ fuit exequutum, & mors, vel mutilatio inde ſequuta? Reſp. ꝙ ſic. Quia primum crimen, ꝙ mandando, vel adhortando fecerat, adhuc in ſe pſeuerat. Inn. in c. ad audientiam. de Homic. Bal. in l. 1. C. de ſeruis fugit. col. 2. ad fi. quos refert, & ſequit Maiol. li. 5. c. 48. §. 2. nu. 3. 254 *Quid ſi mãdatarius noluit acceptare, &c.*

QVid, ſi non expreſsè, ſed tacite mãdauit homicidium fieri? vt de illo qui iniuriam paſſus, dixit ſuorũ alicui, non venias huc in domũ meã, donec aliquid noui audiam de te. (Et exemplũ viuũ habemus de Henrico illo S. Thomã Cãtuarienſem Epiſcopum perſequẽte, qui in præſentia ſuorum dixit: ſe in ſuo Regno cũ vno ſacerdote pacem habere non poſſe?) Reſp. In dicto caſu taliter mandantem effici irregularẽ. Bart. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſu. & §. ſed qd ſi mãdauit. & §. pater Seio. ff. de Acquir. hęred. vbi Bal. Angel. Imol. & Moderni. & Anch. in c. Ex literis. de Exceſſ. Prælator. vbi ẽt Abb. Tab. irregularitas. 255 *Quid ſi non expreſſè, ſed tacitè, &c.*

2.num. 3 & verbo:Excommunicatio.5. caſu.1.nu. 36.& alij multi,quos refert, & ſequitur Couar. dicens cōmunem, in d.Clem.2.par. Relectionis. §.1.nu.3.& Maiol. lib. 5.c.48.nu.8.Armil. Irregu. nu.17.Nauar.c.27.nu.231.

Quæ communis (ait Couar.) procedit,etiam ſi talis mandans præceptū dediſſet de non occidendo,vel mutilando. Et eſt caſus,in c.vlt.de Homic. libro.6. Abb.& Inn.& alij, in c. ad audientiam, de Homic.Alberic.verb. homic.2.verſi. quid ſi mandauit.

256 *De confeſſorib⁹ vel ꝑdicatorib⁹ Prīcipū.* QVæritur. V.Confeſſores,vel principum prędicatores illos hortātes in communi,vt faciant iuſtitiam , & puniant malefactores , ſi ex hoc moueantur ad inquirendū, & mortem , mutilationemvè alicui inferant , fiant irregulares tales adhortantes? Reſpon.quod non, ita tenet Archid. in ca. Officia.23.q. 5.quem refert,& ſequitur Armil.irregularitas.nu. 19.

257 *Quid ſi ante homicidiū, reuocauit, &c.* QVæritur V.Mandans,cōſulens,vel adhortans homicidiū,vel mutilationem fieri,incurrat irregularitatem,ſi antequam homicidiū fiat reuocauit mādatum? Reſp. quòd quamuis Nauarr.c. 27.nu.233.& Inno.Villa Diego, & cōmunis,& Maiol. lib. 5.c.48.§.2.nu.3.ex multis, abſolutè de omnibus mādantib. adhortantibus,& conſulentibus loquātur,dicentes , ꝙ ad hoc,vt non ſint irregulares,tenentur expreſſè, vel tacitè reuocare mandatum,& notificare, mandatario ne mandatum exequatur,&(ſecūdum Maiolū , non Nauar.) monere illum,qui erat occidendus: melior tamen mihi videtur diſtinctio Ioannis Brunelli,in Repet.c.1. de homi. 4.par.nu.43. ſ.ꝙ mandās homicidiū cōmittit;poſtquā mādatū (vt ſupradictū eſt) expreſsè,vel tacitè reuocauerit,teneatˀ illū mādatario notificare,vt Nauar.& cōmunis dicunt.

258 *V. Occidēd⁹ ſit mouēd⁹.* ¶ Illud autem quod Maiolus dicit.ꝙ debeat occidendum monere tantum (ait Brunellus) procedere in conſulente qui tenetur non ſolum cui conſilium dedit perſuadere,ne conſilium expleat, ſed etiam denuntiare illi in cuius perniciem conſilium dederat, vt ſibi præcaueat. Quæ differentia ponitur ab Inno.in ca. Ad audientiam, de Homicid.& aſſumit Bart.in l. non ſolum. §. Si mandato. ff. de iniur. Bal. in l. 1. C. de Seru. fugit. Quæ denunciatio, ne peccatum ſecretū Conſulentis,& Conſulti detegatur, in genere facienda eſt, vt notat Bald. ſup. & Ego antequam Baldum viderem, notaueram.

259 *Quid ſi è contra Mandatari⁹ occidatur.* SEd quid ſi (ꝙ contingere ſolet) non occiditur ille , ad quem occidendū mandatum dederam , ſed mandatarius meus ab illo fuerit occiſus ? Reſpon. Vtroq; caſu irregularitatem incurri. tex. in cap.Vltimo.de Homi.li.6. Ioan. Andre.in additio.ad Specul. tit.de Diſpenſat.§.Iuxta.verſ.Quid ſi aliquis conſuluit.Abb.in cap.Ad audientiā.de Homicid.Sylu.Homicidiū.1.q.8. Tabiē.Irregular. 2. nu.12.Maiolus. ſup. nume.4. Quamuis Specula. ſup. & Hoſt.(quem refutat Sylu. ſupra.) teneant contrariū. Ratio eſt , quia talis mandans cogitare potuit,& debuit homicidium hinc inde contingere poſſe, inter aggreſſorem, & aggreſſum & inter vtrunque & Iudicis, miniſtros in incarceratione , vel poſtea in iuſtitiæ exequutione.

260 *Quid ſi Mandatarius , excesſit, fines mādati.* QVæritur. Quid ſi tantum mandaui,adhortaui,vel conſului aliquē verberari,vel alapa percuti,&c.Mandatarius autem, etiam contra meā expreſſam,de homicidio vel mutilatione, voluntatem fines exceſſit mandati, & aliſi occidit,vel mutilauit? Reſpon. Cum diſtinctione. Quòd ſi inſtigaui, conſului, vel mandaui ad verberandum &c. propter vindictam , & iniuriam inferendam; tunc quocunque euentu , homicidio ſequuto irregularis ero . Si autem mādaſſem aliquod iuſtum, vt Iudex,ex ad diſciplinā,& correctionem(vt Pater, Epiſcopus , Religioſorum Superior , &c.) tunc, ſi mandatarius excedat;nequaquam irregularis dicar. vide text.in capitu. vlt. de Homicid. libro. 6. tenet hoc Innoc. & Abb.in cap.Ad audientiā de Homic.d.Abb.in ca.Ex literis. verſicul. Ratio mea. de Exceſ. prælat. Tabi. verbo. Irregularitas. 2. nume. 2.Specul. ſup. & alij.

Vltimo

261 *De delatoribus, exploratoribus ſuſurronibus. &c.*

VLtimo in hoc §. Non difficile euadere irregularitatem delatores, exploratores, ſuſurrones, ac detractores, qui data opera diſſeminant diſcordias, vnde rixę, contentiones, inimicitiæ, homicidiaque ſequuntur. Ex qua reſolutione & ſex regulis poſitis ab Armilla. Irregularitas. num. 25. poteris multa inferre & notare.

§. 4. DE HOMICIDIO Caſuali, aut ex culpa.

262 *Peccatũ non niſi voluntarium.*

EX D. Aug. ſentẽtia in lib. de vera Religione, & ex Communi omnium aſſenſu, illud nobis eſt manifeſtum; peccatum non dici niſi voluntariũ. Et ex S. Thom. 2.2. quæſt. 64. conſtat; caſualia (loquendo ſimpliciter) inuenta nõ dici, nec voluntaria nominari. Quapropter ſecunda hic conſtituetur homicidij, vel mutilationis ſpecies, ſ. de illo qui homicidium, vel mutilationem, caſu aliquo incogitato, vel culpa aliqua fecit. Quia qui talia nolens omnino fecit; nõ punitur vt homicidij volũtarij reus; fuit enim fortuitus caſus, qui inopinatæ rei euentus, qui pręuideri non potuit, appellatur. tex. in l. In rebus. ff. Commodati. Abb. in cap. vnico. de Commod. & omnes.* Et ita pro caſuali homicidio non imponitur tanta pœnitentia in Canone pœnit. 15. ſicut in voluntario. Nam pro voluntario 7. pro caſuali autem quinque annis debet quis pœnitere.

263 *V. Vel qñ talis fiat irregularis.*

QVare hanc regulã in hac irregularitatis materia cõſtituere oportet. ſ. Eum, qui abſque culpa aliqua alium caſu occidit, vel mutilauit, irregularem non dici, ideoque licitè promoueri poſſe. tex. in capitul. Significaſti. 1. & c. Dilectus. de Homic. Gl. in c. Eos vero. 50. d. Gl. & Abb. in c. Lator & c Continebatur. de Homic. S. Th. Inno. Hoſt. & alij, quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ. lib. 2. tit. 1. q. 19. Ang. Silu. Arm. & alij. Specul. tit. de Diſpenſat. §. Iuxta. verſic. Facto aũt, ſiquis. Nauar. ca. 27. nu. 220. Sot. lib. 5. de Iuſt. & iur. q. 1. Cou. & oẽs.

264 *Qñ aliqua culpa interueniat, &c.*

DE illis vero, qui culpa aliqua interueniente, alios occiderunt, vel mutilarunt, fit inter Doctores hæc diſtinctio, ſ. quod aut aliquis dabat operã rei illicitæ, & adhibuit omnem diligentiã; vel operã dabat rei licitæ, nulla, uel parua adhibita cautela, ne homicidium, mutilatiouè ſequeretur, vel culpa fuit lata, leuis, vel leuiſſima, Quo ſuppoſito.

265 *De lata culpa in homicidio.*

PRima ſit Concluſio In quocunque caſuali homicidio, vel mutilatione, lata, vel leuis culpa procul dubio irregularitatem inducunt. vt ex capitul. Clerico iaciente. cum alijs. 50. diſt. Probat Maiolus. lib. 5. cap. 48. §. 3. numer. 2.

266 *Culpa leuiſſima quæ*

SEcunda Concluſio. Culpa leuiſſima (illa dicitur, quando quis illud non cogitauit, & prouidit, quod acutiſſimus vir cogitare potuiſſet) ſi ſit in omittendo, ab irregularitate excuſat. Secus ſi ſit in committendo lata. Silue. Homic. 2. circa princ. verſi. Poteſt addi per tex. & Abb. in c. Quæſitũ. de pęnit. & remiſ. Tab. verbo. Irregularitas. 1. nu. 4. Probat latiſſimè (ad alium finem) Couar. in lib. 4. De Sponſal. 2. par. ca. 6. § 8. nu. 13. & Emanuel Soarez in Theſauro. litera. C. nu. 336. Maiol. ſup. Nau. ca. 17. nu. 177.

¶ Ex quibus concluſionibus in ferè innumerabilium caſuum cognitionem poterit deueniri. Quorum aliquos in præſentiarum notabimus.

267 *De proijciente lapidẽ ludendo, &c.*

QVæritur. Quid ſi aliquis ludendo proijceret lapidem poſt aliquem, & ille volens declinare lapidis percuſſionem, in alium lapidem fugiendo incidens impingeret, & moreretur? Reſpond. Quod talis lapidem proijciens, erit irregularis. Inn. Hoſt. Abb. & alijs, quos refert, & ſequitur Summa Confeſ. lib. 2. tit. 1. quęſt. 19 in fi. Ratio eſt: quia quotieſcunq; in ludo noxio luditur, culpa imputatur ludenti & proijcere lapidem, ludus noxius eſt, vt haſtiludium, & alij ſimiles ludi: qui non poſſunt carere culpa, tex. in l. Nam ludus. ff. ad legem Aquil. capitul. continebatur, vbi Doctor. de Homic. S. Tho. 22. quęſt. 64.

Tab.

Tab. Irregularitas.3.nu.1. Alber.verb. homic.3.Hugo.in cap.Sæpè.50.diſt.Silue. Homic.2.q.21.

268 *De ludẽtib. cum calcib^9, aut pugnis.* QVæritur.Quid erit iudicandum, ſi in eo ludo, qui calcibus, (Hiſpanè: al Toro de las coces) aut pugnis exercetur alium ſuffocauerit, occiderit, vel mutilauerit? Reſpond. Effici irregularem; propter immoderatum ludendi modum,vt expreſſe tradit Archi. in capitul.Eum qui.50.diſt.& alij.

269 *De iacẽte lapidẽ cõtra aliquẽ, etc.* QVæritur. quid ſi aliquis in Titium lapidem iecerit, ipſe vero. Titius fugit,& alium lapis occiderit, vel mutilauerit? (vidi in facti contingentia.) Reſp. talem eſſe abſque dubio irregularem:tradit Hug. in cap. Sæpè. 50. diſt. Tab.verb.Irregul.3.num.2.& alij.

270 *De occidẽte clericũ pro laico.* HInc infertur ad quæſt. V. Volens occidere, vel percutere laicum, percutiens clericum, ſit excommunicatus? Reſpond. affirmatiuè,ſecundum Alan.& Hoſt.quos referi, & ſequitur Silue. verbo. Excommunicatio. 9. verſicu.ſciendum eſt quarto: Maiol.ſupra.num.5.

De nolẽte occidere aut. &c. Sed ſi ictus lapidis, (è contra) dirigeretur in Auem, vel quadrupedem, & fortuitò, abſque vlla culpa, quia debitam adhibuit diligentiam, (cùm eſſet locus per quem homines ſolent tranſire, & vociferauit) hominem occiderit vel mutilauerit; nulla erit irregularitas, Gloſſ.in d.capit.Clerico iaciente.50.diſtinct. Silueſt. Homici.2. q.5. Tabien. verbo;irregularitas.3. num.19. Epiſcopus Scalenſ.cap.9.Maiol.ſup.nu.6.

Si autem aliquis proijcit aliquid ad locum priuatum, & ſolitarium, per quem nemo tranſire conſueuit:non tenetur clamare,vt in l.ſi putator, ff.ad legem Aquiliam, aliàs ſi locus publicus. Gloſſ. capitul. Qui arborem. 50.diſtin. Abb. & omnes in capitul. ex literis.2. de homic.

271 *Multi caſus homicidij caſualis* INfinita ferè ſunt exempla dictis ſimilia in homicidijs caſualibus contingi ſolita: quæ conſulto ommittimus. Primo quia ex ſupradictis concluſionibus poteris ea colligere. Secundo, quia longiore ſermone reperies apud Angel. Silueſt. Armil. verbo. Irregularitas, & homic.& apud Couarr.in Clem.ſi furioſus: de homicid. Sotum libr.5. de Iuſtitia,& iure,quæſt.1. Nauar.capit.27.à nume.219. Maiolum lib. 5. capit.48.§ 3. Epiſcopum Scalenſem,de irregular.capitul.9.

§. 5. DE OPEM PRAEſtantibus, vel auxilium ad mortem,&c.

QVemadmodum, ſupra in 1. par.in materia de Confeſſione, diximus circunſtantiam illam (quibus auxilij) eſſe confitẽdam: ſic in præſentiarum ille irregularis iudicabitur, cuius auxilio homicidiũ perpetratum fuerit,vel mutilatio. Communis. 272 *Circunſtantia cõfitẽdę.*

PArticulariter verò Quæritur.V. Ille qui aſſociat alium euntem occidendum, vel mutilandum alium fiat irregularis? Ad quam quæſtionem (colligendo veritatem ex multis auctorum modis) ſequentibus aſſertionibus reſpõdemus.Prima, qui alium aſſociat armatus,vel inermis,vt illi auxilium ſit,& defendat; abſque dubio homicidio ſequuto, irregularis erit; etiam ſi nihil ipſe commiſerit.text.in capitul.Sicut dignũ. §.Illi etiam.de Homic.Specu.tit.de Diſpenſat.§.Iuxta.verſi.Defenſione. 273 *De ſociãte aliũ.*

Secunda Concluſio.Qui non aſſociauit,ſed tantum aſtitit homicidæ paratus defendere, ſi opus eſſet: homicidio ſequuto,irregularis erit: etiam ſi talis aſſiſtens diſſuaſerit homicidiũ. Secus ſi talis aſſocians, vel aſſiſtens præſens homicidio, non vt defenſor, vel fautor; ſed vt ſpectator; quia tunc non fit irregularis, tex.in capitul.ſi.23.quæſt.8.Et ita eſt intelligendus tex. in capitul. Sicut dignũ. §. Clerico. de Homic. Hoſt. in d.§. illi. quem refert,& ſequitur Spec.ſup.§. Iuxta.verſi.Quid ſi aliquis vadit. Tab.Irregul.2.num.20.Armil. Irregul. nume. 34. Epiſcopus Scalenſ. capitul.9. verſi. Socius. *De aſſiſtentib. homi. et cas.*

Sed

274 *De publica perſona aſſiſtentia.*

SEd quid ſi talis aſſiſtens non erat particularis, ſed publica perſona, ut Dominus, uel Gubernator alicuius loci, qui tale homicidium in ſua præſentia factũ impedire potuit, & non impediuit? Reſ. in hoc caſu, per ſolam illam præſentiã, eſſe irregularem. tex. in d.c.fin. 23.q.3. Maiol. ſup. §. 3. nume. 1. S. Anton. 3. par. tit. 28. cap. 2. Nauar. cap. 27. nume. 231. Quamuis Silu. Homic. 3. q. 2. verſi. Tertium. abſolutè, cum Archid. & Homic. 2. q. 5. contrarium dicat, & alij quos reprobat Nauar.

275 *De Prælatis habẽtibus utranq; iuriſdictionẽ.*

VNde infertur ad quæſtionem. V. Prælatus (Papa excepto) habens in Dioceſi ſua utrunque gladium, ideſt, iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem, qui aſſiſtit executioni Homicidij, uel mutilationi factæ per ſuos Iudices ſæculares, fiat irregularis? Reſp. Affirmatiuè, ſi aſſiſtit auctoritatẽ præſtando Iudici, uel miniſtris; etiamſi nec uerbo, uel ſcripto tali conſentiat executioni. tex. eſt in c. Ex literis. vbi Abb. de Exceſ. præla. Tab. Irreg. 2. num. 5. Armil. eod. num. 20. Raym. Hoſt. Innocen. & alij, quos refert, & ſequitur Summ. Confeſſ. lib. 2. tit. 1. q. 53. Glo. pulchra. verb. Sanguinis, per tex. ibi. in c. Sententiam. de Cleric. uel Monac. Nauar. cap. 25. num. 111. Maiol. lib. 2. c. 6. num. 12. & 13. & lib. 5 c. 48. §. 3. Nicol. Ploue. de Irregul. reg. 20.

276 *De clericis aſſiſtẽtibus ſuſpẽdẽdo, uel decapitando.*

ITem infertur. V. Clerici hominibus decapitandis, comburendis, furca ſuſpendendis, uel mutilandis aſſiſtentes, abſque ullo alio fauore conſilio &c. Sed ſola aſſiſtentia, ſint Irregulares? Reſp. Quod quamuis quidam antiqui uoluerint tales eſſe Irregulares, per ſolam aſſiſtentiam; Contrarium eſt uerius, & tenendum; ſcilicet tales peccare grauiter facientes contra tex. in cap. Sententiam ſanguinis. de Exceſ. Prælato. niſi iuſta cauſa Confeſſionis, conſolationis, vel Charitatis excuſet; non autem effici Irregulares, etiam ſi ex ſola curioſitate aſſiſtant. ita tenet Inn. in Gl. capitul. Sententiam. Ne Cler. vel Monac. Nicol. Ploue. reg. 6. Raym. & alij, quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ. libr. 2. titul. 1. q. 22. Aſtenſ. & alij, quos refert, & ſequitur Silu. Homicidium. 3. quæſt. 4. verſi. Tertium. Armil. Irregul. nu. 20. Maiol. libr. 2. cap. 6. num. 12. & 13. Nauar. cap. 27. nu. 214. vbi dicit communem. text. cap. Qui malos. 23. quæſt. 5. S. Thom. 21. q. 60. arti. 6. pulchrè Sum. Confeſſ. ſupra quæſt. 32. & dicit communiorem Epiſc. Scalenſ. capitul. 9.

QVæritur, quid dicatur in hac q. aſſiſtere ob curioſitatem? Reſpond. Quod quamuis non clare explicetur a Doctoribus; non iudicarem curioſitatem eſſe, ſi quis tantum animo videndi furem, vel cognoſcendum decapitandum, aſſiſtit, vel qui, vt audiat (ſi Lutheranus, vel alius hæreticus comburatur) errores ſuos ad cauendum; vel gratia lucrandi indulgentias. Illum autem indicarem curioſum, qui tantum adeſſet, vt aliquam pulchram mulierem occidendam videret, vel vt verba aliqua ab executoribus iocosè ſolita dici, audiret. 277 *Aſſiſtere quid dicatur. &c.*

ET quia de Hæretico combutendo mentionẽ fecimus, quæritur, vtrum portantes, & miniſtrantes ligna, vt talis comburatur, abſque vllo vindictæ, vel malo animo, ſed tantum ob zelum Fidei; ſint Irregulares? Reſp. Quòd quamuis aliqui abſolutè dicant, quod ſic, vt Nicol. Ploue. De Irregul. Regul. 15. & alij: Intelligendum tamen eſt cum diſtinctione; quod vel ille erat viuus; vel iam eſt ſtrangulatus; & mortuus, In primo caſu, quo erat viuus; Quicunque miniſtrauerit ignem, ligna, funem, ſcalam, clauum, gladium, vel quid ſimile: Irregularis efficietur: Spec. tit. de Diſpenſ. §. Iuxta. verſi. quid de ijs, qui propter. S. Ant. 3. par. titu. 29. capitul. 2. §. 4. Tab. Irreg. 4. num. 23. Raym. & alij quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ. lib. 2. tit. 1. quæſt. 24. Silu. Homicid. 3. par. 7. verſic. decimum, & Arm. Irregul. num. 61. Nauar. cap. 27. nu. 217. dicens communem. In ſecundo autem caſu, quando iam erat mortuus, ſupradicta miniſtrans nullam incurrit irregularitatem, ſecundum Doctores, ſup. Nec ſilentio prætermittam D. Simonis Maioli in hac materia cautelam, qui ſup. num. 5. ſic ait: Propterea ij 278 *De portãtibus ligna ad cõburendum Hæreticũ.* 279 *Nota cautelã p iuuantibus occidẽdũ.*

viri

viri religioſi, qui luminaria, & ſacras imagines poſt damnatos deferunt, (Hiſpani: los Cõfrades dela Sangre de Chriſto. Itali, Battuti vel confortatori) vt in mortis articulo eos ad ſalutẽ inſtruant, caute facient ſi ex ſuis luminaribus non concedant accendi ignem vnde damnatus comburatur.

280 *De medicãtib. infirmũ.* Quid dicendum de infirmum medicante, curante, vel gubernante. vbi abſque Medicorum conſilio, vel licentia potum, cibum, vel aliquid etiam ex charitate conceſſit, vnde mortuus citius fuit? Reſpon. cum diſtinctione, quod ſi verè, & realiter, talia minimè fuerunt in cauſa accelerandi mortem, nulla cenſetur Irregularitas incurſa. Si autem. Medicorum iudicio, infirmus. hac de cauſa, citius vita deceſſit; Irregularis iudicabitur. Quod ſi in dubiũ vertatur; deponat ſcrupulum, & ſapientis Confeſſoris conſilio in mitiorem partem inclinet. Si vero coniecturæ ſint manifeſtæ ita, quod citius indicat affirmatiuã partem: tunc abſtineat: Quę omnia (non ſic ordinata, & diſtincta) colligere poteris ex Nicol. Plou. de Irregul. Reg. 16. Raym. & alijs, quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 2. tit. 1. q. 41. 42. & 39. Specu. tit. de Diſpenſat. §. Iuxta. verſi. Similiter cuſtodiens. Alber. verb. Homic. 3. Silu. homic. 2. q. 15. Armil. Irregularitas. nu. 48. Nauarr. capit. 27. nu. 228. Maiolus. lib. 5. capir. 48. §. 3. nume. 3. Ex quibus omnibus reſolutiue colligitur, quod non eſt cenſendus Irregularis, nisi quando dolo, vel notabili culpa id facit, nõ autẽ, quãdo bona fide.

281 *De quodam alligato ſtipiti. et cæt.* Quæritur. Quid iudicandum ſit de caſu horribili, his noſtris temporibus viſo (& de alijs ſimilibus,) ſcilicet de illo, qui ob inueteratas inimicitias inimicum in agro repertum cuiuſdam arboris ſtipiti affixit, funibuſque alligauit, quem lupi rapaces, feręque aliæ venientes deuorarunt? Reſp. abſque dubio eſſe irregularem, etiam ſi ioco id fecerit; quod a ſimili probat tex. in capit. Suſcepimus. de Homic. Abb. in capitul. Preterea. de Cleric. percuſſor. Tab. verb. Irregularitas. 3. numero 6. Maiol. libro 5. capitul. 48. §. 3. numer. 6.

Quid ſi multi rixantes ſimul, quilibet alium leuiter vulnerauit; poſtea tamen vulnerum multiplicatione moritur vulneratus? Reſp. Omnes eſſe irregulares paritate delicti. tex. in capitul. ſi. 23. q. 8. Inn. in capitul. ſignificaſti. de homic. facit Bart. in l. vlt. ff. de Sicar. Silu. homicidium. 3. quæſt. 6. verſ. Tertium. Raym. de homic. verſi. Quid ſi plures. Alberic. homic. 4. circa finem. Maiolus, ſup. num. 7. Si autem in rixa vno vulnere moritur; neſcitur tamen, quis fecerit, Nicol. Ploue. reg. 28. ait; non omnes eſſe irregu. ſed relinquendum conſcientiæ. ita ſpec. in d. §. Iuxta. Hoſti. ſumma de homic. §. Qua pœna. licèt alij contra. 282 *De multis ſimul rixantibus.*

Ex quibus omnibus, & ſupradictis, poteris caſus ſimiles occurrentes declarare.

§. 6. DE HOMICIDIO. vel mutilatione, ex omiſſione.

Vnuſquiſque proximũ defendere tenetur, vel ex lege Charitatis, vel Iuſtitiæ. Ideo cũ vtroque caſu poſſit culpa ex negligentia omiſſionis oriri; videre oportet, quando ex tali omiſſione irregularitas incurratur. In qua materia Doctores variè ſcripſerunt, quidã largè, alij ſtrictè. S. Anton. enim lib. de Cenſuris. capitul. 97. Alberic. homicidium 1. Raym. & alij quos refert. Summa Confeſſ. lib. 2. tit. 1. q. 32. dicunt, illum qui proximum non defendit incurrere culpam homicidij, ſicut ipſe interficiens. ſecundum tex. in capit. Sicut dignum, §. Illi autem. de homic. capitul. Facientis. 86. diſt. capitul. Non inferenda. vbi latiſſime Nauar. 23. queſt. 3. cum alijs. Qui omnes intelligendi ſunt quo ad culpam. De irregularitate tamen incurrenda aliter eſt dicendum. Pro quorum declaratione, ne omnes irregulares iudicemus, alioſque innoxios, ab irregularitate dicamus. Auctorum opiniones in medium libuit proferre. Quorum ali- 283 *Cur, tenemur proximũ defendere.*

qui,

qui, vt S. Anton. & Alberic. ſupra, & alij, abſolutè dixerunt: Quòd quiſquis non defenderit proximum à morte, vel mutilatiòne, cum poſſit; nullam incurrit irregularitatem, quia tantum fuit peccatum omiſſionis, Sed hæc ſententia ſic generaliter dicta, nimis laxas habet habenas; ideoq; ne anſam alicui tribuat peccādi, erit aliquibus exēplis infra declarāda.

284 *De peccantib' contra charitatem.* Alij tenuerunt eos, qui in talem culpam omiſſionis inciderunt (quia peccarunt mortal. vt qui tacuit, vt in ca. Epheſijs. 43. diſt. & Iudices non reſiſtentes morti Chriſti. de quo text. cap. Non inferenda. 23. q. 3. & alius quilibet, qui ſine periculo ſuo poteſt, & non facit, peccat mortal. Aſten. lib. 6. & titu. 14. quem refert, & ſequitur Sylue. homic. 3. q. 5. verſic. Quintum Armil. homic. num. 6.) eſſe irregulares. Specul. tit. de Diſpenſatione. §. Iuxta. verſi. Quid ſi potui. Ang. homic. 1. nu. 17. Sylue. ſup. Quæ opinio nimis eſt rigoroſa; ideo pro ſupradictorum diſtinctione, & declaratione.

285 *De peccantib' contra Iuſtitiā.* Prima ſit Concluſio: Omnis ille, qui lege Iuſtitię, quia dominus, Cōſul, Iudex, Miniſter Iuſtitię (Hiſpane: Alguazil, Italicè, Barrigelo) Dux, & alij ſimiles, tenetur alium defendere, & non defendit; ſequuta morte, vel mutilatione, erit irregularis, quia peccauit contra Iuſtitiam: & in hoc caſu procedit opinio ſecunda ſupradicta. Ita declarat, & tenet Nico. Ploue. de irregular. reg. 20. & S. Tho. 2. 2. q. 60. art. 6. & Raym. Hoſt. & alij, quos refert, & ſequitur Summa Cōfeſſ. lib. 2. titu. 1. quæſt. 32. verſi. Quidam tamen. Ang. Sylue. & ſpec. ſup. & tenet Martian. Soc. in Repetit. capitul. Ad audientiam. quæſt. 7. in princ. quæſt. 95. vbi multa allegat quem refert Tiraq. in tract. de pœnit. temir. cauſa 44. verſi. Nono. & declarat optimè Nauar. in Man. capitul. 27. num. 231. verſi. Decimonono & capitul. 24. num. 16. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 5. num. 2.

286 *Contra charit. nō fiunt irregulares.* Secunda Concluſio. Omnis particularis perſona, quæ tantum Charitatis lege tenetur alium defendere; ſi propter negligentiam, ſoccordiam, ignauiā, vel perplexitatem, aut quia non vult (ſecundum Matth. 18.) miſereri conſerui ſui, non defenderit proximum patientem; etiam ſi mutilatio, vel mors ſequatur; non erit irregularis; quamuis mortaliter peccabit contra legem Charitatis, ſecundum Omnes. ſupra. Et ſic in hoc caſu, procedit, & eſt intelligenda prima opinio. S. Anton. & aliorum. Quod procedit etiam ſi ob bonum, vel malum finem, interius gauderet de tali morte, vel mutilatione. Ratio eſt, quia talis nullo verbo, auxilio, facto, vel modo ad homicidium concurrit; ſicut neceſſe eſt ad incurrendam irregularitatem; Nam ſolo iure naturali, & diuino tenetur quis aliū defendere; non tamen iure Canonico, aut Ciuili, vt ex communi ſententia probat Decius. in l. Culpa caret. ff. de Regul. iuris quem refert, & ſequitur Maiol. ſupra. nu. 2. *Quo iure ſit proxim' defendendus.*

288 *Duobus caſib. incurrit contra charitatem.* Qvæ Concluſio fallit duobus caſibus, primo, ſi non defendens, & interius gaudens, tale gaudium ſignis oſtenderet exterioribus ridendo, manibus plaudendo, &c. Quia tunc fieret irregularis, nam ob id homicida ſenſiſſet ſibi fauorabilem eſſe præſentem; vnde audacius deliquiſſet. Secūdo Fallit, quādo doloſè noluiſſet adiuuare, vt occideretur; nam tali caſu videretur irregularis, ſicut incurrit excommunicationē in capitul. Quantæ de ſenten. excomm. Et talis dolus ſufficeret, ſi probaretur ex coniecturis. Abb. in d. capit. quantæ. vbi hoc apertiſſimè dicit.

289 *Qualiter filij, vaſalli, ſerui, &c.* Ex quibus concluſionibus, & regulis ſic declaratis, poteris decidere qualiter filius, vaſallus, ſeruus, & omnes illi, qui iuramento aliquo, vel obligatione teneantur; fiant irregulares omittendo defenſionem illis caſibus, quibus poſſunt, & licet.

§. 7. DE RATVM Habente, & acceptante homicidium.

290 *Ratum haberi aliquid quō poſſit* De hac materia ratihabitionis acturi, duo principalia aſſertā præmittamus neceſſe eſt: Primum eſt, Quod ratum fieri, haberiuè aliquid

quid in alterius damnum non poteſt:eſt communis opinio,quam refert;& ſequitur Dec.conſil.147. nume.5. Curt.Iun. conſi.76. nume. 6. Emanuel Soarez. in Theſauro.litera R.num.12. & alij. Secundum: quòd nec illud, quod tuo nomine geſtum eſt, ratum eo tempore habere poteris, quo amplius geri ipſum non poterat. Communis opinio quam refert, & ſequitur Ant. Gomez. in lib. 45.Vari.nu.53.Soarez.ſupra.nu.12.

291 *De approbãte homicidiũ mente tantũ*

EX quibus fundamentis infertur ad quæſtionem nimis dubiam. V.Ille, qui mente tantum approbat homicidiũ ſuo nomine factum, illo tamen omnino ignorante, ſit irregularis? Reſpond. In hac quęſtione duas eſſe contrarias opiniones.Sylu.enim.verbo:Homic.1.§.7. verſi.quintum, & de ratificante ſuam rebaptizationem.idem dicit;verbo.irregularitas.§.4.Nauar.capitul.27.num,233. Maiolus.lib.5.cap.48.§.6.num.1.&alij dicunt quod ſic.

292 *Reſtitutio ex ratihabitione.*

QVæ opinio confirmatur primo. Quia per ſolam ratihabitionem tenetur quis ad reſtitutionem: vt tradit Nauar.cap.17.nnmero 133.

293 *De ratã habente percuſſionẽ clerici, &c.*

SEcundo.Quia ſi quis nomine tuo clericum aliquem,vel religioſum percuſſerit, vel manus tantum violentas in eum iniecerit & poſtea ratum habueris, eo ipſo excommunicatus exiſtis,ſicut is, qui percuſſit.text.in capitul.Cum quis. De ſenten. excommu.lib.6. Sed in hoc differt excommunicatio ab irregularitate,quod ad incurrendam irregularitatem ſufficit actus interior cordis, Ad incurrendam vero excommunicationem requiritur ſignum aliquod exterius talis ratihabitionis.Armill.verbo: Ratihabitio.num.6.Sylu.ſupra.

294 *De eodem.*

TErtio,confirmatur ex dicto Spec.in capi.Quinque.de ſent.excommu. lib.6.in hæc verba: Si quis tuo nomine grauamen intulerit rebus, vel negotijs iudicis eccleſiaſtici:ſi id tu ratum habueris excommunicationem incurris.

295 *De offenſione facta Cardinali, &c.*

QVarto,Ex text.in capit. Felicis de pœnis.lib.6. Vbi offenſiones factæ in perſonis Cardinalium ſi quis ratas habeat, ipſe & proles, vſque in ſecundam generationem excluditur ab Ordinibus,beneficijs,& dignitatibus, ac per omnes ij irregulares exiſtunt.

296 *De offenſione facta Epiſcopo.*

QVinto, confirmatur ex text. in Clemen.1.de pœnis, vbi ſi quis offenſionem Epiſcopo factam, ratam habuerit,ipſe, ac proles vſque in ſecundam generationem irregulares fiunt, ne promoueri,aut promoti exercere poſſint, & de hoc etiam Hoſtien. quem refert, & ſequitur Tab.& Aſtenſ.lib.6.tit.14.

297 *Infamia & Scandalũ quãdo inducit irregularitatem.*

QVæ opinio, maximè tunc procedet, quando ex tali ratihabitione ſcandalũ graue apud viros graues oriretur. Quia ſcandalum ſolum,infamiaque ipſa irregularitatẽ inducit, vt tradit Spec. tit.de diſpenſat.§.Iuxta.verſic. Sed quid ſi agent,& alij, quos refert, & ſequitur Maiol.d.capitul.48.§ 6.num.4. pro quibus facit tex.in argum.in cap.Ex literis. de Homic.& c.tua.de Cleric.ægrot.

298 *Ratihabitio ſcãdaloſa.*

SCandaloſa verò in hac materia ratihabitio diceretur turpis, & omnibus odioſa;quando.ſ.allato capite,membro, vel ſpolio alio inimici occiſi ad te, tua contemplatione,tu ſuſcipias.Et longe erit ſcandaloſius ſi præmium dederis afferenti tale membrum, vel afferenti nuntium mortis, iuxta. capitul.18. Regum.2.etiam ſi de homicidio, & de præmio nihil dixeris.

299 *Ratihabitio percuſſionis Clerici quid inducat.*

SVpradictis tamen non obſtantibus, quia dicta opinio multis doctoribus abſolute non placet,vt ſentit Specu. ſupra. Abb.& Gloſſ. in cap.1.de Cõuer. Infid.Gloſſ.in cap. Si qua viuente.31.q. 1.Gloſſ.in cap. Si quis viduam.50. diſt. Tabien.verb.Irregularitas.2.nu.7.probabilius eſt, & tutum in conſcientia, quod quamuis ratihabitio percuſſionis Clerici inducat excommunicationem; quia ea complacentia eſt ſacrilegia. capit. Cum quis. de ſenten. excommuni. lib.6.Nauar.capitul.27.num.78.non tamen inducit irregularitatem, quæ in iure talis dicitur, vt tenet Hoſt.Archid. Ange. & alij quos refert Sylue. ſup. in verſi.Quintum. Armil.irregularitas.nu. 22. Specul. ſupra. tradit latè Couar. in Clem. Si furioſus.2.par.§.1.num.4.Nicol.Plou.de irregularit.Reg.29.

Ad Con-

AD Contraria autem eſt Reſp. Primo. Quod procedant, quãdo mutilatio, vel homicidium factum fuit nomine illius quid poſtea ratum habuit, quia tunc præſumitur mandaſſe, omnes ſupra.

300 *Ex ui ratihabitionis an ſit reſtituẽdũ*

SEcundo, Reſp. Quod quamuis in foro exteriori obligetur quis ad reſtitutionem, propter ratihabitionem, quia præſumitur mãdans, vt ait Nauar. Ang. Sylu. ſupra & latè Anto. Gab. to. 1. Com muni. opinion. pag. 628. verb. Facere, & mãdare, & melius pag. 941. col. 2. verb. Ratificans. Placa. lib. 1. Delictorum. ca. 18. In foro tamen conſcientiæ nihil tenetur reſtituere ex vi ratihabitionis. Ratio eſt: quia ratihabitio ſubſequuta, nihil influxit in damnum prius illatum.

301 *Duo requiſita in ratihabitione.*

TErtio, Reſp. Reſolutiue, quod ad hoc vt irregularitas ratum habenti imputetur; oportet vt duo concurrant. Primum, quod homicidiũ nomine meo ſit factum. Secundum quod factum ſit ab illo, cui ante præcipere poteram. Quę ratihabitio, his duobus concurrentibus, mandato comparatur. text. in capitul. Ratihabitionem. Iuncto. capitul. Ratũ. de regu. iur. lib. 6. & capitul. Cum quis. de ſent. excom. eod. lib. Facit gl. in cap. Omnes. 17. q. 4. & aliàs non: vt reſoluit Nauar. d. num. 233. Armil. d. nume. 24. & in hoc inclinat Maiol. ſup. & eſt communis opinio, quam ex Aret. Cõſi. 163. nu. 3. refert, & ſequitur Emanuel Soarez. ſupra nume. 13. Theſauro litera. R.

302 *De occultantibus, uel acceptãtibus homicidã.*

QVæritur. V. Occultas, & receptans, vel defendens homicidas incurrat irregularitatẽ hãc ratihabitionis? Reſp. Diſtinguendo, quod homicidæ duobus modis conſiderantur, Quidam enim ſunt homicidæ, qui in rixa, odio, vel alio caſu proximum interfecerunt. Et tales homicidas defendens, occultans, vel receptans conſanguinitate, amicitia, vel charitate, ne ab alijs occidantur, vel à miniſtris Iuſtitiæ capiantur, nullam incurrit irregularitatem. *De Aſſaſſinis.* Alij ſunt homicidæ, quos Latini, & Itali Aſſaſſinos (Hiſpani. Salteadores de Caminos) vocant, & tales etiam ſi nullum occiderint, quocunque colore, etiam charitatis acceptantes, occultantes, vel defendentes, incurrunt irregularitatem. vt ex tex. in capit. Pro humani. de homic. lib. 6. & Spec. tit. de diſpenſat. §. Iuxta. verſi. duodecimo, tradit Maiol. ſupra. num. 7. Ratio, quia Aſſaſſini ſunt diffidati, ideo illis omnis pietas interdicta. Et de his ſatis.

DE QVINTA SPECIE Irregularitatis, quàm ex defectu, vel ob defectum perfectę lenitatis, appellant.

303 *Defectꝰ pfectę lenitatis quid.*

NE per ignota ꝓcedamus, vt aliqui hanc irregularitatem ſcribẽtes, nec cauſam declarantes fecerunt? Quæritur. Quid ſignificent hæc verba: ob defectum perfectę leuitatis? Reſpon. Quòd cum omnes teneamur Chriſtum imitari, vt Paul. 1. Corint. 4. faciebat. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti, Qui Matth. 11. dicebat: Diſcite à me, quia mitis ſum, &c. Quotienſcunque quis perfectè lenis non fuerit & mitis, dicitur hanc irregularitatem contrahere Noxius, & crudelis ille dicitur, qui proximum ob vindictam, vel quocunque alio culpabilis modo occiderit, vel mandauerit &c. vt ſupradictum eſt, Qui autem in morte alicuius conſentit, Iudicando, ſcribendo teſtificando, &c. etiam iuſtè, & cum merito zelo Dei; & Iuſtitiæ; Ille dicitur perfectam non habere lenitatem, miſericordiam, & manſuetudinem, quo ad hunc ſenſum, quod promoueri ad Sacros Ordines nequeat.

304 *De caſib' ĩ qb' dat defectus pfecta lenitatis.*

ET quia ſupra multos caſus huc pertinentes tetigimus, ſcilicet, De Inquiſitore tradẽte reum brachio ſæculari. De Iudice, Domino, Prælato, & alij perſonis publicis, non defendentibus, ligna, & alia ad Hæreticum comburendum portantibus. De aſſiſtẽtibus iudicio ſanguinis, &c. pro alijs ſimilibus caſibus poteris conſulere Nauarrum. c. 27. num. 206. Sylue. Armil. & alios. maximè Epiſcopum Scalenſem. dę irreg. capitul. 9. ſpecie. 2.

De

305 DE irregularitate, quæ contrahitur recipiendo Ordines ante legitimā ætatem, Extra tempora vel ſine dimiſſorijs, habes ſupra. in 1.par. de Sacram. Ordinis.num.37.Vbi latè.Et de exercente illos in excommunicatione, vel ſuſpenſ.ſupra.de excommu.nume.33.34. & 35.

306 DE ordinato à non ſuo Epiſcopo, vide ibid.num.38.

307 DE ordinato cum titulo ficto, An ſit ſuſpenſus,vel irregularis &c.vide ſup.in 2.parte de ſuſpenſ. vbi latiſſime, & melius omnibus.

308 DE Vltramontanis, vel Citramontanis ordinatis a non ſuo Epiſcopo, diximus. ſup. de Sacramento Ordinis. nume.38.

309 ET reſolutiuè in quibus caſibus(communiter loquendo) incurratur irregularitas,vide quinquaginta , vnam regulas poſitas a Nicolao Ploue.& caſus, quos ponunt Summiſtæ. maximè Armil.nu.85.& Nauar.ca.27.

DE ABSOLVTIONE A peccato homicidij, & diſpenſatione in eius irregularitate.

310 QVæritur. Quis poſſit homicidam abſoluere, & ſuper eius irregularitate diſpenſare? Reſp. In homicidio duo inueniri,peccatum,ſcilicet, & pœnam irregularitatis, inde ſequutam. De primo, ſ.de homicidij peccato, talis ſit cōcluſio quilibet Parochus, vel alius ſacerdos ad audiendas confeſſiones approbatus, poteſt (niſi Epiſcopus ſibi reſeruauerit, vt ſemper ſolet) à peccato homicidij,etiam voluntarij, abſoluere. Patet hoc de iure Diuino; Quorum remiſeritis peccata &c. vt ſupra diximus. Secundo, quia quilibet Sacerdos, iure Diuino, habet auctoritatem ab omnibus abſoluendi; niſi talis auctotitas ſibi a Prælato impediatur.vt ſup. de abſolutione diximus. Tertio, quia quemadmodum ibidem diximus,ab omnibus Papę reſeruatis,ſublata cenſura annexa, poterit ſacerdos quilibet abſoluere ita hic, ab omni homicidio ſublata Epiſcopi reſeruatione, vide de hoc text.in capitul. Omnis.de pœnit.& remiſ.& omnes cōmuniter.verbo:Abſolutio.

In homicidio duo inueniuntur &c.

Homicidij peccatū a quo abſoluatur.

De peccatis Papę reſeruatis.

311 DE Secundo autem.ſ.de diſpenſatione in homicidij irregularitate; pauca dicemus quibus omnem rem neceſſariam tangemus; vt tandem vniuerſo operi finem impouamus Irregularitatum.

Primo, De hac,& de omnibus alijs irregularitatibus Nota; quod quacunque quis ſit cenſura inuodatus, atque irregularitate inuolutus, poterit (vt infra dicemus) remedium à Sancta, ac Pia Matre Eccleſia expectare,ſalua vna irregularitatis ſpecie, quæ omnino indiſpenſabilis eſt:illa ſcilicet quæ ſurgit ex impoſſibilitate, vt in Cęco, Muto, Surdo, manibus carente &c. in quibus non eſt ſperanda Eccleſiaſtica medela. vt ait S. Thom.3. par.3.q.82. art.vlt.ad 3.& in 4.ſent.diſt.25.q.2.in fi.quem refert, & ſequitur Maio.lib.5.cap.51.nu.1.

Oēs irregularitates diſpēſabiles, &c.

DE DISPENSATIONIbus Papæ reſeruatis.

312 DVbiū principale in hac materia erat, V. Papa poſſit cum homicida diſpenſare in voluntario, quia videtur contra Apoſtolum: Tamen quia idem iudicium eſt,ac de Bigamia (vt ſupra de Bigamia declarauimus) Reſolutiue dicendum Papam in hac homicidij voluntarij irregularitate, ſicut in omnibus alijs, diſpenſare poſſe. Spec. titu.de Diſpenſatione.§.iuxta.verſ.Papa autem in omnibus.gl. in cap.1. de conſec. diſt.1. Syluest.Homicidium.3. quæſt.8. verſi. Secundum. Glo.in capit. Sicut dignum. de homicid. vbi Abb. & eſt Communis opinio per Syluest. ſupra. Ancharan. in Clement. 1. de homic. vbi Cardina. col. 6. Abb. in cap. Ego. de iure iur. & omnes.verbo.Papa.Turre Crem. Aug. de Anchona. Victoria. & alij.in tractatu de poteſtate Papę.Nau.c.27.nu.240. Quod

V. Papa poſſit in homicidio voluntario diſpenſare

Vox irrecuperabiliter &c.

313 QVod in tantum procedit; quòd etiã ſi in aliquo Concilio, Decreto, vel ſedis Apoſtolicæ deciſione inueniretur verbum: irrecuperabiliter? Nihilominus tamen Papa diſpenſare poterit, ſecundum communem, quam refert, & ſequitur Abb. in c. Super eo. de Schiſm. Borgaſ. de Dipenſatione. 2. p. tit. De differen. num. 13. Ratio eſt, quia Papa plenariam habet poteſtatem ſuper omne ius poſitiuum. tex. in cap. Propoſuit. de Conceſ. Præb. Spec. ſupra. Sylue. verbo. Irregul. verſi. ſi. Et nota quod quamuis Papa in omnibus diſpenſare poſſit, aliquæ tamen certæ irregularitates ſibi reſeruantur, quæ Epiſcopis non conceduntur: nam irregularitates illegitimitatis, Bigamiæ, publicæ, vel ſolemnis pęnitentiæ, infamiæ, Illiteraturæ, ætatis, Neophitorum, & aliarum ſimilium Papæ ſoli reſeruantur, vt ſupra in diuerſis locis patet, & eſt Gl. in cap. Miror. 50. diſt. & ita ſerua in Curia, ſecundum Arch. in capit. Non confidat. 50. diſt. vbi bonus tex. & alius in cap. Cum æterni. de Iudicijs in 6. vide. Tabien. Diſpenſatio. nume. 13. verſic. 17. Maiol. li. 5. cap. 51. num. 3.

Papa ſupra omne ius Canon.

DE DISPENSATIONIbus Epiſcopo reſeruatis.

314 QVemadmodum Papa in omnibus irregularitatibus quomodolibet incurſis poteſt diſpenſare; ſic Epiſcopus poteſt primo in omnibus irregularitatibus, ex delicto occulto prouenientibus (excepto homicidio volũtario etiã occultiſſimo,) dummodo talia delicta non ſint deducta in iudicium: per Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 6. & Seſſ. 14. cap. 7. de refor. & tradſit omnes illi, qui poſt dictum Cõc. ſcripſere. Nau. Maiol. Epiſc. Scal. Ledeſ. & tandem Cordu. in ſum. q. 41. fol. 97. & 99. quod fallit hodie in caſibus contẽtis in bullam Sixti V. de quibus infra.

Occultũ quid.

315 OCcultum autẽ, (ut ſupra diximus) in hac materia, illud eſt, de iure communi, quod opponitur notorio, & manifeſto, adeo quod delicta non notoria, nec in iudicium deducta, etiam ſi ſint nota multis poſſunt dici occulta, ut tradit apertè Sylu. verb. Lex. q. 13. verſi. Decimotertio in fin. quem refert, & ſequitur Maiol. lib. 5. cap. 51. num 4. probat Nauar. cap. 27. num. 241. §. 1. & melius. num. 250. §. 10. & 11. vbi ait non ſufficere, ut actus ſit publicus, niſi ſit notorius per maiorem partem viciniæ, in qua ſaltem reperiuntur decem viri.

316 SEcundo, Epiſcopi abſolute diſpenſare poſſunt in omnibus illis caſibus in quibus expreſsè diſpenſatio non eſt illis prohibita ut probat Gloſſ. in cap. At ſi clerici §. De adulterijs. uerbo; Diſpenſare. de Iudic. Hug. in capit. Si quis presbyter. 50. diſtin. Io. Laurem. Tancred. Bern. & Spec. in titul. de Diſpẽſat §. iuxta. verſicul. Nunc de Epiſcoporum. Archid. in capit. De promiſſis. 50. diſtin. Hoſti. & alij, quos refert, & ſequitur. Nicol. Ploue. de Irregul. ad finem. uerſicul. Circa diſpenſationem. & Sum. Confeſ. lib. 3. tit. 19. de lapſis. cap. 4. qui dicunt hanc eſſe Communiorem. Ange. Sylue. Armil. & alij; verbo. Irregularitas. & verbo: Epiſcopus, & Diſpenſat. Nauarr. capit. 25. nume. 74. Maiol. lib. 5. capit. 51. nume. 4. Quamuis contrarium tenuerint alij, quos refert, & reprobat Plou. et Sum. Confeſ. ſupra qui dicebant Epiſcopum tantum poſſe diſpenſare in omnibus ijs caſibus, qui expreſſe ſibi à iure conceduntur, inter quos erat Io. de Deo. Gulie. Nazon. Inno. & Gõffredus.

Epiſcopi diſpẽſat i omnibus nõ prohibitis.

317 TErtio. Epiſcopis conceditur diſpenſatio ſuper quacunq; irregularitate, quo ad ſolos minores ordines obtinendos: iuxta notata per Doct. in ca. Ad audientiam de Homic. excepto cũ homicida voluntario, etiam occulto, per Cõc. Trid. ſeſſ. 14. ca. 7. de refor. & tradit Nauar. infra. Nã, etſi cuiuslibet ordinis executio indebita propter ſuſpenſionem, vel excommunicationem inducat irregularitatem per ſolum Papam diſpenſandam; tamen ſi fuerit ex adminiſtratione indebita Ordinum minorum, ab Epiſcopo diſpenſari poſſet. ſecundum

Diſpenſat quo ad minores ordines.

Spec.tit.de Diſpenſatione. Iuxta. verſi, Quid ſi diaconus. quem refert, & ſequitur Maiol.lib.5.c.51.nu.4. Nauar. c.27. nu.240.in fin.

318 *Epiſc. diſpenſat ĩ homic. caſuali*

QVarto, Poterit Epiſcopus diſpẽſare in homicidio caſuali, ut patet clarè in Concil. Trid. ſeſſ.14. cap.7. & tradit optimè Nauar.c.27.nu.240. Epiſc. Scadent.de irregul.in fine. Maiol.& alij.

319 *V. Diſpẽſet in homicidio facto in defenſionem.*

QVæritur. Quid ſi aliquis alium occidit, nõ quidem ſimpliciter uolũtariè, ſed vim vi repellendo, excedẽs moderamen inculpatæ tutelæ, uel caſu aliquo culpabili; Vtrum Epiſcopus poſſit cum tali diſpenſare? Reſp. Quod aut talis eſt Laicus, vel Clericus; Si laicus eſt poterit cũ tali diſpẽſare ad minores Ordines, & vnũ beneficium ſimplex. Si autem clericus eſt, & Curatum habet, poterit diſpenſare ut retineat Curatũ cũ fructibus, quo priuari poterat. Ita ſentit Nauar.c.26.num.240. tenet Couar. Clem. Si furioſus. 2.par. §.3.nu.5. cùm Panor. Soc.& alijs.

320 *Homicidiũ quõ dicatur voluntarium.*

FAcit etiam, Quia homicidiũ voluntariũ in iure nõ dicitur, niſi directè ſit volitũ, & de induſtria, vt ex ipſius voce, voluntariũ, patet. & tradit Nauar. ſup. ex Concil. Trid. Seſſ.14.c.7.de refor.& facit lectura Didaci Perez. in rubr. tit. 13. de Homicidio. lib.8. Ordinamenti. pag. 256. Anton. Gab. to. 1. communiũ opin. pag.895.col.1. Couar. li.2. Variarũ ca.2. nu.7. Cord. in Quæſtionario. q.43. dub. 3. Minchac. libr. Controuerſiarum illuſtrium.c.19.nu.22.

321 QVibus non obſtantibus, valde probabilem, & in praxi tutã arbitrantur aliqui Moderniores contrariam ſententiam, Immò ꝙ Epiſcopus diſpenſare poſſit in dicto homicidio, & quocunque alio non ſimpliciter voluntario. Probatur, quia Concil. Trid. Seſſ 24.c.6. generaliter cõcedit Epiſcopo omnem irregularitatem, quæ procedit ex delicto, dicens: excepto homicidio volũtario, ſed hęc ita ſe habent, ergo? Probatur minor quia qui caſu occidit, non ob aliud fit irregularis, niſi propter culpam. Si.n. prorſus excuſaretur à culpa, eſſetque mere caſuale: nullam incurret irregularitatem: Confirmatur Primo. Quia Conc. Trid. ſupra, tantum excipit homicidium voluntarium; exceptio autem firmat regulam, ergo concedit circa reliqua homicidia ex culpa. confirmatur Secundo.

322 *Exceptio firmat regulam.*

In eo qui caſu occidit non eſt defectus perfectæ lenitatis, neq; dicitur crudelis, quia uoluntariè nolebat occidere; At Iudex, qui iuſtè occidit, habet defectũ perfectæ lenitatis, quia volũtariè, & directè vult occidere: vt tenet expreſsè Didacus Perez. ſup. & colligitur ex Nauar. c. 27. num.194. §.7.& num.217. in fin.

323 *V. Qui caſu occidit habeat defectũ pfectę lenitatis?*

324 *Epiſcopꝰ qd olim cum homicida volũtario.*

TErtio, Quòd ante Conc. Triden. Epiſcopus diſpenſabat cum homicida voluntario occulto, vt miniſtraret in Ordinibus ſuſceptis, etiam ſacris. vt tenet Archi. Federicus, Anch. & Angelus, quos refert Syl. verb. Homicidium 3.q.8.verſi. Quarto. inſinuat Panor. cũ quibus tranſit Couar. ſupra. num.4. col. 1.& 4. inſinuat.nu.8. ad fin. idem tenet Vincen. de Laud. ergo ſatis bene poteſt dici, poſſe Epiſcopum cum tali diſpenſare.

325 *V. Nunc poſſit in occultiſſimo.*

QVæritur Vtrum nunc, ſtante Sacro Trid. Concil. Seſſ.14.c.7.de refor. ſeſſ.24.c.6. poſſit Epiſcopus diſpenſare cum homicida omnino occulto, immo occultiſſimo, ut ſacris poſſit initiari Ordinibus? Reſp. Primo, Ante Concil. ſupra, Diuerſa erat inter Doctores ſententia. Vincentius enim. Laud.& alij, quos refer, & ſequitur Ange. verb. Homicid. 3.num.8.& Alfonſus à Caſtro. lib.2. de Lege pœnali, & alij, quos refert Couar. in Cle. Si furioſus. 2. par. §.3.num.6.& Corduba. in Summa, quæſtione 41.& in Quæſtionario Theologico. q.35. affirmant. Faciunt fortiter multa tradita à ſumma Confeſſor. libro 3. titu.29. quæſtione 4.

Contrariam ſententiam tenet omnis, alia Doctorum Schola, vt ex d. Concil. probat. Nauarr. capitul.27. nume.192. §.7.& nume. 240 & dicit communem, & veriorem Corduba. ſupra.

Secundo. Reſpon: tentari poſſe primã ſententiã (ſub Sanctæ Eccleſiæ correctione) practicari poſſe; ſi dicamus ꝙ Cõcilium nihil ſubtrahere voluit ex ijs

que

quæ Epiſcopus antea habebat, ſed tantum exprimere, ne in hac noua conceſſione extendatur ad homicidium ſibi nõ conceſſum, ſed tenē communem.

DE DISPENSATIONE
Quo ad Fratres.

326 *Religionum ſuperiores quid poſſint circa irregularitates, &c.* De qua materia licèt pauca dicemus, ſubſtantialia tamen omnia his cõcluſionib. declarare nõ omittemus.

Prima Concluſio. Superiores Religionum Mendicantium, & omnes alij ſuis priuilegijs fruentes poſſunt cum ſuis fratribus profeſſis, in omni irregularitate, excepto homicidio voluntario, & Bigamia diſpenſare. habetur in Compendio Priuileg. verbo. Abſolutio, quo ad Fratres. & verbo. Diſpenſatio; Indulgentia; Interdictum; & & Priuilegia; & tradit Corduba, in Quæſtionario, libro primo, queſtione 30.

327 *V. Poſſit cũ homicida non voluntario, &c.* EX qua Cõcluſione Infertur ad Quæſtionem: ſcilicet, V. Prælatus Religionis poſſit diſpenſare cum Nouitio, vel profeſſo, qui alium occidit, non tamen directè voluntariè? Reſpon. Quod, quamuis Silue. verb. Irregularitas. §. 28. neget; & Villa diego, & alij, quos refert & ſequitur Couar. in Clement. Si furioſus. 1. parte §. 2. numero ſexto, in fine, dicat: Irregularitatem profeſſione non tolli, niſi à iure concedatur; ſed fauore religionis facilius concedi: Alijs tamen videtur tutum, & in praxi ſeruandũ, quod ſi fuit occiſio iuſta, vt à Iudice, vel à Milite in bello iuſto, & ſimilibus, poſſit talis Religionis Prçlatus diſpenſare, tenet Caiet. verb. Irregularitas. Nauar. in Manual. Hiſpano. capitul. 27. nu. 240. Cordu. in ſum. q. 34. Armil. verb. Irregularitas, num. 13. & Polanco in Directorio, titulo de irregularitate, & ſic fuit in facti contingentia reſolutum in Sacra pœnitentiaria Romæ.

328 RAtio eſt. Quia tale non dicitur abſoluiè homicidium, vt tradit S. Th. 1. 2. q. 88. ar. 6. ad 3. Caiet. Nauar. & alij, & Magiſter Penna. 2. 2. q. 40. art. 1.

NEc mirũ ſi in tali homicidio iuſto poſſit diſpenſare, cum etiam poſſit cum Religioſo caſuale homicidium ex aliqua culpa committenti diſpenſare, vt tenet Gaiet. 2. 2. q. 65. artic. 3. ad 3, quem refert, & ſequitur Didacus Perez. in Rubrica de Homicidio. nu. 13 lib. 8. Ordinam. ſupra. ſecunda parte. §. in fin. Cordub. Summa. q. 34. S. Anton. lib. de Cenſuris, cap. 95. quam refert, & ſequitur Maiol. lib. 5. capitul. 51. num. 12. & tangit Nauar. cap. 26. nu. 13. 329 *V. Cũ homicida caſuali.*

QVando autem diſpenſatio Irregularitatis facienda ſit ratione Bullæ Iubilæi, vel alicuius Confraternitatis, vnuſquiſque viros conſulat doctos, atque prudentes, qui, quãdo caſus occurrerit, videbunt ad quid ſe talis Bulla, Iubileus, vel priuilegia extendant. 330 *Conſiliũ pro diſpẽſatione facĩda per Bullã &c.*

QVapropter illud eſt Notandum, quod quotieſcunque apponitur in Bullis, Priuilegijs, Iubileis, & alijs Apoſtolicis conceſſionibus, quod per illas poſſit quis abſolui ab omnibus Cẽſuris, & pęnis, nunquam ſub tali generali conceſſione intelligitur diſpenſatio Irregularitaris; niſi talis Bulla id claiè exprimat, vt ex Domi. Alex. Villa Diego, & alijs, probat laiè Nau. ca. 27. nu. 194. & 250. Ledeſ. 2. par. q. 26. arti. 2. ad fi. & colligitur ex Soto, lib. 5. de Iuſt. & iur. q. 1. ar. 4. & tenet Communis Canoniſtarũ, & generalis Curiæ Romanæ ſtylus. 331 *V. noĩe pęnarũ veniat Irregularitas.*

IMmo, quod etiam ſi in tali Bulla, vel Iubileo concedatur facultas diſpenſandi in omni Irregularitate (vt Anno 1566. cõceſſit. S. D. Pius Papa V. his verbis, & a quibuſuis Irregularitatib. quomodolibet incurſis) non intelligitur cõceſſa Irregularitas homicidij volũtarij, & Bigamię; Quia in generali conceſſione non veniunt ea, quæ Papa ſibi ſolet tantum reſeruare, vt ſup. in prima parte, De Abſolutione ab Hæreſi, probauimus, & tenet ſtylus Curiæ Romanę, & (me præſente in facti contingentia) fuit ſic a grauiſſimis Doctoribus determinatũ Salmanticæ quamuis alij Doct. contradicant. 332 *Sub generali diſpẽſatione nõ uenit irregularitas homicidij etc.*

ERit autem tempore talis generalis conceſſionis optima cautela, Si 333

2.num.3 & verbo: Excommunicatio.5. caſu.1.nu.36.& alij multi, quos refert, & ſequitur Couar. dicens cõmunem, in d.Clem.2.par. Relectionis. §.1.nu.3.& Maiol. lib.5.c.48.nu.8.Armil. Irregu. nu.17.Nauar.c.27.nu.231.

Quæ communis (ait Couar.) procedit, etiam ſi talis mandans præceptũ dediſſet de non occidendo, vel mutilando. Et eſt caſus, in c.vlt.de Homic. libro.6. Abb.& Inn.& alij, in c. ad audientiam, de Homic. Alberic. verb. homic.2.verſi. quid ſi mandauit.

256 *De confeſſorib' vel pdicatorib' Pricipũ.* QVæritur. V. Confeſſores, vel principum prędicatores illos hortãtes in communi, vt faciant iuſtitiam, & puniant malefactores, ſi ex hoc moueantur ad inquirendũ, & mortem, mutilationemvè alicui inferant, fiant irregulares tales adhortantes? Reſpon. quod non, ita tenet Archid. in ca. Officia.23.q.5.quem refert, & ſequitur Armil. irregularitas.nu.19.

257 *Quid ſi ante homicidiũ, reuocauit, &c.* QVæritur V. Mandans, cõſulens, vel adhortans homicidiũ, vel mutilationem fieri, incurrat irregularitatem, ſi antequam homicidiũ fiat reuocauit mãdatum? Reſp. quòd quamuis Nauarr.c. 27.nu.233.& Inno. Villa Diego, & cõmunis, & Maiol. lib.5.c.48.§.2.nu.3.ex multis, abſolutè de omnibus mãdantib. adhortantibus, & conſulentibus loquãtur, dicentes, ꝙ ad hoc, vt non ſint irregulares, tenentur expreſſè, vel tacitè reuocare mandatum, & notificare, mandatario ne mandatum exequatur, & (ſecũdum Maiolũ, non Nauar.) monere illum, qui erat occidendus: melior tamen mihi videtur diſtinctio Ioannis Brunelli, in Reper.c.1. de homi. 4.par.nu.43. ſ.ꝙ mandãs homicidiũ cõmitti; poſtq̃ ã mãdatũ (vt ſupradictũ eſt) expreſsè, vel tacitè reuocauerit, teneat illũ mãdatario notificare, vt Nauar.& cõmunis dicunt.

258 *V. Occidẽd' ſit monẽd'.* ¶ Illud autem quod Maiolus dicit ꝙ debeat occidendum monere tantum (ait Brunellus) procedere in conſulente qui tenetur non ſolum cui conſilium dedit perſuadere, ne conſilium exſequatur, ſed etiam denuntiare illi in cuius perniciem conſilium dederat, vt ſibi præcaueat. Quæ differentia ponitur ab Inno. in ca. Ad audientiam, de Homicid.& aſſumit Bart. in l. non ſolum. §. Si mandato. ff. de iniur. Bal. in l.1. C. de Seru. fugit. Quæ denunciatio, ne peccatum ſecretũ Conſulentis, & Conſulti detegatur, ingenere facienda eſt, vt notat Bald. ſup. & Ego antequam Baldum viderem, notaueram.

259 *Quid ſi è contra Mandatari' occidatur.* SEd quid ſi (ꝙ contingere ſolet) non occiditur ille, ad quem occidendũ mandatum dederam, ſed mandatarius meus ab illo fuerit occiſus? Reſpon. Vtroq; caſu irregularitatem incurri. tex. in cap. Vltimo. de Homi. li.6. Ioan. Andre. in additio. ad Specul. tit. de Diſpenſat.§. Iuxta. verſ. Quid ſi aliquis conſuluit. Abb. in cap. Ad audientiã. de Homicid. Sylu. Homicidiũ.1.q.8. Tabiẽ. Irregular.2. nu.12. Maiolus. ſup. nume.4. Quamuis Specula. ſup. & Hoſt. (quem refutat Sylu. ſupra.) teneant contrariũ. Ratio eſt, quia talis mandans cogitare potuit, & debuit homicidium hinc inde contingere poſſe, inter aggreſſorem, & aggreſſum & inter vtrunque & Iudicis, miniſtros in incarceratione, vel poſtea in iuſtitiæ exequutione.

260 *Quid ſi Mandatarius, exceſſit, fines mãdati.* QVæritur. Quid ſi tantum mandaui, adhortaui, vel conſului aliquẽ verberari, vel alapa percuti, &c. Mandatarius autem, etiam contra meã expreſſam, de homicidio vel mutilatione, voluntatem fines exceſſit mandati, & al ſi occidit, vel mutilauit? Reſpon. Cum diſtinctione. Quòd ſi inſtigaui, conſului, vel mandaui ad verberandum &c. propter vindictam, & iniuriam inferendam; tunc quocunque euentu, homicidio ſequuto irregularis ero. Si autem mãdaſſem aliquod iuſtum, vt Iudex, ex ad diſciplinã, & correctionem (vt Pater, Epiſcopus, Religioſorum Superior, &c.) tunc, ſi mandatarius excedat; nequaquam irregularis dicat. vide text. in capitu. vlt. de Homicid. libro. 6. tenet hoc Innoc. & Abb. in cap. Ad audientiã de Homic. d. Abb. in ca. Ex literis. verſicul. Ratio mea. de Exceſ. prælat. Tabi. verbo. Irregularitas. 2. num. 2. Specul. ſup. & alij.

Vltimo

261 *De delatoribus, exploratorib ſuſurronibus. &c.* VLtimo in hoc §. Nor. difficile euadere irregularitatem delatores, exploratores, ſuſurrones, ac detractores, qui data opera diſſeminant diſcordias, vnde rixę, contentiones, inimicitiæ, homicidiaque ſequuntur. Ex qua reſolutione. & ſex regulis poſitis ab Armilla. Irregularitas. num. 25. poteris multa inferre & notare.

§. 4. DE HOMICIDIO Caſuali, aut ex culpa.

262 *Peccatū non niſi uoluntarium.* EX D. Aug. ſentētia in lib. de vera Religione, & ex Communi omnium aſſenſu, illud nobis eſt manifeſtum; peccatum non dici niſi voluntariū. Et ex S. Thom. 2.2. quæſt. 64. conſtat; caſualia (loquendo ſimpliciter) intenta nō dici, nec voluntaria nominari. Quapropter ſecunda hic conſtituetur homicidij, vel mutilationis ſpecies, ſ. de illo qui homicidium, vel mutilationem, caſu aliquo incogitato, vel culpa aliqua fecit. Quia qui talia nolens omnino fecit; nō punitur vt homicidij volūtarij reus; fuit enim fortuitus caſus, qui inopinatæ rei euentus, qui pręuideri non potuit, appellatur. tex. in l. In rebus. ff. Commodati. Abb. in cap. vnico. de Commod. & omnes.* Et ita pro caſuali homicidio non imponitur tanta pœnitentia in Canone pœnit. 15. ſicut in voluntario. Nam pro voluntario 7. pro caſuali autem quinque annis debet quis pœnitere.

263 *V. Vel qñ talis fiat irregularis.* QVare hanc regulā in hac irregularitatis materia cōſtituere oportet. ſ. Eum, qui abſque culpa aliqua alium caſu occidit, vel mutilauit, irregularem non dici, ideoque licitè promoueri poſſe. tex. in capitul. Significaſti. 1. & c. Dilectus. de Homic. Gl. in c. Eos vero. 50. d. Gl. & Abb. in c. Lator & c. Continebatur. de Homic. S. Th. Inno. Hoſt. & alij, quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ. lib. 2. tit. 1. q. 19. Ang. Silu. Arm. & alij. Specul. tit. de Diſpenſat. §. Iuxta. verſic. Facto aūt, ſi quis. Nauar. ca. 27. nu. 220. Sot. lib. 5. de Iuſt. & iur. q. 1. Cou. & oēs.

264 *Qñ aliqua culpa interueniat, &c.* DE illis vero, qui culpa aliqua interueniente, alios occiderunt, vel mutilarunt, fit inter Doctores hæc diſtinctio, ſ. quod aut aliquis dabat operā rei illicitæ, & adhibuit omnem diligentiā; vel operā dabat rei licitæ, nulla, uel parua adhibita cautela, ne homicidium, mutilatiouē ſequeretꝰ, vel culpa fuit lata, leuis, vel leuiſſima. Quo ſuppoſito.

265 *De lata culpa in homicidio.* PRima ſit Concluſio In quocunque caſuali homicidio, vel mutilatione, lata, vel leuis culpa procul dubio irregularitatem inducunt. vt ex capitul. Clerico iaciente. cum alijs. 50. diſt. Probat Maiolus. lib. 5. cap. 48. §. 3. numer. 2.

266 *Culpa leuiſſima qua* SEcunda Concluſio. Culpa leuiſſima (illa dicitur, quando quis illud non cogitauit, & prouidit, quod acutiſſimus vir cogitare potuiſſet) ſi ſit in omittendo, ab irregularitate excuſat. Secus ſi ſit in committendo lata. Silue. Homic. 2. circa princ. verſi. Poteſt addi per tex. & Abb. in c. Quæſitū. de pęnit. & remiſſ. Tab. verbo. Irregularitas. 1. nu. 4. Probat latiſſimè (ad alium finem) Couar. in lib. 4. De Sponſal. 2. par. ca. 6 § 8. nu. 13. & Emanuel Soarez in Theſauro. litera. C. nu. 336. Maiol. ſup. Nau. ca. 17. nu. 177.

¶ Ex quibus concluſionibus in ferè innumerabilium caſuum cognitionem poteris deueniri. Quorum aliquos in præſentiarum notabimus.

267 *De proijciente lapidē ludendo. &c.* QVæritur. Quid ſi aliquis ludendo proijceret lapidem poſt aliquem, & ille volens declinare lapidis percuſſionem, in alium lapidem fugiendo incidens impingeret, & moreretur? Reſpond. Quod talis lapidem proijciens, erit irregularis. Inn. Hoſt. Abb. & alijs, quos refert, & ſequitur Summa Confeſ. lib. 2. tit. 1. quęſt. 19 in fi. Ratio eſt: quia quotieſcunq; in ludo noxio luditur, culpa imputatur ludenti & proijcere lapidem, ludus noxius eſt, vt haſtiludium, & alij ſimiles ludi: qui non poſſunt carere culpa, tex. in l. Nam ludus. ff. ad legem Aquil. capitul. continebatūr, vbi Doctor. de Homic. S. Tho. 2.2. quęſt. 64.

Tab.

Tab. Irregularitas. 3. nu. 1. Alber. verb. homic. 3. Hugo. in cap. Sæpè. 50. diſt. Silue. Homic. 2. q. 21.

268 *De ludē tib. cum calcib', aut pugnis.* QVæritur. Quid erit iudicandum, ſi in eo ludo, qui calcibus, (Hiſpanè: al Toro de las coces) aut pugnis exercetur alium ſuffocauerit, occiderit, vel mutilauerit? Reſpond. Effici irregularem; propter immoderatum ludendi modum, vt expreſſe tradit Archi. in capitul. Eum qui. 50. diſt. & alij.

269 *De iacēte lapidē cōtra aliquē, etc.* QVæritur. quid ſi aliquis in Titium lapidem iecerit, ipſe verò. Titius fugit, & alium lapis occiderit, vel mutilauerit? (vidi in facti contingentia.) Reſp. talem eſſe abſque dubio irregularem: tradit Hug. in cap. Sæpè. 50. diſt. Tab. verb. Irregul. 3. num. 2. & alij.

270 *De occidēte clericū pro laico.* HInc infertur ad quæſt. V. Volens occidere, vel percutere laicum, percutiens clericum, ſit excommunicatus? Reſpond. affirmatiuè, ſecundum Alan. & Hoſt. quos refert, & ſequitur Silue. verbo. Excommunicatio. 9. verſicu. ſciendum eſt quarto: Maiol. ſupra. num. 5.

De nolēte occidere aut. &c. Sed ſi ictus lapidis, (è contra) directus in Auem, vel quadrupedem, & fortuitò, abſque vlla culpa, quia debitam adhibuit diligentiam, (cùm eſſet locus per quem homines ſolent tranſire, & vociferauit) hominem occiderit vel mutilauerit; nulla erit irregularitas, Gloſſ. in d. capit. Clerico iaciente. 50. diſtinct. Silueſt. Homici. 2. q. 5. Tabien. verbo; irregularitas. 3. num. 19. Epiſcopus Scalenſ. cap. 9. Maiol. ſup. nu. 6.

Si autem aliquis proijcit aliquid ad locum priuatum, & ſolitarium, per quem nemo tranſire conſueuit: non tenetur clamare, vt in l. ſi putator, ff. ad legem Aquiliam, aliàs ſi locus publicus. Gloſſ. capitul. Qui arborem. 50. diſtin. Abb. & omnes in capitul. ex literis. 2. de homic.

271 *Multi caſus homicidij caſualis* INfinita ferè ſunt exempla dictis ſimilia in homicidijs caſualibus contingi ſolita: quæ conſulto ommittimus. Primo quia ex ſupradictis concluſionibus poteris ea colligere. Secundo, quia longiore ſermone reperies apud Angel. Silueſt. Armil. verbo. Irregularitas, & homic. & apud Couarr. in Clem. ſi furioſus: de homicid. Sotum lib. 5. de Iuſtitia, & iure, quęſt. 1. Nauar. capit. 27. à nume. 219. Maiolum lib. 5. capit. 48. § 3. Epiſcopum Scalenſem, de irregular. capitul. 9.

§. 5. DE OPEM PRAEſtantibus, vel auxilium ad mortem, &c.

QVemadmodum, ſupra in 1. par. in materia de Confeſſione, diximus circunſtantiam illam (quibus auxilij) eſſe confitendam: ſic in præſentiarum ille irregularis iudicabitur, cuius auxilio homicidiū perpetratum fuerit, vel mutilatio. Communis. 272 *Circunſtantia cōfitēdę.*

PArticulariter verò Quæritur. V. Ille qui aſſociat alium euntem occidendum, vel mutilandum alium fiat irregularis? Ad quam quæſtionem (colligendo veritatem ex multis auctorum modis) ſequentibus aſſertionibus reſpōdemus. Prima, qui alium aſſociat armatus, vel inermis, vt illi auxilium ſit, & defendat; abſque dubio homicidio ſequuto, irregularis erit; etiam ſi nihil ipſe commiſerit. tex. in capitul. Sicut dignū. §. Illi etiam. de Homic. Specu. tit. de Diſpenſat. §. Iuxta. verſi. Defenſione. 273 *De ſociāte aliū.*

Secunda Concluſio. Qui non aſſociauit, ſed tantum aſtitit homicidæ paratus defendere, ſi opus eſſet: homicidio ſequuto, irregularis erit: etiam ſi talis aſſiſtens diſſuaſerit homicidiū. Secus ſi talis aſſocians, vel aſſiſtens præſens homicidio, non vt defenſor, vel fautor; ſed vt ſpectator; quia tunc non fit irregularis, tex. in capitul. ſi. 23. quęſt. 8. Et ita eſt intelligendus tex. in capitul. Sicut dignū. §. Clerico. de Homic. Hoſt. in d. §. illi. quem refert, & ſequitur Spec. ſup. §. Iuxta. verſi. Quid ſi aliquis vadit. Tab. Irregul. 2. num. 20. Armil. Irregul. nume. 34. Epiſcopus Scalenſ. capitul. 9. verſi. Socius. *De aſſiſtentib. homi. et cæt.*

Sed

274 *De publica perſona aſſiſtentia.* SEd quid ſi talis aſſiſtens non erat particularis, ſed publica perſona, vt Dominus, uel Gubernator alicuius loci, qui tale homicidium in ſua præſentia factũ impedire potuit, & non impediuit? Reſ. in hoc caſu, per ſolam illam præſentiã, eſſe irregularem. tex. in d.c.fin.23.q.3. Maiol.ſup.§.3.nume.1. S.Anton.3.par. tit.28.cap.2.Nauar.cap.27.nume.231. Quamuis Silu. Homic.3.q.2.verſi.Tertium.abſoluté, cum Archid. & Homic. 2.q.5.contrarium dicat, & alij quos reprobat Nauar.

275 *De Prælatis habẽtibus utranq; iuriſdictionẽ.* VNde infertur ad quæſtionem. V. Prælatus (Papa excepto) habens in Dioceſi ſua utrunque gladium, ideſt, iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem, qui aſſiſtit executioni Homicidij, uel mutilationi factæ per ſuos Iudices ſæculares, fiat irregularis? Reſp. Affirmatiuè, ſi aſſiſtit auctoritatẽ præſtando Iudici, uel miniſtris; etiamſi nec uerbo, uel ſcripto tali conſentiat executioni. tex. eſt in c. Ex literis. vbi Abb. de Exceſ. prælat. Tab. Irreg. 2. num. 5. Armil. eod. num. 20. Raym. Hoſt. Innocen. & alij, quos refert, & ſequitur Summ. Confeſſ. lib. 2. tit. 1. q. 53. Glo. pulchra. verb. Sanguinis, per tex. ibi. in c. Sententiam. de Cleric. uel Monac. Nauar. cap. 25. num. 111. Maiol. lib. 2. c. 6. num. 12. & 13. & lib. 5. c. 48. §. 3. Nicol. Ploue. de Irregul. reg. 20.

276 *De clericis aſſiſtẽtibus ſuſpẽdẽdo, uel decapitando.* ITem infertur. V. Clerici hominibus decapitandis, comburendis, furca ſuſpendendis, uel mutilandis aſſiſtentes, abſque ullo alio fauore conſilio &c. Sed ſola aſſiſtentia, ſint Irregulares? Reſp. Quod quamuis quidam antiqui uoluerint tales eſſe Irregulares, per ſolam aſſiſtentiam; Contrarium eſt uerius, & tenendum; ſcilicet tales peccare grauiter facientes contra tex. in cap. Sententiam ſanguinis. de Exceſ. Prælato. niſi iuſta cauſa Confeſſionis, conſolationis, vel Charitatis excuſet; non autem effici Irregulares, etiam ſi ex ſola curioſitate aſſiſtant. ita tenet Inn. in Gl. capitul. Sententiam. Ne Cler. vel Monac. Nicol. Ploue. reg. 6. Raym. & alij, quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ. libr. 2. titul. 1. q. 22. Aſtenſ. & alij, quos refert, & ſequitur Silu. Homicidium. 3. quæſt. 4. verſi. Tertium. Armil. Irregul. nu. 20. Maiol. libr. 2. cap. 6. num. 12. & 13. Nauar. cap. 27. nu. 214. vbi dicit communem. text. cap. Qui malos. 23. quæſt. 5. S. Thom. 2.2. q. 60. arti. 6. pulchrè Sum. Confeſſ. ſupra quæſt. 32. & dicit communiorem Epiſc. Scalenſ. capitul. 9.

QVæritur, quid dicatur in hac q. aſſiſtere ob curioſitatem? Reſpond. Quod quamuis non clare explicetur a Doctoribus; non iudicarem curioſitatem eſſe, ſi quis tantum animo videndi furem, vel cognoſcendum decapitandum, aſſiſtit, vel qui, vt audiat (ſi Lutheranus, vel alius hæreticus comburatur) errores ſuos ad cauendum; vel gratia lucrandi indulgentias. Illum autem iudicarem curioſum, qui tantum adeſſet, vt aliquam pulchram mulierem occidendam videret, vel vt verba aliqua ab executoribus iocosè ſolita dici, audiret. 277 *Aſſiſtere quid dicatur, &c.*

ET quia de Hæretico comburendo mentionẽ fecimus, quæritur, vtrum portantes, & miniſtrantes ligna, vt talis comburatur, abſque vllo vindictæ, vel malo animo, ſed tantum ob zelum Fidei; ſint Irregulares? Reſp. Quòd quamuis aliqui abſolutè dicant, quod ſic, vt Nicol. Ploue. De Irregul. Regul. 15. & alij: Intelligendum tamen eſt eum diſtinctione; quod vel ille erat viuus; vel iam eſt ſtrangulatus, & mortuus, In primo caſu, quo erat viuus; Quicunque miniſtrauerit ignem, ligna, funem, ſcalam, clauum, gladium, vel quid ſimile; Irregularis efficietur: Spec. tit. de Diſpenſ. §. Iuxta. verſi. quid de ijs, qui propter. S. Ant. 3. par. titu. 29. capitulo 2. §. 4. Tab. Irreg. 4. num. 23. Raym. & alij quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ. lib. 2. tit. 1. quæſt. 24. Silu. Homicid. 3. par. 7. verſic. decimum, & Arm. Irregul. num. 61. Nauar. cap. 27. nu. 217. dicens communem. In ſecundo autem caſu, quando iam erat mortuus, ſupradicta miniſtrans nullam incurrit irregularitatem, ſecundum Doctores, ſup. Nec ſilentio prætermittam D. Simonis Maioli in hac materia cautelam, qui ſup. num. 5. ſic ait: Propterea ij viri 278 *De portãtibus ligna ad cõburendum Hæreticũ.* 279 *Nota cautelã p iuuantibus occidẽdũ.*

viri religioſi, qui luminaria, & ſacras imagines poſt damnatos deferunt, (Hiſpani: los Cõfrades dela Sangre de Chriſto. Itali, Battuti vel confortatori) vt in mortis articulo eos ad ſalutẽ inſtruant, caute faciẽt ſi ex ſuis luminaribus non concedant accendi ignem vnde damnatus comburatur.

280 *De medicãtib. infirmũ.* QVid dicendum de infirmum medicante, curante, vel gubernante. vbi abſque Medicorum conſilio, vel licentia potum, cibum, vel aliquid etiam ex charitate conceſſit, vnde mortuus citius fuit? Reſpon. cum diſtinctione, quod ſi verè, & realiter, talia minimè fuerunt in cauſa accelerandi mortem, nulla cenſetur Irregularitas incurſa. Si autem Medicorum iudicio, infirmus, hac de cauſa, citius vita deceſſit; Irregularis iudicabitur. Quod ſi in dubiũ vertatur; deponat ſcrupulum, & ſapientis Confeſſoris conſilio in mitiorem partem inclinet. Si vero coniecturæ ſint manifeſtæ ita, quod citius iudicat affirmatiuã partem: tunc abſtineat: Quę omnia (non ſic ordinata, & diſtincta) colligere poteris ex Nicol. Plou. de Irregul. Reg. 16. Raym. & alijs, quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 2. tit. 1. q. 41. 42. & 39. Specu. tit. de Diſpenſat. §. Iuxta. verſ. Similiter cuſtodiens. Alber. verb. Homic. 3. Silu. homic. 2. q. 15. Armil. Irregularitas. nu. 48. Nauarr. capit. 27. nu. 228. Maiolus. lib. 5. capit. 48. §. 3. nume. 3. Ex quibus omnibus reſolutiue colligitur, quod non eſt cenſendus Irregularis, niſi quando dolo, vel notabili culpa id facit, nõ autẽ, quãdo bona fide.

281 *De quodam alligato ſtipiti. et cat.* QVæritur. Quid iudicandum ſit de caſu horribili, his noſtris temporibus viſo (& de alijs ſimilibus,) ſcilicet de illo, qui ob inueteratas inimicitias inimicum in agro repertum cuiuſdam arboris ſtipiti affixit, funibuſque alligauit, quem lupi rapaces, feræque aliæ uenientes deuorarunt? Reſp. abſque dubio eſſe irregularem, etiam ſi ioco id fecerit; quod a ſimili probat tex. in capit. Suſcepimus. de Homic. Abb. in capitul. Præterea. de Cleric. percuſſor. Tab. verb. Irregularitas. 3. numero 6. Maiol. libro 5. capitul. 48. §. 3. numer. 6.

282 *De multis ſimul rixantus.* QVid ſi multi rixantes ſimul, quilibet alium leuiter vulnerauit; poſtea tamen vulnerum multiplicatione moritur vulneratus? Reſp. Omnes eſſe irregulares paritate delicti. tex. in capitul. ſi. 23. q. 8. Inn. in capitul. ſignificaſti. de homic. facit Bart. in l. vlt. ff. de Sicar. Silu. homicidium. 3. quæſt. 6. verſ. Tertium. Raym. de homic. verſi Quid ſi plures. Alberic. homic. 4. circa finem. Maiolus, ſup. num. 7. Si autem in rixa vno vulnere moritur; neſcitur tamen, quis fecerit. Nicol. Ploue. reg. 28. ait; non omnes eſſe irregu. ſed relinquendum conſcientiæ. ita ſpec. in d. §. Iuxta. Hoſti. ſumma de homic. §. Qua pœna. licèt alij contra.

Ex quibus omnibus, & ſupradictis, poteris caſus ſimiles occurrentes declarare.

§. 6. DE HOMICIDIO. vel mutilatione, ex omiſſione.

283 *Oẽ, tenemur proximũ defendere.* VNuſquiſque proximũ defendere tenetur, vel ex lege Charitatis, vel Iuſtitiæ. Ideo cũ vtroque caſu poſſit culpa ex negligentia omiſſionis oriri; videre oportet, quando ex tali omiſſione irregularitas incurratur. In qua materia Doctores variè ſcripſerunt, quidã largè, alij ſtrictè. S. Anton. enim lib. de Cenſuris. capitul. 97. Alberic. homicidium 1. Raym. & alij quos refert. Summa Confeſſ. lib. 2. tit. 1. q. 32. dicunt, illum qui proximum non defendit incurrere culpam homicidij, ſicut ipſe interficiens. ſecundum tex. in capit. Sicut dignum, §. Illi autem. de homic. capitul. Facientis. 86. diſt. capitul. Non inferenda. vbi latiſſime Nauar. 23. queſt. 3. cum alijs. Qui omnes intelligendi ſunt quo ad culpam. De irregularitate tamen incurrenda aliter eſt dicendum. Pro quorum declaratione, ne omnes irregulares iudicemus, alioſque innoxios, ab irregularitate dicamus. Auctorum opiniones in medium libuit proferre. Quorum ali qui,

qui, vt S. Anton. & Alberic. ſupra, & alij, abſolutè dixerunt: Quòd quiſquis non defenderit proximum à morte, vel mutilatione, cum poſſit; nullam incurrit irregularitatem, quia tantum fuit peccatum omiſſionis, Sed hæc ſententia ſic generaliter dicta, nimis laxas habet habenas; ideoq; ne anſam alicui tribuat peccãdi, erit aliquibus exẽplis infra declarãda.

284 *De peccantib⁹ contra charitatem.* ALij tenuerunt eos, qui in talem culpam omiſſionis inciderunt (quia peccarunt mortal. vt qui tacuit, vt in ca. Epheſijs. 43. diſt. & Iudices non reſiſtentes morti Chriſti. de quo text. cap. Non inferenda. 23. q. 3. & alius quilibet, qui ſine periculo ſuo poteſt, & non facit, peccat mortal. Aſten. lib. 6. & titu. 14. quem refert, & ſequitur Sylue. homic. 3. q. 5. verſic. Quintum Armil. homic. num 6.) eſſe irregulares. Specul. tit. de Diſpenſatione. §. Iuxta. verſi. Quid ſi potui. Ang. homic. 3. nu. 17. Sylue. ſup. Quæ opinio nimis eſt rigoroſa; ideo pro ſupradictorum diſtinctione, & declaratione.

285 *De peccantib⁹ contra Iuſtitiã* PRima ſit Concluſio: Omnis ille, qui lege Iuſtitię, quia dominus, Cõſul, Iudex, Miniſter Iuſtitię (Hiſpanè: Alguazil, Italicè, Barrigelo) Dux, & alij ſimiles, tenetur alium defendere, & non defendit; ſequuta morte, vel mutilatione, erit irregularis, quia peccauit contra Iuſtitiam: & in hoc caſu procedit opinio ſecunda ſupradicta. Ita declarat, & tenet Nico. Ploue. de irregular. reg. 20. & S. Tho. 2. 2. q. 60. art. 6. & Raym. Hoſt. & alij, quos refert, & ſequitur Summa Cõſeſſ. lib. 2. tit. 1. quæſt. 32. verſi. Quidam tamen. Ang. Sylue. & ſpec. ſup. & tenet Marian. Soc. in Repetit. capitul. Ad audientiam. quæſt. 7. in princ. quæſt. 95. vbi multa allegat quem refert Tiraq. in tract. de pœnit. remit. cauſa 44. verſi. Nono. & declarat optimè Nauar. in Man. capitul. 27. num. 231. verſi. Decimonono & capitul. 24. num. 16. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 5. num. 2.

286 *Contra charit. nõ fiunt irregulares.* SEcunda Concluſio. Omnis particularis perſona, quæ tantum Charitatis lege tenetur alium defendere; ſi propter negligentiam, ſoccordiam, ignauiã, vel perplexitatem, aut quia non vult (ſecundum Matth. 18.) miſereri conſerui ſui, non defenderit proximum patientem; etiam ſi mutilatio, vel mors ſequatur; non erit irregularis; quamuis mortaliter peccabit contra legem Charitatis, ſecundum Omnes. ſupra. Et ſic in hoc caſu, procedit, & eſt intelligenda prima opinio. S. Anton. & aliorum. Quod procedit etiam ſi ob bonum, vel malum finem, interius gauderet de tali morte, vel mutilatione. Ratio eſt, quia talis nullo verbo, auxilio, facto, vel modo ad homicidium concurrit; ſicut neceſſe eſt ad incurrendam irregularitatem; Nam ſolo iure naturali, & diuino tenetur quis aliũ defendere; non tamen iure Canonico, aut Ciuili, vt ex communi ſententia probat Decius. in l. Culpa caret. ff. de Regul. iuris quem refert, & ſequitur Marcol. ſupra. nu. 2. *Quo iure ſit proxim⁹ defendendus.*

QVæ Concluſio fallit duobus caſibus, primo, ſi non defendens, & interius gaudens, tale gaudium ſignis oſtenderet exterioribus ridendo, manibus plaudendo, &c. Quia tunc fieret irregularis, nam ob id homicida ſenſiſſet ſibi fauorabilem eſſe præſentem; vnde audacius deliquiſſet. Secũdo Fallit, quãdo doloſè noluiſſet adiuuare, vt occideretur; nam tali caſu videretur irregularis, ſicut incurrit excommunicationẽ in capitul. Quantæ de ſenten. excomm. Et talis dolus ſufficeret, ſi probaretur ex coniecturis. Abb. in d. capit. quantæ. vbi hoc apertiſſimè dicit. 288 *Duobus caſib. incurrit contra charitatem.*

EX quibus concluſionibus, & regulis ſic declaratis, poteris decidere qualiter filius, vaſallus, ſeruus, & omnes illi, qui iuramento aliquo, vel obligatione tenentur, fiant irregulares omittendo defenſionem illis caſibus, quibus poſſunt, & licet. 289 *Qualiter filij, vaſalli, ſerui, &c.*

§. 7. DE RATVM Habente, & acceptante homicidium.

DE hac materia ratihabitionis acturi, duo principalia aſſertã præmittamus neceſſe eſt: Primum eſt, Quod ratum fieri, haberiuè aliquid 290 *Ratum haberi aliquid qũ poſſit*

quid in alterius damnum non poteſt: eſt communis opinio, quam refert; & ſequitur Dec. conſil. 247. nume. 5. Curt. Iun. conſi. 76. nume. 6 Emanuel Soarez. in Theſauro. litera R. num. 12. & alij. Secundum: quòd nec illud, quod tuo nomine geſtum eſt, ratum eo tempore habere poteris, quo amplius geri ipſum non poterat. Communis opinio quam refert, & ſequitur Ant. Gomez. in lib. 45. Vari. nu. 53. Soarez. ſupra. nu. 12.

291 EX quibus fundamentis infertur ad quæſtionem nimis dubiam. V. Ille, qui mente tantum approbat homicidiũ ſuo nomine factum, illo tamen omnino ignorante, ſit irregularis? Reſpond. In hac queſtione duas eſſe contrarias opiniones. Sylu. enim. verbo: Homic. 1. §. 7. verſi. quintum, & de ratificante ſuam rebaptizationem. idem dicit; verbo. irregularitas. §. 4. Nauar. capitul. 27. num, 233. Maiolus. lib. 5. cap. 48. §. 6. num. 1. & alij dicunt quod ſic.

De approbãte homicidiũ mente tantũ

292 QVæ opinio confirmatur primo. Quia per ſolam ratihabitionem tenetur quis ad reſtitutionem: vt tradit Nauar. cap. 17. numero 133.

Reſtitutio ex ratihabitione.

293 SEcundo. Quia ſi quis nomine tuo clericum aliquem, vel religioſum percuſſerit, vel manus tantum violentas in eum iniecerit & poſtea ratum habueris, eo ipſo excommunicatus exiſtis, ſicut is, qui percuſſit. text. in capitul. Cum quis. De ſenten. excommu. lib. 6. Sed in hoc differt excommunicatio ab irregularitate, quod ad incurrendam irregularitatem ſufficit actus interior cordis, Ad incurrendam vero excommunicationem requiritur ſignum aliquod exterius talis ratihabitionis. Armill. verbo: Ratihabitio. num. 6. Sylu. ſupra.

De ratã habente percuſſionẽ clerici, &c.

294 TErtio, confirmatur ex dicto Spec. in capi. Quinque. de ſent. excommu. lib. 6. in hæc verba: Si quis tuo nomine grauamen intulerit rebus, vel negotijs iudicis eccleſiaſtici: ſi id tu ratum habueris excommunicationem incurris.

De eodem.

295 QVarto, Ex text. in capit. Felicis de pœnis. lib. 6. Vbi offenſiones factæ in perſonis Cardinalium ſi quis ratas habeat, ipſe & proles, vſque in ſecundam generationem excluditur ab Ordinibus, beneficijs, & dignitatibus, ac per omnes ij irregulares exiſtunt.

De offenſione facta Cardinali, &c.

296 QVinto, confirmatur ex text. in Clemen. 1. de pœnis, vbi ſi quis offenſionem Epiſcopo factam, ratam habuerit, ipſe, ac proles vſque in ſecundam generationem irregulares fiunt, ne promoueri, aut promoti exercere poſſint, & de hoc etiam Hoſtien. quem refert, & ſequitur Tab. & Aſtenſ. lib. 6. tit. 14.

De offenſione facta Epiſcopo.

297 QVæ opinio, maximè tunc procedet, quando ex tali ratihabitione ſcandalũ graue apud viros graues oriretur. Quia ſcandalum ſolum, infamiaque ipſa irregularitatẽ inducit, vt tradit Spec. tit. de diſpenſat. §. Iuxta. verſic. Sed quid ſi agent, & alij, quos refert, & ſequitur Maiol. d. capitul. 48. § 6. num. 4. pro quibus facit tex. in argum. in cap. Ex literis. de Homic. & c. tua. de Cleric. ægrot.

Infamia & Scandalũ qñ iducit irregularitatem.

298 SCandaloſa verò in hac materia ratihabitio diceretur turpis, & omnibus odioſa; quando. ſ. allato capite, membro, vel ſpolio alio inimici occiſi ad te, tua contemplatione, tu ſuſcipias. Et longe erit ſcandaloſius ſi præmium dederis afferenti tale membrum, vel afferenti nuntium mortis, iuxta. capitul. 18. Regum. 2. etiam ſi de homicidio, & de præmio nihil dixeris.

Ratihabitio ſcãdaloſa.

299 SVpradictis tamen non obſtantibus, quia dicta opinio multis doctoribus abſolute non placet, vt ſentit Specu. ſupra. Abb. & Gloſſ. in cap. 1. de Cõuer. Infid. Gloſſ. in cap. Si qua viuente. 31. q. 1. Gloſſ. in cap. Si quis viduam. 50. diſt. Tabien. verb. Irregularitas. 2. nu. 7. probabilius eſt, & tutum in conſcientia, quod quamuis ratihabitio percuſſionis Clerici inducat excommunicationem; quia ea complacentia eſt ſacrilegia. capit. Cum quis. de ſenten. excommuni. lib. 6. Nauar. capitul. 27. num. 78. non tamen inducit irregularitatem, quæ in iure talis dicitur, vt tenet Hoſt. Archid. Ange. & alij quos refert Sylue. ſup. in verſi. Quintum. Armil. irregularitas. nu. 22. Specul. ſupra. tradit latè Couar. in Clem. Si furioſus. 2. par. §. 1. num. 4. Nicol. Plou. de irregularit. Reg. 29.

Ratiabitio percuſſionis Clerici quid inducat.

Ad Con-

AD Contraria autem eſt Reſp. Primo. Quod procedant, quãdo mutilatio, vel homicidium factum fuit nomine illius quid poſtea ratum habuit, quia tunc præſumitur mandaſſe, omnes ſupra.

300 *Ex ui ratihabitionis an ſit reſtituẽdũ*

SEcundo, Reſp. Quod quamuis in foro exteriori obligetur quis ad reſtitutionem, propter ratihabitionem, quia præſumitur mãdans, vt ait Nauar. Ang. Sylu. ſupra & latè Anto. Gab. to. 1. Communi. opinion. pag. 628. verb. Facere, & mãdare, & melius pag. 941. col. 2. verb. Ratificans. Placa lib. 1. Delictorum. ca. 18. In foro tamen conſcientiæ nihil tenetur reſtituere ex vi ratihabitionis. Ratio eſt: quia ratihabitio ſubſequuta, nihil influxit in damnum prius illatum.

301 *Duo requiſita in ratihabitione.*

TErtio, Reſp. Reſolutiue, quod ad hoc vt irregularitas ratum habenti imputetur; oportet vt duo concurrant. Primum, quod homicidiũ nomine meo ſit factum. Secundum quod factum ſit ab illo, cui ante præcipere poteram. Quę ratihabitio, his duobus concurrentibus, mandato comparatur. text. in capitul. Ratihabitionem. Iuncto. capitul. Ratũ. de regu. iur. lib. 6. & capitul. Cum quis. de ſent. excom. eod. lib. Facit gl. in cap. Omnes. 17. q. 4. & aliàs non: vt reſoluit Nauar. d. num. 233. Armil. d. nume. 24. & in hoc inclinat Maiol. ſup. & eſt communis opinio, quam ex Aret. Cõſi. 163. nu. 3. refert, & ſequitur Emanuel Soarez. ſupra nume. 13. Theſauro litera. R.

302 *De occultantibus, vel acceptãtibus homicidã.*

QVæritur. V. Occultas, & receptans, vel defendens homicidas incurrat irregularitatẽ hãc ratihabitionis? Reſp. Diſtinguendo, quod homicidæ duobus modis conſiderantur, Quidam enim ſunt homicidæ, qui in rixa, odio, vel alio caſu proximum interfecerunt. Et tales homicidas defendens, occultans, vel receptans conſanguinitate, amicitia, vel charitate, ne ab alijs occidantur, vel à miniſtris Iuſtitiæ capiantur, nullam incurrit irregularitatem. Alij ſunt homicidæ, quos Latini, & Itali Aſſaſſinos (Hiſpani. Salteadores de Caminos) vocant,

De Aſſaſſinis.

& tales etiam ſi nullum occiderint, quocunque colore, etiam charitatis acceptãtes, occultantes, vel defendentes, incurrunt irregularitatem. vt ex tex. in capit. Pro humani. de homic. lib. 6. & Spec. tit. de diſpenſat. §. Iuxta. verſi. duodecimo, tradit Maiol. ſupra. num. 7. Ratio, quia Aſſaſſini ſunt diffidati, ideo illis omnis pietas interdicta. Et de his ſatis.

DE QVINTA SPECIE

Irregularitatis, quàm ex defectu, vel ob defectum perfectę lęnitatis, appellant.

NE per ignota ꝓcedamus, vt aliqui hanc irregularitatem ſcribẽtes, nec cauſam declarantes fecerunt? Quæritur. Quid ſignificent hæc verba: ob defectum perfectę leuitatis? Reſpon. 303 Quòd cum omnes teneamur Chriſtum imitari, vt Paul. 1. Corint. 4. faciebat. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti, Qui Matth. 11. dicebat: Diſcite à me, quia mitis ſum, &c. Quotienſcunque quis perfectè lenis non fuerit & mitis, dicitur hanc irregularitatem contrahere. Noxius, & crudelis ille dicitur, qui proximum ob vindictam, vel quocunque alio culpabilis modo occiderit, vel mandauerit &c. vt ſupradictum eſt, Qui autem in morte alicuius conſentit, Iudicando, ſcribendo teſtificando, &c. etiam iuſtè, & cum merito zelo Dei; & Iuſtitiæ; Ille dicitur perfectam non habere lenitatem, miſericordiam, & manſuetudinem, quo ad hunc ſenſum, quod promoueri ad Sacros Ordines nequeat.

Defectꝰ ꝑfectę lenitatis quid.

304 *De caſibꝰ i gbꝰ dat defectus ꝑfecta lenitatis.*

ET quia ſupra multos caſus huc pertinentes tetigimus, ſcilicet, De Inquiſitore tradẽte reum brachio ſæculari. De Iudice, Domino, Prælato, & alij perſonis publicis, non defendentibus; ligna, & alia ad Hæreticum comburendum portantibus. De aſſiſtẽtibus iudicio ſanguinis, &c. pro alijs ſimilibus caſibus poteris conſulere Nauarrum. c. 27. num. 206. Sylue. Armil. & alios. maximè Epiſcopum Scalenſem. dę irreg. capitul. 9. ſpecie. 2.

De

305 DE irregularitate, quæ contrahitur recipiendo Ordines ante legitimã ætatem, Extra tempora vel ſine dimiſſo rijs, habes ſupra. in 1.par. de Sacram. Ordinis.num.37.Vbi latè. Et de exercen te illos in excommunicatione, vel ſuſpenſ.ſupra.de excommu.nume.33.34. & 35.

306 DE ordinato à non ſuo Epiſcopo, vide ibid.num.38.

307 DE ordinato cum titulo ficto, An ſit ſuſpenſus, vel irregularis &c. vide ſup.in 2.parte de ſuſpenſ. vbi latiſſime, & melius omnibus.

308 DE Vltramontanis, vel Citramontanis ordinatis a non ſuo Epiſcopo, diximus. ſup. de Sacramento Ordinis. nume.38.

309 ET reſolutiuè in quibus caſibus (com muniter loquendo) incurratur irre gularitas, vide quinquaginta, vnam regulas poſitas a Nicolao Ploue.& caſus, quos ponunt Summiſtæ. maximè Armil.nu.85.& Nauar.ca.27.

DE ABSOLVTIONE A peccato homicidij, & diſpenſatione in eius irregularitate.

310 *In homicidio duo inueniuntur &c.* QVæritur. Quis poſſit homicidiam abſoluere, & ſuper eius irregularitate diſpenſare? Reſp. In homicidio duo inueniri, peccatum, ſcilicet, & pœnam irregularitatis, inde ſequutam. *Homicidij peccatũ a quo abſoluatur.* De primo, ſ.de homicidij peccato, talis ſit cõcluſio quilibet Parochus, vel alius ſacerdos ad audiendas confeſſiones approbatus, poteſt (niſi Epiſcopus ſibi reſeruauerit, vt ſemper ſolet) à peccato homicidij, etiam voluntarij, abſoluere. Patet hoc de iure Diuino; Quorum remiſeritis peccata &c. vt ſupra diximus. Secundo, quia quilibet Sacerdos, iure Diuino, habet auctoritatem ab omnibus abſoluendi; niſi talis auctoritas ſibi a Prælato impediatur. vt ſup. de abſolutione diximus. *De peccatis Papę reſeruatis.* Tertio, quia quemadmodum ibidem diximus, ab omnibus Papę reſeruatis, ſublata cenſura annexa, poterit ſacerdos quilibet abſoluere ita hic, ab omni homicidio ſublata Epiſcopi reſeruatione, vide de hoc text.in capitul. Omnis.de pœnit.& remiſ.& omnes cõmuniter.verbo: Abſolutio.

311 DE Secundo autem.ſ.de diſpenſatione in homicidij irregularitate; pauca dicemus quibus omnem rem neceſſariam tangemus; vt tandem vniuerſo operi finem impouamus Irregularitatum.

Primo, De hac, & de omnibus alijs ir regularitatibus Nota; quod quacunque quis ſit cenſura innodatus, atque irregu laritate inuolutus, poterit (vt infra dicemus) remedium à Sancta, ac Pia Matre Eccleſia expectare, ſalua vna irregularitatis ſpecie, quæ omnino indiſpenſabilis eſt: illa ſcilicet quæ ſurgit ex impoſſibilitate, vt in Cęco, Muto, Surdo, manibus carente &c. in quibus non eſt ſperanda Eccleſiaſtica medela. vt ait S. Thom.3. par.3.q.82. art.vlt.ad 3.& in 4.ſent.diſt.25.q.2.in fi.quem refert, & ſequitur Maio.lib.5.cap.51.nu.1. *Oẽs irregularitates diſpẽſabiles, &c.*

DE DISPENSATIONIbus Papæ reſeruatis.

312 *V. Papa poſſit in homicidio nolũtario diſpenſare* DVbiũ principale in hac materia erat, V. Papa poſſit cum homicida diſpenſare in voluntario, quia videtur contra Apoſtolum: Tamen quia idem iudicium eſt, ac de Bigamia (vt ſupra de Bigamia declarauimus) Reſolutiue dicendum Papam in hac homicidij volun tarij irregularitate, ſicut in omnibus alijs, diſpenſare poſſe. Spec. titu.de Diſpenſatione.§.iuxta.verſ.Papa autem in omnibus.gl. in cap.1. de conſec. diſt.1. Sylueſt. Homicidium.3. quæſt.8. verſi. Secundum. Glo.in capit. Sicut dignum. de homicid. vbi Abb. & eſt Communis opinio per Sylueſt. ſupra. Ancharan. in Clement. 1. de homic. vbi Cardina. col. 6. Abb. in cap. Ego. de iure iur. & omnes.verbo.Papa. Turre Crem. Aug. de Anchona. Victoria. & alij.in tractatu de poteſtate Papę. Nau.c.27.nu.240.

Quod

313 *Vox irrecuperabiliter &c.*

QVod ut tantum procedit; quòd etiã ſi in aliquo Concilio, Decreto, vel ſedis Apoſtolicæ deciſione inueniretur verbum: irrecuperabiliter? Nihilominus tamen Papa diſpenſare poterit, ſecundum communem, quam refert, & ſequitur Abb. in c. Super eo. de Schiſm. Borgaſ. de Diſpenſatione. 2. p. tit. De differentiis. num. 13. Ratio eſt, quia Papa plenariam habet poteſtatem ſuper omne ius poſitiuum. tex. in cap. Propoſuit. de Conceſ. Præb. Spec. ſupra. Sylue. verbo. Irregul. verſi. ſi. Et nota quod quamuis Papa in omnibus diſpenſare poſſit, aliquæ tamen certæ irregularitates ſibi reſeruantur, quæ Epiſcopis non conceduntur: nam irregularitates Illegitimitatis, Bigamiæ, publicæ, vel ſolemnis pœnitentiæ, infamiæ, Illiteraturæ, ætatis, Neophitorum, & aliarum ſimilium Papæ ſoli reſeruantur, vt ſupra in diuerſis locis patet, & eſt Gl. in cap. Miror. 50. diſt. & ita ſerua in Curia, ſecundum Arch. in capit. Non confidat. 50. diſt. vbi bonus tex. & alius in cap. Cum æterni. de Iudicijs in 6. vide. Tabien. Diſpenſatio. nume. 13. verſic. 17. Maiol. li. 5. cap. 51. num. 3.

Papa ſupra omne ius Canon.

DE DISPENSATIONIbus Epiſcopo reſeruatis.

314 QVemadmodum Papa in omnibus irregularitatibus quomodolibet incurſis poteſt diſpenſare; ſic Epiſcopus poteſt primo in omnibus irregularitatibus, ex delicto occulto prouenientibus (excepto homicidio volũtario etiã occultiſſimo,) dummodo talia delicta non ſint deducta in iudicium: per Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 6. & Seſſ. 14. cap. 7. de refor. & tradſit omnes illi, qui poſt dictum Cõc. ſcripſere. Nau. Maiol. Epiſc. Scal. Ledeſ. & tandem Cordu. in ſum. q. 41. fol. 97. & 99. quod fallit hodie in caſibus contẽtis in bullam Sixti V. de quibus infra.

315 *Occultũ quid.*

OCcultum autẽ, (ut ſupra diximus) in hac materia, illud eſt, de iure communi, quod opponitur notorio, & manifeſto, adeo quod delicta non notoria, nec in iudicium deducta, etiam ſi ſint nota multis poſſunt dici occulta, ut tradit apertè Sylu. verb. Lex. q. 13. verſi. Decimotertio in fin. quem refert, & ſequitur Maiol. lib. 5. cap. 51. num 4. probat Nauar. cap. 27. num. 241. §. 1. & melius. num. 250. §. 10. & 11. vbi ait non ſufficere, ut actus ſit publicus, niſi ſit notorius per maiorem partem viciniæ, in qua ſaltem reperiuntur decem viri.

316 *Epiſcopꝰ diſpẽſat ĩ omnibus nõ prohibitis.*

SEcundo, Epiſcopi abſolute diſpenſare poſſunt in omnibus illis caſibus in quibus expreſsè diſpenſatio non eſt illis prohibita ut probat Gloſſ. in cap. At ſi clerici §. De adulterijs. uerbo; Diſpenſare. de Iudic. Hug. in capit. Si quis presbyter. 50. diſtin. Io. Laurem. Tancred. Bern. & Spec. in titul. de Diſpẽſat §. iuxta. verſicul. Nunc de Epiſcoporum. Archid. in capit. De promiſſis. 50. diſtin. Hoſti. & alij, quos refert, & ſequitur. Nicol. Ploue. de Irregul. ad finem. uerſicul. Circa diſpenſationem. & Sum. Confeſ. lib. 3. tit. 19. de lapſis. cap. 4. qui dicunt hanc eſſe Communiorem. Ange. Sylue. Armil. & alij; verbo. Irregularitas. & verbo: Epiſcopus, & Diſpenſat. Nauarr. capit. 25. nume. 74. Maiol. lib. 5. capit. 51. nume. 4. Quamuis contrarium tenuerint alij, quos refert, & reprobat Plou. et Sum. Confeſ. ſupra qui dicebant Epiſcopum tantum poſſe diſpenſare in omnibus ijs caſibus, qui expreſſe ſibi à iure conceduntur, inter quos erat Io. de Deo. Gulie. Nazon. Inno. & Gõffredus.

317 *Diſpenſat quo ad minores ordines.*

TErtio. Epiſcopis conceditur diſpenſatio ſuper quacunq; irregularitate, quo ad ſolos minores ordines obtinendos: iuxta notata per Doct. in ca. Ad audientiam de Homic. excepto cũ homicida voluntario, etiam occulto, per Cõc. Trid. ſeſſ. 14. ca. 7. de refor. & tradit Nauar. infra. Nã, etſi cuiuslibet ordinis executio indebita propter ſuſpenſionem, vel excommunicationem induceat irregularitatem per ſolum Papam diſpenſandam; tamen ſi fuerit ex adminiſtratione indebita Ordinum minorum, ab Epiſcopo diſpenſari poſſet. ſecundum

Spec.tit.de Diſpenſatione. Iuxta. verſi, Quid ſi diaconus. quem refert, & ſequitur Maiol.lib.5.c.51.nu.4.Nauar. c.27. nu.240.in fin.

318 *Epiſc. diſpenſat ĩ homic. caſuali*

QVarto, Poterit Epiſcopus diſpẽſare in homicidio caſuali, ut patet clare in Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. & tradit optime Nauar.c.27.nu.240. Epiſc. Scadent.de irregul.in fine. Maiol.& alij.

319 *V. Diſpẽſet in homicidio facto in defenſionem.*

QVæritur. Quid ſi aliquis alium occidit, nõ quidem ſimpliciter uolũtarie, ſed vim vi repellendo, excedẽs moderamen inculpate tutelæ, uel caſu aliquo culpabili; Vtrum Epiſcopus poſſit cum tali diſpenſare? Reſp. Quod aut talis eſt Laicus, vel Clericus; Si laicus eſt poterit cũ tali diſpẽſare ad minores Ordines, & vnũ beneficium ſimplex. Si autem clericus eſt, & Curatum habet, poterit diſpenſare ut retineat Curatũ cũ fructibus, quo priuari poterat. Ita ſentit Nauar.c.26.num.240.tenet Couar. Clem. Si furioſus. 2.par.§.3.nu.5. cùm Panor. Soc.& alijs.

320 *Homicidiũ quõ dicatur voluntarium.*

FAcit etiam, Quia homicidiũ voluntariũ in iure nõ dicitur, niſi directe ſit volitũ, & de induſtria, vt ex ipſius voce, voluntariũ, patet. & tradit Nauar. ſup. ex Concil. Trid. Seſſ. 14. c.7. de refor. & facit lectura Didaci Perez. in rubr. tit. 13. de Homicidio. lib.8. Ordinamenti. pag. 256. Anton. Gab. to. 1. communiũ opin. pag. 895. col. 1. Couar. li. 2. Variarũ ca. 2. nu. 7. Cord. in Quæſtionario. q. 43. dub. 3. Miuchac. libr. Controuerſiarum illuſtrium. c. 19. nu. 22.

321 QVibus non obſtantibus, valde probabilem, & in praxi tutá arbitrantur aliqui Moderniores contrariam ſententiam, Immò ꝙ Epiſcopus diſpenſare poſſit in dicto homicidio, & quocunque alio non ſimpliciter voluntario. Probatur, quia Concil. Trid. Seſſ 24. c. 6. generaliter cõcedit Epiſcopo omnem irregularitatem, quæ procedit ex delicto, dicens: excepto homicidio volũtario, ſed hęc ita ſe habent, ergo? Probatur minor quia qui caſu occidit, non ob aliud fit irregularis, niſi propter culpam. Si. n. prorſus excuſaretur à culpa, eſſetque mere caſuale: nullam incurret irregularitatem: Confirmatur Primo. Quia Conc. Trid. ſupra, tantum excipit homicidium voluntarium; exceptio autem firmat regulam, ergo concedit circa reliqua homicidia ex culpa. confirmatur Secundo. 322 *Exceptio firmat regulam.*

323 *V. Qui caſu occidit habeat defectũ perfectę lenitatis.*

In eo qui caſu occidit non eſt defectus perfectæ lenitatis, neq; dicitur crudelis) quia uoluntariè nolebat occidere; At Iudex, qui iuſtè occidit, habet defectũ perfectæ lenitatis, quia volũtariè, & directè vult occidere: vt tenet expreſsè Didacus Perez. ſup. & colligitur ex Nauar. c. 27. num. 194. §. 7. & num. 217. in fin.

324 *Epiſcop⁹ qd olim cum homicida volũtario.*

TErtio, Quòd ante Conc. Triden. Epiſcopus diſpenſabat cum homicida voluntario occulto, vt miniſtraret in Ordinibus ſuſceptis, etiam ſacris. vt tenet Archi. Federicus, Anch. & Angelus, quos refert Syl. uerb. Homicidium 3. q. 8. uerſi. Quarto. inſinuat Panor. cũ quibus tranſit Couar. ſupra. num. 4. col. 1. & 4. inſinuat. nu. 5. ad fin. idem tenet Vincen. de Laud. ergo ſatis bene poteſt dici, poſſe Epiſcopum cum tali diſpenſare.

325 *V. Nunc poſſit in occultiſſimo.*

QVæritur Vtrum nunc, ſtante Sacro Trid. Concil. Seſſ. 14. c. 7. de refor. ſeſſ. 24. c. 6. poſſit Epiſcopus diſpenſare cum homicida omnino occulto, immo occultiſſimo, ut ſacris poſſit initiari Ordinibus? Reſp. Primo, Ante Concil. ſupra, Diuerſa erat inter Doctores ſententia. Vincentius enim. Laud. & alij, quos refer, & ſequitur Ange. verb. Homicid. 3. num. 1. & Alfonſus à Caſtro. lib. 2. de Lege pœnali, & alij, quos refert Couar. in Cle. Si furioſus. 2. par. §. 3. num. 6. & Corduba. in Summa, quæſtione 41. & in Quæſtionario Theologico. q. 35. affirmant. Faciunt fortiter multa tradita à ſumma Confeſſor. libro 3. titu. 29. quæſtione 4.

Contrariam ſententiam tenet omnis alia Doctorum Schola, vt ex d. Concil. probat. Nauarr. capitul. 27. nume. 192. §. 7. & nume. 240. & dicit communem, & veriorem Corduba. ſupra.

Secundo. Reſpon. tentari poſſe primã ſententiã (ſub Sanctæ Eccleſiæ correctione) practicari poſſe; ſi dicamus ꝙ Cõcilium nihil ſubtrahere voluit ex iis

que

que Epiſcopus antea habebat, ſed tantum exprimere, ne in hac noua conceſſione extendatur ad homicidium ſibi nõ conceſſum, ſed tene communem.

DE DISPENSATIONE Quoad Fratres.

326 *Religionum ſuperiores quid poſſint circa irregularitates, &c.*

DE qua materia licèt pauca dicemus, ſubſtantialia tamen omnia hiſce cõcluſionib. declarare nõ omittemus.

Prima Concluſio. Superiores Religionum Mendicantium, & omnes alij ſuis priuilegijs fruentes poſſunt cum ſuis fratribus profeſſis, in omni irregularitate, excepto homicidio voluntario, & Bigamia diſpenſare. habetur in Compendio Priuileg. verbo. Abſolutio, quo ad Fratres. & verbo. Diſpenſatio; Indulgentia; Interdictum; & & Priuilegia; & tradit Corduba, in Quæſtionario, libro primo, queſtione 30.

327 *V. Poſſit cũ homicida non voluntario, &c.*

EX qua Cõcluſione Infertur ad Quæſtionem: ſcilicet, V. Prælatus Religionis poſſit diſpenſare cum Nouitio, vel profeſſo, qui alium occidit, non tamen directè voluntariè? Reſpon. Quod, quamuis Silue. verb. Irregularitas. §. 28. neget; & Villa diego, & alij, quos refert & ſequitur Couar. in Clement. Si furioſus. 1. parte §. 2. numero ſexto, in fine, dicat: Irregularitatem profeſſione non tolli, niſi à iure concedatur; ſed fauore religionis facilius concedi: Alijs tamen videtur tutum, & in praxi ſeruandũ, quod ſi fuit occiſio iuſta, vt à Iudice, vel à Milite in bello iuſto, & ſimilibus, poſſit talis Religionis Prelatus diſpenſare, tenet Caiet. verb. Irregularitas. Nauar. in Manual. Hiſpano. capitul. 27. nu. 240. Cordu. in ſum. q. 34. Armil. verb. Irregularitas, num. 13. & Polanco in Directorio, titulo de irregularitate, & ſic fuit in facti contingentia reſolutum in Sacra pe nitentiaria Romæ.

328 RAtio eſt. Quia tale non dicitur abſoluè homicidium, vt tradit S. Th. 2. 2. q. 88. at. 6. ad 3. Caiet. Nauar. & alij, & Magiſter Penna. 2. 2. q. 40. art. 1.

NEc mirũ ſi in tali homicidio iuſto poſſit diſpenſare, cum etiam poſſit cum Religioſo caſuale homicidium ex aliqua culpa committenti diſpenſare, vt tenet Gaiet. 2. 2. q. 65. artic. 3. ad 3, quem refert, & ſequitur Didacus Perez. in Rubrica de Homicidio. titu. 13 lib. 8. Ordinam. ſupra. ſecunda parte. §. in fin. Cordub. Summa. q. 34. S. Anton. lib. de Cenſuris, cap. 95. quam refert, & ſequitur Maiol. lib. 5. capitul. 51. num. 12. & tangit Nauar. cap. 26. nu. 13. 3 *V. Cũ homicida caſuali.*

QVando autem diſpenſatio Irregularitatis facienda ſit ratione Bullæ Iubilæi, vel alicuius Confraternitatis, vnuſquiſque viros conſulat doctos, atque prudentes, qui, quãdo caſus occurrerit, videbunt ad quid ſe talis Bulla, Iubileus, vel priuilegia extendant. 330 *Conſiliũ pro diſpẽſatione faciẽda per Bullã &c.*

QVapropter illud eſt Notandum, quod quotieſcunque apponitur in Bullis, Priuilegijs, Iubileis, & alijs Apoſtolicis conceſſionibus, quod per illas poſſit quis abſolui ab omnibus Cẽſuris, & penis, nunquam ſub tali generali conceſſione intelligitur diſpenſatio Irregularitatis; niſi talis Bulla id claré exprimat, vt ex Domi. Alex. Villa Diego, & alijs, probat laté Nau. ca. 27. nu. 194. & 250. Ledeſ. 2. par. q. 26. arti. 2. ad fi. & colligitur ex Soto, lib. 5. de Iuſt. & iur. q. 5. ar. 4. & tenet Communis Canoniſtarũ, & generalis Curiæ Romanæ ſtylus. 331 *V. noĩe penarũ veniat Irregularitas.*

IMmo, quod etiam ſi in tali Bulla, vel Iubileo concedatur facultas diſpenſandi in omni Irregularitate (vt Anno 1566. cõceſſit. S. D. Pius Papa V. his verbis, & a quibuſuis Irregularitatib. quomodolibet incurſis) non intelligitur cõceſſa Irregularitas homicidij volũtarij, & Bigamie; Quia in generali conceſſione non veniunt ea, quæ Papa ſibi ſolet tantum reſeruare, vt ſup. in prima parte, De Abſolutione ab Hæreſi, probauimus, & tenet ſtylus Curiæ Romane, & (me præſente in facti contingentia) fuit ſic a grauiſſimis Doctoribus determinatũ Salmanticæ quamuis alij Doct. contradicant. 332 *Sub generali diſpẽſatione nõ venit irregularitas homicidij etc.*

ERit autem tempore talis generalis conceſſionis optima cautela, Si 333

ſuffocauerit vide Can. pœnitentialem, 17. ad medium verſi. Et ſit grauis culpa: vbi ponitur pęnitentia. 7. vel 5. annor.

244 *B Virgo Maria, qd fecit nato dominum.*

HOc frigoris, inimicorumq; timore perterrita ſacratiſſima Virgo Maria, mater Dei, Domina Cęlorum, & noſtra, filium ſuum Sacratiſſimum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, a ſe natum, atque adoratum, ne frigore illo pateretur, ſtatim ad pectus admouit, vt ex Sanctis Contēplatiuis notauit in publica lectura inſignis Magiſter Graiales. anno. 1569. Euangelium S. Lucæ (me præſente) Salmanticæ interpretando. Supradicta poſſunt colligi, ex Abb. in c. fi. de ijs, qui fil. occid. & ex. c. Conſuluiſti. 2. q. 5. & S. Tho. 2. 2. q. 64. ar. 8. Sylu. Homicidium. 2. num. 15. & omnibus alijs. Nauarr. cap. 15. num. 13. & cap. 27. num. 236. Epiſcop. Scal. c. 9. verſic. Habentes ſecum.

245 *Nulla irregularitas ſi īfans adhibita, diligentia &c.*

EX quibus omnibus habetur, quod ſi adhibitis debitis circūſtantijs puer ſuffocetur, nulla erit irregularitas; quia dabant operam rei licitæ, ahdibita diligentia, ita expreſsè. S. Th. 22. q. 64. ar. 8. quem refert, & ſequitur Armil. verbo. irregular. nu. 3. Epiſc. Scalenſ. ſupra. qui (bene quidem) ait tex. in d. c. Conſuluiſti. 2. q. 5. nō pcipere ſed parētes hortari.

246 *De Mouente caput infirmi in arti. mort.*

QVid dicemus de illo qui morti propinquum aliquomodo mouet caput accomodat; vel aliquo alio modo cō ponit; & ex hoc citius moritur? Reſp. Diſtinguendo (vt aliquos timoratorū ſcrupulos, qui illic trepidauerunt timore, vbi non eſt timor, de medio tollamus) quod aut ſupradicta facit animo mortē accelerandi, aut ad ſubueniendum infirmo in tanta neceſſitate, & eum ad iuuādum, vt melius quieſcat &c.

In primo caſu abſque dubio irregularis eſt, etiāſi infirmus eſſet omni remedio deſtitutus, ac moriturus. Spec. titu. de Diſpenſatione. §. Iuxta. verſ. Quid ſi aliquis infirmum. Sylu. Homic. 3. q. 2. verſi. Tertiam. Tab. verb. Irregularitas, 3. nu. 3. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 1. nu. 2. S. Anto. 3. p. tit. 29. c. 2. Sum. Confeſ. lib. 2. ti. 1. q. 10. Nicol. Ploue. de Irregu. regul. 16. Ratio eſt quia rei illicitæ operā dabat, uolens illius vitam breuiare. In ſecūdo autem caſu, minimè eſt Irregularitas timenda; cum tales ægrotum medicantes, non ut mortem inferant, ſed ut illū adiuuent, talia miniſteria exercent. ſecūdum omnes. ſup.

AD ſupradicta pertinent adiungere queſtionem alteram Vallē qui infirmū prouocat ad iram ſuis dictis, vel factis, vel ei aliquod affert malum nuncium, vnde talis moritur, ſit irregularis? Reſpon. Quòd licèt ſupradicti auctores videantur abſolutè affirmare, Ego autē diſtinguerem. ſ. quod ſi talia malitiosè facta ſunt, vel ſine malitia, tamen cū negligentia craſſa, quia illud debebat aduertere, maximè ſi infirmi conditionem nouerat, ſit irregularis: ſi autem inaduertenter fecerit non. 247 *De prouocātib: infirmū ad iram &c.*

ET quia in materia huius. §. de dantibus cauſam, eſſet quaſi impoſſibile caſus particulares adducere; ſequentibus regulis multas decides quæſtiones, ab auctoribus infra citādis ſparſim tractatas. Prima Regula. Dās operā rei licitæ, & adhibens diligentia q̄ debet, & nō excedens, nec habēs voluntatē occidendi, vel mutilandi; non ſit irregularis ꝓpter ſequens homicidiū, cuius exēplum eſt. in c. Dilectus, de Homi. Secūda. Dās operā rei licitæ, & nō adhibēs diligētiā, q̄ debet, vel exiſtens in culpa, ēt leui, nō autem leuiſſima. (vt in c. Presbyterum, eſt exemplum) ſit irregularis morte, vel mutilatione ſequuta. *De dante operā rei licita &c.*

Tertia. Dās operā rei illicitæ, quantācunq; adhibeat diligentiā, ſit irregularis ꝑ mortē, vel mutilationē ſequētē, vt eſt exēplū in c. ſuſcepimus de homic. Quas regulas tradit ex S. Th. 2. 2. q. 64. art. 8. Caie. ibi. Sot. li. 5. de Iuſt. & iur. q. 1. ar. fi. vbi eas declarat Ang Syl. Armi. verb. Irregularitas, nu. 3. 4. & 5. Epiſc. Scal. c. 9. ad fi. & oēs dicētes cōmunē maximè. Cou. in Clem. Si furioſus. 2. p. §. 4. nu. 1. & 2. Qui ex Abb. Auan. Felino, & alijs, pcipue Caſtro l. 2. de l. Pęuali, c. 14. ver. Secūda. Alberto Trocio, de vero, & perfecto Clerico. li. 2. c. 27. Villa Diego. de Irregul. c. De percuſſore, col. 6. eā cōmunem dicit, multumq; laudat. & Naua. c. 27. a *De non adhibente diligētiam.*

nu,

nu. 219. quaſi omnes caſus his regulis declatt. licet nõ tanti expẽdar Sotus ſup.

§. 3. DE MANDANTE, Conſulente, Inſtigante, Animante, perſuadente, inſtruente, adhortante ad homicidium.

249 *Mãdãs Cõſulẽs &c. irregulares ſunt*

MIrabilis eſt in hac materia, D. Aug. ſententia relata in cap. Pernicioſe (Communiter allegatur. Periculoſe) de pęn. diſt. 1. vbi cum Gl. ibid. Omnes ſupradicti homicidę, ac per conſequens irregulares dicuntur, & optimus tex. cum Gl. verb. Conſilium in capir. Sicut. §. Clericos. de Homicidio.

250 *Quid ſi homicidiũ ſit iuſtum?*

EX quibus iuribus, & Gloſſ. & alijs ſimilibus. Primo Nota. Quod nõ ſolũ tales fiunt irregulares, ſi homicidium eſt iniuſtum; ſed etiam ſi iuſtum, vt de Iudice, Aduocato teſtibus, & alijs, tradunt omnes per tex. in c. ſententiam. Ne Cler. vel Monac. Specul. de Diſpenſ. §. Iuxta verſi. Sed quærit̃ quãdo. Bart. Med. in Sum. li. 1. c. 11. §. 10.

251 *De facientibus, vel cõſulentibus facere legẽ, &c.*

VNde infertur ad q. V. Principes, Auditores, Cõſiliarij Regum qui faciunt, vel daut conſilium de Lege, uel ſtatuto faciendo: in quo trãſgreſſoribus mors, vel mutilatio impouitur, & poſtea effectus ſequatur, ſint irregulares iudicandi? Reſpond. Negatiuè: quia ſupra dicta rubrica intelligenda eſt, vt procedat quando cõſulens, uel mandans, aut inſtigans intendit ad homicidium ſuper caſu pendẽti in iudicio, tunc. n. efficitur irregularis: nõ autẽ in primo caſu. text. in c. Eos. Ne Cleric. vel Mona. & tradit Maiol. li. 2. c. 5. & 48. §. 5. & li. 5. c. 48. §. 2. nu. 2. Archi. in c. Officia. 23. q. 5. Armil. Irregul. nu. 19. c. Si quis viduam, 50. diſt. Hoſt. & alij, quos refert Armil. ſup. num. 25.

252 *De mandante, ẽt ſi nõ ſtatim &c.*

QVęritur. V. Mandans facere homicidium, vel mutilationẽ, fiat irregularis, ẽt ſi nõ ſtatim, ſed poſt vnum, duos, vel plures annos effectus ſequutus fuerit per mãdatariũ, vt ſi. (v. g.) Aliquis ex Hiſpania mitteret aliquem in Galliam, vel Italiam, cũ mandaio aliquem occidendi, vel mutilandi; & talis mandãs per longũ tempus nihil audiuit vel ſciuit de mandatario, ita ꝙ omnino cogitaret talem mortuũ, in mariuè ſub merſum fuiſſe: & tandem, audiuit iuimicũ eius fuiſſe a ſuo mandatario interfectum? Reſp. talẽ irregularẽ eſſe. ita Specul. tir. de diſpenſ. §. iuxta. uerſ. Sed quæritur quãdo. Syl. Homic. 1. q. 8. ver. Sextum. Tab. uerb. irregularitas. nu. 13.

253 *Quid ſi pcepi & cæt. Homicidiũ miraculo, tñ non fuit ſequutum*

QVid ſi conſilio, p̃cepto, vel fauore meo, homicidiũ fuit intentũ, ita ꝙ vulneratus miraculo potius euaſit, q̃ naturaliter, vt v. g. ille qui Arcabuſeto, vel bõbarda fuerat tranſfixus? Reſpon. ꝙ non ſit irregularis, quẽadmodũ de ipſo volente occidere, non ſequuto effectu diximus ſupra. & tradit Bar. Med. Sum. li. 1. c. 11. §. 10. Couar. in Clemen. Si furioſus. 2. par. in initio. nu. 5.

254 *Quid ſi mãdatarius noluit acceptare, &c.*

QVæritur. Vtrũ fiat irregularis mãdans, vel conſulens: ſi tẽpore mãdati, vel conſilij, mandatarius noluit acceptare, & repudiauit: poſtea rñ ipſe mandans mutauit ſententiam, & abſq; vllo alio mãdato mandatũ, vel cõſiliũ fuit exequutum, & mors, vel mutilatio inde ſequuta? Reſp. ꝙ ſic. Quia primum crimen, ꝙ mandando, vel adhortando fecerat, adhuc in ſe pſeuerat. Inn. in c. ad audientiam. de Homic. Bal. in l. 1. C. de ſeruis fugit. col. 2. ad fi. quos refert, & ſequit̃ Maiol. li. 5. c. 48. §. 2. nu. 3.

255 *Quid ſi non expreſsè, ſed tacitè, &c.*

QVid, ſi non expreſsè, ſed tacite mãdauit homicidium fieri? vt de illo qui iniuriam paſſus, dixit ſuorũ alicui, non venias huc in domũ meã, donec aliquid noui audiam de te. (Et exemplũ viuũ habemus de Henrico illo S. Thomã Cãtuarienſem Epiſcopum perſequẽte, qui in præſentia ſuorum dixit: ſe in ſuo Regno cũ vno ſacerdote pacem habere non poſſe?) Reſp. In dicto caſu taliter mandantem effici irregularẽ. Bart. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſu. & §. ſed qd ſi mãdauit. & §. pater Seio. ff. de Acquir. hęred. vbi Bal. Angel. Imol. & Moderni. & Anch. in c. Ex literis. de Exceſ. Pręlator. vbi ẽt Abb. Tab. irregularitas.

2.num. 3 & verbo:Excommunicatio.5. caſu.1.nu. 36.& alij multi,quos refert, & ſequitur Couar. dicens cōmunem, in d.Clem.2.par. Relectionis. §.1.nu.3.& Maiol. lib. 5.c.48.nu.8.Armil. Irregu. nu.17.Nauar.c.27.nu.231.

Quæ communis (ait Couar.) procedit,etiam ſi talis mandans præceptū dediſſet de non occidendo,vel mutilando. Et eſt caſus,in c.vlt.de Homic. libro. 6. Abb.& Inn.& alij, in c. ad audientiam, de Homic.Alberic.verb. homic.2.verſi. quid ſi mandauit.

256 *De confeſſorib' vel pdicatorib' Pricipū.* QVæritur. V.Confeſſores,vel principum prędicatores illos hortātes in communi,vt faciant iuſtitiam, & puniant malefactores, ſi ex hoc moueantur ad inquirendū, & mortem, mutilationemvè alicui inferant, fiant irregulares tales adhortantes? Reſpon.quod non, ita tenet Archid. in ca. Officia.23.q.5.quem refert,& ſequitur Armil.irregularitas.nu.19.

257 *Quid ſi ante homicidiū, reuocauit, &c.* QVæritur V.Mandans,cōſulens,vel adhortans homicidiū,vel mutilationem fieri,incurrat irregularitatem,ſi antequam homicidiū fiat reuocauit mādatum? Reſp. quòd quamuis Nauarr.c. 27.nu.233.& Inno.Villa Diego, & cōmunis,& Maiol. lib.5.c.48.§.2.nu.3.ex multis, abſolutè de omnibus mādantib. adhortantibus,& conſulentibus loquātur,dicentes, ꝙ ad hoc,vt non ſint irregulares,tenentur expreſſè, vel tacitè reuocare mandatum,& notificare, mandatario ne mandatum exequatur,&(ſecūdum Maiolū, non Nauar.) monere illum,qui erat occidendus: melior tamen mihi videtur diſtinctio Ioannis Brunelli,in Repet.c.1. de homi. 4.par.nu.43. ſ.ꝙ mandās homicidiū cōmitti;poſtq̄ā mādatū (vt ſupradictū eſt) expreſſè,vel tacitè reuocauerit,teneat̄ illū mādatario notificare,vt Nauar.& cōmunis dicunt.

258 *V. Occidēd' ſit monēd'.* ¶ Illud autem quod Maiolus dicit q̄ debeat occidendum monere tantum (ait Brunellus) procedere in conſulente qui tenetur non ſolum cui conſilium dedit perſuadere,ne conſilium expleat, ſed etiam denuntiare illi in cuius perniciem conſilium dederat, vt ſibi præcaueat. Quæ differentia ponitur ab Inno.in ca. Ad audientiam, de Homicid.& aſſumit Bart.in l. non ſolum. §. Si mandato. ff. de iniur. Bal. in l. 1. C. de Seru. fugit. Quæ denunciatio, ne peccatum ſecretū Conſulentis,& Conſulti detegatur, ingenere facienda eſt, vt notat Bald. ſup. & Ego antequam Baldum viderem, non tenetam.

SEd quid ſi (ꝙ contingere ſolet) non occiditur ille, ad quem occidendū mandatum dederam, ſed mandatarius meus ab illo fuerit occiſus? Reſpon. Vtroq; caſu irregularitatem incurri. tex. in cap.Vltimo.de Homi.li.6. Ioan.Andre.in additio.ad Specul. tit.de Diſpenſat.§.Iuxta.verſ.Quid ſi aliquis conſuluit.Abb.in cap. Ad audientiā.de Homicid.Sylu.Homicidiū.1.q.8.Tabiē.Irregular. 2. nu.12.Maiolus. ſup. nume.4. Quamuis Specula. ſup. & Hoſt.(quem refutat Sylu. ſupra.) teneant contrariū. Ratio eſt, quia talis mandans cogitare potuit,& debuit homicidium hinc inde contingere poſſe, inter aggreſſorem, & aggreſſum & inter vtrunque & Iudicis, miniſtros in incarceratione, vel poſtea in iuſtitiæ exequutione. 259 *Quid ſi è contra Mandatari' occidatur.*

QVæritur. Quid ſi tantum mandaui,adhortaui,vel conſului aliquē verberari,vel alapa percuti,&c. Mandatarius autem, etiam contra meā expreſſam,de homicidio vel mutilatione, voluntatem fines exceſſit mandati, & ſi occidit,vel mutilauit? Reſpon. Cum diſtinctione. Quòd ſi inſtigaui, conſului, vel mandaui ad verberandum &c. propter vindictam, & iniuriam inferendam; tunc quocunque euentu, homicidio ſequuto irregularis ero. Si autem mādaſſem aliquod iuſtum, vt Iudex,ex ad diſciplinā,& correctionem (vt Pater, Epiſcopus , Religioſorum Superior , &c.) tunc, ſi mandatarius excedat;nequaquam irregularis dicat. vide text.in capitu. vlt. de Homicid. libro. 6. tenet hoc Innoc. & Abb.in cap. Ad audientiā de Homic d.Abb.in ca.Ex literis. verſicul. Ratio mea. de Exceſ. prælat. Tabi. verbo. Irregularitas. 2. num. 2.Specul. ſup. & alij. 260 *Quid ſi Mandatarius , exceſſit, fines mādati.*

261 *De delatoribus, exploratorib ſuſurronibus. &c.*

VLtimo in hoc §. Not. difficile euadere irregularitatem delatores, exploratores, ſuſurrones, ac detractores, qui data opera diſſeminant diſcordias, vnde rixę, contentiones, inimicitiæ, homicidiaque ſequuntur. Ex qua reſolutione. & ſex regulis poſitis ab Armilla. Irregularitas. num. 25. poteris multa inferre & notare.

§. 4. DE HOMICIDIO Caſuali, aut ex culpa.

262 *Peccatũ non niſi voluntarium.*

EX D. Aug. ſentẽtia in lib. de vera Religione, & ex Communi omnium aſſenſu, illud nobis eſt manifeſtum; peccatum non dici niſi voluntariũ. Et ex S. Thom. 2.2. quæſt. 64. conſtat; caſualia (loquendo ſimpliciter) intenta nõ dici, nec voluntaria nominari. Quapropter ſecunda hic conſtituetur homicidij, vel mutilationis ſpecies, ſ. de illo qui homicidium, vel mutilationem, caſu aliquo incogitato, vel culpa aliqua fecit. Quia qui talia nolens omnino fecit; nõ punitur vt homicidij volũtarij reus; fuit enim fortuitus caſus, qui inopinatæ rei euentus, qui pręuideri non potuit, appellatur. tex. in l. In rebus. ff. Commodati. Abb. in cap. vnico. de Commod. & omnes.* Et ita pro caſuali homicidio non imponitur tanta pœnitentia in Canone pœnit. 15. ſicut in voluntario. Nam pro voluntario 7. pro caſuali autem quinque annis debet quis pœnitere.

263 *V. Vel qñ talis fiat irregularis.*

QVare hanc regulã in hac irregularitatis materia cõſtituere oportet. ſ. Eum, qui abſque culpa aliqua alium caſu occidit, vel mutilauit, irregularem non dici, ideoque licitè promoueri poſſe. tex. in capitul. Significaſti. 1. & c. Dilectus. de Homic. Gl. in c. Eos vero. 50. d. Gl. & Abb. in c. Lator & c Continebatur. de Homic. S. Th. Inno. Hoſt. & alij, quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ. lib. 2. tit. 1. q. 19. Ang. Silu. Arm. & alij. Specul. tit. de Diſpenſat. §. Iuxta. verſic. Facto aũt, ſiquis. Nauar. ca. 27. nu. 220. Sot. lib. 5. de Iuſt. & iur. q. 1. Cou. & oẽs,

264 *Qñ aliqua culpa interueniat, &c.*

DE illis vero, qui culpa aliqua interueniente, alios occiderunt, vel mutilarunt, fit inter Doctores hæc diſtinctio, ſ. quod aut aliquis dabat operã rei illicitæ, & adhibuit omnem diligentiã; vel operã dabat rei licitæ, nulla, uel parua adhibita cautela, ne homicidium, mutilatiouè ſequeret̃, vel culpa fuit lata, leuis, vel leuiſſima. Quo ſuppoſito.

265 *De lata culpa in homicidio.*

PRima ſit Concluſio In quocunque caſuali homicidio, vel mutilatione, lata, vel leuis culpa procul dubio irregularitatem inducunt. vt ex capitul. Clerico iaciente. cum alijs. 50. diſt. Probat Maiolus. lib. 5. cap. 48. §. 3. numer. 2.

266 *Culpa leuiſſima qua*

SEcunda Conclusio. Culpa leuiſſima (illa dicitur, quando quis illud non cogitauit, & prouidit, quod acutiſſimus vir cogitare potuiſſet) ſi ſit in omittendo, ab irregularitate excuſat. Secus ſi ſit in committendo lata. Silue. Homic. 2. circa princ. verſi. Poteſt addi per tex. & Abb. in c. Quæſitũ. de pęnit. & remiſſ. Tab. verbo. Irregularitas. 1. nu. 4. Probat latiſſimè (ad alium finem) Couar. in lib. 4. De Sponſal. 2. par. ca. 6. § 8. nu. 13. & Emanuel Soarez in Theſauro. litera. C. nu. 336. Maiol. ſup. Nau. ca. 17. nu. 177.

¶ Ex quibus concluſionibus in ferè innumerabilium caſuum cognitionem poterit deueniri. Quorum aliquos in præſentiarum notabimus.

267 *De proijciente lapidẽ ludendo. &c.*

QVæritur. Quid ſi aliquis ludendo proijceret lapidem poſt aliquem, & ille volens declinare lapidis percuſſionem, in alium lapidem fugiendo incidens impingeret, & moreretur? Reſpond. Quod talis lapidem proijciens, erit irregularis. Inn. Hoſt. Abb. & alijs, quos refert, & ſequitur Summa Confeſſ. lib. 2. tit. 1. quęſt. 19 in fi. Ratio eſt: quia quotieſcunq; in ludo noxio luditur, culpa imputatur ludenti & proijcere lapidem, ludus noxius eſt, vt haſtiludium, & alij ſimiles ludi: qui non poſſunt carere culpa, tex. in l. Nam ludus. ff. ad legem Aquil. capitul. continebatur, vbi Doctor. de Homic. S. Tho. 2 2. quęſt. 64.

Tab.

Tab. Irregularitas.3.nu.1. Alber.verb. homic.3.Hugo.in cap.Sæpè. 50.diſt.Silue. Homic.2.q.21.

268 *De ludẽtib. cum calcib', aut pugnis.* QVæritur.Quid erit iudicandum, ſi in eo ludo, qui calcibus, (Hiſpanè: al Toro de las coces) aut pugnis exercetur alium ſuffocauerit, occiderit, vel mutilauerit? Reſpond. Effici irregularem; propter immoderatum ludendi modum,vt expreſſe tradit Archi. in capitul.Eum qui.50.diſt.& alij.

269 *De iacẽte lapidẽ cõtra aliquẽ, etc.* QVæritur. quid ſi aliquis in Titium lapidem iecerit, ipſe vero. Titius fugit,& alium lapis occiderit, vel mutilauerit? (vidi in facti contingentia.) Reſp. talem eſſe abſque dubio irregularem:tradit Hug. in cap. Sæpè. 50. diſt. Tab.verb.Irregul.3.num.2.& alij.

270 *De occidẽte clericũ pro laico.* HInc infertur ad quæſt. V. Volens occidere, vel percutere laicum, percutiens clericum, ſit excommunicatus? Reſpond. affirmatiuè,ſecundum Alan.& Hoſt.quos refert, & ſequitur Silue. verbo. Excommunicatio. 9. verſicu.ſciendum eſt quarto: Maiol.ſupra.num.5.

De volẽte occidere auẽ. &c. Sed ſi ictus lapidis, (è contra) dirigeretur in Auem, vel quadrupedem, & fortuitò, abſque vlla culpa, quia debitam adhibuit diligentiam, (cùm eſſet locus per quem homines ſolent tranſire, & vociferauit) hominem occiderit vel mutilauerit; nulla erit irregularitas, Gloſſ.in d.capit.Clerico iaciente.50.diſtinct. Silueſt. Homici.2.q.5. Tabien. verbo;irregularitas.3. num.19. Epiſcopus Scalenſ.cap.9.Maiol.ſup.nu.6.

Si autem aliquis proijcit aliquid ad locum priuatum, & ſolitarium, per quem nemo tranſire conſueuit:non tenetur clamare,vt in l.ſi putator, ff.ad legem Aquiliam, aliàs ſi locus publicus. Gloſſ. capitul. Qui arborem. 50. diſtin. Abb. & omnes in capitul. ex literis.2. de homic.

271 *Multi caſus homicidij caſualis.* INfinita ferè ſunt exempla dictis ſimilia in homicidijs caſualibus contingi ſolita : quæ conſulto ommittimus. Primo quia ex ſupradictis concluſionibus poteris ea colligere. Secundo, quia longiore ſermone reperies apud Angel. Silueſt. Armil. verbo. Irregularitas, & homic.& apud Couarr.in Clem.ſi furioſus: de homicid. Sotum libr.5. de Iuſtitia,& iure,quęſt.1.Nauar.capit.27.à nume.219. Maiolum lib. 5. capit.48.§ 3. Epiſcopum Scalenſem,de irregular.capitul.9.

§. 5. DE OPEM PRAEſtantibus, vel auxilium ad mortem,&c.

272 *Circunſtantia cõfitẽdę.* QVemadmodum, ſupra in 1. par. in materia de Confeſſione, diximus circunſtantiam illam (quibus auxilij) eſſe cõfitẽdam: ſic in præſentiarum ille irregularis iudicabitur, cuius auxilio homicidiũ perpetratum fuerit, vel mutilatio. Communis.

273 *De ſociãte aliũ.* PArticulariter verò Quæritur.V. Ille qui aſſociat alium euntem occidendum, vel mutilandum alium fiat irregularis? Ad quam quæſtionem (colligendo veritatem ex multis auctorum modis) ſequentibus aſſertionibus reſpõdemus.Prima, qui alium aſſociat armatus,vel inermis,vt illi auxilium ſit,& defendat; abſque dubio homicidio ſequuto, irregularis erit; etiam ſi nihil ipſe commiſerit.text.in capitul.Sicut dignũ. §.Illi etiam.de Homic.Specu.tit.de Diſpenſat.§.Iuxta.verſi.Defenſione.

De aſſiſtentib. homi. et cæt. Secunda Concluſio.Qui non aſſociauit,ſed tantum aſtitit homicidæ paratus defendere, ſi opus eſſet : homicidio ſequuto,irregularis erit: etiam ſi talis aſſiſtens diſſuaſerit homicidiũ. Secus ſi talis aſſocians, vel aſſiſtens præſens homicidio, non vt defenſor, vel fautor; ſed vt ſpectator; quia tunc non fit irregularis, tex.in capitul.fi.23.quęſt.8.Et ita eſt intelligendus tex. in capitul. Sicut dignũ. §. Clerico. de Homic. Hoſt. in d.§. illi. quem refert,& ſequitur Spec.ſup.§. Iuxta.verſi.Quid ſi aliquis vadit. Tab.Irregul.2.num.20.Armil. Irregul. nume. 34. Epiſcopus Scalenſ. capitul.9. verſi. Socius.

Sed

274 *De publica perſona aſſiſtentia.*

SEd quid ſi talis aſſiſtens non erat particularis, ſed publica perſona, ut Dominus, uel Gubernator alicuius loci, qui tale homicidium in ſua præſentia factũ impedire potuit, & non impediuit? Reſ. in hoc caſu, per ſolam illam præſentiã, eſſe irregularem. tex. in d.c.fin.23.q.3. Maiol.ſup. §.3.nume.1. S.Anton.3.par. tit.28.cap.2.Nauar.cap.27.nume.231. Quamuis Silu. Homic.3.q.2.verſi.Tertium.abſolutè, cum Archid. & Homic. 2.q.5.contrarium dicat, & alij quos reprobat Nauar.

275 *De Prælatis habētibus utranq; iuriſdictionē.*

VNde infertur ad quæſtionem. V. Prælatus (Papa excepto) habens in Diœceſi ſua utrunque gladium, id eſt, iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem, qui aſſiſtit executioni Homicidij, uel mutilationi factæ per ſuos Iudices ſæculares, fiat irregularis? Reſp. Affirmatiuè, ſi aſſiſtit auctoritatẽ præſtando Iudici, uel miniſtris; etiamſi nec uerbo, uel ſcripto tali conſentiat executioni. tex. eſt in c. Ex literis. vbi Abb. de Exceſ. præla. Tab. Irreg. 2. num. 5. Armil. eod. num. 20. Raym. Hoſt. Innocen. & alij, quos refert, & ſequitur Summ. Confeſſ. lib. 2. tit. 1. q. 53. Glo. pulchra. verb. Sanguinis, per tex. ibi. in c. Sententiam. de Cleric. uel Monac. Nauar. cap. 25. num. 11. Maiol. lib. 2. c. 6. num. 12. & 13. & lib. 5 c. 48. §. 3. Nicol. Ploue. de Irregul. reg. 20.

276 *De clericis aſſiſtētibus ſuſpēdēdo, uel decapitando.*

ITem infertur. V. Clerici hominibus decapitandis, comburendis, furca ſuſpendendis, uel mutilandis aſſiſtentes, abſque ullo alio fauore conſilio & c. Sed ſola aſſiſtentia, ſint Irregulares? Reſp. Quod quamuis quidam antiqui uoluerint tales eſſe Irregulares, per ſolam aſſiſtentiam; Contrarium eſt uerius, & tenendum; ſcilicet tales peccare grauiter facientes contra tex. in cap. Sententiam ſanguinis. de Exceſ. Prælato. niſi iuſta cauſa Confeſſionis, conſolationis, vel Charitatis excuſet; non autem effici Irregulares, etiam ſi ex ſola curioſitate aſſiſtant. ita tenet Ino. in Gl. capitul. Sententiam. Ne Cler. vel Monac. Nicol. Ploue. reg. 6. Raym. & alij, quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ. libr. 2. titul. 1. q. 22. Aſtenſ. & alij, quos refert, & ſequitur Silu. Homicidium. 3. quæſt. 4. verſi. Tertium. Armil. Irregul. nu. 20. Maiol. libr. 2. cap. 6. num. 12. & 13. Nauar. cap. 27. nu. 214. vbi dicit communem. text. cap. Qui malos. 23. quæſt. 5. S. Thom. 21. q. 60. arti. 6. pulchrè Sum. Confeſſ. ſupra quæſt. 32. & dicit communiorem Epiſc. Scalenſ. capitul. 9.

277 *Aſſiſtere quid dicatur. &c.*

QVæritur, quid dicatur in hac q. aſſiſtere ob curioſitatem? Reſpond. Quod quamuis non clare explicetur a Doctoribus; non iudicarem curioſitatem eſſe, ſi quis tantum animo videndi furem, vel cognoſcendum decapitandum, aſſiſtit, vel qui, vt audiat (ſi Lutheranus, vel alius hæreticus comburatur) errores ſuos ad cauendum; vel gratia lucrandi indulgentias. Illum autem indicarem curioſum, qui tantum adeſſet, vt aliquam pulchram mulierem occidendam videret, vel vt verba aliqua ab executoribus iocosè ſolita dici, audiret.

278 *De portãtibus ligna ad cōburendum Hæreticū.*

ET quia de Hæretico comburendo mentionẽ fecimus, quæritur, vtrum portantes, & miniſtrantes ligna, vt talis comburatur, abſque vllo vindictæ, vel malo animo, ſed tantum ob zelum Fidei; ſint Irregulares? Reſp. Quòd quamuis aliqui abſolutè dicant, quod ſic, vt Nicol. Ploue. De Irregul. Regul. 15. & alij: Intelligendum tamen eſt cum diſtinctione; quod vel ille erat viuus; vel iam eſt ſtrangulatus; & mortuus, In primo caſu, quo erat viuus; Quicunque miniſtrauerit ignem, ligna, funem, ſcalam, clauum, gladium, vel quid ſimile: Irregularis efficietur: Spec. tit. de Diſpenſ. §. Iuxta. verſi. quid de iis, qui propter. S. Ant. 3. par. titu. 29. capitul. 2. §. 4. Tab. Irreg. 4. num. 23. Raym. & alij quos refert, & ſequitur Sum. Confeſſ. lib. 2. tit. 1. quæſt. 24. Silu. Homicid. 3. par. 7. verſic. decimum, & Arm. Irregul. num. 61. Nauar. cap. 27. nu. 217. dicens communem. In ſecundo autem caſu, quando iam erat mortuus, ſupradicta miniſtrans nullam incurrit irregularitatem, ſecundum Doctores, ſup. Nec ſilentio prætermittam D. Simonis Maioli in hac materia cautelam, qui ſup. num. 5. ſic ait: Propterea ij viri

279 *Nota cautelã iuuantibus occidēdū.*

qui, vt S. Anton. & Alberic. ſupra, & alij, abſolutè dixerunt: Quòd quiſquis non defenderit proximum à morte, vel mutilatione, cum poſſit, nullam incurrit irregularitatem, quia tantum fuit peccatum omiſſionis, Sed hæc ſententia ſic generaliter dicta, nimis laxas habet habenas; ideoq; ne anſam alicui tribuat peccādi, erit aliquibus excēplis infra declarāda.

284 *De peccantib' contra charitatem.*

ALij tenuerunt eos, qui in talem culpam omiſſionis inciderunt (quia peccarunt mortal. vt qui tacuit, vt in ca. Epheſijs. 43. diſt. & Iudices non reſiſtentes morti Chriſti. de quo text. cap. Non inferenda. 23. q. 3. & alius quilibet, qui ſine periculo ſuo poteſt, & non facit, peccat mortal. Aſten. lib. 6. & titu. 14. quem refert, & ſequitur Sylue. homic. 3. q. 5. vel ſic. Quintum Armil. homic. num. 6.) eſſe irregulares. Specul. tit. de Diſpenſatione. §. Iuxta. verſi. Quid ſi potui. Ang. homic. 1. nu. 17. Sylue. ſup. Quæ opinio nimis eſt rigoroſa; ideo pro ſupradictorum diſtinctione, & declaratione.

285 *De peccantib' contra Iuſtitiā*

PRima ſit Concluſio: Omnis ille, qui lege Iuſtitię, quia dominus, Cōſul, Iudex, Miniſter Iuſtitię (Hiſpane: Alguazil, Italicè, Bartigelo) Dux, & alij ſimiles, tenetur alium defendere, & non defendit, ſequuta morte, vel mutilatione, erit irregularis, quia peccauit contra Iuſtitiam: & in hoc caſu procedit opinio ſecunda ſupradicta. Ita declarat, & tenet Nico. Ploue. de irregular. reg. 20. & S. Tho. 2. 2. q. 60. art. 6. & Raym. Hoſt. & alij, quos refert, & ſequitur Summa Cōfeſſ. lib. 2. tit. 1. quæſt 32. verſi. Quidam tamen. Ang. Sylue. & ſpec. ſup. & tenet Marian. Soc. in Repetit. capitul. Ad audientiam. quæſt. 7. in princ. quæſt. 95. vbi multa allegat quem refert Tiraq. in tract. de pœnit. remit. cauſa 44. verſi. Nono. & declarat optimè Nauar. in Man. capitul. 27. num. 231. verſi. Decimonono & capitul. 24. num. 56. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 5. num. 2.

286 *Contra charit. nō ſiunt irregulares.*

SEcunda Concluſio. Omnis particularis perſona, quæ tantum Charitatis lege tenetur alium defendere; ſi propter negligentiam, ſoccordiam, ignauiā, vel perplexitatem, aut quia non vult (ſecundum Matth. 18.) miſereri conſerui ſui, non defenderit proximum patientem; etiam ſi mutilatio, vel mors ſequatur; non erit irregularis; quamuis mortaliter peccabit contra legem Charitatis, ſecundum Omnes. ſupra. Et ſic in hoc caſu, procedit, & eſt intelligenda prima opinio. S. Anton. & aliorum. Quod procedit etiam ſi ob bonum, vel malum finem, interius gauderet de tali morte, vel mutilatione. Ratio eſt, quia talis nullo verbo, auxilio, facto, vel modo ad homicidium concurrit; ſicut neceſſe eſt ad incurrendam irregularitatem; Nam ſolo iure naturali, & diuino tenetur quis aliū dafendere; non tamen iure Canonico, aut Ciuili, vt ex communi ſententia probat Decius. in l. Culpa caret. ff. de Regul. iuris quem refert, & ſequitur Maiol. ſupra. nu. 2. *Quo iure ſit proxim' defendendus.*

288 *Duobus caſib. incurrit contra charitatem.*

QVæ Concluſio fallit duobus caſibus, primo, ſi non defendens, & interius gaudens, tale gaudium ſignis oſtenderet exterioribus ridendo, manibus plaudendo, &c. Quia tunc fieret irregularis, nam ob id homicida ſenſiſſet ſibi fauorabilem eſſe præſentem; vnde audacius deliquiſſet. Secūdo Fallit, quādo doloſè noluiſſet adiuuare, vt occideretur; nam tali caſu videretur irregularis, ſicut incurrit excommunicationē in capitul. Quantæ de ſenten. excomm. Et talis dolus ſufficeret, ſi probaretur ex coniecturis. Abb. in d. capit. quantæ. vbi hoc apertiſſimè dicit.

289 *Qualiter filij, vaſalli, ſerui, &c.*

EX quibus concluſionibus, & regulis ſic declaratis, poteris decidere qualiter filius, vaſallus, ſeruus, & omnes illi, qui iuramento aliquo, vel obligatione tenentur, fiant irregulares omittendo defenſionem illis caſibus, quibus poſſunt, & licet.

§. 7. DE RATVM Habente, & acceptante homicidium.

290 *Ratum haberi aliquid quō poſſit*

DE hac materia ratihabitionis acturi, duo principalia aſſertā præmittamus neceſſe eſt: Primum eſt, Quod ratum fieri, haberiuè aliquid

quid in alterius damnum non poteſt: eſt communis opinio, quam refert; & ſequitur Dec. conſil. 247. nume. 5. Curt. Iun. conſi. 76. nume. 6. Emanuel Soarez. in Theſauro. litera R. num. 12. & alij. Secundum: quòd nec illud, quod tuo nomine geſtum eſt, ratum eo tempore habere poteris, quo amplius geri ipſum non poterat. Communis opinio quam refert, & ſequitur Ant. Gomez. in lib. 45. Vari. nu. 53. Soarez. ſupra. nu. 12.

291 *De approbãte homicidiũ mente tantũ*

EX quibus fundamentis infertur ad quæſtionem nimis dubiam. V. Ille, qui mente tantum approbat homicidiũ ſuo nomine factum, illo tamen omnino ignorante, ſit irregularis? Reſpond. In hac queſtione duas eſſe contrarias opiniones. Sylu. enim. verbo: Homic. 1. §. 7. verſi. quintum, & de ratificante ſuam rebaptizationem. idem dicit; verbo. irregularitas. §. 4. Nauar. capitul. 27. num, 233. Maiolus. lib. 5. cap. 48. §. 6. num. 1. & alij dicunt quod ſic.

292 *Reſtitutio ex ratihabitione.*

QVæ opinio confirmatur primo. Quia per ſolam ratihabitionem tenetur quis ad reſtitutionem: vt tradit Nauar. cap. 17. numero 133.

293 *De ratã habente percuſſionẽ clerici, &c.*

SEcundo. Quia ſi quis nomine tuo clericum aliquem, vel religioſum percuſſerit, vel manus tantum violentas in eum iniecerit & poſtea ratum habueris, eo ipſo excommunicatus exiſtis, ſicut is, qui percuſſit. text. in capitul. Cum quis. De ſenten. excommu. lib. 6. Sed in hoc differt excommunicatio ab irregularitate, quod ad incurrendam irregularitatem ſufficit actus interior cordis, Ad incurrendam vero excommunicationem requiritur ſignum aliquod exterius talis ratihabitionis. Armill. verbo: Ratihabitio. num. 6. Sylu. ſupra.

294 *De eodem.*

TErtio, confirmatur ex dicto Spec. in capi. Quinque. de ſent. excommu. lib. 6. in hæc verba: Si quis tuo nomine grauamen intulerit rebus, vel negotijs iudicis eccleſiaſticis: ſi id tu ratum habueris excommunicationem incurris.

295 *De offenſione facta Cardinali, &c.*

QVarto, Ex text. in capit. Felicis de pœnis. lib. 6. Vbi offenſiones factæ in perſonis Cardinalium ſi quis ratas habeat, ipſe & proles, vſque in ſecundam generationem excluditur ab Ordinibus, beneficijs, & dignitatibus, ac per omnes ij irregulares exiſtunt.

296 *De offenſione facta Epiſcopo.*

QVinto, confirmatur ex text. in Clemen. 1. de pœnis, vbi ſi quis offenſionem Epiſcopo factam, ratam habuerit, ipſe, ac proles vſque in ſecundam generationem irregulares fiunt, ne promoueri, aut promoti exercere poſſint, & de hoc etiam Hoſtien. quem refert, & ſequitur Tab. & Aſtenſ. lib. 6. tit. 14.

297 *Infamia & Scandalũ qñ īducit irregularitatem.*

QVæ opinio, maximè tunc procedet, quando ex tali ratihabitione ſcandalũ graue apud viros graues orietur. Quia ſcandalum ſolum, infamiaque ipſa irregularitatẽ inducit, vt tradit Spec. tit. de diſpenſat. §. Iuxta. verſic. Sed quid ſi agent, & alij, quos refert, & ſequitur Maiol. d. capitul. 48. § 6. num. 4. pro quibus facit tex. in argum. in cap. Ex literis. de Homic. & c. tua. de Cleric. ægrot.

298 *Ratihabitio ſcãdaloſa.*

SCandaloſa verò in hac materia ratihabitio diceretur turpis, & omnibus odioſa; quando. ſ. allato capite, membro, vel ſpolio alio inimici occiſi ad te, tua contemplatione, tu ſuſcipias. Et longe erit ſcandaloſius ſi præmium dederis afferenti tale membrum, vel afferenti nuntium mortis, iuxta. capitul. 18. Regum. 2. etiam ſi de homicidio, & de præmio nihil dixeris.

299 *Ratihabitio ꝑcuſſionis Clerici quid inducat.*

SVpradictis tamen non obſtantibus, quia dicta opinio multis doctoribus abſolute non placet, vt ſentit Specu. ſupra. Abb. & Gloſſ. in cap. 1. de Cõuer. Infid. Gloſſ. in cap. Si qua viuente. 31. q. 1. Gloſſ. in cap. Si quis viduam. 50. diſt. Tabien. verb. Irregularitas. 2. nu. 7. probabilius eſt, & tutum in conſcientia, quod quamuis ratihabitio percuſſionis Clerici inducat excommunicationem; quia ea complacentia eſt ſacrilegia. capit. Cum quis. de ſenten. excommuni. lib. 6. Nauar. capitul. 27. num. 78. non tamen inducit irregularitatem, quæ in iure talis dicitur, vt tenet Hoſt. Archid. Ange. & alij quos refert Sylue. ſup. in verſi. Quintum. Armil. irregularitas. nu. 22. Specul. ſupra. tradit latè Couar. in Clem. Si furioſus. 2. par. §. 1. num. 4. Nicol. Plou. de irregularit. Reg. 29.

Ad Con-

AD Contraria autem eſt Reſp. Primo. Quod procedant, quãdo mutilatio, vel homicidium factum fuit nomine illius quid poſtea ratum habuit, quia tunc præſumitur mandaſſe, omnes ſupra.

Ex vi ratihabitionis an ſit reſtituẽdũ

300 SEcundo, Reſp. Quod quamuis in foro exteriori obligetur quis ad reſtitutionem, propter ratihabitionem, quia præſumitur mãdans, vt ait Nauar. Ang. Sylu. ſupra & latè Anto. Gab. to. 1. Commun. opinion. pag. 628. verb. Facere, & mãdare, & melius pag. 941. col. 2. verb. Ratificans. Placa lib. 1. Delictorum. ca. 18. In foro tamen conſcientiæ nihil tenetur reſtituere ex vi ratihabitionis. Ratio eſt: quia ratihabitio ſubſequuta, nihil influxit in damnum prius illatum.

Duo requiſita in ratihabitione.

301 TErtio, Reſp. Reſolutiue, quod ad hoc vt irregularitas ratum habenti imputetur; oportet vt duo concurrant. Primum, quod homicidiũ nomine meo ſit factum. Secundum quod factum ſit ab illo, cui ante præcipere poteram. Quę ratihabitio, his duobus concurrentibus, mandato comparatur. text. in capitul. Ratihabitionem. Iuncto. capitul. Ratũ. de regu. iur. lib. 6. & capitul. Cum quis. de ſent. excom. eod. lib. Facit gl. in cap. Omnes. 17. q. 4. & aliàs non: vt reſoluit Nauar. d. num. 233. Armil. d. nume. 24. & in hoc inclinat Maiol. ſup. & eſt communis opinio, quam ex Aret. Cõſi. 163. nu. 5. refert, & ſequitur Emanuel Soarez. ſupra nume. 13. Theſauro litera. R.

De occultantibus, uel acceptãtibus homicidã.

302 QVæritur. V. Occultas, & receptans, vel defendens homicidas incurrat irregularitatẽ hãc ratihabitionis? Reſp. Diſtinguendo, quod homicidæ duobus modis conſiderantur, Quidam enim ſunt homicidæ, qui in rixa, odio, vel alio caſu proximum interfecerunt. Et tales homicidas defendens, occultans, vel receptans conſanguinitate, amicitia, vel charitate, ne ab alijs occidantur, vel à miniſtris Iuſtitiæ capiantur, nullam incurrit irregularitatem. Alij ſunt homicidæ, quos Latini, & Itali Aſſaſſinos (Hiſpani. Salteadores de Caminos) vocant, & tales etiam ſi nullum occiderint, quocunque colore, etiam charitatis acceptãtes, occultantes, vel defendentes, incurrunt irregularitatem. vt ex tex. in capit. Pro humani. de homic. lib. 6. & Spec. tit. de diſpenſat. §. Iuxta. verſi. duodecimo, tradit Maiol. ſupra. num. 7. Ratio, quia Aſſaſſini ſunt diffidati, ideo illis omnis pietas interdicta. Et de his ſatis.

De Aſſaſſinis.

DE QVINTA SPECIE Irregularitatis, quàm ex defectu, vel ob defectum perfectę lenitatis, appellant.

303 NE per ignota procedamus, vt aliqui hanc irregularitatem ſcribẽtes, nec cauſam declarantes fecerunt? Quæritur. Quid ſignificent hæc verba: ob defectum perfectę lenitatis? Reſpon. Quòd cum omnes teneamur Chriſtum imitari., vt Paul. 1. Corint. 4. faciebat. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti, Qui Matth. 11. dicebat: Diſcite à me, quia mitis ſum, &c. Quotienſcunque quis perfectè lenis non fuerit & mitis, dicitur hanc irregularitatem contrahere Noxius, & crudelis ille dicitur, qui proximum ob vindictam, vel quocunque alio culpabilis modo occiderit, vel mandauerit &c. vt ſupradictum eſt, Qui autem in morte alicuius conſentit, Iudicando, ſcribendo teſtificando, &c. etiam iuſtè, & cum merito zelo Dei; & Iuſtitiæ; Ille dicitur perfectam non habere lenitatem, miſericordiam, & manſuetudinem, quo ad hunc ſenſum, quod promoueri ad Sacros Ordines nequeat.

Defect. pfectę lenitatis quid.

304 ET quia ſupra multos caſus huc pertinentes tetigimus, ſcilicet. De Inquiſitore tradẽte reum brachio ſæculari. De Iudice, Domino, Prælato, & alijs perſonis publicis, non defendentibus; ligna, & alia ad Hæreticum comburendum portantibus. De aſſiſtẽtibus. iudicio ſanguinis, &c. pro alijs ſimilibus caſibus poteris conſulere Nauarrum. c. 27. num. 206. Sylue. Armil. & alios. maximè Epiſcopum Scalenſem. de irreg. capitul. 9. ſpecie. 2.

De caſibꝰ ĩ qbꝰ dat defectus pfectę lenitatis.

De

305 DE irregularitate, quæ contrahitur recipiendo Ordines ante legitimã ætatem, Extra tempora vel ſine dimiſſo rijs, habes ſupra. in t.par. de Sacram. Ordinis.num.37.Vbi laiè.Et de exercen te illos in excommunicatione, vel ſuſpenſ.ſupra.de excommu.nume.33.34. & 35.

306 DE ordinato à non ſuo Epiſcopo, vide ibid.num.38.

307 DE ordinato cum titulo ficto, An ſit ſuſpenſus,vel irregularis &c.vide ſup.in 2.parte de ſuſpenſ. vbi latiſſime, & melius omnibus.

308 DE Vltramontanis, vel Citramontanis ordinatis a non ſuo Epiſcopo, diximus. ſup. de Sacramento Ordinis. nume.38.

309 ET reſolutiuè in quibus caſibus(communiter loquendo) incurratur irregularitas,vide quinquaginta , vnam regulas poſitas a Nicolao Ploue.& caſus, quos ponunt Summiſtæ. maximè Armil.nu.85.& Nauar.ca.27.

DE ABSOLVTIONE A peccato homicidij, & diſpenſatione in eius irregularitate.

310 *In homicidio duo inueniuntur &c.* QVæritur. Quis poſſit homicidiam abſoluere, & ſuper eius irregularitate diſpenſare? Reſp. In homicidio duo inueniri,peccatum,ſcilicet, & pœnam irregularitatis, inde ſequutam. *Homicidij peccatũ a quo abſoluatur.* De primo, ſ.de homicidij peccato, talis ſit cõcluſio quilibet Parochus, vel alius ſacerdos ad audiendas confeſſiones approbatus, poteſt (niſi Epiſcopus ſibi reſeruauerit, vt ſemper ſolet) à peccato homicidij,etiam voluntarij, abſoluere. Patet hoc de iure Diuino; Quorum remiſeritis peccata &c. vt ſupra diximus. Secundo, quia quilibet Sacerdos, iure Diuino, habet auctoritatem ab omnibus abſoluendi; niſi talis auctoritas ſibi a Prælato impediatur.vt ſup. de abſolutione diximus. *De peccatis Papę reſeruatis.* Tertio, quia quemadmodum ibidem diximus,ab omnibus Papę reſeruatis,ſublata cenſura annexa, poterit ſacerdos quilibet abſoluere ita hic, ab omni homicidio ſublata Epiſcopi reſeruatione, vide de hoc text.in capitul. Omnis.de pœnit.& remiſ.& omnes cõmuniter.verbo:Abſolutio.

311 DE Secundo autem.ſ.de diſpenſatione in homicidij irregularitate; pauca dicemus quibus omnem rem neceſſariam tangemus; vt tandem vniuerſo operi finem imponamus Irregularitatum.

Oẽs irregularitates diſpẽſabiles, &c. Primo, De hac,& de omnibus alijs irregularitatibus Nota; quod quacunque quis ſit cenſura innodatus, atque irregularitate inuolutus, poterit (vt infra dicemus) remedium à Sancta, ac Pia Matre Eccleſia expectare,ſalua vna irregularitatis ſpecie, quæ omnino indiſpenſabilis eſt:illa ſcilicet quæ ſurgit ex impoſſibilitate, vt in Cęco, Muto, Surdo, manibus carente &c. in quibus non eſt ſperanda Eccleſiaſtica medela. vt ait S. Thom.3. par.3.q.82. art.vlt.ad 3.& in 4.ſent.diſt.25.q.2.in fi.quem refert, & ſequitur Maio.lib.5.cap.51.nu.1.

DE DISPENSATIONIbus Papæ reſeruatis.

312 *V. Papa poſſit in homicidio uolũtario diſpenſare* DVbiũ principale in hac materia erat, V. Papa poſſit cum homicida diſpenſare voluntario, quia videtur contra Apoſtolum? Tamen quia idem iudicium eſt,ac de Bigamia (vt ſupra de Bigamia declarauimus) Reſolutiue dicendum Papam in hac homicidij voluntarij irregularitate, ſicut in omnibus alijs, diſpenſare poſſe. Spec. titu.de Diſpenſatione.§.iuxta.verſ.Papa autem in omnibus.gl. in cap.1. de conſec. diſt.1. Sylueſt.Homicidium.3. quæſt.8. verſi. Secundum. Glo.in capit. Sicut dignum. de homicid. vbi Abb. & eſt Communis opinio per Syluest. ſupra. Ancharan. in Clement. 1.de homic. vbi Cardina. col. 6. Abb. in cap. Ego. de iure iur. & omnes.verbo.Papa.Turre Crem. Aug. de Anchona.Victoria. & alij.in tractatu de poteſtate Papę.Nau.c.27.nu.240.

Quod

313 *Vox irrecuperabiliter &c.* QVod in tantum procedit; quòd etiã ſi in aliquo Concilio, Decreto, vel ſedis Apoſtolicæ deciſione inueniretur verbum: irrecuperabiliter? Nihilominus tamen Papa diſpenſare poterit, ſecundum communem, quam refert, & ſequitur Abb. in c. Super eo. de Schiſm. Borgaſ. de Dipenſatione. 2. p. tit. De different. num. 13. Ratio eſt, quia Papa plenariam habet poteſtatem ſuper omne ius poſitiuum. tex. in cap. Propoſuit. de Conceſ. Præb. Spec. ſupra. Sylue. verbo. Irregul. verſi. ſi. Et nota quod quamuis Papa in omnibus diſpenſare poſſit, aliquæ tamen certæ irregularitates ſibi reſeruantur, quæ Epiſcopis non conceduntur: nam irregularitates Illegitimitatis, Bigamiæ, publicæ, vel ſolemnis pœnitentiæ, infamiæ, Illiteraturæ, ætatis, Neophitorum, & aliarum ſimilium Papæ ſoli reſeruantur, vt ſupra in diuerſis locis patet, & eſt Gl. in cap. Miror. 50. diſt. & ita ſeruatur in Curia, ſecundum Arch. in capit. Non confidat. 50. diſt. vbi bonus tex. & alius in cap. Cum æterni. de Iudicijs in 6. vide. Tabien. Diſpenſatio. nume. 13. verſic. 17. Maiol. li. 5. cap. 51. num. 3.

Papa ſupra omne ius Canon.

DE DISPENSATIONIbus Epiſcopo reſeruatis.

314 QVemadmodum Papa in omnibus irregularitatibus quomodolibet incurſis poteſt diſpenſare; ſic Epiſcopus poteſt primo in omnibus irregularitatibus, ex delictò occulto prouenientibus (excepto homicidio volũtario etiã occultiſſimo.) dummodo talia delicta non ſint deducta in iudicium: per Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 6. & Seſſ. 14. cap. 7. de refor. & tradſit omnes illi, qui poſt dictum Cõc. ſcripſere. Nau. Maiol. Epiſc. Scal. Ledeſ. & tandem Cordu. in ſum. q. 41. fol. 97. & 99. quod fallit hodie in caſibus contẽtis in bullam Sixti V. de quibus infra.

315 *Occultũ quid.* OCcultum autẽ, (ut ſupra diximus) in hac materia, illud eſt, de iure communi, quod opponitur notorio, & manifeſto, adeo quod delicta non notoria, nec in iudicium deducta, etiam ſi ſint nota multis poſſunt dici occulta, ut tradit apertè Sylu. verb. Lex. q. 13. verſi. Decimotertio in fin. quem refert, & ſequitur Maiol. lib. 5. cap. 51. num 4. probat Nauar. cap. 27. num. 241. §. 1. & melius. num. 250. §. 10. & 11. vbi ait non ſufficere, ut actus ſit publicus, niſi ſit notorius per maiorem partem viciniæ, in qua ſaltem reperiuntur decem viri.

SEcundo, Epiſcopi abſolute diſpenſare poſſunt in omnibus illis caſibus in quibus expreſsè diſpenſatio non eſt illis prohibita ut probat Gloſſ. in cap. At ſi clerici §. De adulterijs. uerbo; Diſpenſare. de Iudic. Hug. in capit. Si quis presbyter. 50. diſtin. Io. Laurem. Tancred. Bern. & Spec. in titul. de Diſpẽſat §. iuxta. verſicul. Nunc de Epiſcoporum. Archid. in capit. De promiſſis. 50. diſtin. Hoſti. & alij, quos refert, & ſequitur. Nicol. Ploue. de Irregul. ad finem. uerſicul. Circa diſpenſationem. & Sum. Confeſ. lib. 3. tit. 19. de lapſis. cap. 4. qui dicunt hanc eſſe Communiorem. Ange. Sylue. Armil. & alij; verbo. Irregularitas. & verbo: Epiſcopus, & Diſpenſat. Nauarr. capit. 25. nume. 74. Maiol. lib. 5. capit. 51. nume. 4. Quamuis contrarium tenuerint alij, quos refert, & reprobat Plou. et Sum. Confeſ. ſupra qui dicebant Epiſcopum tantum poſſe diſpenſare in omnibus ijs caſibus, qui expreſſe ſibi à iure conceduntur, inter quos erat Io. de Deo. Gulie. Nazon. Inno. & Gõffredus. 316 *Epiſcopi diſpẽſat i omnibus nõ prohibitis.*

TErtio. Epiſcopis conceditur diſpenſatio ſuper quacunq; irregularitate, quoad ſolos minores ordines obtinendos: iuxta notata per Doct. in ca. Ad audientiam de Homic. excepto cũ homicida voluntario, etiam occulto, per Cõc. Trid. ſeſſ. 14. ca. 7. de refor. & tradit Nauar. infra. Nã, etſi cuiuslibet ordinis executio indebita propter ſuſpenſionem, vel excommunicationem inducat irregularitatem per ſolum Papam diſpenſandam; tamen ſi fuerit ex adminiſtratione indebita Ordinum minorum, ab Epiſcopo diſpenſari poſſet. ſecundum 317 *Diſpenſat quoad minores ordines.*

Spec.tit.de Diſpenſatione. Iuxta. verſi, Quid ſi diaconus. quem refert, & ſequitur Maiol.lib.5.c.51.nu.4. Nauar. c.27. nu.240.in fin.

318 *Epiſc. diſpenſat ĩ homic. caſuali*

QVarto, Poterit Epiſcopus diſpẽſare in homicidio caſuali, ut patet clare in Concil. Trid. ſeſſ.14. cap. 7. & tradit optime Nauar.c.27.nu.240. Epiſc. Scadeni.de irregul.in fine. Maiol.& alij.

319 *V. Diſpẽſet in homicidio facto in defenſionem.*

QVæritur. Quid ſi aliquis alium occidit, nõ quidem ſimpliciter uolũtarie, ſed vim vi repellendo, excedẽs moderamen inculpate tutelæ, uel caſu aliquo culpabili; Vtrum Epiſcopus poſſit cum tali diſpenſare? Reſp. Quod aut talis eſt Laicus, vel Clericus; Si laicus eſt poterit cũ tali diſpẽſare ad minores Ordines, & vnũ beneficium ſimplex. Si autem clericus eſt, & Curatum habet, poterit diſpenſare ut retineat Curatũ cũ fructibus, quo priuari poterat. Ita ſentit Nauar.c.26.num.240. tenet Couar. Clem. Si furioſus. 2.par. §.3.nu.5. cùm Panor. Soc.& alijs.

320 *Homicidiũ quñ dicatur voluntarium.*

FAcit etiam, Quia homicidiũ voluntariũ in iure nõ dicitur, niſi directe ſit volitũ, & de induſtria, vt ex ipſius voce, voluntariũ, patet. & tradit Nauar. ſup. ex Concil. Trid. Seſſ.14.c.7.de refor. & facit lectura Didaci Perez. in rubr. tit. 13. de Homicidio. lib.8. Ordinamenti. pag. 256. Anton. Gab. to.1. communiũ opin. pag.895.col.1. Couar. li.2. Variarũ ca.2. nu.7. Cord. in Quæſtionario. q.43. dub. 3. Minchac. libr. Controuerſiarum illuſtrium. c.19.nu.22.

321 QVibus non obſtantibus, valde probabilem, & in praxi tutã arbitrantur aliqui Moderniores contrariam ſententiam, Immò ꝙ Epiſcopus diſpenſare poſſit in dicto homicidio, & quocunque alio non ſimpliciter voluntario. Probatur, quia Concil. Trid. Seſſ 24.c.6. generaliter cõcedit Epiſcopo omnem irregularitatem, quæ procedit ex delicto, dicens: excepto homicidio volũtario, ſed hęc ita ſe habent, ergo? Probatur minor quia qui caſu occidit, non ob aliud fit irregularis, niſi propter culpam. Si. n. prorſus excuſaretur à culpa, eſſetque mere caſuale: nullam incurret irregularitatem: Confirmatur Primo. Quia Conc. Trid. ſupra, tantum excipit homicidium voluntarium; exceptio autem firmat regulam, ergo concedit circa reliqua homicidia ex culpa. confirmatur Secundo, In eo qui caſu occidit non eſt defectus perfectæ lenitatis, neq; dicitur crudelis) quia uoluntariè nolebat occidere; At Iudex, qui iuſtè occidit, habet defectũ perfectæ lenitatis, quia volũtariè, & directè vult occidere: vt tenet expreſsè Didacus Perez. ſup. & colligitur ex Nauar. c. 27. num.194.§.7.& num.217.in fin.

322 *Exceptio firmat regulam.*

323 *V. Qui caſu occidit habeat defectũ pfectę lenitatis.*

324 *Epiſcop' qd olim cum homicida uolũtario.*

TErtio, Quòd ante Conc. Triden. Epiſcopus diſpenſabat cum homicida voluntario occulto, vt miniſtraret in Ordinibus ſuſceptis, etiam ſacris. vt tenet Archi. Federicus, Anch. & Angelus, quos refert Syl. uerb. Homicidium 3.q.8. uerſi. Quarto. inſinuat Panor. cũ quibus tranſit Couar. ſupra. num. 4. col. 1. & 4. inſinuat. nu. 5. ad fin. idem tenet Vincen. de Laud. ergo ſatis bene poteſt dici, poſſe Epiſcopum cum tali diſpenſare.

325 *V. Nunc poſſit in occultiſſimo.*

QVæritur Vtrum nunc, ſtante Sacro Trid. Concil. Seſſ.14.c.7.de refor. ſeſſ.24.c.6. poſſit Epiſcopus diſpenſare cum homicida omnino occulto, immo occultiſſimo, ut ſacris poſſit initiari Ordinibus? Reſp. Primo, Ante Concil. ſupra, Diuerſa erat inter Doctores ſententia. Vincentius enim. Laud. & alij, quos refer, & ſequitur Ange. verb. Homicid. 3. num. 5. & Alfonſus à Caſtro. lib.2. de Lege pœnali, & alij, quos refert Couar. in Cle. Si furioſus. 2. par. §.3. num.6. & Corduba. in Summa, quæſtione 41. & in Quæſtionario Theologico. q.35. affirmant. Faciunt fortiter multa tradita à ſumma Confeſſor. libro 3. titu.29. quæſtione 4.

Contrariam ſententiam tenet omnis, alia Doctorum Schola, vt ex d. Concil. probat. Nauarr. capitul. 27. nume.192. §.7. & nume. 240. & dicit communem, & veriorem Corduba. ſupra.

Secundo. Reſpon. tentari poſſe primã ſententiã (ſub Sanctæ Eccleſiæ correctione) practicari poſſe; ſi dicamus ꝙ Cõcilium nihil ſubtrahere voluit ex ijs

que

que Epiſcopus antea habebat, ſed tantum exprimere, ne in hac noua conceſſione extendatur ad homicidium ſibi nõ conceſſum, ſed tene communem.

DE DISPENSATIONE
Quo ad Fratres.

326 *Religionum ſuperiores quid poſſint circa irregularitates, &c.*

DE qua materia licèt pauca dicemus, ſubſtantialia tamen omnia his cõclusionib. declarare nõ omittemus.

Prima Concluſio. Superiores Religionum Mendicantium, & omnes alij ſuis priuilegijs fruentes poſſunt cum ſuis fratribus profeſſis, in omni irregularitate, excepto homicidio voluntario, & Bigamia diſpenſare. habetur in Compendio Priuileg. verbo. Abſolutio, quo ad Fratres. & verbo. Diſpenſatio; Indulgentia; Interdictum; & & Priuilegia; & tradit Corduba, in Quæſtionario, libro primo, queſtione 30.

327 *V. Poſsit cũ homicida non voluntario, &c.*

EX qua Cõcluſione Infertur ad Quæſtionem: ſcilicet, V. Prælatus Religionis poſſit diſpenſare cum Nouitio, vel profeſſo, qui alium occidit, non tamen directè voluntariè? Reſpon. Quod, quamuis Silue. verb. Irregularitas. §. 28. neget; & Villa diego, & alij, quos refert & ſequitur Couar. in Clement. Si furioſus. 1. parte §. 2. numero ſexto, in fine, dicat: Irregularitatem profeſſione non tolli, niſi à iure concedatur; ſed fauore religionis facilius concedi: Alijs tamen videtur tutum, & in praxi ſeruandũ, quod ſi fuit occiſio iuſta, vt à Iudice, vel à Milite in bello iuſto, & ſimilibus, poſſit talis Religionis Prælatus diſpenſare, tenet Caiet. verb. Irregularitas. Nauar. in Manual. Hiſpano. capitul. 27. nu. 240. Cordu. in ſum. q. 34. Armil. verb. Irregularitas; num. 13. & Polanco in Directorio, titulo de irregularitate, & ſic fuit in facti contingentia reſolutum in Sacra pœnitentiaria Romæ.

328 RAtio eſt. Quia tale non dicitur abſoluiè homicidium, vt tradit S. Th. 1. 2. q. 88. ar. 6. ad 3. Caiet. Nauar. & alij, & Magiſter Penna. 2. 2. q. 40. art. 1.

NEc mirũ ſi in tali homicidio iuſto poſſit diſpenſare; cum etiam poſſit cum Religioſo caſuale homicidium ex aliqua culpa committenti diſpenſare, vt tenet Caiet. 2. 2. q. 65. artic. 3. ad 3, quem refert, & ſequitur Didacus Perez. in Rubrica de Homicidio. titu. 13 lib. 8. Ordinam. ſupra. ſecunda parte. §. in fin. Cordub. Summa. q. 34. S. Anton. lib. de Cenſuris, cap. 95. quam refert, & ſequitur Maiol. lib. 5. capitul. 51. num. 12. & tangit Nauar. cap. 26. nu. 13. 3 *V. Cũ homicida caſuali.*

QVando autem diſpenſatio Irregularitatis facienda ſit ratione Bullæ Iubilæi, vel alicuius Confraternitatis, vnuſquiſque viros conſulat doctos, atque prudentes, qui, quãdo caſus occurrerit, videbunt ad quid ſe talis Bulla, Iubileus, vel priuilegia extendant. 330 *Conſiliũ pro diſpẽſatione facienda per Bullã &c.*

QVapropter illud eſt Notandum, quod quotieſcunque apponitur in Bullis, Priuilegijs, Iubileis, & alijs Apoſtolicis conceſſionibus, quod per illas poſſit quis abſolui ab omnibus Cẽſuris, & pœnis, nunquam ſub tali generali conceſſione intelligitur diſpenſatio Irregularitatis; niſi talis Bulla id clarè exprimat, vt ex Domi. Alex. Villa Diego, & alijs, probat latè Nau. ca. 27. nu. 194. & 250. Ledeſ. 2. par. q. 26. arti. 2. ad fi. & colligitur ex Soto, lib. 5. de Iuſt. & iur. q. 1. ar. 4. & tenet Communis Canoniſtarũ. & generalis Curiæ Romanæ ſtylus. 331 *V. noĩe pœnarũ ueniat Irregularitas.*

IMmo, quod etiam ſi in tali Bulla, vel Iubileo concedatur facultas diſpenſandi in omni Irregularitate (vt Anno 1566. cõceſſit. S. D. Pius Papa V. his verbis, & a quibuſuis Irregularitatib. quomodolibet incurſis) non intelligitur cõceſſa Irregularitas homicidij volũtarij, & Bigamiæ; Quia in generali conceſſione non veniunt ea, quæ Papa ſibi ſolet tantum reſeruare, vt ſup. in prima parte, De Abſolutione ab Hæreſi, probauimus, & tenet ſtylus Curiæ Romanæ, & (me præſente in facti contingentia) fuit ſic a grauiſſimis Doctoribus determinatũ Salmanticæ quamuis alij Doct. contradicant. 332 *Sub generali diſpẽſatione nõ uenit irregularitas homicidij etc.*

ERit autem tempore talis generalis conceſſionis optima cautela, Si 333

Conſiliū pro tēpore Iubilei. vnuſquiſque fecerit ſe abſoluere, & diſpenſare ſecum in quacunque Irregularitate, etiam ſibi ignota, quia ſi tranſacto illo tempore Bullæ, vel Iubilæi, recordaretur alicuius irregularitatis; poterit a ſuo ordinario Confeſſore directè diſpenſari in illa. Nauarr. capit. 26. num. 16. Couar. in cap. Alma de Senten. Excom. in 6. 1. par. §. 11. num. 12. Cordub. lib 5. q. 39.

Finis de Irregularitate.

DE CESSATIONE a Diuinis reſolutio.

1 *Ceſſatio a Diuinis quid.* Ceſſatio a Diuinis eſt ſuſpenſio organorum Diuinæ laudis, in aliquem locum decreta ex cauſa ardua, donec ſatisfiat. cap. 1. Irrefragabilis. §. Cæterum, de Officio Ordin. cap. Dilectis, verſicul. verum, de Appellat. capitul. Non eſt vobis, de ſponſal. capitul. Si Canonici, cap. Quamuis, de Offic. Ordin. lib. 6. & vbique Communis, Sot. 4. diſt. 22. q. 3. arti. 2. nu. 1. Silu. & alij, verbo, Ceſſatio, & omnes.

2 *Ceſſatio quid cōprehendat?* Ceſſatio dicitur de Diuinis Officijs, & Miſſa. capitul. Presbyter. capit. Dolentes, de celebr. Miſſ. nec intelligitur de omnibus contentis in Miſſali, & Breuiario, ſed de ijs, quæ ſolemniter celebrantur. Margallus, de Horis Can. fol. 19. pag. 1. contra Silu. Interdictum. 5. quæſt. 3.

3 *V. ſit neceſſaria Abſolutio, &c.* Cum ceſſatio ſit tantum ad tempus, eo tranſacto non erit neceſſaria abſolutio poſt ſatisfactionem, quia cenſura poſita ad tempus expirat tranſacto tempore, ſine Iudicis relaxatione. capit. primo. verbo. Per menſem. de Sententia Excommunicat. 6. vbi Gloſſ. & in Clementin. prima, verbo. Donec; de Decim. Communis per Couar. ca. Alma. prima parte. §. vndecimo, num. 5. Nauar. capit. 27. num. 165. Idem de ſuſpenſione.

4 *Ceſſatio duplex.* Ceſſatio eſt duplex, generalis vt quando in vniuerſo Regno, Prouincia, vel Ciuitate Ceſſatur a Diuinis, facit capitul. Non eſt vobis. de ſponſ. Peruſin. in capitul. ſi Canonici, in principio ſuper Glo. verb. Ceſſare de Offic. Ordina. in ſexto. D. Anton. 3. parte, titu. 26. capit. 2. in princi. & §. 1. adeò, quod ſi in tota vna Ciuitate, vel municipio tantum ſit vna Eccleſia, dicetur generalis Ceſſatio. Cald. in tit. de Eccleſiaſt. interdict. num. 12. Alia dicetur ſpecialis, vt quando in vna Eccleſia tantum, vel in duabus Diuina interdicuntur. facit Clementina prima. verſic. in Ceſſationibus cū Gloſſa, ibi, verbo, in generalibus, de ſententia Excommuni. De qua diſtinctione vide Domini. Præpoſ. Franeum, & alios, in dicto capitulo, ſi Canonici. Silu. verb. Ceſſatio. num. 1. Nauarr. capit. 27. num. 188. & omnes moderni.

5 *Ceſſatio & interdictum olim confundebā tur.* Ceſſatio, & Interdictum olim confundebantur, probat tex. cap. Non eſt vobis. de Sponſal. vbi Abb. Innoc. num. 8. Sotus. 4. diſt. 22. q. 3. art. 1. Hodie tamen in multis differunt, poſt text. in cap. Alma. de Sententia Excommunic. 6. quarum aliquæ differentiæ ponuntur ab Abb. in cap. Dilectus, nume. 1. Ioan. And. nume. 6. de Eccleſ. interd. Nauar. capitul. 27. nume. 188. Couar. in capit. Alma. 2. par. §. 12. Sot. 4. diſt. 22. q. 5. arti. 1. Silueſtr. Interdictum. 1. q. 1. Gloſſ. in Pragmat. Sanction. tit. de Ignorantibus cultum Diuinum, verbo, Ceſſetur.

6 *V. Tēpore Ceſſation. generalis liceat celebrare, &c.* Vtrum tempore Ceſſationis generalis a Diuinis, liceat celebrare, ſicut in generali Interdicto; ſeruata forma. cap. Alma. de ſenten. Excom. 6. Reſpond. quod etiamſi Archid. in d. capit. ſi Canonici, in prin. & Summa Confeſſ. titu. 33. q. 221. Villa Diego de Irregul. cap. de Interdicto, col. 3. Silu. verb. Ceſſatio, in princ. Palud. 4. diſtin. 18. quæſt. 8. arti. 3. D. Anton. 3. par. tit. 26. capitul. 3. & alij. & Nauar. Manual. capitul. 27. num. 189. teneant quod ſic: Contraria opinio eſt verior, & probatur ex capitul. Non eſt vobis. de Sponſal. ibi: nulla Diuina Officia, & in capitul. Irrefragabili. § Cæterum. de Offic. Ord. capitul. Dilectus, verſiculo; Verum iuncto, verſiculo: Præterea. de Appell. capit. ſi Canonici, capitul quamuis, de Officio Ordi. in 6. tenet dicens verius eſt, & communiter receptam, Couar. in capitul. Alma. de

ſentent.

ſentent. Excom.2.par. capit.4.nume.7. Cutiel in tractatu de Ceſſatione. Collat. 5.& fol.11. Margallus de Horis Canonicis,fol.17.& ita fuit reſolutum ab vniuerſitate Doctorum Salmanticæ, anno. 1513.& 1533.& 1484.vt ait Anto. Cãpo. de Ceſſatione a Diuinis. nume. 19. contra Margallum.

7 *V. habẽs priuilegium audiendi Miſſam poſſit cõmunicare.*

VTrum Qui habet priuilegium audiendi Miſſam tempore Ceſſationis a Diuinis, poſſit ibidem communicare? Reſpond. quod puto non extendi de caſu ad caſum, quia lex correctoria, & exorbitans extendi non debet, lege, Quod uero contra,ff.de Legibus. capit. Quæ a iure communi.de Reg.iur. in 6. Gloſſ. & Communis in Authen. Quas actiones.C.de ſacroſanct.Eccle.vbi Iaſ. num.21. dixit communem Imol.in ca. 1.num.9.de Locato. adeò, vt nec Clericis,nec Religioſis ſanis extra actum celebrationis Euchariſtia concedatur, quã uis ſint priuilegiati.Calder.titul. de Eccleſiaſt.interdict.numero.6.verſic.uiſo. Anch.in cap.Alma.num.6. Couar.ibid. 2.par.nume.1. Nauar.c.27. nume.178. Campos.nume.45. & diximus ſupra de Interdicto.

8 *Ceſſatio generalis V. Suſpẽdi poſſit, &c.*

VTrum Ceſſatio generalis ſuſpendi poſſit ad tempus? Reſp. quòd licèt ex cap.Dilectis,verſiculo:quia uero,iſto uerſi.Verum.de Appel. & ex multis alijs,& Couar.c.Alma.2.par.§.5.num. 3. probet eſſe ſuſpendendam Antonius Campos,ſupra, nume.47. Ipſe tamen, num.48.diſt.22.quæſt.3.art.1. Borgaſio. de Irregular.6.parte,num.17.Villa Diego,de Irregul.num.25. & Margallo.de Horis Canon.fol.17.& 23. contrarium tenet.

9 *Quid de feſtis priuilegiatis in interdicto.*

VTrum,Si durante Ceſſatione,venerit aliquod feſtum ex priuilegiatis quo ad interdictum in cap. Alma mater,ſit celebrandum,quemadmodum tex.dicit de Interdicto? Reſp. quòd quamuis Campos,num.50. ex ca. Non eſt.de Sponſ.cap. Irrefragabilis.§. Cæterum.de Officio Ordina. & alijs, & ex Couar.2. parte.§.5. num.3. & alijs, probet non eſſe ſuſpendendam Ceſſationem in dictis feſtis;ipſe tamen,numero 53.contrarium bene probat. Vbi ait ſic fuiſſe Salmanticæ determinatum, & practicatum in facti contingentia anno 1584.

10 *V. Ponẽs ceſſationẽ poſſit alicui cõcedere licentiam &c.*

VTrum Iudex ponens Ceſſationem, poſſit alicui concedere licentiam celebrandi? Campos.nume.61.ait,quod non,nec ullum citat.

11 *Quid de cogẽte celebrare tpe Ceſſationis.*

VTrum qui compulerit aliquem celebrare tempore Ceſſationis, incurrat pœnam,quam incurrit cogens celebrare tempore Interdicti? Reſpond. ſic eſſe ipſo Iure Excommunicatum qui celebrare, vel audire coegerit. Cardin. in Clemen. Grauis. quæſt.4. de Sententia Excommunicationis, vbi Bonifac. & Monte maior.quæſt.14. licet diſſentiat Ioan. And. & Anchar. in cap. 1. de ijs, quę vi.iu vj. tenet etiam multis rationibus Campos.num.62.

12 *De prohibente de facto ceſſationẽ.*

QVid ſi de facto Ceſſationem quis prohibuerit, vel ſuſpendi, & relaxari fecerit? Puto quod,vt Excommunicationem ipſo Iure incurrit extorquens abſolutionem,uel reuocationem Excõmunicationis,Suſpenſionis, vel interdicti,cap.1.de ijs, quæ ui,in ſexto, Caiet. verb. Excommunicatio, cap.41. Silue. eodem verb.9.verſic.17.ſic per uim prohibens Ceſſationem,aut faciens ſuſpendi,vel laxari.Gl.in d.c.1. licèt diſſentiat ibi Io. And. & Anch.

13 *V. Clericus teneat recitare?*

CLericus tenetur recitare horas ſecreto, ne audiatur tempore Ceſſationis.Villa Diego,de Irregul.fol.4.col. 3.Montemaior. de Ceſſatione. q.22. & 28.Campos de Ceſſatione, num.87.

14 *V. Duo ſimul poſſint.*

NEc poterunt bini tunc recitare Horas niſi habeant priuilegium, ca. quod in te.de Pœniten.& remiſ.Couarru.in capit.Alma.2.parte.§.4. nume.7. verſicu.ne tamen,Nauar. cap.27. num. 129.Campos num.90.

15 *V. poſſit audire Miſſã, q poteſt in interdicto.*

QVi virtute alicuius bullę, vel priuilegij poteſt Miſſam audire tempore Interdicti, non poterit illam audire tempore Ceſſationis a Diuinis,argumento.cap.Priuilegia.3.diſt.capit. Foro.capitu.Sanè,de Priuileg. Couar.cap. Alma.2. par.§.4. numo.7. verſic. ne tamen. Nauar.cap.27.num.129.

GRA-

GRATIARVM ACTIO pro fine Libri.

Benedictus ſit Deus Pater. unigenitusque Dei Filius. Sanctus quoque Spiritus quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam, ut opus hoc, Candelabrum Aureum Eccleſiæ Sanctæ Dei nuncupatũ, quo ad Primam & Secundam partem deſideratum conſequatur finem. Quod (precor) cedat ad laudem, & gloriam Sanctiſſimæ, ac Indiuiduæ Trinitatis, & ad honorem Sanctiſſimæ Virginis, & Matris integerrimæ Mariæ. Nec non Sanctorum Ioſeph. Martini & Catharinæ, & omnium Sanctorum, quos aduocatos mihi conſtitui. Sit etiam ad ſalutem Fidelium; Hæreticorum confuſionem: atque peccatorum correctionem. Amen.

Finitum Bononiæ in Vigilia Sancti Ioſeph Sacratiſſimæ Virginis Mariæ Sponſi. Die 18. Martij. 1588. quo die, Quadraginta tribus retro annis primam in hoc Mundo aſpeximus lucem.

DE PRÆCEPTIS ECCLESIÆ

8.39.0.98 3

OPVSCVLVM VTILISSIMVM;

In quo plene,& ad populum docendum accommodate Eccle-ſię explicantur præcepta,atq; quamplurimi conſcientię caſus deciduntur;dum docetur,qui & qua rationo

debeant
- *Miſſam audire,*
- *Peccata conſiteri,*
- *Euchariſtiam ſumere,*
- *Ieiunia ſeruare,*
- *Decimaſque ſoluere:*

Ex cuius lectione non modo Concionatores, & animarum Curatores, ſed etiam omnes fideles vtilitatem non mediocrem percipere poterunt.

AVCTORE LVDOVICO CARBONE
a Coſtaciaro, Academico Parthenio, & Sacræ Theologiæ in Almo Gymnaſio Peruſino olim publico Magiſtro.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, Apud Nicolaum Morettum. 1596.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D. ALOYSIO MOLINO, TARVISII EPISCOPO,

LODOVICVS CARBO S.

QVAE de doctrina moribuſque tuis iampridem, Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Præſul, a multis audiui, ea quidem ad te amandum atque obſeruandum me vehementer impulerunt. At vero, cum his diebus, quæ tua fuit humanitas, ad te mihi aditum patefeciſti, meque tuo colloquio dignatus es; iam conceptus amor, ob ſingulares animi tui dotes atque ornamenta, quæ ipſe in te perſpexi, ita exarſit, vt diutius continere ſe intus minime potuerit. Cum ergo hoc tempore Opuſculum de præceptis Eccleſiæ editurus, & cuipiam nuncupaturus eſſem; amor, qui ſe prodere geſtiebat, ad illud tibi dicandum omnino impellebat: timor vero ex rei paruitate conceptus, retrahebat: amor acceptæ abs te gratiæ meritum proponebat: timor audaciæ culpam obijciebat. Vicit tandem amor. Quis enim reſiſtat amori? cui, ſi quid in huiuſce munuſculi largitione a me peccatum erit, pro tua humanitate facile condonabis. Accipe igitur, Præſul optime, amoris erga te maximi, ſignum ſane paruum: ſi tamen, quod ex amore proficiſcitur maximo, id in paruis collocari poteſt: & quamuis poſſit, id abs te non factum iri, ob animi tui magnitudinem non facile crediderim. Eſt enim celſi & præſtantis

animi humilia extollere, & non ex re animu[illegible]d ex animo rem ſpectare. Cum itaque non ſolum in d[illegible] ſed etiam in accipiendo ſit quędam liberalitas ſita, & [illegible] minus regiū putetur parua a tenuioribus hominibus oblata hilari animo excipere, quam vel maxima alijs donare; hac in parte ſingularem illam humanitatem, liberalitatemque tuam, quas virtutes in te omnes admirantur plane declarabis. De quibus tuis egregijs uirtutibus, ac de alijs omnibus ob quas Epiſcopali dignitate te perdignum reddidiſti, hoc loco late ſcriberem; niſi temporis breuitate (Typographus nanque vrget) & huius loci anguſtijs impedirer. Etenim longo temporis ſpatio, & permagno opus eſſet libro, ad plene laudandam doctrinam, prudentiam, humanitatem, modeſtiam, conſtantiam, religionem, ac vigilantiam tuam, qua tibi commiſſum gregem cuſtodis, ſermonibus paſcis, & integerrimæ uitæ exemplo inſtruis, cæteraſque virtutes tuas quę te talem Epiſcopum efficiunt, qualem requirebat Apoſtolus, Irreprehenſibilem. Quare, cum ex Phauorini philoſophi grauiſſimi ſententia, non minus turpe ſit exigue laudari, quam grauiter uituperari; quod is qui ieiune laudat, pauca quæ laudari poſſint, in eo quem laudandum ſuſcepit inueniſſe videatur; propterea quod nunc præſtare non poſſum, alias, Deo fauente, reponam: quem, vt te diu in utilitatem tibi commiſſi gregis incolumem conſeruet, perpetuo precabor. Vale.

INDEX CAPITVM PARTIS PRIMAE DE MISSA.

SVbiecti opuſculi materia, & ſcopus.cap.1. pag 1
Quid ſit ſacrificium c.2. pag 2
De diuiſione ſacrificij, & cur Miſſa ſacrificium à Chriſto inſtitutum fuerit cap.3. pag.3
De nomine, & definitione Miſſa c.4 p 4
In quo ſacrificij genere Miſſa reponenda ſit; & in quo eius eſſentia conſiſtat. cap.5. pag 6
De partibus, ſeu de diuiſione Miſſa cap.6. pag 8
De valore, ſeu efficiẽtia miſſa c.7.pa.10
Quibus Miſſa ſacrificium proſit, & pro quibus offerri poſſit cap 8. pag.13
Soluuntur dubitationes quadã circa effectum ſacrificij Miſſa cap.9.pag. 16
De præcepto audiendi Miſſam, ſiue quid ſit audire Miſſam cap.10 pag 19
Quis qualem & quantam Miſſam audire debeat.cap.11. pag.20
A quo quo loco, & quanta cum obligatione ſit audienda Miſſa c.12 pa 22
Quas ob cauſas aliquis excuſetur ab audiendo ſacro.cap 13. pag.23
De modo quo ſacrum vtiliter audiendum ſit cap.14. pag 25
De vtilitatibus fructibuſque qui percipiuntur ex auſcultatione ſacri. cap. 15. pag.28

Partis ſecundæ de confeſſione.

QVid ſit pœnitentia, eiuſque partes. Cap.1. pag 30
Quid ſit confeſſio, & quale eius præceptum cap.2. pag 31
Quid, & quotuplex ſit peccatũ, & quæ peccata ſint in confeſſione manifeſtanda cap 3. pag.33
De circunſtantijs peccatorum confitendis.cap.4. pag.35
Quando ſatisfiat præcepto confeſſionis, etiam ſi non omnia patefiant peccata cap.5. pag.37
Quando confeſſio iam facta repetenda ſit.cap 6. pag.40
Præceptum confeſſionis quos, & quantum obliget.cap 7. pag.42
De tempore quo confeſſionis præceptum ſeruandum eſt cap 8. pag 43
Cui facienda ſit confeſſio, ſeu de proprio & idoneo confeſſario.cap.9. pag 46
De proprijs confeſſarijs ſpeciatim. cap. 10. pag 47
Qui poſſint dare licentiam audiendæ confeſſionis.cap 11. pag.50
De conditionibus bonæ confeſſionis, ſeu qualis debeat eſſe confeſſio c.12.pa. 52
Quid ſit neceſſarium ad hoc vt quis digne accedat ad confeſſionem, & vt ſacramenti effectum conſequatur. cap. 13. pag 54
Proponuntur, & explicantur nonnulla dubitationes de contritione habenda in confeſſione.cap.14. pag.58
De pœnitentia, et remiſſione peccatorum venialium.cap.15. pag 60
Explicantur dubitationes quædam circa ea quæ de confeſſione, & contritione dicta ſunt cap.16. pag.62
De ſatisfactione cap.17. pag 64
De vtilitatibus, quæ ex frequenti confeſſione capiuntur.cap.18. pag 66

Partis tertiæ de Euchariſtia.

AFferuntur nonnulla notanda ad explicandum quid ſit Euchariſtia cap 1. pag.68
Quid ſit Euchariſtia cap 2. pag 69
De communionis præcepto cap.3. pag 71
Qui quando & ſub quo peccato obligentur ad Euchariſtiam ſumendam. cap.4. pag.73

A quo

A quo ſumenda ſit Euchariſtia, & cui negãda. cap. 5. pag. 73
Qualis eſſe debeat is qui ſuſcepturus ſit Euchariſtiam. cap. 6. pag. 77
Explicantur tres aliæ conditiones quæ in ſuſcepturo euchariſtiam requiruntur cap. 7. pag 78
De præparatione ad Euchariſtiam ſumendam cap 8. pag. 80
De fructibus ſacramenti Euchariſtiæ. cap 9. pag 82
De frequentia communionis. cap. 10. pag 84
Afferuntur nonnulla rationes ad excitandos fideles ad communionis frequentiam. cap. 11. pag. 86

Partis quartæ de ieiunio.

QVid & quotuplex ſit ieiunium. cap. 1. pag. 88
De cauſſa efficienti & finali ieiunij. cap. 2. pag 89
De ieiunij forma quantum ad ciborum ſubſtantia cap. 3. pag 91
De forma modoue ieiunij ratione quantitatis cibi. cap 4. pag 92
De forma ſiue modo ieiunij ratione temporis in quo cibus ſumendus eſt. cap. 5. pag 93
De forma extrinſeca ieiunij, hoc eſt de ieiunio meritorio cap. 6. pag. 95
Quibus diebus ieiunandum, aut non ieiunandum ſit. cap. 7. pag. 96
Qui ſint obligati ad ieiunandum, & quanta ſit ieiunij obligatio. cap. 8. pag 97
Quæ ſint cauſſæ ob quas aliquis ſit liber a præcepto ieiunij cap 9. pag 99
De obligatione eorum qui curare debent vt alij ieiunent cap. 10 pag. 100
De ieiunio quadrageſimæ. capit. 11. pag. 101
De ieiunijs aliorum temporum cap. 12. pag. 103
De vtilitatibus ieiunij cap. 13 pag. 105

Partis quintę de decimis.

QVid & quotuplex ſit decima ca. 1. pag. 106
Quale ſit præceptum decimarum ſoluendarum, & quantum obliget. ca. 2. pag. 109
Ex quibus rebus decimæ ſint ſoluendæ. cap. 3. pag 111
Quibus perſonis decimę ſint ſoluendæ. cap. 4. pag 113
Qui ſint obligati ad decimas ſoluendas. cap 5. pag. 114

F I N I S.

Maiora menda ſic emendato.

pag. 10. col. 1. ver. 27. cum. p. 22. c. 1. v. 1. abeundi. p. 23. c. 2. v. 43. ni. p. 25. c. 1. v. 26. ci. p. 25. c. 2. v. 48. ordinata. p. 26. c. 2. v. 14. magnes. p. 27. c. 2. v. 27. ſacrificando p. 31. c. 1. v. 15. mala. p. 53. c. 2. v. 47. confuſione. p. 60. c. 1. v. 41. extra hanc vitam culpa p. 83. c. 1. v. 43. Recuperatoris. p. 86. c. 1. v. 7. & ſatis. infra v. 44. iſtos. p. 87. c. 2. v. 44. mundo. p. 96. c. 1. v. 33. circunſtantijs. p. 99. c. 1. v. 50. eis. p. 109. c. 1. v. 6. ſola vi. p. 110. c. 2. v. 16. pertinet.

INDEX RERVM NOTABILIVM.

A

ABſoluere quis poſſit in articulo mortis 51. col. 2.
Actus humani conditiones. 33. c. 1.
Affectus in Euchariſtia ſumptione excitandi 81. c. 1.
Attritio quid 31. c. 2. eius ſpecies quot, et quę habeant uim iuſtificandi 55. c. 1. quomodo fiat contritio 56. c. 2.

B

BOna Iudaeorum, & infidelium an decimanda 115. c. 1. & ſeq.
Bona quæ decimanda 111. c. 2. & ſeq.

C

CAnonis partes 9. c. 2.
Chriſtus qua ratione in ſacramento ſit totus ſub utraque ſpecie. 68 c 2.
Circunſtantia quid, quot, earum differẽtia. & quæ cõfitenda. 35. c. 2. & ſeq.
Collecta ad quem dirigenda 9 c. 1.
Communicare quot modis aliquis poſſit. 71. c. 2. quo iure teneatur ibidem. qua ratione. 72. c. 1. laicus cur nõ ſub utraque ſpecie 72. c. 2. & ſeq an crebro liceat, 84. c. 2. & ſeq.
Confeſſarius idoneus qui quotque requirantur in ipſo. 46. c. 1.
Confeſſarij proprij cuiuſcunque gradus. 47. c. 1. quando liceat eos non confiteri. 49. c. 1.
Confeſſio quid. 32. c. 1. quale præceptum ſit. 32. c. 2 quando ſit integra 37. c. 2. eius repetendæ cauſſa. 40. c. 2 quando facienda 41. c. 2. miniſter idoneus qui 46. c. 1 confeſſionis conditiones. 52. c. 1. ad eam faciendam quæ ſint neceſſaria. 54. c. 2. diligentia. 52. c. 2. vis. 56. c. 1. qua ratione iteranda ſit per peccatum omiſſum. 63. c. 2. eius utilitates. 66. c. 2. eius audiendæ licentiam quis det 50. c. 1. cui debeat dari, & quam uim habeat. 51 c. 1. & ſeq.
Confiteri qui teneantur, 42. c. 2. quo tempore 43. c. 1. & 2.
Contritio quid. 31. c. 1. de quibus peccatis ſit habenda. 57. c. 1. quãtus eius dolor 58. c. 1. eius præceptum quando & quomodo obliget 59. c. 1.

D

DEcimarum origo. 101. c. 1. definitio 108 c. 2. ſpecies ibi quo iure ſoluenda 110. c. 1. ſub qua pœna ſoluenda. 111. c. 1. & 2 quę bona decimãda ſint ibidẽ. quibus ſint ſoluenda. 113. c. 1. qui ſoluere debeant. 114 c. 2.
Diaconi quãdo poſſint euchariſtiam adminiſtrare. 75. c. 2.
Diſpenſatio de ieiunio ad quem pertineat. 101. c. 1.
Dolor in confeſſione quantus. 54. c. 2.
Dubitationes quædam de confeſſione ſoluta. 62. c. 2.
Dubitationes quædam de miſſa ſoluta. 16. c. 1.

E

EVchariſtia quid. 69. c 2. quibuſque rebus cõſtet 70. c. 1. eius deſcriptio. 71. c. 2. eam ſumere qui debeant. 73. c. 2. & ſeq. qua ætate. 74. c. 1. quo tempore. 74. c. 2 ſub qua pœna. 75. c. 1. eius miniſter, 75 c. 1. quando adminiſtrando peccet 75. c. 2. quib. adminiſtranda. 76. c. 1. qua ratione ad ipſam accedendum, 77. c. 1. non confeſſi; quibus in caſibus eam ſumere liceat. 78. c. 2. qua præparatione ſumenda. 80. c. 1 poſt ſumptionem quid faciendum 81. c. 2 eius fructus. 82. c. 1. an frequẽtanda. 84. c. 1.
Excommunicatus qua ratione poſſit à peccatis abſolui 41 c. 2.

F

FEria quarta, an ieiunãdum 103. c 1.
Feria ſexta ieiunium cur introductum. 103. c. 1.
Finis ieiunij. 90. c. 2.
Forma ieiunij. 91. c. 2.
Fructus contritionis. 66 c. 2.
Fructus euchariſtię quã maximi. 82. c. 1
Fructus miſſæ. 28. c. 1.

G

GEntiles an ſint à decimis ſoluendis exempti. 115. c. 2.
Gẽtiles quibus diebus ieiunabant 99 c. 2.

H

HOlocauſta quid, & in cuius honorem offerrentur 3. c. 2.

Hono-

Honorarium ſacrificium quod.3.c.2.
Hoſtiarum diuiſio.3.c.2.

I

IEiuniũ cur requiratur ad Euchariſtiã ſumendã.77.c.2.vnde incipiat.78.c.1
Ieiunium quomodo ſumatur.88 c.2. definitio ibidem diuiſio 89 c.1.& 2.efficiens cauſſa 90.c 1 finis 90 c.2. forma quo ad cibi ſubſtantiam,quantitatem tempus;meritum.91.c 2. quibus diebus ſeruandum 96.c.1.qui ad ipſum obligentur 98 c 1.qua ætate. ibidem ſub qua pœna 98 c 2 quo iure ibidem.qui ſint exempti quibuſq; de cauſſis 99 c.1. qui peccent contra hoc præceptũ miniſtrando cibũ 100.c 2. eius diſpenſatio ad quem pertineat,101. c.1 quadrageſimalis ieiunij initium.c.2. cur introductum ibidẽ à quo 102.c.1.qua de cauſſa.102 c.2 ieiunij ſextæ feria initium. 103. c.1.cur introductum ibidem. cur die ſabbathi ieiunetur 103. c. 2. ieiunij quattuor temporum origo, cur inſtitutum. 104.c.1. rogationum ieiuniũ cur inſtitutum. 104. c. 2.ieiunij fructus,105.c.2.
Iuriſdictionis poteſtas quando accipiatur.46.c.1.
Iudæi qua ratione decimas ſoluere teneantur.115.c.1.

L

LAbor excuſans a pręcepto ieiunandi. 99 c.2.
Laici cur ſub vtraque ſpecie communionem non ſumunt.72.c.2.& ſeq.
Libamenta quid.3.c.1.

M

MEntiri in confeſſione an liceat, & quod peccatum ſit. 62.c 2.
Miſſa quot quibuſque de cauſis inſtituta.3.c.2.eius nomen 4 c.1. definitiones.5 & 6.c.1 quale ſacrificium ſit, 6.c.2.eius partes.8.c.2,valor.10 c.2 ipſam audire quid ſit 19.c.1 qui ad ipſam audiendã ſint obligati 21.c 1. qui excuſentur 23.c.2.& ſeq.eius audiendæ ratio.21 c.2.locus.22.c.2.tempus.23 c.1 mod⁹.25 c 2.fruct⁹.28 c.1
Mortale peccatum qua ratione fieri poſſit veniale.33.c.1.

N

NAtali die an ieiunandum.97.c.1.
Nomẽ miſſæ vnde ductum.4.c.1.
Nomen ſacrificij.2.c.1.

O

OBlatio in miſſa cui, & pro quibus fiat.13,c.2.quid.107.cui fiat ibidẽ an ſub præceptũ cadat. 109 c.1. eius diſtributores.109 c.2. quibus de rebus fieri poſſit.111 c.2.
Sacrificij nomen definitio. 2.c.1.diuiſio 3.c.1.& 2.quæ ſint de eius eſſentia,8. c.1 cui offerẽdũ,& pro quib⁹.13.c.2.
Offerre in ſacrificio miſſæ qui dicantur 13.c.1.

P

PAuperes an ſint exempti a decimis ſoluendis.115.c.1.
Pecata in confeſſione audita an reuelanda.63.c.1.
Pœnitentia nomen.30.c.2. ſignificationes.31.c.1.definitiones ibidem.
Pollutio quotuplex 79.c.2.
Primitiæ qd.108.c.1.cui debeãt.10.c.2

Q

QVadrageſimæ principium.101.c.2.
Quadrageſima antiquitus ieiunium.101.102.

R

RAtio audiendæ miſſę. 21.c.2.
Ratio ſoluendarum decimarum. 111.c.1.& 2.
Rationes quibus fideles induci poſſint ad frequentem cõmunionem.87.c.1.

S

SAcerdos propri⁹ qui dicatur.46.c.1. & 47.c.1 & ſeq. an teneatur audire confeſſionem extra tempus. 49 c.2.
Sacramentũ quot modis dicatur.69.c.1
Sacrificium quid.2.c 1.eius diuiſio.c.ſ.
Scandalum quid.37 c.1.
Sigillum confeſſionis qui teneantur ſeruare.63.c.2.

T

TEmpus confeſſionis faciendæ 43.c. 2.& ſeq
Tempus ieiunandi 94.c.1.& ſeq.

V

VEniale peccatum qua ratione fieri poſſit peccatum 33.c.1.
Veritates q̃dã de Eucha 68.c.1.& ſeq.
Vis pœnitentiæ 56 c.1.

F I N I S.

OPVSCVLI DE PRAECEPTIS ECCLESIAE, PARS PRIMA.

DE PRAECEPTO audiendi Miſſam.

Subiecti opuſculi materia, & ſcopus. Cap. I.

HOMINI Chriſtiano ad
beatam uitam peruenire
volenti, tria eſſe neceſſa-
ria, Fidem, ſpem, & cari-
1.Co.13. tatem, ſiue bona opera
caritatis nomine deſigna
ta, vt nemo eſt qui ignoret; ita, q̃ iſta opti
me nō teneret, dēret eſſe nemo. Quare,
omnis Chriſtiana inſtitutio in harũ triũ
rerum explicatione debet eſſe occupata,
ac potiſſime in bonis operibus declaran-
dis, quæ in mandatorum obſeruatione
conſiſtunt. Quorum notitia quantum ſit
neceſſaria, ex eo colligitur, quod nemo
ad uitam beatam ingredi poſſit, qui man
Mat.19 data non ſeruauerit: quæ is ſane ſeruare
non poterit, qui cognita non habuerit.

Mandatorum autem, de qua parte
nos ſcripturi ſumus, alia ſunt diuina, ut
Deut.6. ea quæ a Deo in decalogo tradita, aut po
tius innouata fuere, cum illa per natura-
lem legem homines prius docuiſſet: alia
vero eccleſiaſtica, quæ ab eccleſia, per po
Luc.10. teſtatem ſibi a Chriſto datā definita fue-
re, quæ ſunt diuinorum mandatorum de
terminationes quædam, de quibus nos
opuſculum facturi ſumus, cum de præce
ptis diuinis multi multa latiſſime ſcripſe
rint. Opuſculum, dixi, quia non omnia
quæ de illis abſolutiſſimos tractatus con
ficiendo dici poſſent, proſequemur: ſed
ea ſolummodo, quæ a miniſtris eccleſię,
& a fidelibus neceſſario cognoſcēda sūt.
Abſtinebimus itaq; a queſtionibus ſcho-
laſticis, & a controuerſijs quæ contra hę-
reticos diſcutiuntur, & ab ijs rebus, quæ
minorem utilitatem continent: nihil ta-
men omittentes, quod ſit dignum ſcitu.
Breui igitur, & facili methodo, per par-
tes & capita; diuidendo, definiendo, ueri-
tateſque clare proponendo, & confirman
do ſuſceptam materiam tractabo: ac pro
inde in rebus manifeſtis, nec auctorita-
tes, nec rationes multas, ut multi multo
con legentium faſtidio faciunt, citabo.

Poſſem hoc loco hunc meum conatũ
commendare, demonſtrando multas hu-
iuſce opuſculi utilitates, ſed nolo: verum,
qui eas cognoſcere uoluerit, is opus ip-
ſum perlegat, & legiſſe non pęnitebit. Di
uino itaque implorato auxilio, de præce
ptis Eccleſiæ, quę quinque numerantur,
præceptum audiendi miſſam, confitendi,
communicandi, ieiunandi, & ſoluendi de

cimas, agere aggrediar, & primum quidem de præcepto audiendæ Miſſæ.

Quid ſit ſacrificium. Cap. 2.

QVoniã omnis tractatio a rei de qua agitur nomine atque definitione conuenienter initium capit, ideo priore loco, de nomine & definitione miſſæ agerem, ni ad intelligendum quid ſit Miſſa, præcognoſcendum eſſet, quid & quotuplex ſit ſacrificium, de quo quæ dicemus erũt utilia ád multa, quæ in hac prima parte dicturi ſumus.

Cic. li. 1. offic.

Sacrificij uocabulum ductum a ſacrifico, quod eſt ſacrum facio, interdum ſumitur pro omni bono opere in honorem Dei facto, quod & ſacrificium iuſtitiæ dicitur; ut eſt orare, & eleemoſynam elargiri: interdum pro gratiarum actione, & laudibus, memoriave accepti beneficij: interdum preſſius, pro rebus quæ in altari offeruntur; ut ſunt fruges, & panis; & tunc idem eſt, quod oblatio: poſtremò proprie, ſacrificium dicitur res aliqua ſẽſibilis oblata Deo in recognitionem ipſius, cum aliqua immutatione, ut ſtatim planius dicetur: Et in hac ſignificatione p tinatim ſumitur hoc loco.

Pſal. 4.

Vt autem quid ſit ſacrificium plane intelligatur, nota ad ſacrificij rationem cõſtituendam quattuor eſſe neceſſaria; primum actus aliquis exterior pertinens ad religionem: deinde, debet intercedere aliqua oblatio, ut diſtinguatur a ſacramento: poſtea, requiritur ut aliquid fiat circa rem oblatam, ne uideatur merum donũ: poſtremo, ut tota illa actio offeratur Deo & in eius honorem cedat; culturnque interiorem manifeſtet; & ut homo Deũ tãquam Dominum, atque omnium bonorum largitorem per illã actionem agnoſcat. Exquibus hanc ſacrificij definitionẽ eliceres.

D. Tho. 22. q. 85

Sacrificium eſt ceremonia exterior, qua offertur aliqnid Deo, aliqua mutatio ne facta, in eius recognitionem, interioris cultus manifeſtatiua. Vel copioſius & expreſſius hoc modo, Sacrificium eſt oblatio externa, facta ſoli Deo, qua ad agnitionem humanæ infirmitatis, & profeſſionem diuinæ maieſtatis a legitimo miniſtro res aliqua ſenſibilis & permanens, ritu myſtico conſecratur, & tranſmutatur. Cuius deſcriptionis in qua omnes ſacrificij conditiones inſinuãtur, hãc breuem ſubijcio explicationem.

Quid ſit ſacrificium

Dicitur, oblatio, quia hoc loco ſacrificium, non pro re quę offertur, ſed pro ipſa oblatione ſumitur: quæ particula ponitur loco generis, eſt. n. ſpecies quædam oblationis, quæ a ſacerdote fieri debet: offerre autẽ paſſim pro ſacrificare ſumit. *Heb. 5. Gen. 8*

Dicitur externa, ut diſtinguatur ab oblatione interna quæ uoluntate fit, & inuiſibile uocatur ſacrificium; quod tamen nomen magis proprie externo & publico conuenit ſacrificio. *Aug lib. 19. de ciu. c. 5.*

Dicitur, facta ſoli Deo, ut deſignetur ſacrificium non eſſe quamcunque oblationem externam, ut eſt oblatio eleemoſynæ, quæ fit etiam homini, ſed talis eſt oblatio quæ pertinet ad cultum latriæ. qui ſoli Deo debetur; quem, per talem oblationem tanquam dominum agnoſcimus. Quamuis ergo alia quædam exteriora ſigna, ut flectere genua, aperire caput, & Deo & hominibus exhibeantur: tamen ſacrificium ſoli Deo, ut omnium rerum auctori & fini offertur. *D. Tho. 22. q. 85 Exo. 22. Aug. li. 10. de ciu. c. 4.*

Dicitur, ad agnitionem &c. ut explicetur finis omnium ſacrificiorũ, quæ ſunt veluti tributa, quibus nos Deo ſubiectos & Deum rerum omnium dominũ eſſe profitemur: ac proinde animalia in ſacrificio occiduntur, atque cremãtur, ut oſtẽdatur eius eſſe omnia, & cũcta ab eo manare; & ideo in eius honorem conſumenda eſſe.

Dicitur, a legitimo miniſtro, quia non eſt cuiuſque rem ſacram facere, ſed certi & publici hominis ad hoc deſtinati: quo fit, vt quædam oblationes quæ ſoli Deo fiunt a priuatis perſonis, ut candelarum accenſarum, non ſint ſacrificia.

Dicitur, res ſenſibilis & permanens ut excludãtur externæ actiones factę in honorem Dei, quæ non permanent, ut laudes & genuflexiones.

Dicitur, ritu myſtico, ideſt aliqua cæremonia occultam ſignificationem habẽte, qua res illa, e prophana ſacra fiat; hoc

cum

enim eſt ſacrificare, id eſt ſacrũ facere:in quo ſacrificium a ſimplici differt oblatione,quæ non flagitat myſticam conſecrationem.Hic ritus,fit,uel manuum impoſitione, uel eleuatione rei oblatę in altũ.

Denique dicitur,& trãſmutatur;quia quod in ſacrificium offertur , debet omnino mutari,ita ut deſinat eſſe, qđ prius erat:in quo maxime a ſimplici oblatione differt: qua immutatione deſignatur proteſtatio illa diuinæ maieſtatis,de qua ſupra diximus;cum nõ ſolum in Dei honorem rei vſus adhibeatur, ſed etiam tota rei ſubſtantia:ut in primo ſacrificio a Deo inſpirato Abelem feciſſe legimus. Atque hæc de definitione: ſequitur ut de diuiſione dicamus.

De diuiſione ſacrificij, & cur Miſſa ſacrificium a Chriſto inſtitutum fuerit. Cap. 3.

VT in quo ſacrificiorum genere reponendum ſit Miſſæ ſacrificiũ doceamus, & quæ eius ſit vis atque vtilitas intelligatur; de ſacrificij diuiſione aliqđ omnino dicendum eſt. Relictis igitur nõ nullis diuiſionibus quę minus ad noſtrũ inſtitutum faciunt, ſacrificium proprie ſumptum,diuiditur primum ratione materiæ, hoc eſt rerum quæ offeruntur, in uictimas,ſeu hoſtias,immolationes, & libamenta,vt ex diuinis colligimus literis.

Hoſtiæ & uictimæ ſunt ſacrificia quę ex animalibus,offerebãtur, ut ex auibus, capris,paſſeribus, & ex alijs quibuſdam animalium generibus ; quæ ob uarias cauſſas offerri poterant : quamuis apud ſcriptores Romanos, victima & hoſtia dicatur ſacrificium oblatum ob partam victoriam,& ſuperatos hoſtes. *Oui.li.1. Faſt.*

Immolationes ſunt ſacrificia quæ offeruntur ex rebus inanimis, ſed ſolidis, ut ex farina,pane,ſale, thureque: ſic dictæ a mola ſiue a molendo; ſed interdũ immolatio,& immolare pro omni ſacrificiorum genere uſurpantur.

Libamenta, ea nominantur ſacrificia quibus res liquidæ,vt vinũ, & aqua offeruntur. Deinde diuiditur ſacrificium ratione formæ & finis, in holocauſta, in hoſtias ꝓ peccato,& in hoſtias pacificas.

Holocauſta,latine ſacrificia tota combuſta, offerebantur in honorem diuinæ Maieſtatis,& ideo tota cremabantur, & in vaporem reſoluebantur,ad indicãdum nos omnia habere a Deo, & omnia noſtra eſſe ei debita.

Hoſtiæ pro peccato, offerebantur ad peccata expianda, & pro genere peccatorum,& offerentium erant diuerſæ; quæ partim cremabantur,partim a ſacerdotibus in atrio ſancto edebantur.

Hoſtiæ pacificæ,partim pro beneficio accepto,partim pro accipiendo offerebãtur;quæ partim cremabantur, partim a ſacerdotibus edebantur,& partim ab ijs, qui donauerant. Forma itaque ſacrificij partim in conſumptione per ignem, partim in ſumptione conſiſtit: Finis vero proximus, partim eſt Dei reuerentia, partim peccati remiſſio, partim gratiarũ actio,& gratię conſequutio.

Atque ex his intelligi poteſt,illa ſacrificij diuiſio quæ fit, in latreuticon, ideſt honorarium, cuiuſmodi eſt holocauſtũ: in propitiatorium,quo Dei ira placatur, & peccata expiantur: in Euchariſticum, in gratiarum actionem oblatum: & in impetratorium, qua communi appellatione,illud intelligitur ſacrificium,quod ad aliquid impetrandum offertur. Cum ergo hæc quattuor conſtituantur ſacrificiorum genera,quæri ſolet,in quo nam genere Miſſæ ſacrificium reponendum ſit,ſuppoſito eo,quod ſtatim demonſtrabitur, Miſſam eſſe verum ſacrificium, an ſit tantum,euchariſticum, & honorariũ, an etiam impetratorium, & propitiatorium,tum pro poenis,tum pro culpis: de qua re quid ſit ſentiendum poſtea dicemus. Atque ex his quæ de natura & diuiſione ſacrificij ſcripſimus facile intelligi poterit,an Miſſa ſit quoddam ſacrificium,& in quo genere reponendum ſit.

Ad quod melius intelligendum, animaduertendum eſt,Chriſtum dominum ob tres potiſſimum cauſſas inſtituiſſe Miſſam,ſiue Euchariſtiam. Primum ut nobis certiſſimum relinqueret argumẽtũ tum amoris erga nos ſui; cum proficiſcens in cœlum,noluerit nos relinquere *Vualaf. c. 16.*

orphanos, ſed nobiſcum eſſe uoluerit uſque ad conſummationem ſeculi. Secundo, ut eſſet ſacrificium offerendum æterno Patri pro peccatis & poenis: & ita Eccleſia ſuum haberet ſacrificium. Poſtremo, ut eſſet ſpiritualis cibus animæ: ſine cuius eſu, nemo uitam poteſt conſequi æternam. Hinc eſt, quod Euchariſtia eſt ſimul ſacrificium & ſacramentū: ſub diuerſa tamen ratione: nam ut eſt inſtrumentum & ſignum gratiæ, eſt Sacramentum, conſiſtitque in uſu & ſumptione: ut uero eſt ſacrificium, conſiſtit in oblatione; & cum ſit pignus, etiam poſt conſecrationem & ſumptionem conſeruatur; cum cōtineat verum Chriſti corpus. Quo fit, ut Euchariſtia, ut eſt Sacramentum, non ſit ipſa conſecratio, nec ſumptio, ſed potius ſpecies ſenſibiles, ut Chriſtum continent, gratiamque ſignificant: At uero, ut eſt ſacrificium, potius dicetur eſſe Chriſtus ſub ſpeciebus, quia Chriſtus eſt qui offertur.

Concil. Tri. ſeſ. 13. c. 2. *Mat. ul.* *Ioan. 6.*

De nomine & definitione Miſſæ. Cap. 4.

Vocabulum Miſſa, cum ſit in Romana Eccleſia antiquiſſimum, nullo modo reijciendum, ſed omnino probandum ac retinendum eſt: quippe antiqui patres, atque concilia, hanc uocem uſurparunt, ut Ambroſius in ſuis epiſtolis, Auguſtinus ſermone nonageſimoprimo de tempore, Victor vticenſis, Caſſianus, Concilium Romanum ſub Sylueſtro, & Carthaginenſe ſecundum & quartum, ut alias auctoritates omittam. Quod vero ad originē attinet, aliqui uolūt eſſe uocē ab Hebręis acceptā, quod nō placet: tum quia eſſet ī uſu, nō ſolū apud Latinos, ſed ēt apud Gręcos & Syros, aliosq; populos ut ſūt aliæ eiuſdē linguæ uoces, quibus omnes Chriſtiani utuntur; ut Amen, Oſanna: tum etiam, quia ſi uocem hebraicā huic ſimilem ſpectemus, non Miſſa, ſed Miſſah ſcribendum eſſet. Cēſendum itaque eſt eſſe uocem latinam, ſed cur ſic dicatur, uariæ aſſignātur rationes; nos autem breuiter dicimus, non ſic appellari a precū ſiue oblationis miſſione ad Deū;

Li 5. ep. 33. *li. 2. hiſt.* *lib 3. de can diu. orat.* *Can. 3. can. 84.*

neque a miſſione Angelorum, qui ſacrificio adſint; & multo minus a miſſione, munerum, & a ſymbolis mittendis ad cœnam dominicam celebrādam, ſed a miſſione ſeu dimiſſione populi; ad eum modum, quo dicitur, peccati remiſſio & remiſſa, & populi collecta & collectio. Et hāc etymologiam Iſidorus, Rabanus, Alcuinus, Hugo & alij ſcriptores agnoſcūt. Vbi nota, quod olim apud Romanos ſacrificio peracto, ſacerdos ad populū conuerſus dicebat, Illicet, quaſi diceres, ire licet, & apud Gręcos & Aegyptios, λαοῖς ἄφεσις idest, Populis miſſio; quod etiam in noſtro ſacrificio a noſtris fit. Et licet Miſſa dicta ſit a miſſione: tamen ad alia etiam ſignificanda transfertur. Primo interdum ſolum miſſionem ſignificat, ut in Concilio Carthaginenſi quarto, cum dicitur, neminem eijciendum eſſe ab Eccleſia, uſque ad Miſſam Catechumenorū, hoc eſt, uſque ad eam partem, qua peracta, eorum fiebat dimiſſio quia eis non licebat intereſſe ei parti, in qua ſacrificiū fit. quo etiam modo accipitur, cum poſt ſumptionem ſacerdos ad populum conuerſus, ait, Ite Miſſa eſt, ac ſi diceret, Abire licet, iam ad miſſionem populi ventū eſt. Secundo, Miſſa ſumitur pro ea parte in qua lectiones & preces fiunt, antequā ad oblationem accedatur, quæ Miſſa Catechumenorū dicitur: aut certe pro diuino officio, cui Catechumeni intereſſe poterāt. Tertio pro illa ſacrificij parte, quæ incipit ab offertorio ad finem vſque, cui ſolum baptizati, & qui fidem retinent, intereſſe poſſunt. Quarto, pro ipſis collectis & precibus quę dicuntur in liturgia, hoc eſt in hoc publico miniſterio, ſic.... Gręci Miſſæ ſacrificium, ſacrificandique ritum appellant, Sicuti Syri Chaldaica voce, Chodeſcia, idest ſanctum, ſiue ſacrum. Denique ſumitur pro tota diuini officij celebratione, in qua Euchariſtia cōſecratur, ut complectitur fidelium, & Catechumenorum Miſſam, & ſpeciatim ipſam conſecrationē & oblationem, ſumptionēque cum antecedentibus & conſequentibus cæremonijs. Atque in hac poſtrema ſignificatione a nobis hic priuatim ſumitur, pro ſacra nimirum & myſtica

Cyp. ep. 8. lib. 3. *Apul.* *Alcuin.* *Cōc Vaſ. c. 1.* *Amb. ep. 33. lib. 5.* *Cōc. Mileu. can. 12.* *Leo. ep. 81.* *Greg ep. 10. li. 4.*

ſtica actione, ſacrificioque euangelicæ legis. Quo fit, ut Miſſa non deſignet cœnam, ſeu conuiuiũ illud quod olim Chriſtiani facere ſolebant, ad pauperes potiſſimum refocillandos, ut ex Tertulliano didicimus; qui egregie hoc factum contra Ethnicos defendit. Atque hęc de nomine ſatis: nunc de re dicamus. Miſſa ergo ut ſacrificium, ſacramue functionem deſignat, hoc pacto a quibuſdã deſcribitur.

In apol. c. 39.
Aug lib. 20. cõtr. Fauſt. c. 21.

Eſt legatio inter Deum & homines, cuius legationis officio fungitur ſacerdos. Ab alijs hac ratione, eſt perfecta pro nobis oblatio, & legatio: uel hoc pacto, Miſſa eſt cõſecratio corporis & ſanguinis Chriſti, quæ ſacerdos offert Deo patri, & ſumit in memoriam uitę & paſſionis eius pro uiuis atque defunctis. At uero nos nunc definimus in modum, Miſſa eſt oblatio corporis & ſanguinis Chriſti ſub alienis ſpeciebus, ſacrificij in cruce ab ipſo ſemel oblati repręſentatiua: Cuius deſcriptionis hæc eſt ſententia.

Raban. li. 2 inſt. cler.
Albin.
Olthus in exa.

Dicitur oblatio, græce prophora, ut deſignetur genus in quo reponitur hęc ſacra functio, ac etiã virtus a qua proficiſcitur. eſt itaque hęc oblatio actus latriæ, hoc eſt virtutis religionis, qua Deo cultum cęremoniamque exhibemus. Cur autem aliquid Deo offeramus, patet ex ijs quæ ſupra de ſacrificij natura agẽtes diximꝰ. Atque nullum unquam fuit, nec eſſe debuit, aut debet tẽpus, in quo aliquod ſacrificiũ uero Deo non offeratur; cui ſoli proprie debetur. Dicitur, corporis & ſanguinis, ut deſignetur quid offeratur, & ut ab alijs oblationibus ſeiungatur: corpus nimirum verum Chriſti redẽptoris, quod pependit in cruce, & nunc in cœlo eſt; & ſanguis ille, qui in noſtram redemptionẽ fuit effuſus. Ex quibus dignitas pręſtantia, & uis huius ſacrificij intelligi poteſt, cum offeratur is qui vere eſt Deus & homo; & conſequenter, quam ſit æterno patri acceptum, cum in eo eius uerus offeratur filius. Dicitur, ſub alienis ſpeciebus, vt diſtinguatur a ſacrificio cruento, & ab oblatione, qua ſe ipſum Chriſtus in cruce in noſtram redẽptionem obtulit. Vbi notandum eſt, in ſacrificio, nos duo ſpectare poſſe, rem oblatam, & modum offerẽdi: ſi rem ſpectemus, eadem eſt in utroque ſacrificio, hoc eſt in illo, quod Chriſtus obtulit, & in eo quod a ſacerdote offertur: ſi uero modum, hic eſt diuerſus. Nã in ſacrificio crucis Chriſtus ſub proprijs ſpeciebus per mortem & ſanguinis effuſionem, ſeipſum obtulit, ac proinde dicitur ſacrificium cruentum; at uero in Miſſa, ſub ſpeciebus panis & uini, incruenter offertur: cuius ſacrificij figura, fuit Melchiſedechi oblatio. Dicitur, repræſẽtatiua, ſacrificij Chriſti, quia in hoc ſacrificio repræſentatur oblatio illa facta a Chriſto, dum ſeorſim conſecratur panis, & vinum, ut deſignetur mors Chriſti, in qua ſanguis a corpore diuiſus eſt: ſed ita per ſenſibiles ſpecies Chriſtus repræſentatur, ut uere Chriſtus ſub vtriſque ſpeciebus contineatur. Nõ ſecus atque ſi Imperator uellet ſuã uictoriã ac pugnã, quam contra hoſtes habuit, in tragedia repræſentari, & ipſe imperatoriam perſonam ſub alijs ueſtibus ageret: ubi & rei veritas, & figura intercederet, ſicuti & in hoc nouæ legis ſacrificio intercedit. Cum hæc oblatio, Chriſti oblationem referat, ipſumque Chriſtum vere contineat. Ideo Chriſtus Imperator & Sacerdos noſter, hoc ſacrificiũ inſtituendo, dixit, Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem: quibus uerbis & veritas & figura exprimitur. Quare, in ueteribus ſacrificijs erat ſola figura ſacrificij a Chriſto faciendi: Cum Chriſtus ſe in Cruce obtulit, fuit ſola ueritas: at in noſtro ſacrificio, eſt ueritas & figura ſimul. Dicitur ſemel, quia Chriſtus ſemel mortuus eſt, ſemelque ſe obtulit: at vero a noſtris ſacerdotibus ſæpius ratione modi offertur, quamuis res oblata ſemper ſit eadem. Vnde colliges, quanta ſit huius ſacrificij vis, cum eadem res ſemper pro nouis peccatis, & gratijs nouis obtinendis offeratur; & ad omnia obtinenda uim habeat. Non ſecus ac ſi eſſet gemma aliqua infiniti precij; pro qua ſẽper nouæ peterentur merces ab eo, cui ſemel fuiſſet data. Chriſtus itaque noſtra cauſſa ſe ſemel Deo in cruce obtulit tanquam pretium infinitum. Hinc eſt, quod

Petrus Abbas i Nucleo de ſacrif. Miſ. c. 1. & ſequ.
Gen. 14.
Gemma animæ i fine.
Luc. 22. 1. Co. 11

in

in altaribus, ubi res ſacra fit, apponitur crux, ut inſinuetur omnia a nobis peti per meritum Chriſti crucifixi. At vero ſi totam hanc ſacram functionem deſcribere velles, diceres, Miſſæ ſacrificiũ eſt repræſentatio ſacrificij a Chriſto Ieſu in cruce peracti; in qua idem Chriſtus, qui ſolus ſeipſum obtulit in ara crucis, per ueram ſanguinis effuſionem & mortem, hic per ſacerdotem tanquam miniſtrum ſeipsũ offert Deo Patri, ſine ſanguinis effuſione, & uera morte, ſed per utriuſque repræſentationem: ideoque ſacerdos perſonam gerit Chriſti patientis, & tota Miſſæ actio dominicam paſſionem refert. Cuius deſcriptionis declaratio petenda eſt ab ijs q de Miſſæ myſterijs ſcripſere.

Franc. Coſt.

Microl.

In quo ſacrificij genere Miſſa reponenda ſit; & in quo eius eſſentia conſiſtat. cap. 5.

VT quantum utilitatis uniuerſa eccleſia ex hoc ſacrificio referat, cognoſci poſſit, in quo ſacrificij genere reponatur demonſtrandum eſt. Quæ autem de re propoſita occurrunt dicenda quibuſdam dictis breuiter comprehendam.

Lege Petrũ Cluniac. lib. de ſacr. Miſ.

Primum dictum, Chriſti paſſio & mors fuit verum, ac perfectiſſimum ſacrificium. Doctrina eſt certiſſima; quia huic oblationi conueniunt omnia, quæ ad ſacrificij rationem neceſſaria eſſe diximus. Et quamuis in hoc actu multæ eluxerint uirtutes, vt caritas, fortitudo, obedientia & aliæ: tamen etiam religionis actus apparuit, cui uirtuti proxime tribuitur ſacrificij oblatio. Chriſtus enim obtulit ſe Deo hoſtiam, cum ab eo hoc mandatum accepiſſet. Nec inde ſequitur, Martyrum perpeſſiones ſacrificia nũcupari poſſe, ut mors Chriſti, quia Chriſtus erat uere ſacerdos, & ſeipſum ſacrificauit, poterat enim non ſe offerre: & quia myſtico ritu, non caſu, in tali loco, die, & modo ſe obtulit: & quia pro fine habuit pacificare nos cum Deo.

Aug. lib. 1. cõt. ad uer. leg. c. 18.

Epheſ. 5. Heb. 7. 8 9. & 10.

Leo epiſ. 23.

Secundum dictum, Miſſa eſt uerum & proprium ſacrificium, non ſola commemoratio & repræſentatio ſacrificij. Et hæc doctrina certa fide tenenda, quã non eſt noſtri inſtituti laiè demõſtrare. Omittimus itaque varia antiquæ legis loca, in quibus, aut præfiguratũ, aut promiſſum fuit hoc ſacrificium, ac etiam nonnulla alia, quæ ex noua lege ſumi poſſent. Omitto etiam multorum Patrum & conciliorum auctoritates, & ſolum urgeo aduerſarium perpetua Eccleſiæ traditione, & communi omnium fidelium conſenſu. Et ſi ab Hebræis tranſlatum fuit ſacerdotium, cur non etiam ſacrificium? Et ſi aliæ leges ſua uera habuere ſacrificia, cur non lex Euangelica, alijs legibus multo perfectior? Pro certo itaque habeatur, Euchariſtiam nõ ſolum eſſe Sacramentum quoddam, ſed etiam uerum & proprium ſacrificium.

Coloſ. 1.

Nico. A-

rificus opuſcu. de Miſ.

Exo. 12. & 24.

Iſa. 66.

Dan. 8. 12.

Mal. 1.

Luc. 22.

1. Co. 10 & 11.

Cõ. Tri.

Heb.

Pet. Abbas Cluniac. de ſac. Miſ. c. 1. 2. 3. 6. 7.

Tertium dictum, Miſſa eſt ſacrificiũ eucharisticum, hoc eſt oblatio in gratiarum actionem. Celebratur. n. Miſſa ſæpe numero ad gratias Deo reddendas pro acceptis beneficijs. Quartum dictũ. Miſſa eſt ſacrificium honorarium, uel ut Græci loquuntur, latreuticon: oblatio nimirum quæ Deo offertur in eius honorẽ ad agnoſcendum eius poteſtatem & dominium in res omnes, ac proinde in eo fit rei oblatæ conſumptio.

Quintum dictum, Miſſa eſt ſacrificiũ propitiatorium, hoc eſt habet uim ad expianda peccata. Nam, ſi legis naturæ, & ſcriptæ ſacrificia, ut ex diuinis literis diſcimus hanc uim habebant, quæ erant imperfecta, & mera ſigna, quanto magis nouæ legis ſacrificium quod ueritatem continet hãc uim hebebit? Ideo de antiquæ legis ſacrificijs, & de noſtro dictum eſt, Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem (hoc eſt ipſam ueritatem & corpus humanitatis meæ, quod tibi in ſacrificium offerrem) aptaſti mihi. Ideo cũ Dominus hoc ſacrificium inſtituit, dixit, Hic eſt ſanguis, qui pro uobis fundetur in remiſſionem peccatorum. Nec propterea quod ſacrificiũ crucis fuit nobis propitiatorium, hoc eandem uim non habebit: cum etiam vetera ſacrificia fuerint ſuo modo propitiatoria, & tamen habuerũt vim a ſanguine Agni; q a mũdi origi

Conc. Brac. 3.

Iob. 1.

Pſal. 39

Heb. 10.

Iac. in litur.

Orig. ho. 13. in Leuit.

Cyr. Hierſ.

ne

ne occiſus fuiſſe dicitur.

Sextum dictum, Miſſæ ſacrificium eſt impetratorium: hoc eſt, ualet ac offerri poteſt ad omnia beneficia a Deo obtinenda; ut pro pace, pro rerum abundantia, & alijs rebus ſimilibus. Quoniam uetera ſacrificia hanc uim habebant; quæ uis noſtro negari non debet: & ideo in omnibus liturgijs, ſiue miſſis Iacobi, Clementis, Baſilij, & Chryſoſtomi legimus, hoc ſacrificium pro beneficijs etiam temporalibus offerri. Et ſane, ſi uim habet ad obtinendam peccatorum remiſſionem & ad placandum Deum, multo magis ualebit ad obtinenda bona temporalia. Concludamus igitur unum nouæ legis ſacrificium omnem uim habere, quæ olim uaria habebant ſacrificiorum genera. Sed iam in quo eius conſiſtat eſſentia, paucis doceamus.

Septimum dictum, quamuis corpus & ſanguis Chriſti ſint id quod proprie in hoc ſacrificio offertur, & ſacrificatur: tamen dicendum eſt, etiam panem & uinũ aliquo pacto pertinere ad rem quæ ſacrificatur; ita ut ſpecies etiam ipſæ offerri dicantur. Ideo in offertorio dicitur, Suſcipe Sancte Pater hanc immaculatam hoſtiam, hoc eſt panem hunc: neque.n. hęc verba de Chriſti corpore itelligi poſſũt.
Cyp lib. 2. ep. 3. Greg. li. 2. dial. c. 23. Huc etiam facit, quod in liturgijs quibuſdam dicitur nos panem & uinum offerre: idemque nonnulli Patres affirmãt. Nec propterea ſequitur, duo eſſe ſacrificia, vnum panis & corporis, alterum vini, & ſanguinis, quamuis ſeorſim offerantur: quia nec panis abſolute, nec item corpus, ſed panis conuertendus in corpus Chriſti, & corpus ſub ſpecie panis: atq; idem de uino & ſanguine dicas: ſed ex vtroruque oblatione, vnum integrũ fit ſacrificium, quo Chriſti oblatio in cruce facta repręſentatur.

Octauum dictum, nec oblatio uini & panis conſecrationem antecedens, nec etiam ea quę poſt conſecrationem fit, ad ſacrificij eſſentiam pertinet, ſed ſolum ad integritatem & plenitudinem. Non illa, quia immolationem præcedit, & uerbis fit; at non eſt neceſſe, ut verbis aliquid Deo offeratur: igitur non hæc, quia ſacrificium ſubſequitur, & fit in perſona miniſtri & Eccleſiæ, non autẽ Chriſti. Quod vtraque ad integritatem quandam pertineat, patet ex omnibus antiquis liturgijs tum Grecis, tũ Latinis. Licet ergo aliqua rei ſacrificandæ oblatio ſit de eſſentia ſacrificij, ut patet ex ijs quæ in ſacrificij de- *Cyp li. 2. ep. 3.* finitione dixi; tamen non eſt neceſſe ut ſit alia præter ipsã immolationem: cum ipſa immolatio ſit loco oblationis. Atq; idẽ de ſacramenti fractione diceres, quæ non eſt de eſſentia: & ita, ſi panis conſecratus in calicem decideret, non deberet frangi ſed integer relinqui, uſq; ad ſumptionem: pertinet tamen ad integritatem ut ex liturgijs patet.

Nonum dictum, ſacramenti ſumptio quæ fit a ſacerdote, eſt pars eſſentialis ſacrificij, non tamen tota eſſentia. Quia hæc ſumptio, non tam eſt comeſtio, quã ſacrificij conſumptio, quæ reſpondet combuſtioni in holocauſto: at conſumptio eſt de eſſentia ſacrificij, vt ſupra docuimus: igitur: neque.n. eſt alia actio in toto hoc ſacrificio, quæ conſumptioni reſpondeat. vnde, ſi caſu ſacerdos poſt cõſecrationem interiret, alius deberet ſacrificium perficere & ſumere.

Decimum dictum, Euchariſtiæ conſecratio pertinet ad eſſentiam ſacrificij. *Cõc Tolet. 12. c. 5.* Doctrina eſt communis multorum ſcriptorum: in qua tamen explicanda non omnes conueniunt. Ideo autem in ipſa conſecratione dicitur conſiſtere ſacrificium, quia per eam res prophana, nimirũ *Ruar. art 6. ca ſal. li. 2. de ſac. c. 15.* panis & uinum, fit ſacta, & in aliud conuertitur: res.n. iſta Deo in altari offertur: & quia per eam res oblata ad realem mutationem ordinatur, quod eſt neceſſariũ in ſacrificio, ſiquidem per conſecrationem, Chriſti corpus accipit formam cibi: cibus uero ad mutationem, deſtructionemque ordinatur, licet corpus Chriſti nihil patiatur: ſed amittit ſolum eſſe ſacramentale, & deſinit eſſe cibus ſenſibilis. Quod autem in ipſa conſecratione *Cyp Ser. de coen. Gre. li. 4 dia. c. 58* conſiſtat huius ſacrificij eſſentia patet; quia Chriſtus conſecrando & conſumendo ſacrificauit: & cum olim Apoſtoli ad verba conſecrationis non adderent niſi precationem dominicam, quæ non eſt ſa-

crificium

crificium, profecto conſecrando ſacrifica bant. Concludamus igitur conſecrationē atque ſumptionem eſſe de eſſentia huius ſacrificij, & de iure diuino: alia uero quæ ad honeſtatem & dignitatem pertinent, vt tale ac tantum ſacrificium cum honore celebretur, eſſe de iure humano, quæ partim ab Apoſtolis, partim ab eorum ſucceſſoribus addita fuere: unde factum eſt ut Miſſa uarias habuerit partes, de quibus conſequenti capite agemus.

De partibus, ſiue de diuiſione Miſſæ. cap. 6.

VT docere poſſimus quantam & qualem Miſſam fideles audire ex præcepto teneātur; aliquid de diuiſione Miſſæ omnino dicendum eſt. Cæterum, cum de partibus agimus, nihil ſpeciatim de earum inuentoribus, nec de earūdem myſtica ſignificatione agemus, cum hoc non ſit inſtituti noſtri.

Lege Amalar. Gemma anima. Microl. Hidelbe. carmina Ioa. Burchar. de ord. Miſ.

Quod igitur ad partes Miſſæ attinet, aliqui eam in tres maiores partes diuidūt; quarum prima eſt ab introitu uſque ad offertorium, quæ Catechumenorum Miſſa vocari ſolet, quod eis huic parti adeſſe liceat, non autem ei, in qua ſacrificatur: cum clara naturæ lex omnes populos doceat, myſteria non eſſe communicanda cum profanis. Vnde apud Græcos, cum ſacerdos templum ingrediebatur, hæc pronuntiabat verba, ἑκὰς, ἑκὰς ὅςις ἀλιτρὸς, i. procul procul quicunq; purus. Et apud noſtros, miniſter ex eminenti loco cum ad oblationem uentum erat, contenta voce dicebat, Sancta ſanctis. Secunda ab offertorio vſque ad ſacramenti ſumptionem; quæ dicitur miſſa fidelium, ſiue iam baptizatorum. Tertia a ſumptione, vſque ad finem. Sed alij ſecundam in duas diuidunt, quarum prima eſt ab offertorio uſque ad Conſecrationem, quæ a Græcis dicitur Anaphora, id eſt oblatoria; a quibuſdam latinis, Canon minor: altera a conſecratione uſque ad Communionem, quam Canonem maiorem uocant. Atque hæ ſunt maiores huius ſacræ actionis partes, quæ in alias ſubdiuiduntur.

Six. 3.

Prima in ſex ſubdiuidi ſolet; quarum prima eſt introitus, ab ingreſſu ad altare, vſque ad gloriam: pſalmus. n. Iudica me. & Confiteor, non ſunt partes, ſed præparatio ad ſacrificium, ac proinde extra altare dicuntur. Secunda poſt gloriam, uſque ad epiſtolam, quę dicitur collecta, in qua ſacerdos, conuerſus ad populum eū ſalutat, & poſtea preces fundit. Tertia cōtinet epiſtolam, cuius lectione eruditur populus. Quarta, ab epiſtola ad euangelium, in qua aliqui leguntur, canuntur ve verſiculi, quam Graduale uocant, quod hæc pars olim caneretur a choro, dum Diaconus aſcendebat gradus ad canendū euangelium, quod ex eminenti loco cani ſolebat. Quinta euangelium, in qua ſemper Euangeliſtarum legitur doctrina. Sexta, continet ſymbolum apoſtolicum, quę pars interdum ſolet omitti.

Cō. Lao. c. 25. Renan.

Quod attinet ad pręparationem per confeſſionem, ideo iſta confeſſio fit Deo ſanctis & Eccleſiæ, quia dum peccamus, non ſolum Deum, ſed etiam omnes creaturas ſuo modo offendimus, iuxta illud, Peccaui in cœlum & coram te. Introitus ſic dictus ab ingreſſu ad altare, uel quia eſt miſſæ initium, continet verſiculos quoſdam cum gloria patri, quod additur ad introitum: quæ particula eſt antiquiſſima. His accedit, Kyrie, quam partem Gręci litaniam. i. ſupplicationem uocant. pars etiam antiquiſſima, tum apud Græcos, tum apud latinos. Cui ſupplicationi additur Angelicus hymnus, Gloria in excelſis, quo diuina laudatur maieſtas. Poſtea ſacerdos acceſſurus ad tertiam conuertitur ad populum eumque ſalutat, dicendo, Dominus vobiſcum, vt eum excitet ad orandum, quod fit in collecta, ſic per ſynecdochen dicta; quòd huic parti tribuatur nomen totius: Olim. n. tota miſſa a populi collectione, collecta dicebatur, vnde collectam facere, eſt miſſam celebrare. Ideo hæc pars hoc meretur nomen, quia oratio eſt initium & finis, ac etiam medium, huius ſacræ functionis, orationes q̄ in collecta dicūtur dirigūtur ſpeciatim ad pſonā Patris, tumquia hāc orandi formam nos Chriſtus docuit. tū quia oēs orationes cōcludūtur, per Chri

Luc. 15. Conr. li. 2. c. 1. Valaf. c. c. 22. Cō. Vaſ. can. 5. Greg. li. ep. 63. Litur. S. Iac. In. lib. 2. de myſt. ca. 20. Berno Abbas. c. 2. ubi late de gloria.

ſtũ, ꝙ ſi oratio ad Trinitatẽ dirigeretur, cum in concluſione dicitur, Filium tuũ, uideremur facere Chriſtum Trinitatis filium: & ſi omitteretur uox, Filium, videremur duas agnoſcere in Chriſto perſonas, vnam quam inuocamus, alteram per quam inuocamus. Cum ergo Patris perſona ſit prima, & aliarum origo, ut dicta inconuenientia fugiantur, conuenienter oratio ad Patrem dirigitur: in cuius perſona cæteræ intelliguntur unius diuinæ naturæ perſonę, quarum etiam mentio in collectis fit. Collectarum aliquę diriguntur ad filium, & concluduntur, per Qui uiuis, & regnas, &c. In epiſtola, ut diximus, eruditur populus per lectionem ſacrarum ſcripturarum, iuxta antiquam Hebræorum, & Chriſtianorũ conſuetudinẽ: unde partim ſumitur ex antiqua lege quæ fuit pędagogus ad nouam, partim ex doctrina Apoſtolorum, qua exponitur lex noua, quæ traditur in euangelio. In graduali interſeruntur aliqui verſiculi ſumpti fere ſemper ex diuina ſcriptura: qui cum ad pęnitentiã pertinere ſoleãt, tempore paſchali quod eſt lętitiæ tempus, omittuntur, & eorum loco, dupplicatur, Alleluia; quod tempore pœnitentiæ omitti ſolet. Vnde horũ verſiculorum qui in hac parte dicuntur, alij Graduale, alij, Alleluia, alij Tractus, qui diebus ieiuniorum dici ſolent, ſic appellati, quod tractim in ſignum mæſtitię cani debeant: alij denique, Sequentia, ſeu Proſa, quodam rythmo confecti, qui ſolennioribus diebus cani ſolent. Hac parte peracta, ſacerdos ad alterum altaris cornu accedit, ut deſignetur legis, ſacerdotij, & Chriſti translatio a Iudæis ad Gentes, vbi legitur ſemper doctrina tradita a Chriſto per Euangeliſtas: quã partem fideles ſtantes audiunt, ut deſignetur promptitudo ad exequendam, defendendamque Chriſti doctrinam: uel ob reuerentiam Domini loquentis. Euangelicę lectioni ideo ſuccedit ſymbolum: quia in eo fit fidei confeſſio, quæ ſequitur auditum.

Tert. li. de nat.
Iuſtin. apo. 2.
Dion. c. 3. eccl. hier.
Act. 13. 15.
Rup. lib. 1. de diu. offic. ca. 34.
Cõc. Tolet. 6. ca. 10.
Chryſo. ho. 6. de pœp.
Clem li. 2. conſt. c. 57.
Anaſta. 1. epi decre.
Brucha.

Sequitur ſecũda pars principalis, quæ canon uocatur, latine regula quod contineat formam certam ab Eccleſiæ Præſidibus præſcriptam, in celebrando ſeruãdam: quam partem, alij Legitimum alij Ordinem, alij Actionem uocant, quod in ea ſacrificij actio exerceatur. canon igitur primus quem minorem aliqui appellant, habet initium a precatione, quæ eſt veluti præparatio ad offertorium, quod eſt prima canonis pars; in qua primo quinque precatiunculis offertur & præparatur materia in ſacrificio poſtea plene offerenda, ubi intercedit manuum lotio, cum quadam oratiuncula, cui ſuccedunt precationes, ſeu collectæ quæ ſecreto dicuntur quæ pars concluditur illis verbis elata uoce pronũtiatis, Per omnia ſecula, &c. Poſtea, ſequitur alia pars quæ nominatur, Præfatium, ſic dictum, quia in eo præparatur & excitatur populus ad actionem in qua ſacrificium conſiſtit; quæ incipit, per ſalutationem Populi & hortationem ad eleuanda corda, & terminatur in cãticum Angelicum, Sãctus, &c. & in illud quod Chriſto cecinerunt Hebræi. ſunt autem præfationum genera nouem quæ recenſere hoc loco nihil eſt neceſſe.

Alcu. li. de offic.
Opt. Milen.
Vualfr. c. 22.
Iſa. 6.
Mat. 21.
Cõc. Va. can. 4.

Sequitur tertia pars, quæ maior canõ appellatur, a cõſecratione uſque ad ſumptionẽ, quæ in alias ſubdiuiditur partes. in quarum prima ſex continentur orationes, quę vel antecedunt. uel conſequũtur cõſecrationem. Prima oratio quæ incipit Te igitur, &c. continet nomina eorũ pro quibus offertur, & in quorum honorem offertur ſacrificium. Secunda, Hanc igitur, continet quattuor petitiones. Tertia, Quam oblationem &c. in qua primo oratur Deus ut oblationem tanquam gratã velit excipere: deinde referuntur verba, quibus Chriſtus hoc ſacrificiũ inſtituiſſe narratur; ac etiam panis & uinum conſecrantur. Quarta, vnde & memores &c. in qua primo fit oblatio, acceptanda per Chriſti merita: deinde oratur, vt ſit accepta, ſicuti ſacrificia antiquorum Patrum: poſtremo petitur, ut per Angelos ad Dei conſpectum deferatur Quinta, Memento etiam &c. in qua fit commemoratio pro defunctis. Sexta, Nobis quoque, &c. in qua ſacerdos orat pro ſe & alijs peccatoribus, atque in ſanctorum conſortium

Pela. 2. epiſt. ad epi. Ger.

ſe admitti petit, & hoc per meritũ Chriſti: quę oratio contenta uoce cõcluditur & canon finitur.

Sequitur poſtea, ut aliqui volũt, quarta pars miſſæ, quæ incipit ab oratione dominica, ante quam quædam ponitur præparatio, atque admonitio, Præceptis ſalutaribus, &c. Orationi dominicæ adiungitur, alia oratio, qua petitur liberatio a malis, atque pacis beneficium: Quę concluditur, cum pacis imprecatione, Pax domini, &c. Succedit oratio alia, qua fit commiſtio corporis cum ſanguine. Sequitur poſtea, Agnus Dei, ubi Chriſtus inuocatur & eius miſericordia, pacisque donum petitur. Adduntur deinde tres orationes, quibus ſacerdos ſe ad communionẽ præparat: Quibus ſuccedit ſumptio. Poſt ſũptionem ſequuntur duæ breues orationes, Quod ore, &, Corpus tuum, quibus oratur vt ſumptio valeat ad peccata tollenda.

Gemma anima. c. 14.

His peractis, reuertitur ſacerdos ad alterum altaris cornu, ad deſignandum fore, ut in extrema mundi ætate Iudæi ad Chriſtum conuertantur, Vbi ſacerdos primum conuerſus ad populum eum ſalutat: deinde legit verſiculos, quos ſequitur una, plures collectæ: poſtea iterum conuerſus ad populum, ait. Ite Miſſa eſt, quę verba, vt Alcuino placet, hũc faciunt ſenſum, Ite, miſſio cõceditur, ab ire licet. At vero in dominicis Aduentus & Quadrageſimę, ad ſignificandam veluti quandam temporis mæſtitiam, loco, Ite, dicitur, Benedicamus Domino, Nec propterea ſtatim populus abire dẽt, antequã a ſacerdote benedicatur. Poſt dicta verba, reuertitur ad orandum, & ait, Placeat tibi ſancta Trinitas, &c. Tandem populũ benedicit de qua re uide, quę Micrologus capite uigeſimoprimo ſcribit: & Miſſam Euangelio concludit.

Pet. li. 4. Domin' uobis. in ſcribus.

Microl. c. 21.

Atque hæc de diuiſione miſſæ ratione partium; quarum aliæ ad eſſentiam miſſæ pertinent, ſuntque de iure diuino, aliæ quæ ad ſolennitatem faciunt, a uarijs Pontificibus, varijs temporibus additæ, quæ partim ad petitionem, partim ad gratiarum actionem referuntur.

Valafr. ſtrab.

Rurſus diuidi poteſt miſſa quibuſdã diuiſionibus accidentalibus, quod alia ſit magna ſiue ſolẽnis, alia parua & non ſolennis, alia publica, alia priuata: alia de feſto, alia de feria: alia pro uiuis, alia pro defunctis: & harum ſimiles aliæ poſſent afferri diuiſiones: quibus omiſſis de ualore Miſſę dicamus.

De ualore ſeu efficientia miſſæ. cap. 7.

INter alia quę fideles de ſacrificio miſſę docendi ſunt, illud eſt, vt intelligant quanta ſit eius uis atque efficientia. Ad quam rem explicandam, nonnulla prius adnotabo, poſtea quid ſit tenẽdum quibuſdam dictis docebo.

Primum notandum, in hac ſacra functione duo ſpectantur, primum quod ſit ſacrificium: alterum quod ſit quoddã Sacramentum: vt eſt ſacrificium, offertur, & impetrat: vt Sacramentum ſuſcipitur, & ſanctificat. Rurſus in miſſa, vt eſt ſacrificium, tria ſpectari poſſunt; res quę offertur, verba, ſiue orationes quibus offertur, & perſona quę offert: ex quibus aliquis valor ſumi poteſt: & ſpeciatim ex parte rei oblatę, & perſonę offerentis: ille vocatur valor ex opere operato, ideſt ex merito operum Chriſti; hic vero ex opere operantis, hoc eſt eius qui offert.

Illud dicitur habere vim ex opere operato, quod ex ſe valet, modo fiat, ut lex iubet; ita vt non fiat melius nec peius ex parte miniſtri boni, vel mali; ut patet in baptiſmo, qui vim habet a quocũque administretur. Hic valor bifariam in aliquo opere reperitur; vno modo, ſi opus illud ſit veluti inſtrumentum, quod proxime & efficienter producat effectum; qua ratione ſacramenta habent vim ex opere operato; quia efficienter iuſtificãt, niſi adſit impedimentum. Altero modo, ſi producat effectum, ſed independenter a bonitate miniſtri, moueatque Deũ infallibiliter ad effectum producendũ; vt ſi quis ignotus aut etiam inuiſus Principi, aliquid nomine alterius, ſed nihil poſſet negare, poſtularet: cuius poſtulatio infallibiliter impetraret, non tamen ex

parte

parte ſeu ex opere poſtulantis.

Illud habet vim ex opere operantis ſiue agentis, quod ex eius bonitate uel de uotione aliquid efficit; ita vt opus multum, aut parum, aut nihil valeat, pro ut magna, uel parua, vel nulla eſt agentis bonitas: cuiuſmodi eſt valor operum noſtrorum.

Secundum notandum, Miſſę ſacrificium a varijs offertur: a Chriſto, vt a primario ſacerdote, per alium ſacerdotem, tanquam per ſuum miniſtrum: ab Eccleſia, tanquam a populo per ſacerdotem, & ſuperiorem: a Sacerdote, tanquam a mediatore, qui pro populo intercedit; & ita ſacerdos non eſt proprie Eccleſię miniſter; cum hac in parte ſit Eccleſia maior: eſt tamen miniſter Chriſti, cum ſit eo inferior. Vnde Eccleſia proprie non ſacrificat; ſed rem ſacrificandam offert, ſacrificioque conſentit, & ita deſiderio ſacrificare dicitur; ac proinde omnia ſacrificia offerre, quę a cunctis ſacerdotibus offeruntur, ſed non eodem modo, ut poſtea planius docebo; cum alij proxime, alij remote offerant; quo fit, ut non eadem ratione omnes ſacrificij fructum participent.

Tertium notandum, quamuis miniſtri bonitas non ſit neceſſaria ad ſacrificium: tamen, vt dicatur habere vim ex opere operantis, alicuius offerentis bonitas neceſſaria requiritur: quia cum debeat impetrare, neceſſe eſt, vt offerens offerenti placeat; iuxta illud, Reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius; vides, ut Deus prius reſpicit perſonam & poſtea munera: Adde etiam, quia ſacerdos eſt qui proprie operatur, non Chriſtus, qui ſolum per miniſtrum agit. Licet ergo res quę in hoc ſacrificio offertur, nimirum Chriſtus dominus, ſit ſemp Deo grata: tamen, quia non res ipſa, ſed oblatio dicitur ſacrificium, ideo vt ſit gratũ, neceſſe eſt vt perſona offerẽs placeat: ob quam cauſſam plus interdum placet munuſculum, quam maximum donum.

Sco. quo. lib. 20.

Gen. 4.

Et quoniam Eccleſia, quę per Sacerdotem offert, ſemper eſt cara Deo; idcirco Miſſa, abſolute loquendo ſemper habet aliquem valorem ex parte offerentis. Et quidem ex parte Chriſti per ſuum miniſtrum offerentis, uno & eodem modo infallibiliter placet: at vero ex parte Eccleſię, licet ſemper placeat, non tamẽ eadem ſemper ratione; ſicuti nec ex parte ſacerdotis, ex qua parte interdum poteſt nihil placere, ſed potius diſplicere, vt cum miniſter eſt malus.

Scot. loc. cit.

Quartum notandum, inter ſacrificiũ crucis & ſacrificium Miſſę prout utrunque a Chriſto offertur, eſt aliquid diſcriminis. Nam cum illud fuerit oblatũ ab ipſomet Chriſto dum adhuc mortalis erat, non ſolum habuit vim impetrandi, ſed etiam merendi & ſatisfaciendi: at vero hoc, cum offeratur a Chriſto extra hanc vitam exiſtente, per miniſtrum, eſt proprie impetratorium: propitiatorium autem & ſatisfactorium prout impetrat remiſſionem, culpę, poenę: meritorium, uero, quia per ipſum impetramus gratiã quam meremur, Verum, poteſt etiam dici ſatisfactorium, prout ex Domini inſtitutione per hoc ſacrificium applicatur eiuſdem paſſio ad pœnas in hac uita, uel in purgatorio tollendas. His ita explicatis, quæ de re propoſita tenenda ſunt, ſequentibus dictis docebo.

Primum dictum, miſſæ ſacrificium habet aliquem ualorem ex opere operãtis, hoc eſt offerentis. Patet hæc doctrina ex ijs quæ adnotauimus: & ſane, ſi cætera bona opera Deo placent, cum ex caritate ab amico offeruntur: cur non etiam hoc? quãuis ex hac parte non habeat ſuã præcipuam vim, vt ſtatim dicam.

Secundum dictum, præcipua huius ſacrificij vis pendet ex opere operato, hoc eſt, ex eo quod Chriſtus vt primarius & perpetuus ſacerdos, per oẽs ſacerdotes tanquam per ſuos miniſtros, ſeipsũ Deo offert. Ideo Concilium Tridentinũ reddendo cauſſam cur per hoc ſacrificiũ remittantur peccata, dixit: quia eadẽ eſt hoſtia, & idem offerens, qui fuit in ſacrificio crucis.

Seſ. 22. c. 2.

Tertiũ dictũ, miſſæ ſacrificiũ nõ hẽt vim producẽdi effectũ proximę, ſicuti ſacramẽta, q̃ ſunt inſtrumẽta efficiẽtia gratiæ. Hãc veritatem haud obſcure docuit Concilium Tridentinum, cum dixit,

per hoc ſacrificiũ ingentia peccata dimitti, quia Deus hoc ſacrificio placatus, gratiam & donum pœnitentiæ concedit: nõ itaque ſacrificium proxime iuſtificat, ſicuti ſacramenta faciunt. Et ſane, ſi hanc vim nõ habuit ſacrificium in cruce oblatum, quia per illud homines non fuerunt proxime iuſtificati; multo minus miſſæ ſacrificium eandem vim habebit.

Quartum dictum, ſacrificium miſſæ habet vim per modum ſatisfactionis, meriti, & impetrationis, ſed magis proprie per modum impetrationis. Per modum meriti, quia, vt adnotauimus, Chriſtus meruit apud Patrem, vt detur gratia ijs qui digne hoc ſacrificium offerunt, per quam gratiam merentur peccatorum remiſſionem, bonorumque conſequutionem: & hoc ex iuſtitia, ita ut nemo hoc fructu priuetur, ſi recte hæc ſacra functio peragatur. Per modum ſatisfactionis, quia, qui hoc ſacrificium Deo offert, ſatisfacit pro pœnis ob perpetrata peccata debitis. Itaque ideo Deus pœnas condonat, quia ei per hanc oblationem ſatiſfacimus: ac proinde eſt veluti pretium, quod pro noſtris debitis ſoluimus. At vero tertius modus per impetrationem, vt dixi eſt maxime proprius ſacrificio: Hęc enim eſt efficientia ſacrificij vniuerſe ſũpti; cum orantis & ſupplicantis ſit ſacrificij oblatio, quę orationem ſupplicationemque maxime iuuat, quaſi votũ quoddam, quod orationi pręmittitur. Et quemadmodum oratio poteſt eſſe meritoria, ſi ex gratia proficiſcatur, & ſatisfactoria, ut eſt opus laborioſum; tamen ex ſua vi proprie impetrat; ita & ſacrificium, cum ſit quaſi quædam oratio, non uoce, ſed re habita. Nec propterea, quod nõ videmur impetraſſe, exiſtimandum eſt, non habere ſemper hanc vim, modo conuenienti ratione facta ſit oblatio, quia Deus maiora bona concedit, quam ſunt ea quæ petimus, & bona temporalia conuertit in ſpiritualia quę petere neſciebamus. Quintum dictum, ualor huius ſacrificij tum ex parte rei oblatæ, tum Chriſti offerentis eſt ſemper idem: at vero ex parte miniſtri & eccleſiæ non item. Doctrina eſt manifeſta ex ijs quę adnotauimus, ac proinde nulla eget probatione aut declaratione. Sextum dictum, miſſę valor, tum ratione rei oblatæ, tum offerentis, eſt finitus, Ita tenendum cũ communi Theologorum ſententia, licet aliqui ſine firma ratione refragentur: at noſtram ſententiam hæc firmiſſima corroborant argumenta. Primum, quia ideò Chriſti meritum in ſacrificio crucis dicitur fuiſſe infinitum, quia illa actio fuit ſuppoſiti diuini, ac proinde infinitam meriti rationem habere potuit, atqui hoc ſacrificium non offertur proxime a Chriſto: igitur hęc oblatio non habet cur dicatur eſſe meriti infiniti: alias. n. nõ minus mereret miniſter, atque Chriſtus meruit, quod nõ eſt rationi cõſentaneum. Par. n. eſt, vt minus ualeat poſtulatio, apud aliquem, quę fit per Legatum, quam quæ fieret a Principe legante. Deinde confirmatur ex vſu eccleſiæ: quia, ſi huius ſacrificij ualor eſſet infinitus, non offerret plura ſacrificia pro una & eadem re obtinenda. Denique, licet res quæ offertur ſit Deo infinite grata, & Chriſtus potuiſſet uni oblationi a ſuo miniſtro factæ infinitam ſui meriti uim applicare: tamen noluit niſi certam menſuram fructus paſſionis ſuæ ſingulis oblationibus ad aliquid obtinẽdum adiungere: & fortaſſe hanc ob cauſſam, ut hac rõne eius frequentaret ſacrificium, ſine quo nulla poteſt conſiſtere religio, ut ſicut ipſe pro nobis apud Patrem ut ex Paulo colligimus interpellat, cum tamen unica interpellatione omnia obtinere potuiſſet: ita & nos frequenti & repetita ſui ſacrificij oblatione, ſæpius eundem Patrem obſecremus. Quare, ſicuti uoluit per ſacramentum certã adhiberi ſui meriti menſuram, ita & per hoc ſacrificium

Septimum dictũ, miſſæ ualor ad quinque rerum genera obtinenda ualet. Primo ad remiſſionem peccatorum, tum mortalium, tum uenialium, Secundo, ad ſatisfactionem pro pœnis debitis ob perpetrata crimina. Nam remiſſa per contritionem, aut per confeſſionem culpa, pœna quæ erat æterna fit temporalis, ni tota tollatur, quæ, aliqua parte per huius ſacrificij oblationem remittitur. Cõ. Trĩ. ſeſ. 22.

Tertio,

Tertio, valet ad remouenda alia incommoda temporalia, & huius vitę miſerias. Quarto ad conſequendam gratiam, & dona ſpiritualia, tum pro ijs qui celebrãt; tum pro alijs qui faciunt celebrare. Postremo, ad impetranda bona temporalia, vt rerum abundantiam, ſanitatem, pacem, & id genus alia. Hanc veritatem, miſſis Patrum & conciliorum auctoritatibus, ex ipſis Liturgijs & canonibus tũ Græcis, tum Latinis confirmares, in quibus iſta bona petuntur, vt ſupra diximus. Octauum dictum, miſſæ valor ex parte orationum quæ dicuntur eſt finitus, & tantus nimirum quanta erit caritas & deuotio ſacerdotis offerentis & ecclesiæ cuius nomine ſacerdos offert: uerum ex parte ſacerdotis interdum poteſt eſſe nullus ſi ſit in peccato conſtitutus: at vero ex parte eccleſiæ ſemper erit aliquis, cum eccleſia perpetuo ſit cara Deo; quippe in fidelium cætu ſemper ſunt ali-
Pſa. 44. qui, in gratia conſtituti. Hæc.n. eſt filia illa quam rex ob eius decorem adamat.

Quibus miſſa ſacrificium proſit, & pro quibus offerri poſſit. cap. 8.

Vt quibus Miſſæ ſacrificium proſit doceri poſſit, animaduertendũ eſt, ſacrificium partim prodeſſe offerentibus, partim ijs pro quibus offertur. Porro, offerentium varia ſunt genera: nam alij ſunt, qui habitu offerre dicuntur, ut illi qui ſacrificio non interſunt, nec de ſacrificando cogitant, ſed tacita voluntate offerri cupiunt: alij qui actu offerri deſiderant, ſed ad offerendum nõ iuuant, vt illi qui ſacto interſunt, & nihil proxime quod ad oblationem pertineat agũt: alij offerunt etiam efficienter; quia ſunt cauſſa cur ſacrificium fiat, rogando, hortando, iubendo, dãdoque eleemoſynam: alij denique proxime offerunt, vt ſacerdos, & illi qui aliqua ratione in hac ſacra functione operantur; ut qui ſacerdoti inſeruiunt, vel in choro canunt. Licet ergo omnia ſacrificia a tota eccleſia offerri dicantur; tamẽ non oẽs eodẽ modo, vt eſt explicatum. Similiter varia ſunt genera eorum pro quibus offertur; Nã alij uiuũt, alij e vita abierunt: illi rurſus aut ſunt membra viua corporis myſtici, quod eſt eccleſia, vt illi qui ſunt in gratia conſtituti: alij ſunt quidem membra, ſed mortua, ut peccatores, ſed tamẽ fideles: alij denique ſunt peccatores, & infideles. Qui e vita diſceſſere, alij ſunt in purgatorio, alij in cęlo, alij in inferno: de quibus omnibus quæri poteſt, an eis hoc ſacrificium proſit, & pro eis offerri poſſit. Rurſus illi pro quibus offertur, ſunt in duplici differentia: alij ſunt pro quibus priuata intentione totius Eccleſiæ fit mẽtio in ſacrificio, ut ſunt Pontifex Rex, Epiſcopus, & Circunſtantes; alij pro quibus offertur ex priuata ſacerdotis intentione, vel quia illi id petiuere, vel quia ita ſacerdoti placet. Poteſt autem his omnibus prodeſſe, uel ut acquiratur augeatur ve gratia, aut ut pęna dimittatur, aut ut a peccato recedatur: uel certe vt in honorem & gloriam cedat; ob quam rationem hoc ſacrificium dicitur offerri ꝓ ſanctis. His ita adnotatis, ſubijcio hæc dicta quibus plane docebo, quid de re propoſita ſentiendum ſit.

Primum dictum ſanctis non poſſunt offerri, nec offeruntur ſacrificia, ac proinde nec templa, nec altaria eis erigũtur. Quare, dici non poteſt, offero tibi Petre, Paule, &c. Doctrina eſt certiſſima, quam his uerbis tradidit Auguſtinus. Li 8. de ciu c. 17
Nos Martyribus non conſtituimus templa, ſacerdotia, ſacra, & ſacrificia: quam etiam confirmauit Conciliũ Tridentinũ. Seſ. 22. c. 3.

Secundum dictum, poſſunt ſacrificia offerri & altaria, atque templa erigi in memoriam & honorem ſanctorum, in quibus ſoli Deo ſacrificetur. Hanc quoque doctrinam tradidit idem Auguſtinus, cum dixit, Nulli Martyrum, quãuis in memoriã Martyrũ, cõſtituim⁹ altaria Sed offertur Deo, q martyres coronauit apud memorias eorum quos coronauit.

Tertium dictum, ſacrificium miſſæ non eſt per ſe primo inſtitutum ad ſanctos inuocandos & honorandos. & ita ſecundario & conſequenter cedit in honorem ſanctorum, quatenus Deo gratias agimus pro victorijs ſanctorum: quo fit, ut conſequenter ipſi pro nobis

oretur. Primum patet hoc dictum, ex eo, quia etiamſi in Miſſa nulla fieret ſanctorum mentio,& inuocatio, adhuc uerum eſſet ſacrificium. Deinde, quia in ea parte miſſæ qua fit oblatio & conſecratio nullæ orationes diriguntur in ſanctos, ſed in Deum: quamuis in verſiculis poſt lectionem bis terue, in vna vel altera miſſa, & in confeſſione, quæ præcedit introitum directe inuocentur.

Quartum dictum, non repugnat, ut in ſacrificio miſſæ nominentur honorentur ſancti. Primũ, quia in omnibus liturgijs Iacobi, Clementis, Baſilij, Chryſoſtomi, & aliorum ſæpe nominantur; ut hic multas ſanctorum Patrum auctoritates omittam, ut Cypriani, Cyrilli Ieroſolimitani, in quincta catecheſi, & aliorum. Deinde, quia par eſt, ut nos in hoc ſacrificio gratias agamus Deo pro gratijs collatis fratrib. noſtris, qui in ſunt cęlo, & ut eos cum honore in hoc ſacrificio nominemus. Poſtremo, quia ex hac laudabili cõſuetudine excitamur ad ſanctorũ æmulationem, ut præclare adnotauit Auguſtinus, cum rationem reddebat, cur in ſacrificio fiat ſanctorum memoria: ad quam hæc alia accedit, quia proteſtamur ſanctorum communionem: nam hoc ſacrificium offertur nomine totius eccleſiæ, quæ eſt corpus Chriſti myſticum, cuius partes ſunt oẽs hoĩes, tum viui; tum mortui, ſiue in cœlo, ſiue in purgatorio exiſtãt: Quare ut in hoc ſacrificio nominantur uiui, ita & mortui nominari poſſunt: Adde etiam quod per hoc ſacrificium tota eccleſia a Chriſto redempta, per eum, tanquam per ſummum ſacerdotẽ, offertur Deo: ad quã & ſancti pertinẽt. Quãuis nec beati nec ij qui ſunt in purgatorio proprie offerre dicãtur, niſi indirecte illi qui eleemoſynas pro ſacrificijs facitẽdis reliquere.

1.Tim. 2 — Li. 8 de ciu. c. 27 — Aug lib. 10. de ci. c. 6.

Quinctum dictum, ſancti in hoc ſacrificio, non inuocantur per oblationem ad eos directã, explico, oblatio eſt veluti q̃dam efficaciſſima oratio: tacite.n. orat, qui aliquid cuipiam offert: & quia ſanctis nõ poteſt offerri ſacrificium, eſſet.n. hoc idololatrare, ideo dicimus, nos nõ inuocare ſanctos per ipſam oblationem.

Sextum dictum, nihil repugnat, quod ſancti directe in hoc ſacrificio inuocẽtur per precem; quamuis id raro fiat, ut diximus, & in ea parte in qua nõ offerimus. Dicuntur autem directe inuocari, cũ ſpeciatim oratio ad ipſos ordinatur, ut ſi dicas, S. Paule ora pro me. Quod hoc non repugnet patet, quia ſi ſanctorũ inuocatio, ut ſacra decreuere concilia, extra ſacrificiũ eſt licita, cur nõ etiam in ſacrificio? & ſi pſentibus dicitur, Orate fratres, cur non & a ſanctis petere liceat, ut pro nobis orent? Septimum dictum, in ipſa ſacrificij oblatione ſanctos inuocare licet per precem ad Deum directã, petẽdo a Deo, ut noſtrum ſacrificium per ſanctorum pces acceptum habere uelit. Et quidem hac rõne ſpeciatim in ipſo canone ſancti inuocantur, ut patet in oĩbus liturgijs. Cũ itaq; certũ ſit ſanctos tanquam noſtros fratres & cõciues pro nobis orare, profectò fas erit Deũ orare ut per eorum preces noſtras actiones acceptas habere uelit.

Octauum dictum, hoc ſacrificium nõ offertur pro ſanctis, vt eis profit ad culpę & pœnæ remiſſionem, aut ad gratiæ augmentum, ſed ſolum in eorum honorem & gloriam, dum in eo ipſorum fit mentio. Nam cum ſint extra hanc uitam non poſſunt amplius creſcere in merito: & cũ ſint beati, carent omni culpa, & alieni ſũt a pœna: verum cum ſint amici Dei, honore afficiendi ſunt: quorum honor, in Dei honorem cedit. Vnde colligeres, quo pacto intelligi debeat, quod dicitur, ſacrificiũ offerri pro ſanctis, & miſſam dici de ſancto, hoc eſt offerri in eorũ honorem, dum eorum fit mentio, & Deo gratiæ aguntur pro eorum uictorijs & beneficijs ab eodem acceptis.

Nonum dictum, pro ijs qui ſunt in inferno nullo modo licet hoc ſacrificium offerre. Quia, in inferno nulla eſt remiſſio Huc facit, quod Auguſtinus docuit, pro paruulis ante baptiſmum defunctis ſacrificari non poſſe.

Decimum dictum, pro defunctis qui ſunt in purgatorio licet offerre ſacrificium: quibus ſolum ualet ad remiſſionẽ pœnæ. eſt hæc doctrina certa fide renẽda

Lib. de orig. an. — In ench. c. 109. et 110.

quam

quam confirmat perpetua eccleſiæ traditio, omniumque fidelium uſus; ut hic omittam diuinæ ſcripturę auctoritatem, ſacrorumque Conciliorum determinationes; atque communem omnium Patrum, doctorumque eccleſiæ conſenſum quia in rebus omnino certis, nolumus ſine neceſſitate eſſe longi. Sancta itaque & ſalubris eſt cogitatio, pro defunctis exorare, ut a peccatis (hoc eſt a pœnis quas pro peccatis debent) ſoluantur Vnde merito olim damnatus fuit Aerius, qui hanc ueritatem negauit.

Concil. Car. 3. Brac. 1. Cabiliõ. Vuormac. Aug lib. de cur p mor. Tert. de cor. Chr. ad pop. ho. 269. 2. Mac. c. 12.

Vndecimum dictum, hoc ſacrificium offerri poteſt pro ijs qui ſunt extra eccleſiam, ut ſunt ſchiſmatici, hæretici, & infideles. Primum, quia offertur pro eccleſia purganda, pro hęreſum extirpatione, & pro totius mundi ſalute: igitur. Item olim apud Hebræos, & in prima eccleſia offerebatur pro ethnicis principibus, ut ex patrum monumentis diſcimus, & ſpeciatim ex Chryſoſtomi, Clementis Romani & Tertulliani in libro ad Scapulā. Quare cum Auguſtinus dixit, Non eſſe offerendum niſi pro membris eccleſię, loquebatur de ſacrificio pro defunctis, pro quibus non eſt offerendum niſi ſint mēbra Chriſti & licet non repugnet, ut pro iſtis offeratur ſacrificium; tamen quia eccleſia prohibuit orare pro excommunicatis, & conſequēter pro hæreticis, cum omnes hæretici ſint excommunicati, ideo pro illis directe offerre non licet Poſſet tamen pro his hoc pacto offerri, ſi nihil orationibus miſſæ adderetur, ſi per intentionem uniuerſalem applicaretur ſacrificium conuerſioni infidelium, & pro augmento & pace illius eccleſiæ quæ eſt apud infideles. Qua ratione qui ſunt ſub dominio Principum infidelium ut apud Turcas, Iaponios, & Sinēſes, pro eorum principibus orare poſſent; ut olim regnātibus impijs Imperatoribus, fiebat.

Duodecimum dictum, pro ijs qui ſunt in eccleſia ſiue ſint iuſti, ſiue peccatores hoc ſacrificium offerri poteſt. Doctrina eſt certiſſima, & patet ex canone miſſę, in quo ſunt orationes quæ hanc ueritatem demonſtrant. Sed explicandū reſtat, quomodo ꝓſit fidelibus, qui uario modo ſe habent erga hoc ſacrificium, eiuſque fructu participant, quod ſequentibus dictis explanabo.

Decimumtertium dictum, miſſæ ſacrificium ex intentione eccleſiæ ijs, qui nō actu offerunt, ſed ſolum habitu valet ad ſatisfactionem pœnæ, ſi ſint in gratia, & ex condigno, atque infallibiliter: & hoc intellige de omnibus ſacrificijs, quæ in eccleſia fiunt. Dixi ex condigno, quia bona ſpiritualia ex opere operato, id eſt ex merito Chriſti ſub tali merito cadunt. Sed peteres, an iſti mereantur etiam augmentum gratiæ. Quidam ita affirmare uidētur: nos autem contra exiſtimamus Quia meritum gratię eſt meritum, quod cōſequitur actionem perſonalem; at iſti de quibus loquimur, non agunt in hac oblatione: igitur: Idem poteſt ualere ad mala temporalia arcenda, aut bona conſequenda per modum impetrationis; nō tamen ex condigno; ſed ex cōgruo: Quia huiuſmodi bona non cadunt ſub merito ex condigno, ideſt ex iuſtitia, & ex ui operis, ſed ſolum ex quadam æquitate & congruentia, ut Theologi docent. Decimumquartum dictum, ijs quia aliquo pacto actu offerunt, & ad offerēdum cōcurrunt, & ſunt in gratia conſtituti, ualet etiam ad augmentum gratiæ & ad conſecutionem bonorum ſpiritualium ex cōdigno: ſed magis & minus fructum participat, qui magis proxime offert, & magis iuuat, & hoc cæteris paribus. Vnde magis merebit ſacerdos, quam alij, & qui inſeruiunt ſacro, quam qui aſſiſtunt, & magis qui fuit cauſſa ut fieret ſacrificium, quam qui ſolum aſſiſtit. Cauſſa autem cur omnes fideles ſint participes huius ſacramenti ea eſt, quia tota eccleſia ut dixi, offert omnia ſacrificia, ſed tamen per ſuos ſacerdotes. Totum autem meritum oritur ex ipſo ſacrificio, ut conſecratū offertur, & ſumitur. Ex his quæ dicta ſunt intelligi poteſt quāto priuentur fructu qui in peccato mortali uiuunt, qui priuantur participatione omnium fructuum, qui per ſe ex hoc ſacrificio colliguntur: ex quorum etiam parte nihil habet ualoris: cum impiorum dona nō ſint Deo grata: uerum ſemper Deo gratum

eſt hoc ſacrificium quia ab eccleſia ei offertur,ut ſupra dixi. Et ut huic Capiti ſit finis, quædam alia,quæ de hac re dicenda reſtãt,quibuſdam dubitationibus, in ſequenti capite explicabo.

Soluuntur dubitationes quædam circa effectus ſacrificij Miſſæ. cap. 9.

QVoniam vero non parui refert, ut fideles plane intelligant, uim efficientiãque eius ſacrificij, cui frequenter aut ex debito, aut ex pietate, interſunt: ideo præter ea quæ de effectibus hucuſque dixi,nonnulla alia adijciam, quæ ad quaſdam dubitationes reuocabo.

Prima dubitatio, An Miſſa mali ſacerdotis tantũ ualeat,quantum miſſa boni? Cui dubitationi facile reſponderi poteſt per ea quæ iam diximus: de qua pono hæc dicta.

Primum dictum; ſi ſpectetur ualor ex parte ſacrificij & rei oblatæ ambæ miſſę eundem prorſus habent valorem: quia in utraque idem Chriſtus offertur.

Secundum dictum ſi miſſæ ualor ſpectetur ex parte deuotionis offerentis,magis ualet miſſa boni ſacerdotis,quam mali.Quia dona oblata ab amico magis grata accidunt, & maiora bona impetrant, quam quæ ab inimico offeruntur:Vnde quo magis quis erit iuſtus & maiore cũ caritate & pietate offeret,magis impetrabit.At malus, cum offerẽdo grauiter peccet,profecto,ſuo nomine impetrabit nihil Sed diuinam iram ob grauiſſimum ſcelus ſibi conflabit.

Tertium dictum,ſi ſpectetur ualor ex parte orationum quæ fiunt in hoc ſacrificio orationes eandem habent uim, ſiue a bono, ſiue a malo dicantur. Quoniam vniuerſa eccleſia, cuius nomine, omnia ſacrificia a ſacerdotibus offerri diximus; tam ſancta eſt cum offert per malũ, quã cum per bonum rem ſacram facit, orationesve fundit.

Quartum dictum, magis ualent orationes quæ ſuo nomine dicuntur in miſſa a bono ſacerdote, quam quæ a malo. Nam quod attinet ad effectum ſatisfactionis,ſatisfactio magis perpenditur ex perſona & deuotione offerentis, quam ex re oblata: quare oratio facta a malo ſacerdote, cum ſit inuiſus Deo, nullam habebit uim ad remiſſionem pęnarum obtinendam:ſimiliter ex parte impetrationis meriti de congruo ad obtinenda bona temporalia,& ſuffragia pro defunctis,nullius erit valoris. Vnde ſimpliciter loquendo,reſpondendũ eſt ad dubitationem factam, meliorem eſſe Miſſam boni ſacerdotis, quam mali. Quia quo qs eſt ſanctior efficacius ſatisfacit & impetrat. Quare qui melioris ſacerdotis miſſam audiret,& meliori ad eam dicendum eleemoſynam daret, maiorem utilitatem inde perciperet: ac etiam is qui intereſſet ſacro, ubi plures & meliores eſſent auditores: quia quo a pluribus & melioribus offertur ſacrificium, eo ex hac parte eſt magis impetratorium.

D.Th.3 p.q.79. ar.1.

Secunda dubitatio, an cum ſacerdos dicit miſſam pro aliquo,ei totum ualorẽ applicet. De hac re late & ſubtiliter diſputat Scotus in quolibet uigeſimo ad quam, ſuppoſita diſtinctione de duplici valore ex parte ſacrificij,& ſacerdotis, reſpondeo his dicti. *Sco. loc. cit.*

Primum dictum,ſacerdos habet facultatem applicandi non ſolum ualorem ex parte ſui operis,ſed etiam ex parte ſacrificij & eccleſiæ.Ita Scotus loco citato, & eſt communis doctrina; quæ quod attinet ad meritum ſacerdotis offerentis eſt certiſſima; quod uero ad ualorem ſacrificij ſic probatur. Primo ex conſuetudine & uſu omnium ſacerdotum,qui dũ ſacrificium alicui applicant,valorem ipſius ſacrificij ſe applicare profitentur, ut ſpeciatim patet,cum orant pro mortuis. Deinde, quia licet ſacrificium impetret prout a ſacerdote offertur in perſona eccleſiæ,ob cuius gratiam oblatio eſt accepta:tamen , quia ſacerdos in hoc habet quandam prærogatiuam,nec eſt purum inſtrumentum, ſed miniſter & diſpenſator;ideo poteſt partẽ aliquam cui uoluerit applicare.Par enim eſt, ut in familia, nõ ſolum pater ipſe familias bona diſtribuat,ſed etiam aliquis alius miniſter,cuiuſmodi eſt ſacerdos in Chriſtiana familia a Deo tanquã diſpenſator cõſtitutus.

Sco. loco cit. Sot. l.4. Se. d.13 q.2.

Secundum dictum, ſacrificij miſſæ ualor in tres eſt diſtributus partes, quarum prima eſt ipſius offerentis, cui ſi peccato careat, ualet ad gratiæ augmentũ & ad ſatisfactionem: alias. n. cum grauiſſime offerendo peccet, maxime demeretur. Secunda, a Præſidibus eccleſiæ applicatur communiter fidelibus & ijs pro quibus ex ordinatione eccleſiæ in ſacrificio oratur. Tertia, quæ poteſt applicari alicui, certe perſonæ aut pluribus ſimul. Et quod hæc applicatio, ſit admittenda, patet: Quia uidemus inſtitutas eſſe priuatas orationes ad priuatas applicationes faciendas pro defunctis, pro uiuis, ꝓ amicis, & ſic de alijs: Quæ fruſtra fierent, ſi miſſa non ualeret plus his, quam communiter ualet toti eccleſiæ, & omnibus fidelibus.

Tertium dictum licet ſacerdos poſſit applicare alteri totam ſuã ſatisfactionẽ quæ ſibi debetur: gratiam tamen quam celebrando meretur applicare non poteſt. Quoniam gratia eſt meritum perſonale, & ita non transfertur a perſona in perſonam: at ſatisfactio quæ eſt ſolutio quædam uel tota, vel exparte transferri poteſt.

Quartum dictum, ſacerdos non poteſt applicare cuipiam partem illam ualoris miſſæ quam Eccleſia iam in omnes fideles, uel in certa perſonarum genera diſtribuit. Patet, quia non poteſt priuare eccleſiam ſuo fructu, qui ei ſuo iure debetur; quare illa diſtributio, quç facta eſt a communi eccleſia, uel ab eius Paſtoribus a priuato ſacerdote immutari non poteſt: quo fit ut neminem ex fidelibus ab hac participatione excludere queat.

Quintum dictum, ſacerdos ſolum habet poteſtatem diſtribuendi tertiam partem ualoris ſacrificij. Quia ſi poteſt aliquid diſtribuere, ut eſt probatum, nec poteſt diſtribuere ſuam partem omnino, nec ſecundam, tertiam igitur. Atque ex his patet quid dicendum ſit ad dubitationẽ propoſitã; ꝙ ſcilicet ſacerdos nõ poſſit totũ miſſæ ualorẽ pro ſua uoluntate cuique diſtribuere. Tertia dubitatio, an miſſa unũ ualeat pro multis, ac ſi pro uno fieret; ex cuius explicatione patebit, an pro uno ſacrificio uariæ eleemoſynæ accipi poſſint. Et licet de re propoſita aliqui fuſſe ſcribant, nos pro noſtro inſtituto, omnia quæ dicenda ſunt paucis perſtringemus.

Quolib. 1. q. 18. In 3. p. q. 79. arti 5. Ver. Mi. 1. § 9.

Dominus Caietanus exiſtimauit tantundẽ ualere pro ſingulis, & pro uno: imo ſi pro ſingulis infinitis fieret oblatio ſingulis ęque ualeret: hoc nixus fundamento, quia ualor eſt infinitus. Sylueſter diſtinguendo ait, ꝙ ſi generatim fiat oblatio, nõ applicãdo huic, uel illi, non æque ſingulis ꝓdeſſet: ſi vero ad ſingulos applicetur maxime ſicuti ſi plures ſimul baptizentur omnes ęqualiter participãt, q̃a ſingulis applicatur baptiſm.⁹ At uero Scotus quolibet citato, cui alij ad ſtipulãtur, ſine ulla diſtinctione, vniuerſe negat æqualiter prodeſſe.

Sot. 4 ſ. d. 13. q. 2 ar. & lib. 9. de iuſt. & iur. Nau. c. 25. n. 92.

Vt aũt q̃ dicenda ſunt melius intelligantur, primũ reuocãdũ eſt in memoriã, ꝙ ſupra docuimus, meritũ huius ſacrificij eſſe finitũ. Quia licet res ipſa q̃ offertur ſit infiniti ualoris, tñ q̃a ſacrificium nõ eſt res ipſa, ſed oblatio (neque. n. res pro grata habetur, niſi offerat̃) q̃ oblatio fit a perſona, cuius meritũ eſt finitũ, ideo ſacrificij meritũ finitũ erit. Rurſus, licet oblatio Chriſti, in cruce fuerit infiniti ualoris quoad ſufficiẽtiã, nõ tñ quoad efficaciã, quã hẽt per applicationem ſacramẽtorũ & per oblationẽ huius ſacrificij & ſicuti in ſacramẽtis, datur finita & determinata gratia ſuſcipienti, ita offerentibus hoc ſacrificium finitus conceditur fructus.

Sed dices, ſi certum habet ſatisfactionis fructum in offerẽtibus: ergo quo plures ſunt offerentes, minus participabunt quia rei finitæ in plures diſtributæ, minores habentur partes; unde non expediret intereſſe ſacro frequentiori. Vt hic tollatur ſcrupulus, rurſus obſeruãdũ eſt, eſſe diſcrimen inter ſuſceptionem Sacramenti, & oblationem ſacrificij: Nam illa eſt quædam receptio, ac proinde paſſio: & ideo vnum Sacramentum nou recipitur niſi in uno: & non multiplicatur effectus, niſi ſuſcipientes multiplicentur; quibus ex vi ſacramenti & ex opere operato, i. ex merito Chriſti; datur certus

effectus, qui tamen augeri poteſt, ex deuotione ſuſcipientis. Hæc vero, eſt actio, qua vnum & idem offertur ab omnibus, & ita unus offert, ac ſi alij nō offerrent; quo fit ut nemo ſuo fructu priuetur, quā uis multi ſint offerentes; immo ex hac parte miſſæ valor augetur, quia cumulatæ preces facilius impetrant, & ipſa oblatio eſt celebrior. Quare licet, ualor ſit finitus, tamen integer cuique offerenti tribuitur, cum eandem rem offerant. Poteſt tamen in unoquoque effectus creſcere ratione deuotionis: uerum non proportionaliter, ita vt ſecundum proportionē magis participet, qui deuotius offert: cum, vt ſupra docuimus, maiorem partem ſacerdos, & qui magis ad offerendum iuuant, quam qui minus, capiant. His ita adnotatis ſtatuo hæc dicta.

Primum dictum, meritum ex parte offerentis, ſeu actu iuuantis ad offerēdum, vt exempli gratia eius qui dat eleemoſynam, non minuitur propter hoc, quod ſacerdos pro pluribus offerat. Quia iſti exercent ſpālem actum pro quo ſpecialē habent fructum, quo priuari nō poſſunt.

Scot. loc. cit.

Secundum dictum, meritum ex parte ſacerdotis minuitur, ſi pro pluribus offerat. Doctrina eſt manifeſtiſſima, quam etiam Caietanus approbat; ait tamē eis, q eleemoſynam præbent ſacrificij cauſſa, non deberi hunc fructum, ſed eum, qui ex re oblata naſcitur. Cum ergo hic ualor omni ex parte ſit finitus, profecto in plures diuiſus minuetur.

Tertium dictum, ualor huius ſacrificij, prout ex intentione miniſtri diſtribuitur, ratione illius partis quam diſtribuere poteſt, minus prodeſt ſingulis, quam ſi pro vno tantum offeratur, ſiue ſimul, ſiue ſeorſim offeratur. Primum probatur ex communi ſententia: omnes. n. ante Caietanum, hoc ſenſiſſe, ait Sotus: & qui eum ſunt ſequuti, ut Sotus, vt Nauarrus, & alij idem ſenſerunt. Deinde, quia Caietani fundamentum de infinito ſacrificij merito vt patet ex dictis, nō eſt firmum, igitur nec opinio q̄ ei innitit̄. Poſtremo, ſi offerētes ſuam partem quam ipſi merētur alijs communicarent, minus darent pluribus, quā vni: igitur & ſacerdos. qui meritū, quod præter eccleſiæ intentionē diſtribuit, cum ſit finitum.

Palud. 4. ſ. d. 45. q. 2.

Quartum dictum, fructus qui ex intētione eccleſię fidelibus applicatur, non minuitur ex multiplicatione eorū quibus impertitur. Quoniam, vt Sotus ait, ſingulis applicatur pro ſuo ordine & gradu: applicatio autem facta uni gradui non detrahit aliquid de applicatione alteri gradui, facta, ut ſubtilis doctor adnotauit. Quo fit, ut miſſa q̄ dicitur a Parocho in magna parochia, aut ab Epiſcopo in magna dięceſi, non minus ualeat ſingulis, quā ſi parochia, aut dięceſis parua eſſet.

Quinctum dictum, miſſa a plurib. audita, non minus valet ſingulis, quam ſi a paucioribus audiretur. Patet hoc dictum ex ijs quę adnotata ſunt.

Quarta dubitatio, an qui accepit, plures eleemoſinas pro ſacrificio dicendo, vno tantum ſacrificio poſſit pluribus ſatiſfacere. Caietanus affirmaret, at alij negarent, & quoniam ſolutio ex proxima dubitatione eſt manifeſta, ideo ſic breuiter ſtatuo.

Primum dictum, cum datur & recipitur pecunia, aut aliquid pecunia æſtimabile pro miſſa dicenda, non intercedit, vera uenditio, aut commutatio, nec ſtricta legaliſque obligatio: quia tunc committeretur ſimonia, nec proprie cōmutatur temporale, puta labor, pro temporali pecunia, cum non habeatur ratio laboris in tali actu ſuſcepto, & mercedis quæ datur. ſed eleemoſyna liberaliter offertur cum mendicatione orationis, & qui recipit, liberaliter ſe obligat ad orandum pro benefactore.

Sco. loc. cit.

Secundum dictum, qui miſſam pro ſe fieri curat, datque eleemoſynam, uidetur petere applicationē totius fructus, quem ſacerdos ex ſua poteſtate applicare pōt. Quare hac in parte ſpectāda eſt mēs petētis & eleemoſynā dātis, nō āt ſacerdotis, qui poſſet habere intentionem cōmunicādi partem; dans aūt procurat ſibi totum bonum ſpirituale, quod habere poteſt, ſine detrimento alterius.

Sco. loc. cit.

Tertiū dictū, qui ex debito, ob eleemoſynā acceptā unā miſſam pro plurib. dicit, is nō ſatiſfacit, ſed grauiter peccat. Primum

Sco. loc. cit.

mum quia defraudat proximũ maximo bono,& cum res innoteſcit,cũ alienat ab eleemoſynis hac de cauſa faciẽdis. Deinde,quia eleemoſynæ nõ dãtur pro valore ſacrificij,ſed in ſubſidiũ ſacerdotũ;at profecto nõ fieret ſine fraude, ſi pro uno ſacrificio plures ſumerentur eleemoſynæ.

Verũ, ſi qui elemoſynam dat,ſolũ peteret, vt particeps fieret ſacrificij una cũ alijs,tunc nulla intercederet iniuſtitia.

Quartum dictum non licet ſacerdoti rõne paupertatis duas accipere eleemoſynas,vt habeat vnde viuat & vnica tãtum miſſa ſatisfacere,licet Sotus aliter ſẽtiat. Quia ſacerdotis paupertas nõ tollit iniuſtitiam,quę hic intercedit. Adde ẽt quod miſſa non eſt inſtituta ad alẽdos ſacerdotes;& propterea eccleſia non vult ordinari eos,qui non habent,vnde viuant.

Quincta dubitatio,an miſſa,de requie, plus ualeat pro mortuis, quam miſſa de Spiritu Sancto,vel alia? Reſpondetur,ex parte ualoris ſacrificij eũdem hẽre valorem: at ex parte orationũ,quæ dicuntur in miſſa,quę ſpecialem ualorẽ habẽt pro defunctis, non hẽt eandem impetrandi vim. Quare in die dominico nõ eſt offerendum pro defunctis: ne iſta ſpeciali vi priuentur.

De præcepto audiendi Miſſam, ſiue quid ſit audire miſſam. cap. 9.

EXplicatis ijs quę de natura,partibus, proprietatibus, effectibuſque ſacrificij Miſſæ cognitu vtilia eſſe iudicauimus; ſequitur, vt de ipſo audiẽdæ Miſſæ præcepto agamus. Quod aũt fideles certis dieb. ſub pcepto ſint obligati audire miſſam præter communem totius eccleſiæ cõſenſum, atq; antiquam tradõnem, ſacris etiam canonibus eſt decretũ. Hac itaque veritate tanquam certiſſima, ſuppoſita,in ipſius præcepti expoſitione,nobis immorãdum erit;& priore loco, quid ſit audire miſſam quibuſdam dictis explanabimus.

Primum dictum , audire miſſam non eſt intelligentia percipere ea quæ in miſſa dicuntur, aut fiunt. Alias enim perſonæ idiotæ,hoc pręceptum ſeruare non poſſent:vel ad ſeruandum non eſſent obligatæ:atqui vtrũque eſt falſum; igitur huius pręcepti vis non eſt in eo ſita, ut quę audiuntur,intelligentia comprehendantur.

Secundum dictum,audire ſacrum, nõ eſt auribus percipere, ea quæ in eo dicuntur,etiamſi clara voce a ſacerdote pronũtientur. Quoniam ſequerentur eos, qui ob populi frequentiam longe diſtant ab altare, non ſatisfacere præcepto , quod eſt falſum:nec etiam qui parum diſtarẽt, cum ſacerdos tenui vteretur voce; quia alias obligatus eſſet ad vocem contendendam : & denique ſurdi eſſent ab hoc præcepto immunes , quod eſt falſum.

Tertium dictum,audire ſacrum, non conſiſtit in hoc,ut quis uideat aliquid eorum,quæ in miſſa fiunt,nec etiam ipſam ſacrificij eleuationem. Nam alias ſequeretur cęcos,non poſſe aut non debere explere hoc præceptum, & tamẽ utrunque eſt falſum:ut omittã, quod multi in magna populi frequentia, cum ſit ſacrũ in aliquo recondito ſacello, huic præcepto non ſatisfacerent,etiamſi ſacrificio adeſſent. Poſſet itaque quiſpiam clauſis oculis,ſacro intereſſe;& ſane quibuſdam expediret,ijs nimirum qui ad eccleſiam accedunt,vt videant,vel vt videantur.

Quartum dictum,audire ſacrum,non conſiſtit in aliquo externo actu, alicuius ſenſus,cæremoniave,qua is qui audit vtatur. Solent enim aliqui dum ſacra eleuatur hoſtia ter manum attollere, eaque ter faciem contingere , alij manum ad os apponere , maxillaſque conſtringere , cum dominica dicitur precatio ; alij candelas accendere .

Dicimus ergo,neque in his, neq; in alijs ſimilibus cæremonijs externiſque actibus conſiſtere huius præcepti obſeruationem. Et ſane melius eſſet ut ab inuſitatis & priuatis cæremonijs, geſtibusve fideles abſtinerent.

Sextum dictum , audire Miſſam eſt corpore adeſſe & animo aduertere totam illam ſacram functionem atque operationem Diximus, adeſſe corpore quia ſi quis non eſſet corpore, in loco vbi celebratur ſacrum, is non cenſeretur

miſſam audiuiſſe. Diximus & animo, quia ſi quis corpore adeſſet, & dum res ſacra fit dormiret, aut omnino aliquid aliud ageret, is non ſatisfaceret præcepto, de audiendo ſacro. Eſt itaque opus & corporis & animi præſentia. Quę mentis attentio, ſiue præſentia eſt ita intelligenda, ut homo ad rem quam agit attendat, nec ſciens & volens in alia diuagetur. Quod ſi quis ad eccleſiam eo animo accedat, vt velit ſacrum, vt par eſt, cum attentione audire, atque eccleſiæ præcepto ſatisfacere, & poſtea dum res ſacra fit, alijs cogitationibus diſtractus, parum aut nihil attendit, cenſeretur præceptum adimpleuiſſe, ob illam præcedentem animi intentionem, ni ſit affectata diuagatio. Quod ſi quis ſe diuagari & in alia ire animaduerteret, & nullam adhiberet diligentiam, vt ſe colligeret, is ſane non diceretur ſatisfeciſſe præcepto: vt ſi quis aliquid faceret, quod neceſſario diuagationem haberet annexam, vt ſi vellet ſcribere, aut ſtudere, aut de rebus alijs ſermocinari, vt a quibuſdam fieri ſolet.

Quo loco pulcherrima occurrit dubitatio, an dum quis audit ſacrum poſſit aliquam piam precationem recitare: & quod maiorem dubitationem habet, an poſſit recitare horas canonicas, aut dicere coronam, ad quam dicendam ex confeſſarij iuſſu eſt obligatus: & quamuis inuenti ſint, qui neutrum fieri poſſe exiſtimauerint, & ſpeciatim, dum ſacerdos aliquid cōtenta voce dicit, ab omni prorſus precatione abſtinēdum eſſe dixerint: nos tamen de re propoſita quid ſentiendum ſit, ſequentibus dictis ſtatuimus.

Ang. uer. feria, §. 42

Septimum dictum, nullo modo dicendum eſt, nō licere fidelibus dum miſſam audiunt, etiamſi ſacerdos, contenta voce aliquid dicat, vel ipſum Euangelium, legat, non licere aliquas pias preces ex deuotione recitare. Quia, vt auſcultatio miſſæ in Dei honorem refertur, ita & preces illę in eundem finem tendunt: & ideo cū eundem habeant finem, eodem quoque tempore exerceri poterunt. Vt omittam hic communem piorum vſum, ac etiam multorum ſcriptorum ſententiam. Quare non bene faciunt, qui ſine ulla firma ratione contrarium docent, & ſcrupulos in piorum mentes iniJciunt.

Scot quolib. 20. Sot. 4. ſen. d. 13 q. 2. art. 1. Nauar.

Octauum dictum, ad ſacrum poſſunt recitari horę canonicæ, & aliæ preces quas quis alioqui ex præcepto facere deberet. Hoc docuerim cum quibuſdā, ſcriptoribus, quorum ſane melior hac in parte eſt ſententia, quam his rationibus confirmo. Primum, quia ſi quid obſtat, ideſt, quia vno & eodem tempore actuque duplici prę̨cepto ſatisfacere non poſſumus: atqui hoc non obſtat, quia aliquis eodem die ieiunando, ſatisfacit præcepto de ieiunio, in quattuor tēporibus, & in vigilia alicuius ſancti: igitur. Deinde, quia iſte eſt corpore præſens, & non diuagatur animo a fine audiendi ſacri, & ita virtualiter attendit, habetque mentem ad Deum eleuatam, igitur, vere miſſam audit, ſi eā audire eſt corpore & mente attendere, vt docuimus.

Nonum dictum, melius eſſet, ſi quis audiendo miſſam mentem ad ea ſolum haberet intentam, quæ in ſacro fiunt, aut dicuntur & ſpeciatim ad ea quę in epiſtola & euangelio leguntur: maxime ſi quis miſſæ myſteria noſceret, & quæ dicūtur intelligeret: Doctrina eſt manifeſta; quia dum duabus rebus opera datur, minus eſt animus ad vtrāque intentus: & diligens attentio in omni opere plurimum utilitatis habet: & qui diſtinctis temporibus ea faceret, quæ alias vno & eodem fieri poſſunt, magis mereretur.

Nau. c. 21. nu. 9

Decimum dictum, perſonis idiotis, & ijs qui cum attentione ſacris adeſſe non poſſunt, quia facillime animo diuagātur, conſilium dari poſſet, vt aliquid inter audiendum recitarent. Atque ex his quę diximus ſatis plane explicatum eſſe arbitror, quid ſit audire Miſſam. ad alia igitur pergamus.

Quis, qualem. & quantam miſſam audire debeas. cap. 10.

POſtquam demonſtratum eſt in quo conſiſtat ſubſtantia præcepti de audiendo ſacro; conſequens eſt, ut de eius circunſtantijs agamus: quarum tres, hoc capite declarandas proponimus; quis,

qualem,

qualem, & quantam miſſam audire debeat: de quibus quid tenendum ſit, plane quibuſdam dictis docebo; & primo de perſona ita ſtatuo.

Nau c. 21. nu. 1 Primum dictum, pueri ante vſum rõnis, & adulti qui rõnis uſu ſunt omnino orbati, non ſunt obligati ad audiendum ſacrum. Quoniã præcepta ſolum dantur ijs, qui libero vtũtur iudicio, & actus poſſunt producere humanos, cuiuſmodi non ſunt infantes & mente capti.

Card. ca. miſſas. de cõſ. d. 1. Ant. p. 2. ti. 9. c. 10 Secundum dictum, omnes fideles, qui vſum rõnis habent cuiuſcunque ſexus & conditionis, & ętatis tenentur audire ſacrum, Doctrina eſt communis, & ex communi ipſorum fidelium conſenſu, vſuq; totius eccleſiæ comprobatur. Cauſſę autem ob quas aliqui excuſari poſſunt, ni audiant, infra afferentur: vnde circa circunſtantiam perſonæ nihil aliud occurrit dicendum.

Tertium dictum, nemo eſt obligatus ad audiendam certam miſſam, ſed ſatiſfacit pręcepto, ſiue audiat miſſam maiorem, ſiue minorẽ, ſiue publicam ſiue priuatam, etiamſi audiatur miſſa de requie die dominico, & ea quæ tali die dicenda non eſſet. Ita Antoninus ſecunda parte, titulo nono. Tabiena in verbo Miſſa, & eſt cõis doctrina, quamuis aliqui ſine firma rõne aliter ſentiant: contra quos hæc firmiſſima pugnat rõ: quia pręceptũ in hoc ſolo conſiſtit, vt audiatur miſſa, & nihil de certa miſſa audienda decernitur.

Quartum dictum, conſilium eſt, & vtile audire ſacrum tempori accommodatum, & ſpeciatim in diebus feſtis & ſolẽnibus ſolẽnem miſſam. Quare, licet ſolẽnis maiorue miſſa quæ cani ſolet in populorum commodum introducta fuerit, tamẽ nemo ſub aliqua culpa ſolẽnib. ſacrificijs intereſſe debet: quibus olim fideles frequentiores aderant; nunc autem non ita. Et ſane incongruum eſt, quod ſolẽni ſacrificio quod tanta cum magnificẽtia agitur, tam pauci, aut fere nulli, interdum interſint. Quare monendus eſſet populus, ad huiuſmodi ſacrificia frequentãda; quib. q interſunt ob nõnullas cauſſas magis mereri poſſunt. ſed iam de quantitate, hoc eſt de integritate, & nu. dicam⁹.

Quinctum dictum, ex vi pręcepti nemo tenetur ad audiendam niſi unam miſſam: dixi, vi pręcepti, quia ex alia cauſſa vt ex voto, & ex pęnitentia iniũcta aliqs, põt eſſe obligatus ad plures audiẽdas. Huius dicti rõ ea eſt, quia nullibi decretũ inuenies, quod aliquis in die feſto plures miſſas audire teneatur.

Sextum dictum, vt ſacerdotes die natali Domini nõ ſunt obligati ad tres miſſas celebrãdas, ita nec fideles ad tres audiendas. quoniam nec illis terna celebratio vllo eccleſiaſtico præcepto iniuncta eſt; nec his terna auſcultatio. Verum cũ vſus communis iam obtineat, ut fideles dicto die tres miſſas audiant, ſine cauſſa prętermittendus non eſt. Quod uero attinet ad integritatem totius miſſæ dubitari ſolet, an ſit neceſſe ad pręcepti obſeruationem totam omnino miſſam audire. In canone Miſſas, dicitur, totas miſſas audiẽdas eſſe, & eos qui ante ſacerdotis benedictionem recedunt, ab Epiſcopo eſſe cõfundendos. Verum, cum quid per totas miſſas, vel integram miſſam intelligi debeat non ſit in iure decretum, ad boni uiri iudicium confugiendum eſt, ut Nauarrus adnotauit: de qua re nos ita ſtatuim⁹.

Septimum dictũ, qui notabilem miſſę partem omitteret, non adimpleret præceptum. Et quidem in hoc omnes conueniunt. Notabilis autem pars ex tribus cẽſeretur tertia pars: quæ confici poſſet ex particula principij, & finis: unde ſi quis non audiret vſque ad euangelium, aut Graduale, is notabilem partem omiſiſſe cenſeretur.

Octauum dictum, qui omitteret eam quæ eſt a principio, uſque ad epiſtolam excluſiue, ex quorundam ſententia putaretur ſeruaſſe pręceptum quod non eſt improbabile præſertim, ſi ex aliqua neceſſitate fiat. Quia hæc pars non uidetur notabilis: paruitas autem in omni materia excuſat à peccato mortali, ut Nauarrus ait. Atque idem cum eodem auctore diceres, de eo q ante ſacerdotis benedictionẽ recederet. Quare ſup. citat⁹ canõ ĩtelligẽd⁹ erit, quoad uenialẽ culpã: ob q̃ q añ bñditionẽ abeũt. ſi id ſine ulla neceſſitate faciãt rephẽdẽdi sũt. Vnd ſaltẽ expectãda

eſſet

eſſet abeundem facultas, quam ſacerdos dat, cum ait, Ite, miſſa eſt: quod dixerim contra abuſum eorum, qui poſt ſacerdotis communionem abeũt; cum ſacrificij finis, debeat eſſe gratiarum actio. Quo loco illud admonuerim, eos qui inſerui-
Tit.9.c. unt ſacro, & interdum non poſſunt audi-
10.§.1. re ut ad ferant quæ ſunt neceſſaria; ut
2.§.1. thus, uinum, hoſtiam, uel aliquid aliud, haberi pro præſentibus, & implere præceptũ, ut Antoninus in ſecũda parte, & Syluester in Verbo Miſſa, & quidam alij adnotarunt.

Nonum dictum, non uidetur impro-
Diſt.45. babile, quod aliqui dicunt eũ qui unam
q.2. partem miſſæ audiret ab uno ſacerdote,
Cap.21. & aliam ab alio, ſatisfacere præcepto.
nu.2. Quia qui duas partes audit, totam audiuiſſe uidetur. Ita exiſtimauit Ioannes Maior in quartum librum ſent. quem ſequitur Nauarrus, quibus quidam recentiores ſubſcribunt.

Decimum dictum ſi quis id feciſſet, et ſupereſſet facultas audiendi integrum ſacrum ab uno & eodem ſacerdote, meo quidem conſilio id facere deberet. Nam iſte non uidetur unam integram audiuiſſe miſſam, ſed duas medietates duarũ: quæ non faciunt unumquid integrum. Quo loco illud admonuerim, quoſdam idiotas, ſe exiſtimare ſatisfeciſſe præcepto, ſi per aliam perſonam audiant, aut miſſam, mutuam ab eo qui plures audiuit, accipiant, ſed errant.

A quo, quo loco, quo tempore, & quanta cum obligatione ſit audienda miſſa. Cap. 11.

QVattuor propoſiti præcepti circunſtantias hoc capite explicandas proponimus: de quibus, quæ pro noſtro inſtituto dicenda occurrunt, quibuſdam dictis breuiter complectemur.

Primum dictum, miſſa non poteſt audiri a quocunque ſacerdote; & ita quorundam ſacerdotum ſacrificia cauenda
Ver.miſ. ſunt; ut ſunt iſti, Nominatim excommu-
2.§.4. nicati denunciati publici clericorum percuſſores, concubinarij notorij ſuſpenſi, depoſitique & degradati. Ita præter alios docet Syluester.

Secundum dictum, miſſa non nominatim excommunicati, ſiue a iure, ſiue ab homine excommunicatus fuerit audi *Cõ.Cõſ.*
ri poteſt. Quoniam, per eccleſiæ decla- *& Baſi.*
rationem, non tenemur uitare excommunicatos huius ordinis, ſicuti nominatim excommunicatos & denuntiatos. *Can.10.*
cum quibus ſacro intereſſe non licet: ſed *apoſt.*
peteres, an ſi excommunicatus, uel alius qui nõ poteſt intereſſe ſacro, audiat miſſam in aliquo ſacello, liceat in eadem ec *Ledes*
cleſia in alio ſacello, ſacrum audire. Ad *Armil.*
quam dubitationem cum quibuſdam diceres, licere. Similiter poſſet aliquis miſſam audire excommunicato per eccleſiã tranſeunte & parum immorante aut aliquid aliud in eccleſia agente, ut ſi ibi nõ oraret, ſed aliquid aliud ageret. Quia prohibetur communicatio in diuinis. Et hæc de circunſtantia a quo, quæ etiam adhuc planius explicabitur in ſequenti circunſtantia de loco.

Tertium dictum, non eſt neceſſe ut quis audiat ſacrum in propria parochia
Satisfit itaque præcepto, quocunque lo- *Ver.miſ.*
co audiatur: uel domi uel extra eccleſiã, *Cap.21.*
uel in aliena eccleſia, ut Syluester, Tabie *nu.5.*
na, Nauarrus & alij communiter docent *Sylu.*
quam doctrinam communis totius eccleſiæ conſuetudo cõfirmat, & ut aliqui adnotarunt, non poſſet Epiſcopus ſubditos cogere, ut miſſas in propria parochia audiãt. Vnde Leo Decimus & Pius Quintus delararunt, eos ſatisfacere præcepto, qui miſſas diebus feſtis in eccleſijs Mendicantium audiunt: quare non ſunt audiendi, qui aliter exiſtimarunt. Peccaret tamen is qui ex contemptu, uel ex odio id faceret, aut ſi inde ſequeretur ſcandalum: ac etiam quando in parochia manifeſtarentur ac traderentur ea, quæ ab omnibus parochialibus ſciri debent.

Quartum dictum, monẽdi, atque hortandi ſunt fideles, ut ſuas parochias diebus feſtis & maxime ſolennibus, frequẽtent. Hoc faciendum ſtatuit Concilium *Seſ.22.*
Tridentinum: id ſi fieret, in multis ſane *c.1.*
locis ad fidelium ædificationem confer *Cap. 2.*
ret: Sed iam de tempore dicamus. *de par.*

Quin-

Ca miſ. de cōſ.d. 1. Quinctum dictum, ſacrum ex præcepto audiendum eſt ſingulis diebus dominicis. Nam quod ad hunc diem attinet, conſuetudo eſt antiquiſſima ab initio naſcentis eccleſiæ, ex qua diſcimus ſacra celebrata fuiſſe hoc die, quibus fideles ex præcepto intereſſe debebant: Huc facit qđ in Actis Apoſtolicis legitur, *Cap. 20.* Vna ſabbati (hoc eſt prima hebdomadis die) cum conueniſſemus ad frangēdum panem, hoc eſt, ad rem ſacram faciendam: ac etiam illud Pauli, *Bed.* Per unū ſabbati, unuſquiſque apud ſe reponat, &c. *Chryſ.* Et diuus Iuſtinus Martyr *Apo. 2.* ſcriptum reliquit, Chriſtianos die ſolis, hoc eſt die dominica ad ſacrificium Euchariſtiæ conuenire.

Sextum dictum non ſolum diebus dominicis, ſed etiam in omnibus diebus feſtis communi eccleſiæ præcepto, aut conſuetudine celebrandis, audiendum eſt ſacrum. Doctrina eſt certiſſima, quā communis ſcriptorum & fidelium confirmat conſenſus. Et ſane conuenienter ab eccleſia ſtatutum eſt, ut ſingulis diebus feſtis ſacra audiantur, quia hæc eſt una pręcipua Dei colendi ratio, in quem finem dies feſti conſtituti ſunt. Sed hic peteret quiſpiam, an fideles die feſto, ad aliquem alium cultum Deo exhibendū ſint ullo præcepto obligati; ut ad audiendas ueſperas: cui petitioni cum quibuſdā reſponderem, neminem eſſe obligatum ſub præcepto die feſto ad audiendas ueſperas, aut alia diuina officia, niſi aliqua obligatio, aliunde accedat, & licet optima ſit multorum locorum conſuetudo audiendi veſperas: tamen ſi uim nllam habet nōn obligabit ad grauem culpam quidquid aliqui dixerint. At ſane monēdi eſſent fideles, ut veſperas audirent; cū non deceat, ut tam ſolennis Dei cultus ſine interuentu populi fiat.

Septimum dictum, in nullis alijs diebus ſiue ſint dies quadrageſimæ, ſiue ieiunij, ſiue ex priuata religione obſeruati fideles tenentur intereſſe ſacro: Quod ſi qui canones ſunt, qui contra docere videntur, ij, vel contraria conſuetudine aboliti fuere, vel de conſilio intelligendi ſunt. Quantum autē expediat, quotidie, aut certe cum fieri poteſt, ſacrum audire, infra docebo, cum de miſſæ audiendæ vtilitatibus agam. Ex his facile intelligeres, quid dicendum eſſet, ſi quis haberet votum de aliquo die ſanctificando, an iſte ſit obligatus tali die ad audiēdum ſacrum; ad quam dubitationem ſimpliciter reſpondendum eſſet, non eſſe obligatum, quia præceptum, de die feſto ſanctificando eſt diſtinctum a præcepto de audiendo ſacro; & ita hoc non includitur in illo: quare ſi quis die feſto non abſtineret ab operibus ſeruilibus, & non audiret ſacrum duo committeret peccata. Verum hic ſpectāda eſſet mēs uouentis, qui fortaſſe potuit reſpicere etiam obligationem audiendi ſacrum.

Octauum dictum, præceptū hoc obligat ſub culpa peccati mortalis, omnes eos, quos ſupra diximus ad hoc mandatum obſeruandum eſſe obligatos. Communis eſt doctrina: quam etiam communis fidelium confirmat cōſenſus: omnes .n. eos grauiter peccare putant, qui hoc eccleſiaſticum mandatum non ſeruant. Et ſane cū huius decreti materia ſit grauis, non poteſt, ſine graui peccato negligi: negligi, inquam, quia non ſolum ex contemptu, ſed etiam ex negligentia cōtra hoc mandatum peccatur: an autem aliqui excuſentur, ſequenti capite docebo.

Quas ob cauſſas aliquis excuſetur ab audiendo ſacro. Cap. 12.

QVamuis multi ac uarij ſint ſingulares caſus propter quos aliquis excuſari poteſt ab audiendo ſacro: tamen breuitatis & doctrinæ cauſſa eos ad certa capita, cauſſasve reuocabo: ex quibus quædam communes colligentur regulæ per quas facile intelligi poterit, quando aliquis ab hoc præcepto excuſetur, uel contra ipſum non agat, in ſacris interfuerit.

Prima cauſſa, eſt emolumentum, aut detrimētum ſpirituale ſui, aut aliorum: ſit ergo uniuerſalis regula, neminem eſſe obligatum ad hoc mandatum obſeruandum cum detrimento ſpirituali ſui, aut proximi, modo inde hoc detrimentū

emanare poſſe ſit credibile. Quare nominatim excōmunicatus, & interdictus, ni habeant priuilegium audiendi, etiam his ſtantibus impedimētis, excuſantur, ni audiant; quamuis neglexerint procurare abſolutionem; in quo licet peccent; tamē non audiendo ſacrum non peccant. At uero qui priuilegium habent, aut per ius commune tempore uniuerſalis interdicti, ſacris intereſſe poſſunt, non excuſantur. Similiter, qui, ſacramento ſunt obſtricti, ne domo prodeant, quam pro carcere habent. Itidem matres, quæ probabiliter timent, detrimentum ſpirituale filiarum, ſi domo diſceſſerint; eo tempore quo ſacris intereſſe alias deberent. Atque horum ſimiles multi poſſunt contingere caſus, quos ex allata regula facile explicares.

Nau. c.27.nu. 3.

Secunda cauſſa, ad euitandum damnū corporale: unde hæc catholica colligitur regula, Nemo tenetur audire ſacrum cum periculo probabili, damni corporalis, maioris momenti: quam regulam his exemplis illuſtro. Hanc ob cauſſam excuſantur ęgroti, et qui extra domum prodire nequeunt. Qui ægrotis inſeruiunt, quos ſine periculo ſolos relinquere non poſſunt. Qui iter faciūt cum ſocijs, quos amitterent ſi ſacrum audire uellent, & in de detrimentum paterentur; quia iter neſciunt, aut latrones timent. Qui graues habent inimicitias, ob quas tuto domo prodire non queunt. Item nutrices, matresve quæ paruulos habent filios, quos domi tutos non poſſunt relinquere. Item ſerui, qui dominorum iniurias, uerberaque timerent, ſi domo prodirēt. Sed domini grauiter errarent non concedendo facultatem eundi ad ſacrum cum id ſine notabili damno queunt efficere. Denique uxores, quæ timerent ne a maritis cæderentur, aut eorundem rixas: uel ſi non poſſent parare ea, quæ ad uictum ſunt neceſſaria, ſi domo egrediantur.

Tertia cauſſa, ad uitandam honoris iacturam unde tertia colligitur regula, Eos excuſari ab huius præcepti obſeruatione qui damnum notabile in honore probabiliter timent. Quare, qui non haberent ueſtes ſuæ conditioni conuenientes, excuſarentur, ni miſſam audirent: cum non ſine dedecore poſſent domo prodire ut ſpeciatim contingere pōt perſonis melioris conditionis, & ijs quę ex meliore ſtatu ad mendicitatem ſunt redactę. Item filiæ nobiles, quæ ſine aliqua infamia domo egredi nequeunt & pręſertim vbi uigeret conſuetudo quę obtinuit, ut nunquam domo ad audiendam miſſam, & concionem, prodeant, antequam nubant, quam non ferendam eſſe ait Nauarrus. Verum, ſi ad ludos publicos, ad ſaltationes, & ad id genus alias actiones prodirent, & ad feneſtras ſtarent non excuſarentur, ut præter alios docet Tabiena: ſecus, ſi a parentibus prohibeantur: qui a peccato non excuſantur ni curent, ut ſolēnioribus ſaltem diebus, vel domi, uel in eccleſia miſſam audiant. Item uiduę, quæ poſt obitum coniugum certo tempore domi honeſtatis cauſſa ſe continere ſolent: quod unicus menſis ſpatio Tabiena eis licere affirmat. At uero Nauarrus, ait ſpectandam eſſe conſuetudinem; ita ut etiam per annum liceat, ſi id conſuetudo iam obtinuerit; & ita nullum certum tempus eſt determinatum. Docet tamē citatus auctor, quod laude digna eſſet uidua illa, quæ Marthā & Magdalenam imitaretur: quę non obſtante luctu, quo fratrem recens mortuum lugebant, egreſſæ ſunt ad excipiendum Dominum adhuc mortalem, ut fratrem Lazarum a mortuis excitaret; ita uidua prodire deberet ad exorandum Chriſtum, in ſacramento exiſtentem, ut mariti ſui animam a purgatorio ſi ibi eſſet, liberaret. Vnde Epiſcopi & Parochi in quorum diœceſi tales conſuetudines uigere uident, præclare ſe gererent, ſi per admonitiones & hortationes eas abolerent, uel ad paucos dies, per uniuerſale ſtatutum longiores conſuetudines reuocarent. Vbi idem auctor uiduas monet, ne huiuſmodi ritus ob uanam gloriam ſeruent; aut diutius, quam conſuetudo ſolet.

Ver. miſ § 46.

Quarta cauſſa, ad euitandum damnum temporale alicuius momenti in re propria, aut proximi: Vnde aliam con-

conficeres regulam: ob quam excuſaren tur, qui arces carcereſque cuſtodiunt, ſi ſine periculo non poſſunt a cuſtodia abeſſe: qui regni negocia ex officio tractarent, vt conſuliores, eum non liceret ſine detrimēto conſultationem differre: qui gregem & armenta paſcunt, vineaſue cuſtodiunt, & a cuſtodia ſine diſpendio recedere non poſſunt: qui ſua negocia grauiora nequeunt conficere ni iter faciant, vnde ſequitur vt ſacrum non audiant, qui fures timent, ne domum expilent? Denique famuli qui non facile alios poſſunt inuenire dominos, ſi ij quos habent, non dent eis tempus ad audiendam rem ſacram; in quo domini peccāt, quando ſine iuſta cauſſa id faciunt. Famuli vero, ſi diu impediantur, alios dominos ſibi inuenire debent; non item ſi interdum impediantur, quia tunc non tenentur dominum deſerere, nec obediendo peccabunt: ſicuti, nec etiam quando non facile alios dominos inuenirent: at aliter dicendum eſſet, ſi dominus in contemptum religionis id faceret: quia tunc nullo modo eis acquieſcēdum eſſet: quippe, tunc violaretur ius diuinum.

Quinta cauſſa, eſt impedimentum, ob quam qui diu ſunt in carcere, qui iter longum maritimum faciunt, nec loca inueniunt, in quibus celebrare liceat, excuſantur: ſimiliter, quando non adeſt copia ſacerdotis celebrantis. Atque hæc ſunt capita illa ad quæ reuocares omnes caſus qui in hac materia contingere poſſunt: quę ſummatim in duo contraheres in detrimentum alicuius boni ſui, vel alieni, & in impedimentum. Ad extremum illud addiderim, non peccare mortaliter, eum, qui bona fide ob aliquam cauſſam putat ſe excuſati licet non ſit ſufficiens cauſſa: ſed monendus eſt, vt ob impedimentum hoc taleſ præceptum omittere nolit. Nam contingere poteſt ut aliquis exiſtimet ſe eſſe excuſatum; cum tamen re uera non ſit.

De modo quo ſacrum vtiliter audiendum ſit. Cap. 13.

PRęclare a quodam viro ſapiēte pronunciatū fuit, Modum actioni prębere cognomentum: cum quod ſine modo fit, non factum fuiſſe, vere affirmari poſſit: propterea non inutile erit, ſi dum hoc præceptum explicamus, aliquid etiam de modo audiendi ſacrum dixerimus, vnde meli⁹ intelligetur quādo quis hoc præceptū vere, ac etiā vtiliter obſeruauerit. Quæ aūt de re propoſita dicēda ſunt, qbuſdā dictis breuiter perſtringā. *Plat. in Conu.*

Primum dictum, duobus modis aliquod præceptum ſeruari poteſt; primo quoad ſubſtantiam actus, hoc eſt, cum ita ſeruatur, vt ſit pręcepto ſatisfactum, vt quis re vera dicatur feciſſe, quod fuit iniunctum: quomodo, iuxta ea quæ diximus, qui miſsā integram cū debita attētione audiret, etiam ſi audiendo aliquod peccatū cōmitteret, & nihil mereretur, pręceptum obſeruaſſe cenſeretur: altero modo quantum ad vtilitatem & fructū, meritumque, ac finem præcepti, vt non ſolum quis audiat, ſed etiam ex auditione fructum referat: ad quem modum plura requiruntur, quā ad primū; & hoc in præſentia ſpeciatim docere volumus.

Secundum dictum, ad hoc vt quis dicatur obſeruaſſe præceptum de audiendo ſacro non eſt neceſſe vt quis euchariſtiam ſumat, aut ad altare aliquid offerat. Hoc docuerim ad remouendam dubitationē quæ oriri poterat ob quoſdam antiquos canones, qui videntur obligare ad communionem ſumendam, & ad aliquod munus Deo offerendum. Nam hi ſunt canones antiqui, qui nunc non ſunt in vſu: ac proinde q contra faciunt non peccāt: quāuis optimū ſit conſilium ſi qs certis dieb⁹ nō modo ſacrificiū vna cū ſacerdote offerret, ſed etiā ſumeret: Cum miſſę celebratio non ſolum ad ſacrificium Deo offerēdū, ſed etiā ad populum Spirituali pabulo nutriēdum ſit ordinatū: & qui tantum beneficiū a Deo accepiſſet, aliquid Deo offerre deberet. *Can. 10. apoſt. Cōc. Anti. cap. 2. Anac. epiſt. 1. de conſ. d. 2. Ca. Peracta, & d. 5. cap. omnis.*

Tertium dictum, ad hoc vt quis dicatur ſeruaſſe præceptum, non eſt

 neceſſe

Le.3.Se. diſt 9.et 17. neceſſe, vt ſit in caritate, ſiue gratia conſtitutus, ita vt is etiam ſeruaſſe dicatur, qui in peccato conſtitutus ſeruat. Hoc affirmauerim contra quoſdam, qui aliter docent: id autem quod nos dicimus his confirmatur rationibus. Primo, quia caritas eſt finis præcepti, at de fine non datur præceptum, ſed de his quę ſunt ad finem; igitur nemo tenetur ad obſeruationem pręcepti, cum hoc modo, vt ex caritate obſeruet. *Th. 1.2. q. 100. ar.9. &* Deinde quia ſequeretur, omnes qui aliquod pręceptũ nõ ſeruant, duo cõmittere peccata, vnum contra prę ceptum, alterũ contra modum, quo obſeruare deberet: quod eſt falſum, & contra commune fidelium vſum, cum nemo de hoc duplici peccato ſe reũ agnoſcat. Denique, quia communis opinio cõtrarium docet; ac proinde cum nulla ratio nos cogat ad contrarium tenendũ, ab ea recedendũ non eſt, cum per eã cõſcientię fidelium maxime conſulatur, & a Scrupulis liberetur.

Quartum dictum, qui cum vtilitate & fructu vult miſſam audire, is debet accedere, ac intereſſe cum fide, dilectione, & reuerentia maxime interiorẽ. *Cõc.Tr. ſeſ.22.* Quod attinet ad fidem ea potiſſime credenda ſunt, quæ de hoc ſupremo ſacrificio tenenda ſtatuuntur: quod in miſſa offeratur Deo verum & propriũ ſacrificium: quod in eo offeratur verum Chriſti corpus, quod in Cruce oblatũ fuit: quod hoc ſacrificium ſit Deo acceptiſſimum: quod non ſolum ſit ſacrificium laudis, & commemoratio paſſionis Chriſti, ſed etiam impetratorium, & propitiatoriũ: miſſas *Gelas. Pap. Innoc. 2. Iſidorus. Alcuinus. Raban. Vualfr. Hug. de S. Vict. Bonau. Thom. Vual. Cõr.Br.* priuatas, & in honorem ſanctorum celebratas nõ eſſe damnandas, ſicutinec vllas cęremonias quæ in tanti ſacrificij oblatione adhibentur, vt ſunt ueſtes, luminaria, vaſa, & huius generis alia. Quæ omnia non ſine aliqua myſtica ſignificatione adhibentur, vt intelligere licet ex ijs auctoribus, qui de ceremonijs partibuſque miſſæ ſcripſerunt.

Quod vero attinet ad caritatẽ, & dilectionẽ, quacũ hoc ſacrificiũ offerendũ eſt, ea deberet eſſe maxima. Primũ, quia reuocat nobis in memoriã ſũmã illam caritatẽ quã Deus erga nos demõſtrauit, cũ Filiũ ſuum vnigenitum pro nobis adhuc inimicis exiſtentibus atrociſſimam mortem perpeti voluit. Itaque ſi pro iuſto, ideſt pro homine probo vix aliquis moritur, profecto Deus commendat, hoc eſt nobilem atque illuſtrẽ reddit caritatem, quod cũ adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. *Rom. 5.* Et, ſi homines maiorẽ caritatem non habent, quam vt pro amicis ſuis moriãtur ſane Chriſti caritas hominum caritatem ſuperauit, cum acerbiſſima morte pro ſuis inimicis mori voluerit: quod ſi amoris magnus eſt amor, hic profecto Chriſti in nos amor omnium hominum corda ad ſe trahere deberet.

Deinde, q̃a p hoc ſacrificiũ reuocamur in memoriã ſingularis amoris Chriſti erga nos iã ſuos factos amicos, q noluerit nos relinquere orphanos, & ſua pſentia priuare, ſed nobiſcũ eſſe vſque ad conſumationem ſęculi; idque ratione quadam noua inaudita, atq; admirabili. quæ profecto res, ſi claro fidei lumine ſpectaretur, non ſolum ad hoc ſacrificium quotidie frequentandum, ſed etiam ad perpetuo in eccleſia ad altare vbi Chriſtus amor noſter manet, vna cũ angelicis ſpiritibus cõmorãdũ efficaciter cõmoueret.

Deniq; vt multas cauſſas omittã (nec enim noſtrũ inſtitutum patitur, vt in his lõgius diuagemur) ideo fideles maxima cũ caritate deberent huic ſacrificio adeſſe, quia eſt memoria omniũ mirabilium quę Deus noſtra cauſſa fecit, atque etiã omniũ donorũ ab eodẽ acceptorũ, & ſpeciatim, filij ſui, quẽ nobis non ſolum in magiſtriũ, ſed etiã in holocauſtum & in cibum (o inexplicabilem, & inexcogitabilem Dei erga nos amorẽ) dedit: quod quis vnquam cogitare potuiſſet? aut etiã petere? Memoriã itaque fecit mirabiliũ ſuorum, miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe: qui etiã, proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cũ illo omnia nobis donauit?

Quod vero attinet ad reuerentiam tum interiorem, tum exteriorem, multa ſunt quę poſſent fidelium animos ad eã excitare: nos ex multis pauca attingemus.

gemus. Primum, is maxima cum reuerentia, animique ſummiſſione atque modeſtia ſacris adeſſet, ſi animaduerteret, ſe eſſe coram Chriſto domino ſuo, ſeque ab ipſo, intus foriſque videri:
Phil. 2. coram eo, cui omne genu cœleſtium, terreſtrium & infernorum flectitur: coram eo, quem Deus in orbem terræ, introducit & omnibus Angelis mandauit, vt eũ adorent.

Heb 1. Deinde quia qui ſacrificio interſunt,
Ambr. ſunt in Angelorum conſortio; nam vt ex
Greg. ſãctis patribus diſcimus, cœleſtes illi ſpiritus Chriſto aſſiſtunt, dum eſt in ſacra-
Luc.17. mento Euchariſtiæ, iuxta illud, vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ, hoc eſt, vbi fuerit ſanctiſſima Chriſti humanitas, erunt etiam Angeli. Quis ergo, ita ſit mẽtis impos, ne dicam impius, qui animaduertat ſe eſſe in Angelorum conſortio, & nolit vna cum illis Chriſto maxima cum reuerentia atque moderatione aſſiſtere? præſertim in eccleſia quæ eſt Domus Dei, & locus
Ma.21. orationis. Ideo nullibi legimus Chriſtũ
Ioan. 2. ita ira fuiſſe incenſum, quam cum tem-
1.q. cã. plo paruam reuerentiã exhiberi vidit:
quſdã ac proinde facto flagello ementes & vẽ-
17.q.7. dentes ab eo eiecit.

c.et hac Poſtea, ideo maxima reuerentia & at-
1.q j.cã tentione eſt opus, quia qui rei ſacrę in-
Saluat. terſunt, multa maximaque beneficia a Deo petunt; vnde ſacerdos contenta voce, populo dicit, Oremus, & ipſe omnium nomine orationes fundit. At qui orando quod petit obtinere cupit, ſuppliciter, & reuerenter, attenteque petit, ſaltem hac de cauſſa, vt rem cupitam obtinere poſſit, vt paſſim pauperes ſtipẽ petentes erga homines facere ſolent: at qd nos facere debemus erga Maieſtatem diuinam, a qua tot & tam multa petimus? Illi voce flebili, capite aperto, genibus flexis, & deniq; omnibus corporis partibus quodammodo petunt, & reuerentię ſignificationem præbent, nos vero oſcitanter, & parum modeſte cum Deo agemus?

Poſtremo, ideo fideles reuerenter ſacrificio miſſæ adeſſe debent, quia etiam ipſi aliqua ratione rem ſacram faciunt, & offerunt, vt ſupra diximus: ac proinde ratione officij quod exercent, cum pietate & religione quod agunt, agere debent. Vt ergo eſt maxime abſurdum ni ſacerdos cum pietate operetur, ita etiam valde abſonum eſt, ſi qui cum eo offerunt, parum pie offerant. Imitandi ergo ſunt illi bene morati homines, qui aliquod munus principi oblaturi, ſe diligenter parant, ſe ornant, verba adhibenda concipiunt, & denique magna cum animi ſummiſſione offerunt. Ideo ad hanc attentionem, & diligentiam populo excitandam ſacerdos ei dicit ſurſum corda: cui aſſiſtentes reſpondent, Habemus ad Dominum? Ne igitur aſtãtes mentiri videantur, cor ad Deum per attentionem conuerſum habere debent. Atque ex dictis intelligi licet, quantum errent illi qui immodeſte, & ſine vlla attentione Miſſas audiunt, vt qui loquũtur, qui huc illuc oculos conuertunt, qui nunquam genua flectunt, aut alterum ſolum, quaſi baliſtam entiſſuri.

Vt autem maiorem fructũ ex ſacri auſcultatione fideles referant, illa tria quæ ſacerdos ſacrificandum præſtat, ipſi quoque præſtare poterunt vt enim ſacrificiũ Miſſæ in tres eſt diſtributum partes, in præparationem oblationem, & communionem, ac proinde ſacerdos partim ſe præparat, partim offert, & partim communicat: ita hæc eadẽ qui audit, pręſtare debebit. Primo igitur pie cum ſacerdote confeſſionẽ pronunciabit, vnde fiet, vt venialium peccatorũ remiſſionẽ conſequatur, & aliquibus precationibus, vel potius meditatione ſeipſũ colliget, vſque ad euangelium, vel offertorium, vel vſque ad ſanctus. Secundo ab hoc loco, vſque ad Agnus Dei, vna cum ſacerdote ſacrificiũ offeret, cogitando aliquid de Chriſti paſſione, vt de crucifixione, de ſanguinis effuſione, & de morte, quæ in hac Miſſæ parte repręſentantur, vt ſupra docuim⁹: rogabitque Deum Patrem, vt hanc Filij oblationem acceptam habere velit, ꝑ omnibus peccatis ſuis, & vt per illã gratiæ auxilia ad recte viuendum concedere velit: atq; etiã pro ſuis cõſanguineis, amicis, benefactoribus, inſtitutoribus,

pro fidelium conuerſione, & pro animabus purgatorij. Tertio ab Agnus Dei, præparabit ſe ad ſpiritualem communionem; orando Deum vt dignetur per gratiam in cor ſuum ingredi, & vt illud perpurgare, ornare, atque corroborare velit: & denique debitas gratias Deo agat, quod dignus habitus fuerit intereſſe ſacrificio; proponatque ſe ab omni culpa eo die abſtinere velle, ne vllam in partem eum offendat, a quo tantum beneficium accepit. Sed iam aliquid de fructibus, vtilitatibuſque miſſæ dicamus, quas vtilitates, is percipiet, qui cum modo iam explicato miſſam audiet: ad quod faceſſdum ex fructuum quos numerabimus cognitione facile excitari poterit.

De vtilitatibus, fructibuſque qui percipiuntur ex auſcultatione ſacri.
Cap. 14.

Longum ſane facerem, ſi quam late poſſem, de fructibus Miſſæ ſcribere vellem. Mei itaque inſtituti memor, breuiter agam, & non tam rem ſubiectam tractabo, quam locos quoſdam indicabo, quos, qui hac de re ex profeſſo diſputabit, amplificare poterit. Hi igitur ex ſacrificij oblatione & auſcultatione colligi fructus poterunt.

Ca. omnis de pœni. di. 3.

Diſcipl. ſer 48. de ſanc.

Primus fructus, valet hoc ſacrificium ad venialia peccata, quibus quotidie Deum offendimus, remittenda: cum in miſſa intercedant multa, quæ vim ad hoc efficiendum habeant, & vt quidam adnotauit, his modis.

De pœn. d. 3. Cap. Aquã

Primo, per ſumptionem luſtralis aquæ, cum quis in eccleſiam ingreditur, & egreditur.

Secundo, cum dicitur, confiteor vna cum ſacerdote: confeſſio enim illa vim habet ad leuia, peccata tollenda.

Tertio, cum quis audito Ieſus, vel Mariæ nomine, cum pietate genua flectit, pectuſque tundit: quod etiam fit in eleuatione & oblatione ſacrificij, quę cum dicitur, Sanctus, adhibenda non eſſet: & cum ſacerdos poſt eleuationem ait, Nobis quoque, vbi vna cum ſacerdote fideles pectora percutiunt. Similiter in communicatione.

Quarto, cum recipitur benedictio a ſacerdote in fine miſſæ. Denique, quotieſcunque dominica recitatur oratio.

Secundus fructus, maxime confert ad impetrandam remiſſionem peccatorum mortalium, non quod miſſa ex opere operato hoc præſter, ſed quia hoc ſacrificium eſt opus præſtantiſsimum & maxime Deo acceptum, ideo ijs qui adſunt præbet maiora auxilia ad reſipiſcendum.

Adde etiam quod intercedunt multi actus deuotionis & pœnitentiæ. Quare, ſi Chriſtus dum in terris agebat nemini pœnitentiam agenti, & remiſſionem peccatorum petenti, denegauit, credendum eſt etiam, eis idem donum conceſſurum, qui cum fide ab eodem in ſacramẽto exiſtente efflagitauerint, Latroni dixit: Hodie mecum eris in paradiſo; Magdalenæ, Dimittuntur tibi peccata tua. & ſi aſpectus ſerpentis ænei vulneratis a ſerpentibus ſanitatem adferebat, & Petri vmbra ægrotos ſanabat; cur Corpus Chriſti, quod in miſſa fidei oculis quorum eſt vis maxima cernitur, ad animas ſanandas vim maximam non habebit? *Henr. de Aſſia.* *Nu. 21. Act. 5.*

Tertius fructus, virtutum & donorum ſpiritualium conſeruatio, & auctio, modo is qui audit ſit in gratia conſtitutus. Eſt enim vt ſupra ſcripſimus, efficaciſsima oratio; & qui aliquid offert, is efficaciſsime petit & impetrat; adde etiam quod pro eo, qui ſacro intereſt priuatim a Sacerdote, & a tota eccleſia & a Chriſto per ſacerdotem offertur, ac proinde aliquid amplius bonorum ſpiritualium conſequitur, quod ſi ſacris non intereſſet, non conſequeretur.

Quartus, qui ſacro intereſt ſpiritualiter communicat: quia habet deſiderium ſacramenti percipiendi, ad quod propter reuerentiam, & humilitatem non accedit, ſed veluti publicanus a longe ſtando pectum ſuum percutit, & ſe peccatorem agnoſcit, & ſe ſpiritualiter paſci poſſe confidit, Crede, inquit Auguſtinus, & manducaſti. Aequum eſt

eſt enim vt qui dominicæ menſæ in ſpiritu eum ſacerdote miniſtrat, in ſpiritu etiam eum ſacerdote paſcatur. Etenim, vt conueniens non eſſet, vt qui menſæ regiæ miniſtraſſet, famelicus dimittere tur, ita non eſt exiſtimandum, ſine ſpiritali refectione relinqui eum, qui Miſſæ ſacrificio adeſt.

Quinctus, remisſio pœnarum temporalium quas pro peccatis iam dimiſſis debemus, quam remisſionem non ſolum pro nobis, ſed iam pro omnibus viuentibus & mortuis impetramus, iuxta ea quæ ſupra de huius ſacrificij valore docuimus.

Mat. 6. Sextus, bonorum temporalium impetratio, quod beneficium etiam in improbos redundat. Solet enim Dominus etiam in temporalibus rebus illis magis fauere, quos videt ante omnia, ſpiritualium rerum & diuini honoris curam gerere. Non enim facile patietur Deus, vt is temporalium rerum damna ſuſtineat, qui honoris ipſius eſt in primis ſtudioſus, cum Chriſtus plane ei iſta bona tanquam corrollaria adjicienda eſſe dixerit, qui regnum Dei prius quæſiuerit.

Propterea, vt eſt apud Matthæum, ſuis diſcipulis dicebat. Quærite ergo primũ regnum Dei, & iuſtitiam eius, hæc omnia adijcientur uobis, ac ſi dixiſſet, quęrite primum, ut iuſtos uos Deus reddat, & vt regno ſuo dignetur; cum id primum præcipuumque ſit, quod in ſuis petitionibus Chriſtianus ſpectare debet: quia ea quæ ad victum ſunt neceſſaria; & veluti adminicula ad cæleſte regnum conſequendum, etiam ſi non petantur, ex diuina munificentia ſuperaddentur. Vbi Dei bonitatem & amorem erga nos admirari licet, quod ea cura, quam de rebus terrenis capere ſolemus, nos liberare, & eam ipſe ſuſcipere voluerit. Hanc Magiſtri noſtri doctrinã, ſi fideles ẽr q de reb. caducis ſolieiti eſſe ſolent, animaduerterent, profecto pro præcipuo negocio haberẽt, vt quotidie ante oĩa ſacrũ audirẽt.

Septimus malorum corporis vitatio. Nanque viri pij, qui quotidie vel frequenter ſacris intereſſe ſolent, obſeruarunt ſe quam plurima euaſiſſe pericula, quibus hominum uita eſt expoſita: & fortaſſe paucos inuenires, qui aliquando in ſe id non ſint experti; immò apud quoſdam id uidetur eſſe in prouerbio, cum quempiam aliquod maius periculum vitaſſe viderint, dum aiunt, Iſte Miſſam audiuit. Et ſane par eſt, vt cœleſtis pater ijs priuatim ſuo auxilio eo die adſit, qui ad eum ſalutandum, honorandum, & ad ſacrificium ei offerendum mane ſe contulerint. Ob quam etiam cauſſam cœleſtes ſpiritus nobis tutelam ſuam præſtare debent, quod vna cum ipſis ad Chriſtum in ſacrificio colendum adſtiterimus. *Amb. in Luc.*

Octauus, fructus, qui Miſſam audit, magis participat de communione ſanctorum, hoc eſt de omnibus bonis operibus quæ in tota ecclesia a uiris pijs fiunt, & præſertim de oblatis ſacrificijs, quorum valorem magis participant, vt ſupra docuimus, qui aliquo pacto offerunt, vt faciunt qui miſſæ ſacrificio interſunt.

Nonus, cæteris paribus, oratio eius qui ad miſſam aliquid petit, efficacius obtinebit, quod a Deo petitur, quam ſi alio loco & tempore fiet. Siquidem oratio in Domo Dei facta, vim priuatam habet ad aliquid obtinendum, vt colligere licet ex ea oratione, quam in templi dedicatione habuit Salomon, quam etiam vim corroborat Oratio Sacerdotis pro asſiſtentibus facta, ac etiam Angelorum preces, & eius Sancti in cuius honorem fit ſacrificium. Siquidem id facilius impetratur, quod a pluribus petitur. Huc referres familiare colloquium, quod qui ſacrificio interſunt, cum Chriſto habere poſſunt, non ſecus ac facerent, ſi eum oculis corporeis cernerent, ut faciebant eius diſcipuli, & alij dum cum eo in hac vita verſabantur. Atque in hoc ſpirituali colloquio, quaſdam precatiunculas ex diuinis literis collectas, aut eas quas diuinus ſpiritus, ſuggereret, adhibere poſſent, & vt hũc locũ cõcludam, qui in ecclesia, dũ ſacrificiũ celebratur aliquid a Deo petit, nõ ſec⁹ facit, atq. is, q multos

in

in vnum cogeret Principis amicos, vt vna cum illis a Principe aliquid flagitaret.

Decimus, ſpes quædam, fore vt eo die omnia ſua negocia, & conatus omnes ei felicius ſuccedant, quam ſi ſacrum non audiuiſſet; cum qui ſacro adſiſtit, vel expreſſe, vel tacite omnes ſuas actiones in Deum referat, Deoque commendet: quo fit, vt ex omnibus maius ſit perceptutus meritum.

Vndecimus, lætitia quędam ſpiritualis, quam percipere poteſt is qui huic ſacro conuiuio, intereſt. Is igitur qui huic ſacræ operationi adeſt, non ſecus compleri lætitia debet, ac illi, qui olim conſecrationi ſummi Pontificis aderāt: Qui effuſi in eius caput vnguenti odorem magna cum voluptate, & iubilo
Pſal. excipiebant. Sicuti & illi, qui cum ſint in cella vbi noua conduntur vina, odore per aerem diffuſo affecti, velint nolint
Aug. li. inebriantur. Cum ergo in loco vbi
21. de ci hoc ſacrificium offertur tanta ſit gratia-
ui. c. 8. rum copia, non ſolum ex eo dæmonum poteſtates fugantur, ſed etiam aſtantium mentes conſolatione perfunduntur; vt
Pſa. 83. merito cum Dauide clament; Altaria tua Domine virtutum: Rex meus & Deus meus.

Duodecimus, qui ſacrum audit multarum virtutum actus exercet, pręſertim trium, qui ſunt maximi meriti. Actum fidei, dum omnia myſteria credit, quæ in hoc ſacrificio intercedunt: Actum caritatis, dum voluntas per amorem in Chriſtum præſentem fertur, cum eoque tanquam ſponſa cum ſuo ſponſo loquitur; cuius amore affecta, ſe amore ſentit languescere. Poſtremo actum religionis,
Cant. dum præſentem Dominum adorat; & ſacrificium Deo gratiſſimum vna cum tota eccleſia, & pro tota eccleſia offert. Quo etiam fit, vt exerceat actum liberalitatis & munificentiæ, dum in omnes fideles ſpiritualia bona diffundit. Atque hæc de primo eccleſię præcepto pro meo inſtituto, dixiſſe volui.

Primæ partis finis.

PARS SECVNDA DE PRAECEPTO CONFESSIONIS.

Quid ſit pœnitentia, eiuſque partes. *Cap.* 1.

MIHI pro meo inſtituto de ſecundo Eccleſiæ præcepto, quod eſt de Confeſſione facienda, agere volenti, nihil eſt neceſſe, vt multa de ſacramento pœnitentiæ cuius confeſſio eſt ſecunda pars hoc loco ſcribam, ſicuti nec etiam de prima & tertia parte, quæ ſunt contritio & ſatisfactio. Immo nec omnia quæ de confeſſione tractantur, ſed ea ſolum quę proxime ad huius præcepti obſeruationem ab ijs qui confiteri debent cognoſcenda & præſtanda ſunt. Cæterum, cum ad exponendam confeſſionis naturam neceſſarium ſit cognoſcere quid ſit pœnitentia, & quid contritio, ideo priore loco aliquid de his dicemus.

Pœnitentiæ nomine non intelligitur, ſola peccati commiſſi memoria, ſolave reſipiſcentia, & animi mutatio in poſterum, ſed diſplicentia & pœna præteriti peccati, cum mentis emendatione, vt etiam nomen ipſum deſignat, quod non a pone, ſed a pœna & a verbo pœnitere, quod triſtitiam deſignat, dicta eſt: Vt ex- Ci. Tuſ.
preſſe docuit ille, qui de pœnitentia tan- 4. Ouid.
quam de Dea olim culta cecinit. 1. de pōt.

Sum dea, quæ facti non factique exigo Auſ. e-
pœnas: pigr. de
Nempe vt pœniteat, ſic Metanœa Occas.
vocor.

Vbi pro nomine Latino, quod apud Lact. li.
antiquos non reperiebatur, græco vſus 6. c. 24.
eſt Metanœa ideſt pœnitentia: Non eſt itaque pœnitentia pura reſipiſcentia, nec eum plene pœnitet, qui ſolum reſipiſcit, ſed eum, quem errati piget, & ſeipſum caſtigat, & ad rectius viuendum ſe con- Ci Fal.
firmat: Vt ille, qui de ſe loquendo aie- libr. 16.
bat, Tātum enim mihi dolorem crucia- epiſt. 21.
tumque

tumque attulerunt errata ætatis meæ, vt nõ ſolum animus a factis, ſed aures quoque a commemoratione abhorreant. Pœnitentiæ nomen tripliciter ſumi poteſt: primo vt deſignat quandam virtutem, per quam vitam emendamus: altero, vt ſignificat ſacramentum a Chriſto inſtitutum ad remittenda peccata, poſt baptiſmum contracta: cui tres aſſignantur partes, Contritio, Confeſſio, & ſatisfactio. tertio ſignificat pœnam pro peccatis confeſſis impoſitam & ſatisfactionẽ ipſam.

Pœnitentia, vt virtus eſt, hunc in modum deſcribitur, Pœnitentia eſt præterita mala plangere & plangenda iterum non committere: Vel eſt quædam dolentis vindicta, puniens in ſe, quod dolet eõ miſiſſe. Cuius cauſſa efficiens prima eſt motus diuinę gratię diſpoſitiua & remota, anguſtię & calamitates vitę huius, quibus ad reſipiſcendum excitamur: forma eſt perfectus dolor ex gratia proficiſcẽs: materia ſunt peccata cõmiſſa, quæ deteſtãda ſunt; Finis emẽdatio a peccato. Partes vero, peccati deteſtatio, ꝓpoſitũ nouę vitæ, & ſuggeſtionum peccati reſecatio.

Pœnitentia vt eſt ſacramentum, hoc eſt vt ſignum quoddam ſenſibile ad peccata remittenda, miſſis nunc aliorum deſcriptionibus, hoc pacto deſcribi poteſt, Pœnitentia eſt ſacrum ſignum verbis abſoluentis, & actibus pęnitentis conſtans, abſolutionem animæ a peccato efficaciter ſignificans. Cuius cauſſa efficiens inſtitutiua fuit Chriſtus. Cauſa formalis, certa verba ab eodem ordinata: materia ſunt peccata per cõfeſſionem manifeſtata: finis, vt homo reſurgat a peccato poſt baptiſmum facto. Partes eſſentiales, ſunt materia & forma: integrales vero contritio, confeſſio & ſatisfactio: prima eſt in corde, ſecunda in ore, tertia in opere.

De pęn. d. 3. ca. ꝑfecta. Contritio, ſic dicta a perfecto animi dolore, quo quodãmodo perpetrata peccata, conteruntur & comminuuntur, eſt deteſtatio & dolor peccati commiſſi, cũ propoſito non peccandi: vel hoc modo, *Cõ. Tri. Seſ. 14. c. 4.* contritio eſt præteriti peccati, vt eſt offenſa Dei voluntaria, ſupra omnia deteſtatio, cum propoſito de cætero non peccandi, & commiſſa peccata confitendi.

Quod ſi hic dolor ſit imperfectus, non ſummus, vel non ſit de peccato vt eſt offenſa Dei, vel propoſitum ceſſandi a peccato ſit imperfectum, dicetur, Attritio; quod nomen ille dolor proprie meretur, qui cum ſacramento poteſt ſufficere ad remiſſionem peccati. Eſt itaque attritio dolor imperfectus de peccato propter Deum principaliter ſumptus.

At vero ſatisfactio, ſiue pœnitentia, vt pœnam, & ſatisfactionem pro perpetrato peccato deſignet, hunc in modum deſcribitur, Satisfactio eſt actus voluntarius, quo quantum pro iniuria illata a nobis iuſte exigitur prę̨ſtamus; Cuius cauſſa efficiens eſt, qui eam imponit, exequẽs ipſe pœnitens; materia opera præſertim pœnalia; forma, vt debito modo fiat, & ſi debeat eſſe fructuoſa, cum caritate; finis vt ſatisfiat diuinæ iuſtitiæ, & deleatur tẽporalis pœna, quæ remanere poteſt, poſt dimiſſam culpam. Partes ſunt, libera acceptatio, & operis exequutio.

Quid ſit confeſſio de cuius præcepto acturi ſumus, conſequenti capite docebo, ſi prius allatam de ſacramento pœnitentiæ deſcriptionem, breuiter explicuero. Dicitur, pœnitentia ſacrum ſignum, quia ponitur in genere ſigni ſacri, cum ſit verum ſacramentum, quod eſt ſacræ rei ſignum, ſic enim definiri ſolet; vel expreſſius, Eſt ſignum ſenſibile ſanctificationis interioris animæ, eiuſdemque cauſſa ad Dei cultum a Chriſto domino inſtitutum. Dicitur, ex verbis abſoluẽtis, & actibus pęnitẽtis, vt explicetur in quo conſiſtat hoc ſignum, ac etiam materia & forma huius ſacramenti. Dicitur, abſolutionem animæ a peccato ſignificans, vt exponatur cuius rei ſit ſignum, gratię nimirum qua quis a peccato per modum abſolutionis liberatur. Dicitur, efficaciter, vt doceatur, non eſſe merum ſignũ, ſed ex ſe ſuaque vi efficere id quod ſignificat. His hunc in modum expoſitis, de confeſſionis præcepto agamus.

Quid ſit confeſſio, & quale eius præceptum. Cap. 2.

Confeſſio, vt hoc loco ſumitur, non pro laude, aut fidei delictive manifeſtatione,

feſtatione, ſed per illa manifeſtatione peccati, quę fit ſecreto apud ſacerdotem, eſt quę ſacramenti pęnitentiæ pars, hunc in modũ, aliorũ miſſis deſcriptionibus, deſcribi poteſt, Confeſſio eſt actus hominis exterior ſuorũ peccatorum, cũ ſui accuſatione, in foro ſpirituali ſecreto manifeſtatiuus abſolutionis obtinendę cauſſa: cuius deſcriptionis hãc breuem ſubijcio explicationem: quæ poſtea manifeſtior fiet ex ijs quæ in tota hac tractatione dicẽtur. Dicitur actus exterior, quia ad hoc, ut detur abſolutio, debet intercedere aliquis externus & ſenſibilis actus, quo pęnitens indicet ſe eſſe reum peccati. Dicitur, manifeſtatiuus peccati, ut exponatur qualis debeat eſſe iſte actus. Poſſunt autem peccata quatuor manifeſtari modis, per uerba, per nutus, per interpretẽ, & per literas, in abſentia, uel in præſentia: ſed hic quartus modus non eſt omnino admittendus: tertius, admitti quidem poteſt, ſed non ex neceſſitate: ſecundus eſt ſufficiens, cum verba nõ poſſunt adhiberi, primus vero eſt optimus & adhibendus, cũ verba in hunc finem ſint inſtituta, vt animi conceptus aperiamus.

Ariſt li. 3. perier. c.1.

Dicitur, ſuorum peccatorum, vt exponatur quid ſit manifeſtandum, ſua nimirum peccata, non aliena, niſi fortaſſe id neceſſarium eſſet ad noſtra aperienda. Dicitur, per modum accuſationis, quia in confeſſione duo ſunt maxime uitãda: alterum, vt non intercedant inutiles narrationes, & quaſi factorum hiſtorię, niſi ſit neceſſe aliquid breuiter exponere, vt peccati genus melius intelligatur: alterum aliorum accuſatio. ſunt itaque peccata breuiter manifeſtanda, non per modum hiſtorię, cum ſui accuſatione. Dicitur, in foro ſpirituali, vt indicetur quo in loco, ſeu apud quem, nimirum apud legitimum ſacerdotem, cõfeſſio facienda ſit, vt diſtinguatur ab ea, quæ fit in foro externo a reo corã iudice. Dicitur, ſecreto manifeſtatiuus, vt diſtinguatur a cõfeſſione publica, quæ fit corã ſacerdote, quæ non eſt ſacramẽtalis, vt eſt illa quæ fit ad altare. Dicitur, abſolutionis, &c. vt explicetur finis, ob quem peccata ſacerdoti manifeſtantur, vt eorum ſacramentalis habeatur abſolutio, non ob alium finem.

Atque ex hac definitione & expoſitione, tota huius pręcepti natura, qualitates effectuſq; cõfeſſionis aliquo pacto innoteſcũt. Cũ ergo cõſtet quid ſit cõfeſſio, ſequitur vt doceamus, cuiuſmodi ſit pręceptum quod de cõfeſſione datur, id quod ſequẽtibus dictis breuiter docebo.

Primũ dictũ, de confeſſione quæ fit Deo per recognitionẽ peccati, eſt naturale pręceptum. Quoniam hęc neceſſario requiritur ad pœnitẽtiã virtutem, quę eſt de lege naturæ: & hanc Deus requirebat ab illis qui vixerunt in ſtatu legis naturalis.

Secũdũ dictũ, hoc pręceptũ nõ ſolũ obligat, ad vniuerſalẽ peccatorũ recognitionem, qua quis agnoſcat ſe eſſe peccatorẽ, ſed etiam ad ſpecialẽ. Hãc veritatẽ hę cõfirmãt diuinę ſcripturę auctoritates. Recogitabo tibi oẽs annos meos, ideſt peccata quę per ſingulos annos feci, in amaritudine aĩæ meæ. Iudiciũ & iuſtitiã fecit, vita viuet: ĩpius nimirũ: at iudiciũ ſine ſingulorũ peccatorũ diſcuſſione non fit: igitur. Cogitaui dies antiquos, & annos ęternos in mẽte habui: & meditatus ſum nocte cũ corde meo; & exercitabar, & ſcopebã ſpiritum, meum: qui ſcopat ſingulas pauimenti partes verrit.

Iſa.38. *Ezech. 33.* *Pſa.76.*

Tertium dictũ, pręceptũ de confeſſionẽ externa facienda apud ſacerdotẽ non eſt pręceptũ humanũ, ſiue eccleſiaſticũ, ſed diuinũ. Hęc doctrina eſt certa fide tenenda, quã lætiſſime probare poſsẽ, faceremq; ſi hoc eſſet mei inſtituti: ſufficiat igitur prẽter innumeras ſãctorũ patrũ, & Pontificũ auctoritates, & perpetuã eccleſiæ traditionẽ, atq; cõmunẽ fideliũ cõſensũ, Cõcilij Tridẽtini determinatio. Eſt itaq; pręceptũ diuinũ, nõ põtificale, nõ apoſtolicũ.

Quartũ dictum, cõfeſſio ſacramẽtalis peccatorũ in ſpecie nõ eſt de iure humano, ſed diuino. Eſt doctrina certa fide tenẽda: quã ſatis cõfirmant auctoritates in ſecundo dicto allatæ: quia ſi integra omniũ peccatorũ, recognitio eſt de lege naturę, eorũdẽ integra cõfeſſio, nõ erit de lege humana ab aliquo Põtifice excogitata, ſed ab eo inſtituta, qui pœnitẽtię ſacramentum inſtituit. Fuit autem hoc pręceptũ a Domino priuatim datũ, cum ſuis

Cõc.Tr. *Ioã. 20.*

Apo-

Apoſtolis dixit, Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Quæ ſane poteſtas remittẽdi peccata fruſtra data fuiſſet, ni fideles ad peccata confitenda eſſent obligati.

Quinctum dictum, pręceptum cõfeſſionis dicitur eccleſiaſticum, & humanũ ratione determinationis & declarationis pręcepti diuini. Pro explicatione nota, hæc quinque Eccleſię pręcepta de quibus nos agimus, eſſe etiam de iure naturali, vel diuino; ut de colendo Deo diebus feſtis; de peccatorum recognitione & confeſſione, de euchariſtia ſumenda, de ieiunio celebrando, quod apud nationes omnes aliquo pacto fuit in uſu, & denique de decimis ſoluendis. Sed quoniam hæc iura, ſeu præcepta ſunt vniuerſalia; ideo neceſſe fuit ut determinarentur, & contraherentur per circunſtantias temporũ, perſonarum, modorumque id quod fecit eccleſia per auctoritatẽ ſibi a Chriſto cõceſſam; qui non omnia per ſe ſtatuit, ſed multa ſtatuenda reliquit eccleſię. Quamuis ergo huiuſmodi præcepta iure diuino, vel naturali innoteſcant; noſq; obligent: tamen quod hoc uel illo tempore, & modo ſint ſeruanda, ex iure pendet eccleſiaſtico, & ſub hac ratione dicuntur eccleſię præcepta: & qđ de hoc præcepto dicimus, id de alijs etiã intelligendũ eſt.

Quid & quotuplex ſit peccatum et quę peccata ſint in confeſſione manifeſtanda. Cap. 3.

ANtequam doceo, quę peccata per Confeſſionẽ manifeſtanda ſint, prius quid & quotuplex ſit peccatum, & qui eius effectus breuiter docebo.

Peccatum, nihil aliud eſt quam receſſus uolũtarius a regula diuina. omnis.n. peccator recedit a uia recta, ſeu a regula nobis ad recte agẽdum a Deo ſua lege pręſcripta, aut aĩo indita, Qui receſſus, ut ſit peccatũ, dẽt eſſe actus uolũtarius: cuiꝰ tres ſunt conditiones. Prima, ut ſit ſpontaneus, nõ coactus, a volũtate productus vt eſt ille, quẽ ipſa uolũtas producit, quẽ elicitũ uocãt vel imperatus, ut ſunt cęteri actus aliarũ potẽtiarũ, q uos uolũtas veluti domina, imperat; ut loqui, & ſcribere. Secũda, ut ſit liber. i. vt poſſit fieri & nõ fieri a volũtate: nã primi motus uolũtatis sũt, quidẽ uolũtarij, nõ tñ liberi; & ideo non sũt peccata; Tertia, ut procedat ex ſcientia: nam qui ex ignorantia agit, ſi ignorantia non ſit culpabilis ut eſt illa qua neſcitur id quod potuit & debuit ſciri, non peccat; ut accidit Iacobo, cũ acceſſit ad Liã, quam putauit eſſe ſuã. Peccatũ, ꝙ cadere poteſt ſub cõfeſſionẽ duplex eſt; vnũ mortale, grauis nimirum offenſio Dei, uel proximi, qua homo priuatur, aut priuari poteſt, diuina gratia, q̃ eſt uita animę: per q̃ homo vitã ſupernaturalẽ uiuit, operationeſque ſup. naturam, æternę uitę meritorias exercet Alterũ ueniale, minor nimirũ offenſa, q̃ cũ nõ ſit cõtra ſed ſolũ pręter uolũtatem Dei, eſt venia digna nec gratia priuat.

Rurſus utrũque duplex, ex ſuo genere ſuaque natura, & re ipſa, ſiue de facto Mortale ſua natura, eſt illud ꝙ eſt cõtra diuinũ mandatũ, ꝙ ſi eſſet perfectũ diuinã auferet gratiã: ſed quia vel ex leuitate materiæ, vel ex imperfecta deliberatione impedit̃, re ipſa ẽ ueniale. Exẽplũ primi modi, ſi quis furaretur obolum: furtũ ꝙ ſua natura eſt graue peccatũ, ex leuitate materię fit veniale. Exemplũ ſecundi, ſi quis ex repẽtino motu iræ, vellet alicui nocere, ſed ſtatim ſe corrigit. Veniale ex genere eſt, cũ fit id ꝙ nõ eſt cõtra præceptũ; ut ſiquis non ordinaret ꝙ agit, in Deũ; qđ re ipſa quatuor modis fieri poteſt mortale: ex animi intentione, cũ animus erat paratus ad grauiter peccãdum, vt cum quis furatur parũ & intendebat furari multum: ex conſcientia erronea; vt ſi quis quod eſt veniale, putaret eſſe mortale, & adhuc faceret: cum veniale ordinatur in finem, ſeu in actum qui eſt mortalis; ut ſi mendacium iocoſum referatur ad fornicationem: poſtremo, cum ex veniali conſequitur grauis culpa præuiſa; ut ſi quis ioco auferet rem ab aliquo quem ſciret ob hoc blaſphematurũ: vñ in iocãdo cauẽdũ eſt, ne inde aliqđ graue naſcatur peccatũ. Cuiuſcũq; peccati mortalis duę ſunt partes altera q̃

dicitur materia, actus nimirum ipſe: altera, quæ dicitur forma, ipſa nimirum aberratio, & receſſus a regula, in qua duo ſpectantur auerſio a Deo, & conuerſio ad ſe, vel ad creaturam ad quam quaſi ad Deũ quędam adhæreſcit qui grauiter peccat.

Quæ duo non reperiuntur in peccato veniali, per quod homo non auertit ſe a Deo, nec omnino ſe conuertit ad creaturam.

Denique peccatum duos producit effectus, primo ingenerat maculam quandam in anima, quę prius pulchra erat, pulchritudine gratiæ: deinde reatum, ſiue obligationem ad æternas pœnas perpetiendas. Et quia ut dixi, in peccato ſunt duo, auerſio a Deo, & conuerſio ad creaturam, illi reſpondet pœna damni, nimirum priuatio inſpectionis diuinæ naturæ, quæ eſt finis animæ: huic vero, pœna ſenſus perpetuo in inferno ſoluenda. ex peccato veniali conſequitur etiam, veluti quædam macula, & obligatio ad aliquã pœnam temporalem, in hac vita, vel in purgatorio ſoluendam. De quo peccato loquens Paulus paleæ cõparauit: eũ qua qui ex hac uita abijerit, Saluus fiet, quaſi per ignem, ideſt per verum purgatorij ignem. His hunc in modũ vniuerſe de peccato, quod eſt pęnitentiæ materia, ex-

1. Co. 3. poſitis, nunc quibuſdam dictis plane docebo, quæ nã peccata ad huius præcepti obſeruationem ſint in confeſſione manifeſtanda.

Primum dictum, omnia peccata mortalia, cordis, oris, & operis, ſiue ſint manifeſta, ſiue occulta, ſunt materia neceſſaria confeſſionis, quæ omnia ſunt ſpeciatim manifeſtanda. Eſt doctrina certa fide tenenda, in qua omnes doctores conueniunt; & patet ex locis diuinæ ſcripturæ ſupra citatis. Vbi nota, ideo in hoc foro iudiciali manifeſtanda eſſe etiam occulta peccata, quia ſacerdoti data eſt eadem facultas ad dimittenda peccata, quã Chriſtus habuit, & quia vice Dei peccata

Cõ. Tri. dimittit; at Deo omnia peccata confitenda ſunt: igitur & ſacerdoti, prout tamen a pœnitente manifeſtantur. Vnde non ſatis eſſet dicere, ſum magnus peccator, grauiter peccaui: nec etiam ſat eſt exponere genera peccatorum, vt iniuſtitiæ, luxuriæ, ſed exponendę ſunt & ſpecies: nõ tamen actus oẽs qui in aliquo peccato interceduut, niſi aliquam nouam deformitatem ſecum afferant.

Secundum dictum, non ſolum peccata quæ certo pro mortalibus habentur, ſed etiam ea de quibus dubitatur an ſint mortalia neceſſario confitenda ſunt. Eſt hæc doctrina communis, ac proinde nihil eſt neceſſe, vt eam vllis rationibus cõfirmemus.

Tertium dictum, peccata oblita, & quæ ex ignorantia inculpabili fiunt, non ſunt neceſſario confitenda, quia præceptum confeſſionis eſt morale, & accõmodatum naturæ humanæ: ergo non debet obligare ad id, quod humanam diligentiam ſuperat; vt contingeret, ſi ad iſta obligaret. Poſſumus tamen iſta vniuerſe confiteri, dicendo oblita & ignorata. Verum, ſi oblita in memoriam redeãt, confitenda erunt.

Quartum dictum, peccata ſemel confeſſa poſſunt eſſe materia alterius confeſſionis, Patet, ex communi conſenſu doctorum, & vſu fidelium, qui ſolent facere confeſſiones generales, in quibus repetuntur peccata iam confeſſa. Vnde non ſunt audiendi qui contra ſentiunt.

Quinctum dictum, peccata mortalia facta ante baptiſmum, non ſunt materia confeſſionis. Eſt communis doctrina, & ex eo patet; quia non baptizatus non poteſt abſolui, cum baptiſmus ſit ianua ad alia ſacramenta: & cum per baptiſmum omnia tollantur: nõ eſt neceſſe, vt poſtea in confeſſione manifeſtentur. Quod ſiqs ea poſt baptiſmum confiteri vellet, nullã faceret iniuriam baptiſmo, modo putaret, fuiſſe ſufficienter per baptiſmum ſublata. Sicuti non facit iniuriam confeſſioni, qui ſemel remiſſa, iterum confitetur. Poſſunt tamen ante baptiſmũ manifeſtari per modum cõfeſſionis ad cõſiliũ capiẽdum, ſed nõ ad abſolutionem obtinendam. Verum peccata in baptiſmo facta, ut ſiquis ficte baptiſmum ſuſciperet, manifeſtãda ſunt. Vnde colliges, peccatum originale nõ cadere ſub cõfeſſionẽ. Oĩa itaque peccata mortalia, ſiue certa

ſiue

ſiue dubia, facta in baptiſmo, & poſt baptiſmum exceptis oblitis, & ignoratis, ſua, nõ aliena, ſunt materia neceſſaria cõfeſſionis. Quæ ita ſunt manifeſtanda, ut eorũ intelligatur grauitas, & ſpẽs: & vnũ non accipiatur pro alio, i. mortale nõ fiat ueniale, nec contra, idque ſcienter. Diximus de mortalibus, ſequitur, vt de venialibus dicamus.

Leo. x. in bulla. cõ. Lut. Cõ. Tri. ſeſ. 14. Ca. 7. Cyp. ſer. 5. de lapſ.

Sextum dictum, peccata venialia ſunt materia legitima confeſſionis, hoc eſt licet ea confiteri, & abſolutionis ſunt capacia. Eſt doctrina certa fide tenẽda ex determinatione eccleſiæ, quã approbat cõis fidelium uſus: adde &, quod hñt veram rõnem peccati, culpam nimirum aliquã, cui ſua debetur pœna: ſunt igitur abſolutionis capacia.

Septimũ dictũ, peccata venialia non ſunt materia neceſſaria confeſſionis de iure diuino. Ita declaratum eſt in Concilio Tridentino: & ſane, cum non claudãt cœli portas, non egẽt poteſtate clauium: & Eccleſia pro eis tollendis alia ſtatuit remedia, vt poſtea docebo.

Octauũ dictũ, peccata venialia nõ ſũt materia cõfeſſionis ex iure eccleſiaſtico. Vnde Cum in capite, oĩs, datur p̃ceptum de confeſſione peccatorũ, nõ includũtur venialia: quia ibi imponitur grauis pœna contra eos qui non confitẽtur, nimirum pęna excõicationis, at non eſt credẽdum, ꝙ talis pęna lata ſit contra eos qui nõ cõfitẽtur venialia, pro quorũ remiſſione eccleſia vt dixi alia ſtatuit remedia: igitur. Neque iu Clemẽtina, Ne in agro, obligãtur Monachi ad peccata venialia cõfitendã, vt aliqui putarũt; ſed ſolũ ad frequentius confitendũ. Vnde colligeres, fideles qui hñt ſolùm peccata venialia, nõ eſſe obligatos ad confitendũ ſemel in anno, niſi fortaſſe rõne ſcãdali; ſed tũc ſatis eſſet accedere ad ſacerdotẽ, & dicere ſe nõ habere materiã neceſſariã ad cõfeſſionẽ.

De pœni. et remiſ. De ſtatu Monac. Alex. 4. pa. q. 18. ar. 2. §. 5

Nonũ dictum, per accidẽs põt aliquis teneri ad peccata venialia confitẽda. Primo, cum dubitat an aliquod peccatum ſit veniale vel mortale. Secundo, cum habet conſciẽtiã erroneam, i. cũ putat eſſe mortale, ꝙ non eſt. Tertio, cũ eſt periculũ incidẽdi in mortale, Quarto, rõne ſtatuti, & regulæ ad hoc obligãtis, poſito, ꝙ obligare poſſit, vt quidã voluete. Poſtremo, cũ veniale ex genere, fit mortale re ipſa, quattuor modis ſupra explicatis.

Abul. c. 36. in Mat.

Decimũ dictũ, quãuis uenialia nullo præcepto confitenda ſint, tamen vtilis eſt eorũ confeſſio. Primo, quia augetur gratia ex parte ſacramenti, & ex parte boni operis. Secundo, minuitur pœna temporalis debita peccatis. Tertio confirmatur propoſitum perſeuerandi iu bona uita. Denique augetur ſpiritualis perfectio. & interna ſentitur conſolatio.

De circumſtantijs peccatorum confitendis. cap. 4.

CVm peccata, quæ ſunt confeſſionis materia, multas habeant circunſtãtias a quibus uarie afficiuntur: ideo poſt quam docuimus quæ peccata ſint iu cõfeſſione patefacienda, opus eſt, ut de circũſtãtiarũ manifeſtatione dicamus.

Circũſtantia nihil aliud eſt, quã quoddam accidens actus humani ſicuti albedo eſt accidens hominis: quę actibus humanis adhęret, ſicut veſtes corpori, ut ſũt Quis, quid, p quos, quoties, cur, q̃õ, q̃ñ, hoc eſt perſona quæ agit, res acta, inſtrumẽta & media per q̃ agit, numerus & uices, finis, modus, & locus Quarũ, aliæ dicunt̃ ptinẽtes, ut ſũt illæ, q̃ aliquo modo afficiũt actũ, ut furari multũ: aliæ impertinentes, q̃ nihil mutãt actũ, ut furari manu dextra. Quæ attingũt uel mutant ſpẽ peccati, ut furari in loco ſacro uel leuãt, minuũtq; actũ, vel augẽt. Minuẽtes, aut omnino tollũt rationẽ peccati, vt furari in extrema neceſſitate: aut minuũt, manẽte tamẽ ſpecie, vt furari ob aliquã neceſſitatẽ nõ extremã, Aggrauãtes, aut aggrauãt leuiter, aut notabiliter, vt furari magnã vim auri. Inter circũſtãtias, ponũtur nõnullę alię, q̃ ꝓprie nõ ſũt circũſtãtiæ, de q̃bus omnibus, quid ſit dicẽdũ, ſequẽtibus dictis explicabit̃: q̃bus multa q̃ a multis ſine multa neceſſitate dicunt̃, paucis complectemur. Primum dictum, circũſtantiarum manifeſtatio, vniuerſe loquẽdo, pertinet ad integritatem cõfeſſionis, nõ tñ omnium. & ita aliquæ ſua natura ſunt cõfitẽdæ, aliæ nõ itẽ, vt mox explicabo.

plicabo. Doctrina eſt certa fide tenenda, eccleſiæ determinatione, & ex communi conſenſu: quam hæc ratio confirmat, quia confeſſio eſt quoddam iudicium, quod non poteſt recte fieri ſine circũſtantiarũ cognitione. Quare, qui dedit præceptũ de cõfeſſione, obligauit etiam ad eas circunſtãtias confitendas, ſine quibus iudicium fieri non poteſt.

Secundum dictum, circunſtantiarum manifeſtatio, in his caſibus eſt neceſſaria. Primo, cum transfert peccatum ab uno genere in aliud genus, vt cum ex veniali facit mortale, modis iam dictis: & cum ex mortali veniale, vt ſi quis furatus eſſet obolum: & quando ita minuit peccatum, vt ab eo remoueat omnem culpam; vt ſi quis necaſſet hominem ad ſui defenſionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ. Secundo, cum vnam ſpeciem, mutat in aliam; vt ſi quis furatus eſſet rem alienam in loco ſacro, vbi furtum mutatur in ſacrilegium: ſi quis cognouiſſet virginem, vbi fornicatio in ſtuprum uertitur. Tertio, cum circũſtantia multiplicat peccata; vt ſiquis uouiſſet caſtitatem, & fornicatus eſſet; vt ſiquis die veneris deberet ieiunare, & carnes manducaret. Quarto, cum circunſtantiæ annexa eſt excommunicatio, vt ſiquis percuſſiſſet, ſed ſacerdotẽ; Quincto, cum id eſt neceſſum ad purgationem tertiæ perſonæ, vt ex ijs quæ poſtea dicemus, perſpicuum fiet.

Sexto, circunſtantia numeri, hoc eſt quoties aliquod peccatum mortale commiſſum fuerit. Ita communiter docent omnes doctores: quoniam hæc circunſtantię neceſſaria eſt ad rectum iudicium ferendum.

In hac circunſtãtia confitenda hæc adhibenda eſt rõ: Primũ, quãtũ fieri põt, manifeſtandus eſt præciſus numerus, dicẽdo toties peccaui, ſed non ſunt numerandæ ſingulæ vices. Deinde, ſi numerus præciſus narrari non põt, dicatur toties plus minus vel circiter peccaui. Poſtea, ſi neque hoc fieri poteſt, explicetur frequentia actus, p temporis partes in quibus peccatur; ut toties in anno, in menſe, in die, ſoleo tale peccatũ cõmittere. Denique ni dicta fieri poſſunt, dicatur tempus, in quo pęnitens perſeuerauit in eo peccato, & tempus a quo non eſt confeſſus. Et quamuis ex dictis intelligi poſſit, quæ circunſtantiæ, & quando non ſint manifeſtandæ: tamen de circunſtantijs non neceſſario exponendis aliquid ſummatim dicam.

Circũſtantię impertinentes, non debẽt exponi, quia earum expoſitio facit contra confeſſionis ſimplicitatem: Minuẽtes potius ſunt reticendæ niſi faciant peccatum nullum, aut in ueniale conuertant. quando valde minuerent, ratione ſcandali, & ſui nominis conſeruandi manifeſtari poſſent, ut ſi quis furatus eſſet ad dãdã eleemoſynã, quod id putaret eſſe licitũ. Eas quę multum aggrauant, utile eſt confiteri: quia hoc ualet ad remedia inueniẽda, & ad contritionem indicandam: & præſertim ſi ſint grauiores; ut incestus cũ matre; habuiſſe diu odiũ cõtra inimicum: verum quantumuis circunſtantia aggrauet non eſt neceſſario confitenda. Hoc non ſolum illuſtres & pij doctores tradunt, ſed etiam hæc ratio ſuadet. Quia hoc pacto poſſumus maxime conſulere conſciẽtiæ fidelium & confeſſorum, quas a multis ſcrupulis et difficultatibus liberamus cum nulla ſit efficax ratio ad contrariam ſententiam ſuadendam.

Bonauẽ. D. Tho. Palud. B Gabr. Anton. Almay. Adrian. Adrian. Turrec.

Circunſtantia temporis, licet aggrauet peccatum, ut ſi quis die feſto, uel alio, in quo fideles magis a peccatis abſtinent peccaſſet, tamen nunquã eſt neceſſario confitenda: utile tamẽ erit, ſi explicetur cum ualde aggrauat. Quare, ſi qui ſcriptores contra docere uidentur, ſano modo accipiendi ſunt. Noſtra autem ſentẽtia, quæ a uiris eruditis, & illuſtribus defenditur, hac confirmatur ratione. Quia non habemus præceptum, de non peccãdo die feſto, aut ſacro; et cum prohibetur opus ſeruile, in ſenſu literali, non intelligitur de peccato.

De pœni. d. 5. can. cõſideret D. Tho. Victor. Frã. To. Exo. 20.

Circunſtantia loci vniuerſæ loquendo nõ eſt confitenda, atqui in his caſibus maxime. Primo cum quis furatur rem alienam in loco ſacro. Secundo, ſi quis effundat ſanguinem in Eccleſia. Tertio, ſi ibidem humanum effundatur ſemen: capite, ſi eccleſia, de conſecratione eccleſiæ. Quarto, cum violatur Eccleſiæ immunitas;

Ca. quiſquis 17. q. 4. Ca. propoſuiſti de cõſ. d. 1. Caiet. Nau.

tus; vt ſi quis per vim inde extraheret
eum, qui ad eccleſiam confugit. Quin-
cto, ſiquis haberet voluntatem commit-
tendi iſta intra eccleſiam, ſiue in eccle-
ſia, ſiue extra exiſteret: ſecus dicendũ eſ
ſet, ſi exiſtens in eccleſia, extra eccleſiam
iſta peccata vellet committere.

Circunſtantia perſonæ, licet ſæpe mul
tum aggrauet peccatum; tamen ſua natu
ra non eſt manifeſtanda, cum ex ſe non
mutet ſpeciem peccati, quam tamẽ inter
dum mutat, multiplicatque peccatum;
Ant. 3. non eſſet manifeſtanda, ſi qui confitetur
p 4. 17. eſſet ſacerdoti notus. Circunſtantia mo-
c.17.5.3 di aggrauare ſolet, ſed ratio eſt patefaciẽ
da, præſertim cum agitur de peccatis ue
nereis, niſi immutaret ſpeciem; ut ſi in a-
ctu venereo; ita ageretur, vt mutaret ſpe
cies; ut ſiquis ſuam non naturaliter co-
gnouiſſet, aut ex nimio amore, euaſiſſet
inſanus.

Circũſtantia ſcandali, Eſt autem ſcan-
dalum dictum, vel factum præbens occa
ſionem ruinæ: vbi nota, non ſat eſſe actio
Nau. c. nem eſſe malam, ad conſtituendũ ſcãda-
cõſide. §. lum, ſed oportet, vt fiat animo ſcandali-
ponat. n. zandi, & quod qui videt probabiliter ad
8. *de pæ.* peccatum prouocetur. Hæc circũſtantia,
tunc manifeſtanda eſt, cum quis ideo pu
blice peccat, vt alios ſcandalizet, jdeſt, ad
peccandum inducat, ſimiliter, ſi fieret o-
pus bonum, vel indifferens, ſed tamen ha
beret ſpeciem mali, & occaſionem præ-
beret ruinæ; ut ſiquis in quadrageſima
carnes ederet, & rationem non redderet,
Caiet. 2. & hæc actio eſt proprie ſcandalum, quæ
2. *q.* 43. ad nullam aliam peccati ſpeciem reuoca
ar. 1. ri poteſt, qua fit contra præceptum de nõ
dando ſcandalo. At vero peccatum publi
ce factum, licet ſit grauius, tamen hęc cir
cũſtantia non erit explicanda, niſi ſit fa-
ctum apud eas perſonas, quæ probabili-
ter ſcandalizari potuerunt. Cum vero
ſcandali circunſtantia eſt manifeſtan-
da, neceſſe eſt etiam manifeſtare pecca-
tum ad quod per ſcandalum quis indu-
citur.

Circũſtantia conſcientiæ, hoc eſt, cum
quis facit quod ſibi non licere putat, ſa-
tis manifeſtatur, cũ pęnitẽs ſe peccaſſe ait
eſſet tamen manifeſtanda, quõ eſſet erro-
nea, aut dubia: quod ſi dubia minueret,
patefacienda non eſſet.

Circunſtantia tentationis, illa ſcilicet,
qua quis ad peccandum inducitur, ſi im
minuat non eſt confitenda, ſed ſi mutet
ſpeciem, aut multiplicet actum exponen
da erit, vt ſi quis motus ſit ad furandum,
ut fornicetur, vel ad frangendum ieiu-
niũ, vt det operam libidini. Quod ſi quę
circũſtantia neceſſario confitenda, fuerit
omiſſa, ſi peccatum fuit legitime confeſ-
ſum, ſatis erit ſi ipſa circunſtantia po-
ſtea exponatur. Denique circa hanc ma *Ang.*
teriam de circunſtantijs, illud adnota- *Nauar.*
uerim, cum earum notitia ſit obſcura, ni
pęnitens eas manifeſtare nouerit; ita ex-
ponenda ſunt peccata ut confeſſarius eas
animaduertere queat.

Quando ſatisfiat præcepto confeſſionis, etiamſi non omnia pateſiant peccata. Cap. 5.

QVoniam nonnulli poſſunt incide-
re caſus, in quibus poteſt quiſ-
piam ſatisfacere præcepto confeſſionis,
etiamſi non omnia patefecerit peccata,
quorum notitia eſt valde vtilis, ideo eos
breuiter attingam & explicabo.

Primus, quando pęnitens fecit diligen *Syl. uer.*
tem inquiſitionem peccatorum, & poſtea *cõf.* 1. §.
non manifeſtauit aliquod peccatum, qa 3.
oblitus eſt: iſta cenſetur vera & integra
confeſſio, ſi alia quæ ad bonam confeſ-
ſionem ſunt neceſſaria intereeſſere; &
ita pœnitens per abſolutionem gratiam
conſequitur. Quod ſi poſtea obliti pec-
cati recordetur, illud confiteri debet, cum
eodem, vel alio confeſſario: & licet
non teneatur ad ſtatim confitendum,
modo non debeat ſumere communio-
nem, ſed differre poſſit; tamen melius
eſt ſi ſtatim confiteatur. Hęc doctrina eſt
communis & certa, & ideo probatio-
ne non eget. ad alios igitur caſus per-
gamus.

Secundus, quando nõ fit inte-
gra confeſſio ob neceſſitatem natura-
lem; ut poteſt contingere in articulo
mortis,

mortis, cum morte intercedente, non poſſunt omnia peccata exponi: & cum mutus non poteſt per ſigna omnia detegere Vnde non ſunt audiendi illi qui dicunt, non poſſe dari abſolutionem niſi omnia manifeſtentur peccata: contra quos facit communis doctorum ſententia, quæ tenet poſſe dari dummodo aliquod ſpeciatim manifeſtetur peccatum. ſed quid dicendum, ſi nullum manifeſtari poſſit, ſed ſolum dentur indicia de agnitione peccati; ut ſi moribundus uocem amiſiſſet, & ſigna daret, quibus ſe agnoſceret peccatorem. Ego quorundam auctoritate nixus, dicerem iſtum omnino eſſe abſoluendum, ſiue pręſenti ſacerdoti ſignũ præbeat, ſiue prius alijs præbuiſſet, qui de hoc ſacerdotem certum redderent; quidquid aliqui ſine firma ratione contradicant: Nam homo qui ſe agnoſcit peccatorẽ eſt abſolutione dignus: quod ſi dicas, hic non eſt confeſſio, quæ eſt neceſſaria ad abſolutionem, dicerem, non eſſe neceſſariam abſolute confeſſionem uocalem. Quod ſi mihi Sotus dicat, quænam concilia aut Pontifices determinauerint ſigna ualere poſſe pro confeſſiõne, dicerem ex canonum determinatione hanc doctrinam expreſſe colligi, qui profecto negari non poſſunt, quamtumuis tergiuerſetur Sotus, Et diuus Leo epiſtola Octogeſimanona in fine, expreſſe ait ſigna & teſtimonia ſufficere, Adde etiam communem uſum & conſuetudinem, quæ facit pro noſtra ſententia.

Tertius, ob neceſſitatem moralem, cum ſcilicet intercedit periculum infamiæ, damnique ſpiritualis, & uitæ amittendæ, Vt ſi quis necaſſet fratrem confeſſarij, & factum eſſet omnino occultum, & confeſſio non poſſet differri nec cũ alio fieri, atque pœnitens, ſibi mortem timeret ſi hoc peccatum confiteretur: ſimiliter ſi fęmina confitẽdo peccatum carnale timeret ne a confeſſario ſollicitaretur, unde naſceretur malum ſpirituale ſacerdotis. Quid hac in parte ſit dicendum ſequentibus dictis docebo.

Araus. c. ca. 12. 26. q. 6. can. qui. Cõ. Car. 3. ca. 76. 26. q. 6. ca. is. q.

Primum dictum, nemo eſt obligatus ad cõfitẽdum peccatũ cum periculo mortis tum corporis tum animæ, aut infamiæ contrahendæ. Hoc affirmauerim cum nonnullis auctoribus, & ut aliqui ſcribunt cum communiore ſententia, quæ hac ratione confirmatur. Quia lex diuina poſitiua cuiuſmodi eſt iſta de confeſſione facienda, non contradicit legi naturali; quæ ad uitam & famam tuendam nos obligat: non eſt itaque cenſendum in tali caſu obligare. Quia, ut Bernardus ait, quod eſt inſtitutum pro caritate, non debet eſſe contra, caritatem: Confirmatur, Cum duo præcepta concurrunt, & non poſſunt ambo ſeruari; illud ſeruandum eſt, quod maiorem uim habet: at naturale pręceptum eſt huiuſmodi: igitur hoc ſeruandum.

Li. de diſpenſ.

Secundum dictum, pœnitens in tali caſu debet petere licentiam a parocho, vel ab alio ſuperiore, & ſi non obtineat adeat poſtea quemcunque voluerit, modo ſit approbatus. Ita diuus Bonauentura, qui expreſſe docet licentiam petere eſſe obtinere: de qua re rurſus infra dicetur.

In 4. d. 21. pa. 2. q. 1.

Tertiũ dictũ, ſi alterius ſacerdotis copia hẽri non põt, differat cõfeſſionem in aliud tps, etiamſi ſit tempus Paſchatis, in quo communicandum eſt. Quia cum integritas confeſſionis ſit de iure diuino, & tempus confitendi de iure poſitiuo; illud erit magis attendendum.

Quartum dictum, quando non eſt aliud remedium & urget tempus confitendi ex iure diuino, ut propter ſcandalum, & periculum mortis, probabile eſt poſſe confiteri, relicto peccato; quod ſine dicto periculo manifeſtari non poteſt. Primum, id probabile redditur ob communem ſententiam, de qua teſtatur Nauarrus. Deinde confirmatur hac ratione: quia de ſacramentorum ſuſceptione loquendum eſt tanquam de quodam actu morali: at moraliter loquendo iſta cenſenda eſt integra confeſſio, cum non debeant, nec poſſint alia peccata manifeſtari; igitur. Denique, quia iſta impotentia eſt ſimilis impotentiæ naturali; de qua ſupra diximus: quare utraque pariter excuſabit ab integritate confeſſionis. Verum ſententia contraria ſua probabilitate non caret.

Sed

Sed hic reſtat ſcrupulus de circunſtātia perſonæ cōplicis ſi circunſtantia eſſet manifeſtanda, & ex eius manifeſtatione ſequeretur alterius infamia, vt ſi filius cognouiſſet matrē: de qua re ita ſtatuo.

Bon. d. 21. ar. 1 q. 3.

Primum dictum, uniuerſę loquendo, Confeſſarius non permittat, ut pęnitens manifeſtet perſonas quibus cum pecca uit, uel eas quas ad peccandum induxit. Quia, ſine neceſſitate non eſt detegendū peccatum alterius.

Secundum dictum non eſt de neceſſitate confeſſionis, ut perſona quæ confitetur ſit nota confeſſario, niſi ratione ſtatus contra quem peccaſſet; vt ſi qui fornicatus eſt, eſſet monachus, uel matrimonio copulatus. Vnde nomen, patria, taceri, & habitus mutari poſſet, ad ſaluandā famam alicuius. Nam confeſſario ſat eſt ſcire: pœnitentem poſſe abſolui.

1. 2. q. 5. Can. Hoc. Nau. c. 7. nu. 8.

Tertium dictum, quando ex reuelatione complicis nulla timeretur infamia, ſed potius utilitas; ut ſi confeſſarius poſſet ei prodeſſe, reuelari deberet: Quādo uero nulla ſperaretur utilitas, tentanda eſt omnis uia, ne complicem reuelemus: Quia fieri non poteſt ſine aliqua ſpecie infamiæ.

Alex. D. Tho. Maior. Gabr. Rich. Pet. a Sot. Lect. 10.

Quartum dictum, cum nullum eſt remedium talis circunſtantia eſt manifeſtanda. Primum, quia hęc doctrina pro communiore habetur; quæ ſufficere deberet, cum non ſit ratio efficax in contrarium, Deinde, quia iſta ſimplex narratio in foro occulto, non eſt infamatio, ut omittam, quod perſona illa ſua culpa in has anguſtias ſe redegit. Quare ob hanc cauſſam non licebit facere confeſſionem imperfectam, ſicuti ob alias cauſſas ſupra dictas, ob timorem mortis corporalis, uel ſpiritualis.

Quartus caſus ob impedimentum legale, hoc eſt, quia peccata ſunt reſeruata. Reſeruantur autem, uel ratione cenſuræ ſuperiori reſeruatæ, ut ratione excōmunicationis, qua qui eſt innodatus non poteſt ab inferiore a peccatis abſolui, niſi prius ab excommunicatione abſoluatur: uel ob peccatorum grauitatē, ut homines ob difficultatem abſolutionis obtinendę a peccatis abſtineant. Qui duo modi, primum in eo differunt, quod qui habet peccatū reſeruatum primo modo poteſt a quocunque abſolui obtenta a ſuperiore abſolutione a cenſura, quam obtinere pt, etiāſi eū peccati nō pęniteat. at qui hēt peccatū reſeruatū ſecūdo modo, non poteſt abſolui niſi a ſuperiore, uel ab inferiore, obtenta abſoluendi facultate, & præuia pœnitentia. Deinde Differunt, quod reſeruatū ratione cenſuræ poteſt a quocūque abſolui, ſi qui peccat habeat ignoratiā inuincibilē eius, cui eſt annexa excōicatio, quia tūc non incidit in excōicationē: at per ſe reſeruatū, nō pt abſolui niſi a ſuperiore, uel a delegato. Vt autē quid hac in re ſatis perplexa tenēdū ſit plane doceam, ſtatuo hęc dicta.

Primū dictū, qn̄ caſus hēt annexā excōicationē reſeruatā ſuperiori nō pt inferior abſoluere pęnitētē a peccatis: & ita pœnitens, uel per ſe, uel per cōfeſſarium, vel per aliā pſonā cōfugere debet ad ſuperiorē ut abſolutionis facultatē obtineat.

Secundum dictum, ſuperior ad quem delatum eſt peccatū, uel integrā cōfeſſionē audiat & ab omnibus peccatis abſoluat: vel abſoluat a cēſuris, & det remedia pro peccato commiſſo, & ad inferiorē remittat qui omnia peccata audiat & ſacramentaliter abſoluat. Si id fieri nō poteſt, det facultatem abſoluendi a cēſuris & a reſeruatis: ad quam facultatem dandā, ut quidā monent, ſuperiores debent eſſe faciles: qui obligati sūt ad ſecretum auditi peccati, etiamſi nondent abſolutionem ſacramentalem. Et cum cōfeſſarius, uel alius ad facultatem petendam accedit, non tenetur reuelare perſonam.

Tertiū dictū, poteſt ſuperior cogere pœnitentē ad confitenda ſibi omnia peccata; non tamen poteſt pœnitens ſuperiorem cogere, vt omnia audiat.

Quartum dictum, quando eſſet præſens is qui reſeruauit, alius inferior non pōt a non reſeruatis abſoluere. quia in tali caſu fieri poteſt integra confeſſio, ergo non eſt mutilanda abſque neceſſitate, cum integritas ſit de iure diuino.

Quintū dictū ſi abſolutio incipiat a ſuperiore, vt ab epo, pęnitēs nō pōt ſacramentaliter abſolui, niſi ab oībus abſolua

tur:

tur:& qui contrafaceret,committeret ſacrilegium: Quia mutilatio non neceſſaria eſt contra ius diuinum. Nec excuſantur illi qui dicunt,ſe eſſe occupatos & nõ poſſe omnia peccata audire: quia poſſũt audire reſeruatum & dare remedium, & remittere ut abſoluatur ab alio,facultate ad hoc conceſſa. Neque in pœnitentiali Romano contraria habetur conſuetudo quia Pontifex non habet caſus reſeruatos niſi ratione cenſuræ.

Sextum dictum, ſi ſuperior omnia audiret, non poſſet ſolum abſoluere a reſeruatis. Quia, ut non licet mutilare materiam,ita nec formam. Atque idem dicendum eſt,ſi abſolutio incipiat ab inferiori miniſtro.

Septimum dictum, quandó ſuperior abeſt, uel non patet facile aditus ad ipſum inferior non poteſt abſoluere a nõ reſeruatis, ſed debet expectari facultas. Ita decretum eſt in concilio Tridentino & ideo ſi quis abſoluat, abſolutio nihil ualet;niſi in articulo mortis. Quare iſte debet abſtinere a communione: quod ſi vrgeat ſcandalum,poterit communicare nõ habita abſolutione, ut nõnulli docẽt.

Octauum dictum,ſi quis oblitus eſſet vnius peccati reſeruati, cum acceſſit ad ſuperiorem,ex communi ſententia nõ tenetur iterũ adire,ſed a quouis abſolui poteſt:ut poteſt etiam contingere tempore Iubilei, modo adhibita fuerit abſolutio vel intentio abſoluendi iuxta formam iubilei. Quę opinio,ut arbitror,admittẽda eſt,propter ratihabitionem,quam ſuperiores habituros eſſe cenſendum eſt. Alias.n.potius dicendum eſſet ex ſe non poſſe; cum iuriſdictione careat. Nec me fugit eſſe quoſdam qui docent poſſe partim abſolui ab uno, & partim ab alio,& pęnitentem cõſequi plenam remiſſionẽ, cum hac tamẽ obligatione,ut adeat aliũ, ut a cęteris abſoluatur. Sed magis placet ſi fiat diuiſio abſolutionis,non autem cõfeſſionis, quamuis una tantum debeat eſſe ſacramentalis abſolutio.

Poſtremus caſus, tunc aliquod peccatũ reticere liceret,qñ qs faceret generalẽ cõfeſſionẽ & ob uerecundiam grauiſſimum peccatum nõ manifeſtaret;Quia tunc tale peccatũ nõ eſt materia neceſſaria. Verũ, ſi quis ideo generalem confeſſionem faceret,ut ſe magis tutum redderet præteritarũ confeſſionum,is nihil reticere deberet.

Quando confeſſio iam facta repetenda ſit. Cap.6

CVm interdũ caſus incidere poſſint, ut iam facta confeſſio non valeat, ac proinde repetenda ſit, quos populus ignorare non debet, ideo eos breuiter attingemus,ut fideles ſciãt qñ ſatisfecerint pręcepto. Omnes cõfeſſionis repetẽdę cauſſę ad duo capita reuocant̃ ad pſonam confitẽtis. & confeſſoris. Rurſus ex parte pœnitentis, uel ex defectu contritionis,vel confeſſionis,vel ſatisfactionis, uel ex parte conditionis perſonæ naſcitur repetendi neceſſitas: de quibus ſingulis capitibus quid tenendum ſit, ſequẽtibus dictis docebimus: & quod attinet ad defectum contritionis ita ſtatuo.

Primũ dictũ,cõfeſſio cui deeſt intẽtio ſuſcipiẽdi ſacramẽtũ,eſt informis & iteranda. Doctrina eſt certa, quæ nulla probatione eget.

Secũdũ dictũ,omnis cõfeſſio informis propter propoſitum peccãdi & appoſitũ obicem,eſt iteranda. Quia non eſt integra, cum adſit peccatum in ipſa confeſſione,quæ cum ſacrilegio ſuſcipitur, nimirum peccandi uoluntas.

Tertium dictum confeſſio informis ex eo,quod nullus interceſſit dolor, eſt nulla & proinde iteranda: quidquid aliqui dicant. Nam confeſſio ſine dolore facta,eſt mera geſtorum narratio, & caret una ex partibus integrantibus hoc ſacramentum, nimirum cõtritione,igitur.

Quartum dictum,omnis defectus doloris,q̃ percipit̃, aut facile percipi põt a pœnitente, uel a cõfeſſario,reddit cõfeſſionẽ nullã, & ſi detur abſolutio erit ſacrilegium:ut ſi aliquis uſurarius,aut aliqua publica meretrix accederet ad confeſſionẽ & animaduerteret ſe non habere dolorẽ,uel cõfeſſor id plane perſpiceret,ſi abſoluatur ſacramẽtũ eſt nullum.

Quinctũ dictũ, defectus contritionis & nõ deprehẽſus a confeſſario uel a con-

ſitente, qui tamen per diligentiam adhibendam deprehendi potuit, reddit confeſſionem nullam. Quoniam non excuſatur a peccato, qui non rite ſuo fungitur officio.

Sextum dictum, defectus doloris qui non poteſt percipi per diligentiam, quæ adhibita eſt, non facit confeſſionem nullam. Quoniam, ſi ulla eſt informis confeſſio (voco confeſſionem informem eã, ad quam non ſequitur effectus) quę non ſit iteranda, hæc ſane eſt, & ſi hæc non putaretur ſufficiens, peccator ſemper eſſet ſollicitus de confeſſionis integritate. Atque ex dictis colligeres, ad abſolutionem impendendam opus eſſe contritione, vel attritione, quæ ſit exiſtimata contritio; quæ exiſtimatio debet eſſe probabilis, vt quis excuſetur a peccato ſuſcipiendi indigne abſolutionem. quod vero attinet ad defectum ex parte confeſſionis, ita ſtatuo.

Septimum, dictum, quando data opera confeſſio non eſt integra, repetenda eſt. Quoniam in Concilio Florentino, & Tridentino ſtatutum eſt confeſſionem debere eſſe integram, cuiuſmodi non eſt ea, quæ ſcienter eſt mutilata.

Octauum dictum, confeſſio mutilata ob negligentiam culpabilem eſt nulla, ac proinde repetenda. Quia confeſſio hac ratione facta, eſt ſcienter mutilata; & qui cum negligentia culpabili tãtam rem agit, profecto indignus eſt abſolutionis beneficio. Vbi notandum eſt, ſi quis eſſet omnino inſufficiens ad examinandam conſcientiam, & accederet, ad ſacerdotem vt ab eo examinaretur, paratus ad reſpondendum interrogationibus factis, is ad cõfeſſionẽ admittẽdus eſſet.

Nonum dictum, ſi in confeſſione integre facienda adſit ea negligentia quæ non eſt graue peccatum, confeſſio pro integra habenda erit. Quoniam præceptum confitendi non obligat niſi ad moralem integritatem, quæ nunc aderit, cum non intercedit culpabilis negligentia. Vbi obſeruandum eſt, omnes confeſſiones eſſe iterandas quæ factæ fuerunt, poſt confeſſionem non integre factam, ſi illa reiterata non fuit. Vnde, ſi quis ab hinc viginti annos nõ feciſſet confeſſionem integram, omnes conſequentes repetendæ ſunt. Circa defectum ex parte ſatisfactionis, pono hæc alia dicta.

Decimum dictum, qui eo animo accedit, vt ſatisfactionem impoſitã acceptare nolit, facit cõfeſſionem irritam. Quoniam, in re grauiſſima reus ſub graui peccato tenetur obedire iudici: & qui ſecus facit, ficte accedit.

Vndecimum dictum, confeſſio quæ fuit bona a principio non redditur nulla propter hoc, quod pœnitens poſtea non ſatisfaciat. Siquidem, vt ex Paulo diſcimus, Deus dat dona ſine pœnitentia, hoc eſt, quod ſemel donauit, non reuocat ob quamcunque cauſſam. *Rom.*

Duodecimum, dictum, qui non fecit pœnitentiam impoſitam, ſiue quia oblitus eſt, ſiue quia contempſit, non tenetur præcedentem confeſſionem iterare, ſed ſat eſt, ſi de contempta ſatisfactione confiteatur; Quidquid aliqui dicant, qui cõtrarium docent. Placet ergo hac in parte, id quod, nonnullorum auctorum auctoritate nixi aſſeruimus, & ſpeciatim Nauarri: præſertim, cum nulla ſit ratio, aut alicuius canonis auctoritas, quę contrarium ſuadeat. Quod vero attinet ad impedimentũ perſonæ, eſt dubitatio de pſona excõmunicata de qua ita ſtatuo.

D. Tho. 4. di. 17. q. 3. ar. 3 q. 5. Cai. uer. Conf. Maior. Can. ſi quis. de pœn d. 5. nu. 20.

Decimum tertium dictum, ante abſolutionem ab excõmunicatione poſſunt audiri peccata: quod ſi poſtea ſciẽter abſoluatur a peccatis non præmiſſa abſolutione ab excommunicatione maiore, uel minore, abſolutio eſt nulla & vterque grauiter peccat. Quoniam iſte excluſus eſt a participatione ſacramentorum.

Decimum quartũ dictũ, qui cũ ignorantia probabili excõicationis, uel quia omnino oblitus eſt, abſoluitur, nõ peccat nec poſtea tenetur iterare, etiamſi id animaduertat. Ita docet Adrianus, Ledeſma Paludanus, Nauarrus & alij, quoniã res quę culpa caret, in damnũ vocari nõ cõuenit. Secus vero dicendũ eſt, ſi quis cum ignorantia craſſa & culpabili, de impedimento excommunicationis, abſolueretur, cuius abſolutio nulla eſſet, ut præter alios Gerſon docet.

Cap fin. de cle. ex com. Ca ano bis de ſe. excom. Capit. ſi culp. de reg. iur. lib. 6. Par. 2. de conf.

Decimum quinctum dictum, in caſu extremæ neceſſitatis, hoc eſt cũ eſſet periculum mortis, pœnitens prius abſoluẽdus eſt a peccatis, quam ab excommunicatione: ne forte ille ſine abſolutione recedens damnaretur. Quia regula illa, quod non ſit prius abſoluendus a peccatis, quam ab excommunicatione, introducta eſt ob caritatem, hoc eſt, vt conſulatur peccantium vtilitati: igitur non debet facere contra eandem caritatem: Et ſane hæc eſſe videtur mens eccleſiæ, vt in tali caſu ita procedatur. Cum liceat, et poſt motiẽ abſoluere ab excõicatiõe.

Decimum ſextum dictum excommunicatio non facit per ſe irritam confeſſionem, ſed per accidens, quia intercedit peccatum, ac proinde non ſit integra confeſſio: Ex quibus colligeres, in multis caſibus non eſſe iterandam confeſſionem factam in ſtatu excommunicationis, cum interceſſit bona fides, & ignorantia; Reſtat poſtremum caput, vnde ſumitur cauſſa confesſionis iterandæ ex parte Confeſſarij, de quo ita ſtatuo.

Med
Caiet.
Nauar.

Decimum octauum dictum, ex parte confeſſarij in his caſibus repetenda eſſet confesſio. Primo ſi non habuiſſet intentionem abſoluendi. Secundo, ſi corrumperet ſenſum formæ ſacramenti. Tertio, ex defectu iuriſdictionis non habitæ, aut habitæ, ſed impeditæ. Vt ſi quis confiteatur ſimplici ſacerdoti, & ei qui non eſt approbatus poſt Concilium Tridẽtinũ: ſi ſuſpenſo excõicato nominatim, aut publico percuſſori clericorũ: parocho, q ſe intruſit, vel per ſentẽtiã notorie priuato; qa ſi poſſeſſionẽ retineret, & toleraretᷣ, valeret cõfeſſio apud eũ facta. Vñ, ſi qs bona fide his cõfeſſus eſſet, & poſtea reſciret eos abſoluere nõ potuiſſe, teneretᷣ iterũ cõfiteri. Denique ob defectũ ſciẽtiæ cõfeſſarij notabiliter imperiti, vt ſi neſciret diſtĩguere ĩter peccatũ mortale & veniale, & nullã haberet circũſtãtiarũ peccati notitiã, nec cẽſurarũ. Vbi nota, hũc caſũ habere locũ cũ pœnitẽs eſt ignorãs, quia ſi eſſet ita doctus vt cõfeſſariũ poſſet inſtruere, cũ erraret, valeret cõfesſio. Quãta aũt ſciẽtia in cõfeſſario requiritᷣ, nõ eſt noſtrũ hoc loco determinare; quæ maior, vel minor eſſe põt, pro diuerſitate eorũ, quorũ cõfesſiones audit. quo fit, ut grauiter errẽt illi, qui accedũt ad cõfeſſariũ oĩno ignorãte vel ineptũ, aut aliqua rõne impeditũ; vnde fit vt eorũ cõfesſio ſit nulla, ac proinde repetenda.

Nauar.
Io. And.
Sot.
Nau.

Decimũ nonum dictũ, ſi cõfesſio fuiſſet bona, ſed ob defectũ requiſitæ contritionis, nõ ſortiretur effectũ gratiæ & remisſionis peccatorũ, nõ eſſet iterãda. Fieri.n. poſſe exiſtimamus, vt qs talẽ faciat cõfesſionẽ, qua ſatisfiat præcepto, & rñ careat remisſionis bñficio, vt poſtea planius dicã, & hãc cõfesſionẽ nõ eſſe iterãdã affirmamus, quæ ſuũ ſequetᷣ effectũ, ſi imperfectus dolor pfectus euadat.

Praeceptum confeſſionis, quos, & quantum obliget. Cap. 7.

QVod attinet ad circũſtantiam eius, qui confiteri debet, & quanta cum obligatione, ita breuiter ſtatuo.

Primum dictum confesſio ſiue recognitio peccati obligat omnes homines, ſuppoſito graui peccato, & hoc ex iure diuino: quam qui cum debet, non adhibet, is grauiter peccat. Doctrina eſt certisſima quæ probatione non eget & patet ex ijs quæ ſupra diximus.

Secundum dictum, confesſio ſacramẽtalis, poſito peccato mortali poſt baptiſmũ, eſt medium neceſſarium ad ſalutẽ: neceſſariũ, inquã, vel re, vel voto: quod aſſeuerauerim contra eos, qui dixerunt, eſſe ſolum utile cõfiteri. Ita determinatum eſt a ſummis Pontificibus, & a Chriſto domino cum dixit, Quorum remiſeritis, &c. Vnde inferres confesſionem neceſſariam eſſe ex iure diuino.

Six. 4.
Leo. 10.
Inno 3.
Luc. 5.
Io. 2.

Tertium dictum, confesſio quantum ad tempus confitendi ſemel in anno, neceſſaria eſt de iure humano; ita vt de ca datum ſit verum præceptum, non ſolum conſiliũ, quidquid aliqui dixerint. Ita.n. omnes fideles exiſtimant, & pontificia conſtitutio plane demonſtrat, cum pœnã grauem adijcit contra eos qui talem legem non ſeruat quo loco Pontifex non dat nouum præceptum, ut quidam exiſtimarunt, ſed diuinum determinat.

Greg. Naz. Orat. ad Imper.
Dur. 4. ſ d. 17.
Cap. omnis.
Conc. Trid. ſeſ. 14. can. 8.

Alias

Alias enim ſi nouum eſſet præceptũ, qui non cõfiteretur ſemel in anno, duo com mitteret peccata, unum cõtra diuinum, alterum contra humanum præceptum, quod uerum non eſt.

Quartum dictũ, præceptum eccleſiaſticum non obligat infideles. Licet ergo omnes ĩfideles obligati ſint ad fidẽ Chriſtianam recipiendam: tamen, cum non dum uenerint in eccleſiæ poteſtatem nõ ſunt eccleſiaſticis mãdatis ſubiecti. Ideo Paulus aiebat, De his q foris ſunt, nihil ad nos.

1. Cor. 4

Quinctum dictum, hoc præceptum, etiam ut eſt diuinum, non obligat infideles, immò nec fideles ante baptiſmũ, cuiuſmodi ſunt catechumeni. Doctrina eſt communis; & ex eo patet, quia, ut ſupra docuimus, peccata ante baptiſmũ facta non ſunt materia cõfeſſionis; ſed per baptiſmũ omnia tollũtur: ac ꝓinde baptiſmus dicitur ianua omniũ ſacramentorũ.

Sextum dictum, præceptum cõfeſſionis non obligat iuſtos. Quia iuſti cum non ſint in naufragio, non egent tabula: & cum non habeant materiam neceſſariam, nimirum graue peccatum, non erunt ſubiecti iudicio ſpirituali; & quod nemo, ex ſe, ſit obligatus ad confitenda uenialia, quæ etiam in iuſtis reperiũtur, iam ſupra docuimus.

Cap. omnis de pœni. & remiß.

Septimum dictum, hoc præceptum, & ut diuinum, & ut humanum obligat omnes fideles utriuſq; ſexus: & tunc eos incipit obligare, cum primum egent hoc remedio, nimirum, cum quis primo incidit in graue peccatum.

Syl. uer. conf. 3. Gl. can. omnis. Franc. Mayr.

Octauum dictum, quamuis non poſſit aſſignari præciſum tempus, quo hoc præceptum incipiat obligare fideles: tamen, uniuerſe dicendum eſt, tunc primũ uim ſuam exercere, cum quis incipit ſapere & ratione uti: cum Pontificia conſtitutio plane dicat, poſtquàm ad annos diſcretionis peruenerit: unde pro certo haberem, non eſſe expectandum duodecimum, & decimumquartum annum, ut aliqui uolunt. Nam, cum pueri ante hos annos poſſint grauiter peccare, ut eſt omnino certum, profecto dicendum eſt Chriſtum reliquiſſe pro eis remediũ ad quod ſuſcipiendum erunt obligati. eccleſia uero ſolũ tẽpus determinauit. Quod ſi dicas, pueros ante dictos annos non eſſe idoneos ad faciẽdam, legitimam cõfeſsionem, dicerem hoc eſſe falſum, qa ut idonei ſunt ad peccandum, ita idonei erunt ad confitendum, ſi doceantur, qua ratione confitendum ſit, ut nunc non ſine maximo filiorum, & totius Eccleſiæ bono fit, in publicis ſcholis doctrinæ Chriſtianæ, ut in libello, De inſtitutione puerorum in doctrina Chriſtiana, & in Defenſione pro diſcipulo ſcholæ doctrinæ Chriſtianæ dixi. Iuuandi deinde ſunt pueri confeſſariorum diligentia. Et quidem ſi allata ratio valeret quicquam, multi etiam adulti ſimpliciſſimi, eſſent ab hoc præcepto exempti, cum per ſe nõ poſſint ſe idonee præparare. Dent igitur operam parentes, & id Parochi ſuos populos ſuadeant, ut pueri a primis annis ad confitendum aſſueſcant.

Nonum dictum, præceptum eccleſiaſticum de confitendo ſemel in anno, obligat ſub graui culpa. Patet hoc dictum in primis ex communi doctorum & fidelium conſenſu, qui exiſtimant ſe grauiter peccare, ni ſemel in anno confiteantur: deinde confirmatur ex appoſita pœna, quæ cum ſit grauis, non imponitur, niſi ob graue peccatum.

De tempore quo confeſſionis, præceptum ſeruandum eſt. Cap. 8.

Cap. omnis de pœnit. & remiſſ.

ECcleſia confeſſionis præceptum diuinitus datum determinando, dixit, ſemel ad minus in anno confitendum eſſe; ſed non ſtatuit in qua anni parte: & cum dicat, Ad minus, quæri poteſt, an poſſint incidere caſus in quibus de iure diuino fideles ſint obligati ſua cõfiteri peccata: & an ſtatim poſt perpetratum peccatum; de quibus omnibus quã varie ſentiant, & late ſcribant auctores, non me latet ſed pro meo inſtituto, quid quid a melioribus magis certe dicitur, ad difficultates propoſitas accommodate ad populum erudiendum reſpondendo, breuiter docebo.

Primum dictum, quotieſcunque ali-

quis tenetur habere cõtritionem,de peccato, tenetur etiam ad confitendum in voto,hoc eſt, debet habere intentionem confitendi peccata de quibus conteritur. Quoniam poſt inſtitutam confeſſionem non remittuntur a Deo peccata, poſita contritione, niſi in ordinem ad confeſſio- *Ioa. 20.* nem:quia plane dictum eſt, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis;& quorum retinueritis, retenta ſunt; Quando autem aliquis teneatur ad contritionem habendam, poſtea docebo.

Secundum dictum, nemo eſt obligatus ſub aliquo præcepto, ad ſtatim confitendum poſt perpetratum peccatum. Ita tenent grauiſſimi doctores, & eſt cõmunis ſententia: quam confirmat communis conſenſus & vſus Confeſſariorum,& cõfitentium, *Alex. Bon. Ioa.bac.* cum illi ad hoc non obligent, neque hi ſe obligatos eſſe ſentiant.In ſumma,ſi contraria opinio eſſet vera, male eccleſia fidelibus conſuluiſſet, dum declarando hoc præceptum, *Seſ. 14. cap.3.* eosad ſemel in anno confitendum conſtrinxit: vt omittam,quod etiam concilium Tridentinum pro hac ſententia facit.

Quare,cum qui contra ſentiunt,nullam habeant pro ſe rationem neceſſario concludentem,nihil eſt neceſſe, vt fideles in has anguſtias redigamus, Vbi animaduerte,quando dicimus non obligari ſtatim, intelligimus etiam habita copia ſacerdotis. *Bonau.* Et licet aliqui dicant, religioſos obligatos eſſe ad ſtatim confitendum: nos tamen cum alijs affirmamus æqualem eſſe omnium fidelium rationem,niſi quis ex priuata regula,vel voto ad hoc faciendum ſe obligaſſet.

Tertiũ dictum, nemò tenetur ad confitendum, ex eo quod ſentiat ſe interne moueri ad confeſſionem faciendam, vt *Alex.* aliqui exiſtimarunt. In primis, quia id ſine vlla ratione affirmant: deinde,quia iſta eſt regula incerta, cum non facile cognoſci poſſit, quando homo intus efficaciter moueatur ad confitendum: & tamen præceptum debet eſſe clarum ac determinatum.

Quartum dictum, nemo ratione obliuionis peccati obligatur ad peccata confitenda. Declaro, quidam affirmant eum qui peccauit, tunc obligari ad confitendum, cum eſt periculum obliuionis perpetrati peccati:quorum opinio, non *Mart. Med. in Cod.* eſt omnino improbabilis: cęterum contraria tenenda eſt.Primum, quia noſtra *Maior.4 S d.16. q.2.* ſententia,vt teſtatur Syluester, eſt communis; a qua, in re morali, non eſt ſine graui ratione recedendum. Deinde, quia præceptum de cõfitendo in hoc ſolum conſiſtit, vt facta diligentia, ea confiteamur peccata, quorum meminimus.

Poſtea, quia vel fideles ſępiſſime confiteri,vel certe, ſingula ſua peccata mortalia calamo,notare,deberent.Cõfirmatur, quia fideles non habent in vſu confitendi hoc peccatum,quod non fuerint confeſſi, quando obliuionem timebant. Denique, ſequeretur, in confeſſione non remitti peccata oblita, quod eſt erroneum: ſequela probatur, quia per aduerſarium eſt de iure diuino, confiteri quando eſt periculum probabile obliuionis. Quod ſi obligaret ratione obliuionis,obligaret etiam ob hanc eandem cauſſam ſtante determinatione eccleſię,licet Sotus aliter ſentiat, qui hac in parte ſibi contradicere videtur. Vnde colligeres, eum non peccaſſe mortaliter, qui peccati mortalis fuerit oblitus.

Sotus Can. Ledes. Ioſeph. Quintum dictum, falſum eſt fideles ex præcepto diuino obligari ad confeſſionem in ſolo mortis articulo. Primum probatur ex communi ſententia. Deinde ex fine inſtitutionis, quia ſacramentum pœnitentię inſtitutum eſt ad inſtaurandam amicitiam cum Deo, & in remedium viuentium, non autem tantum in abeuntium ex hac vita vtilitatem; pro quibus inſtituta eſt extrema vnctio. Præterea, ſacramentum Euchariſtiæ non ſolum obligat in extrema vita, cum inſtitutum ſit ad nutriendam animam: ergo nec ſacramentum confeſſionis, ſine quo, poſito peccato, illud ſuſcipi non poteſt. Vnde etiam ſi eccleſia non determinaſſet aliquod temp⁹,adhuc ex iure diuino teneremur cõfiteri alijs tẽporibus ꝑter articulũ mortis.

Sextum

Bruc li. 18. Cyp.

Sextum dictum, ex iure diuino, præter præceptum eccleſiæ tenetur quis cõfiteri, ſpeciatim in his caſibus Primo, in articulo mortis naturalis, vel violentæ: Et ſane, ſi vnquam obligare debet, hoc tempore obligabit. Secundo, in periculo probabili mortis, cum ſcilicet in eo ſtatu aliqs reperitur, in quo ꝓbabiliter ſolet, aut poteſt ſuccedere mors: vt in bello periculoſo: in longa nauigatione periculis expoſita: cum inimicorum timētur inſidię: tempore ſæuiſſimę peſtis: in partu, cum mulier cum periculo mortis cõſueuit parere. Ratio horum caſuum eſt hęc, qa q in hoc ſtatu reperiūtur, exponūt ſe periculo recedēdi ex hac vita ſine cõfeſſione. Tertia, ratione obliuionis, ſi quis hanc opinionē defendat, aut veram eſſe putet. Quarta, quando homo probabiliter iudicat, aut iudicare debet ſe indigere confeſſione, & non poſſe cauere peccatum niſi ſępius confiteatur. Denique, in omnibus caſibus in quibus obligatus eſt ad habendam contritionem, quos infra numerabo.

D. Tho. quol. 1. Nauar. Cat. Rõ.

Sunt rurſus alij caſus in quibus ad idē tenemur, ſed indirecte. Primo, ſi quis velit euchariſtiam ſumere, vt decretum eſt in concilio Tridentino: & ex conſuetudine, cũ quis ſumpturus eſt aliquod ſacrum ordinem; cum epiſcopus ordinatos communicare ſoleat. Sunt qui dicãt eſſe eandem rationem omnium ſacramentorum: tamen alij putant ſatis eſſe ſi præmittatur contritio, cum voto confitendi ſuo tempore. Secundo, ex conſcientia erronea, vt ſi quis exiſtimaret, ſe eſſe obligatum ad ſtatim confitendum: nam omne quod contra conſcientiam fit, peccatum eſt, vt ex Paulo diſcimus: quæ tamen conſcientia iudicio boni viri deponenda eſt. Tertio ratione voti, vel pœnitentię iniunctę. Quarto ratione noui præcepti Pręlati, vel ſuperioris; vt ſi Pontifex in difficillimo rerum ſtatu obligaret fideles ad confitendum: Vnde Monachi & Moniales ſemel in menſe confiteri debent. Quincto, cum quis non poſſet habere amplius copiam Confeſſarij eo anno in quo nondum eſt confeſſus, Sexto ratione alicuius caſus reſeruati, vt ſi quis in Hiſpania haberet copiam Legati Pontificis, a quo poſſet abſolui a caſibus reſeruatis; quam copiam poſtea non eſſet habiturus. Quia iſte videretur omnino negligens ſuę ſalutis. Sed iam videamus de obligatione ratione pręcepti eccleſiaſtici; de quo ita ſtatuo.

Rom.

Clemēt. Ne in agro, de ſtat. Monac.

Concil. Tri. Seſ. 25. c. 10

Septimum dictum, quamuis præceptum eccleſiaſticum indeterminate loquatur de tempore ſemel confitendi in anno: tamen credendum eſt hoc tempus eſſe quadrageſimam, vel tempus Paſchatis; & ita, ſi quis alio tempore confeſſus eſſet, hoc etiam tempore confiteri deberet. Primum, quia ita docent viri docti & pij: quibus fauet communis conſuetudo fidelium, quę eſt optima legum interpres. Deinde ex antiquiſſima eccleſię conſuetudine & præcepto, quo fideles hoc tempore confiteri tenebantur, vt ex ſanctis Patribus, & ex conciliorum decretis cognoſcere licet: quod præceptũ non eſt reuocatum vlla alia lege. Poſtremo, quia concilium Tridentinum, docet hunc vſum eſſe retinendum. Et Sixtus quartus in quadam extrauaganti, loquendo de hoc præcepto ait, Parochianos ſaltem in paſchate obligari ad confeſſionem.

Bonau. D. Tho. quol. 1. ar. 11. Me. cod. de pœni. Victoria

Octauum, qui confeſſus fuit in quadrageſima & oblitus eſt alicuius peccati, non poteſt eius confeſſionem in aliam quadrageſimam differre, ſed ſtatim confiteri debet. Primum, quia fideles iure diuino ſunt obligati ad integram confeſſionē faciēdam: ergo cũ eccleſia iubet vt ſemel in anno confiteantur; ad integram confeſſionem obligat: quam non feciſſe cenſetur is, qui obliti ſit memor, & confiteri non vult.

Chriſ. hom 1. in Gene. Cõc. Aga. d 50 Ieiun. Brucar. lib. 19. Seſ. 14. c. 5.

Nonum dictum, qui non eſt confeſſus in paſchate, aut ſemel in anno, tenetur ſemper confiteri, nec poteſt expectare alium annum. Ita tenent multi doctores non ignobiles: pro quibus hæc facit ratio, quia eccleſia per hoc præceptum intendit obligare fideles ad reconciliationem faciendam cum Deo igitur qui ſtatuto tempore non eſt reconciliatus, adhuc remanet obligatus.

De treg. & Pace. ca. 2. Conc. Tri Seſ. 14. ca 5. Nau. c. 21 n. 45 Victo. & aliy.

Ad

Adde etiam, quod hoc præceptum eſt diuinum, non pure eccleſiaſticum, igitur ſemper vrgebit donec expleatur. Ac proinde eccleſia addit pœnam excommunicationis, quę non eſſet iuſta, ni elapſo tempore tenerentur pręceptū ſeruare. Vnde inferres, quod is teneretur pręuenire confeſſionem, qui putaret ſe toto anno non poſſe amplius præceptum implere.

Cui facienda ſit confeſſio, ſeu de proprio & idoneo confeſſario.
Cap. 9.

NOn me fugit quã hęc materia de cõfeſſionis idoneo & proprio miniſtro late pateat. In qua quæri poteſt de idoneo & proprio miniſtro generatim: poſtea ſpeciatim reſpectu certarū perſonarum: qui dare poſſint facultatẽ abſoluendi, & quomodo, & quatenus ea vtendum ſit: & denique de illis qui in extrema neceſſitate abſoluere poſſunt: quæ omnia nos ſtrictim proſequemur.

Vt autẽ quę dicturi ſumus facilius intelligantur, obſeruandum eſt, tria eſſe neceſſaria ad hoc vt aliquis ſit idoneus miniſter: poteſtatem ordinis, quam quis ſuſcipit cum creatur ſacerdos: poteſtatem iuriſdictionis, hoc eſt iudicium ferendi, quæ nõ accipitur cũ ſuſcipitur ordo, ſed quando habetur beneficium parochiale, vel per aliquod priuilegium, & denique cum datur facultas ab epiſcopo, vel ab alio ſuperiore audiendi confeſſionem: poſtremo requiritur ſcientia ſufficiens, ſine qua tamen interdum poteſt fieri abſolutio, vt ſupra diximus: quare non eſt ita neceſſaria, vt alia duo.

Rurſus nota, proprium ſacerdotem tribus modis aliquem dici poſſe: Primo vt diſtinguitur contra eum, qui nullam habet iuriſdictionem: ſecundo vt diſtinguitur contra alienum, quomodo parochus vnius parochiæ, non eſt proprius alterius; tertio vt diſtinguitur contra cõmunem, quo modo parochus dicetur proprius, & epiſcopus communis. Rurſus Cõfeſſarius duplex eſt: alter ordinarius, vt proprius Parochus, alter delegatus, is nimirum cui eſt data facultas audiendi cõfeſſiones, qui dicitur idoneus, ſed non proprius. His ita aduotatis pono inſequentia dicta.

Primum dictum, ſolus ſacerdos eſt neceſſarius miniſter huius ſacramenti, non laicus, etiam ſi ſit ſacerdote melior. Doctrina eſt certa fide tenenda: quoniã ſolis ſacerdotibus dictum eſt, quorũ remiſeritis peccata: & Petro, quodcunque ligaueris ſuper terra, & Tibi dabo claues regni cœlorum. Omitto hic varias ſacrorum conciliorum, ſummorum Pontificum & ſanctorum Patrum auctoritates, atque perpetuam eccleſiæ traditionem. *Mat 16 & 18. Conc. Fl. de union. Leo 10. bulla. Pacia. li de pœ. De conf. di. 1.*

Secundum dictũ, in nullo caſu eſt neceſſarium cõfiteri laico; quod ſi quis faciat, non poteſt dari ſacramentalis abſolutio, nec imponi ſatisfactio per modum iudicij ex auctoritate, & talis confeſſio ex attrito non faceret contritum; eſt doctrina ab omnibus cõmuniter recepta, & ſatis confirmatur ex dictis. Vnde non poteſt diſpenſari cum laico, vt audiat cõfeſſionem ſacramentalem & ſi id facere tentaret, probabile eſt, quod euaderet irregularis, præterquam quod ſacrilegium committeret. *Palud. Cap. ſi quis de cler non ord. & ca. ex litera.*

Tertium dictum, quando timeretur aliquod malum ex confeſſione non ſacramentali facta laico, aut nulla ſperaretur vtilitas, nullo modo eſt facienda, maxime publica confeſſio per ſeipſum; & ſi ſecreto fieret, deberet fieri vniuerſaliter; & a viro prudenti, apud prudentem virum etiam in particulari. Nam, ſi cum prudentia fieret, valeret ad humilitatem, ad erubeſcentiam excitandam ad demõſtrandum deſiderium cõfeſſionis ad excitandam deuotionem & contritionem, & denique ad conſilium capiendum: & fortaſſe, ſi daretur abſolutio communis, nõ ſacramentalis, valeret ad remiſſionem venialium, tanquam quoddam Sacramentale, vt quidam adnotarunt. ſed iam videamus, an fieri debeat proprio ſacerdoti, & qui cenſeatur proprius ſacerdos. *Alb. 4. ſ dist. 17. ar. 26. Turrecrẽ cano. quem pœnitet de pœ. d. 1. D. Tho.*

Quartum dictum, vt aliquis ſacerdos ſit proprius miniſter hu' ſacramenti, te-

ti, requiritur iuriſdictio, vel ordinaria, vel delegata, a iure, vel ab homine. Eſt doctrina certa fide tenenda, determinata in concilio Lateranenſi ſub Innocẽtio Tertio, vnde ſumitur caput, Omnis vtriuſque, & in Florentino, ac Tridentino: & ratio etiam hoc ſuadet, quia cõfeſſio eſt quoddam iudicium: ergo requirit hominem ſubiectum per iuriſdictionẽ. Confirmatur, quia in confeſſione opus eſt imperio & vi cogente ad parendum & ſatisfaciendum; at iſta non habetur niſi in ſubditos. igitur non poteſt fieri confeſſio niſi proprio ſacerdoti, qui iuriſdictionem habet.

Cauſ. 9. q. 2. & 3

Quinctum dictum, confeſſionem fieri proprio ſacerdoti eſt de iure diuino, & humano. Doctrina eſt communis & patet ex locis proxime citatis, & ex Bonifacio Octauo, dicente non poſſe vlla conſuetudine introduci, vt quis prꝗter ſui ſuperioris licentiam, confeſſorem ſibi eligere valeat. Quare Concilia & Pontifices, cum dixerunt confeſſionem faciendam eſſe proprio confeſſori vel alteri ex eius licentia, explicarunt ius diuinum, quod ſane non reſtrinxiſſent, ſi cuique confiteri liceret. Vnde grauiter errarunt illi qui dixerũt, extra tempus Paſchatis, licere confiteri cuicunque ſacerdoti.

Cap ſi epiſco. de pœni & remi. li. 6.

Sextum dictum, vniuerſę loquendo, fideles habent tres proprios ſacerdotes, Pontificem Romanum, tanquam paſtorem vniuerſalem totius eccleſiæ, Epiſcopum in ſuo epiſcopatu, & parochum. Hi enim omnes habent ordinariam iuriſdictionem; quam aliqui non tribuunt Archiepiſcopo in ſuo archiepiſcopatu, ſed tantũ in ſua diœceſi. Rurſus habetur pro ordinario confeſſore Magiſter generalis in tota religione: Prouincialis, ſiue miniſter in tota prouincia: & Priores in ſuo monaſterio.

Sot diſt. 18. q. 4. ar. 2.

Septimum dictum, proprius ſacerdos in dicto capite, omnis vtriuſque, ſumitur prout diſtinguitur contra particularem, ita vt proprius ibi dicatur is qui eſt communis vt epiſcopus reſpectu populi huius parochię, ita vt ſine licentia Parochi liceat confiteri alijs ordinarijs. Ita docent communiter Canoniſtę. Et ſane intentio Legiſlatoris hęc fuiſſe videtur, vt ſolum excluderet alienum, non autem contrahendi ad ſolum Parochum: & nemo, vt arbitror, diceret eum errare, qui ſine licentia ſui Parochi Epiſcopo confiteretur.

Io. And. Panor. Lancel.

Octauum dictum, nullus ſacerdos iure humano, vel diuino habet iuriſdictionem, neceſſario annexam ſacerdotio, ſed ſolus Pontifex, quam transfert in alios. Huic enim ſoli dictum eſt, Paſce oues meas: alias Pontifex Romanus non poſſet alios priuare iuriſdictione, neque etiam abſoluere a caſibus quos inferiores ſibi reſeruaſſent; quod eſt falſum; Vnde iuriſdictio eſt in ſolo Pontifice de iure diuino; a quo in alios dimanat.

De proprijs confeſſarijs ſpeciatim. Cap. 10.

QVamuis ea quę dicimus de ſubiecta materia, pro noſtro inſtituto, ſatis videri poſſent: tamẽ aliquid ſpeciatim nõ ſine aliqua vtilitate dicemus, percurrendo varia perſonarum genera de quibus poreſt eſſe dubitatio.

Primum dictum, Pontifex non habet proprium confeſſarium ex commiſſione Concilij vniuerſalis: quia Conciliũ non eſt ſupra Pontificem: neque omnes ſacerdotes ſunt ordinarij & proprij Pontificis confeſſarij: quia, ſacerdotes, vt diximus, non habent actu iuriſdictionẽ: ſed ille dicetur proprius, quem ipſe elegerit, eique in ſe iuriſdictionem dederit: qua accepta, eſt verus iudex, non merus arbiter. Quare, cũ Põtifex ſupremã habeat poteſtatẽ põt cui voluerit in ſeipſũ tribuere iuriſdictionem: ſicuti populus eum Regem creat: qua conceſſa, populus euadit inferior. Familia vero Pontificis pro proprio confeſſario habet ipſum Pontificem, vel ſummum Pęnitentiarium, vel locum eius gerentem: intellige de illis famulis qui ſunt in curiam.

D. Tho. Sotus. Turecr. li. 1. sũ. ca. 95.

Sot.

Secundum dictum, proprius confeſſarius epiſcoporum eſt ſummus Pontifex, qui tamen ex iuris conceſſione, poſſunt ſibi eligere confeſſarium, approbatum tamen, vt decretum eſt in Concilio Tri-den-

Nau. Cap. Ne pro. de pœn. & remiſ.

dentino. Quam doctrinam alij extendunt ad prælatos religionum ſupremos & infimos, ad Archiepiſcopos, & Patriarchas, modo ſint exempti, hoc eſt
Nau. immediate Pontifici ſubiecti. Quo priuilegio non gaudent curati, cum non ſint prælati, ſed Epiſcopo ſubiecti. Ex quibus infertur, Archiepiſcopum, etiam dum viſitat, non eſſe ordinarium Epiſcopi, nec Primatem Archiepiſcopi, aut Patriarcham Primatis. Familiæ Epiſcopi proprius confeſſarius erit, vel ipſe Epiſcopus, vel is quem Epiſcopus aſſignauerit, vel parochus eccleſiæ cathedralis, vel parochiæ, in qua habitat.

Tertium dictum, Cardinales non Epiſcopi habent pro proprio confeſſario Pontificem qui tamen ex priuilegio particulari poſſunt ſibi eligere confeſſarium, approbatum tamen: Vnde non videntur gaudere priuilegio capit. Finalis, de pœnitentijs, & remiſſ. cum non ſint prælati.

Quartum dictum, parochus habet pro ordinario Epiſcopum, ſimiliter Canonici: verum ſacerdotes, tum cura-
Seſ.23.c 15. ti, tum qui cura carent ex conſuetudine ſibi eligunt confeſſarium: ſed poſt Concilium Tridentinum non niſi approbatum, habentem iuriſdictione delegatam.

Quinctum dictum, religioſi habent pro proprio confeſſario ſuum prælatum, vel eum quem prælatus conſti-
Ioſ Ang. tuerit ad confeſſiones audiendas, & Epiſcopus approbauerit; & de eius licentia, etiam religioſo alterius ordinis confiteri poterunt, modo is facultatem habeat audiendi confeſſiones in ſuo ordine.

Sextum dictum, Imperatores, Reges, & alij Principes, pro ordinario
Pal. confeſſore habent Epiſcopos loci; ſed
Angl. ex priuilegio fere omnes poſſunt ſibi
Oſt. confeſſarium eligere: & ex tacita conceſſione Pontificis ſuos Capellanos, & ſimplices ſacerdotes, vt aliqui volunt: approbatos tamen.

Septimum dictum, ſcholares & mer-
Sot. catores ſi ex conſuetudine aut lege aliqua habent particularem paſtorem ei Nau. confiteri debent; ſin minus, habent pa- Oſt. rochum loci in quo habitant. Vnde declarates, quod aliqui dicunt, licere ſcholaribus confiteri non proprio, cum ſcilicet, non habent proprium domicilium, aut proprium parochum adire non poſſunt.

Octauum dictum, peregrinantes de licentia ſuperioris poſſunt eligere quem voluerint, & quando voluerint: qui vero, ſine licentia peregrinantur, non item. Prima pars patet, quia qui concedit aliquid, videtur etiam concedere id ſine quo illud fieri non poteſt: & tacitum idem efficit, quod expreſſum. Secunda eſt manifeſta, quam Antoninus, Paludanus, Nauarrus & alij tradunt. Vbi nota, quod quando Epiſcopus dat facultatem peregrinandi, non concedit, vt peregrini poſſint abſolui a caſibus ſibi reſeruatis, ut Nauarrus & Sotus docent, licet alij contra ſentiant: poſſent tamen abſolui a reſeruatis ab Epiſcopo loci in quo confitentur. Cap. ſignificaſti de elect. Cap. 2. & pœn. & re. li. 6. Ang.

Nonum dictum, viatores, qui non ſunt iidem cum peregrinis, debent confiteri parocho loci in quo reperiuntur. At vero illi qui nullum habent domicilium, quos Vagabundos vocant, cum nemini ſint proprie loquendo ſubiecti, poſſunt eligere, quem voluerint, approbatum tamen: ita habet communis opinio.

Decimum dictum, qui habent diuerſa domicilia, ita vt in diuerſis locis diuerſis temporibus habitent, in vtroque loco confiteri poſſunt; vt Nauarro placet, quando vero vno in loco habent domicilium, alibi vero habitant, de iure communi non ſortiuntur forum conſcientiæ, vbi per annum non manſerint: vnde, ſi poſſunt, debent adire proprium domicilium, ſin minus ſortiuntur forum conſcientiæ in loco vbi habitant.

Vndecimum dictum, quamuis ad abſolutionem venialiū opus ſit iuriſdictio- Nauar. ne, ſicuti ad abſolutionē mortaliū; tamē ex vſu eccleſiæ antiquiſſimo, ex eo quod quis ſit ſacerdos poteſt abſoluere a venialibus

libus,& a iam confeſſis, ac etiam ab excommunicatioue minore, quę ſolum ſacramentorum participatione priuat.

Sed peteret aliquis, an ob aliquã cauſſam liceat non confiteri proprio ſacerdoti, licentia petita, ſed non obtenta, ut ſi ſit imprudens, ſi ſolicitet pœnitentes, ſi ſit ignorans, de qua te ſubijcio alia dicta.

Duodecimum dictum, quando cauſſa non eſſet iuſta, qui vult alium adire, debet licentiam petere & obtinere; & ita ſi eam non obtineat, non poteſt. Doctrina eſt certiſſima, quam præter alios tradit Nauarrus.

Decimum tertium dictum, quando cauſſa eſt iuſta, & inferior non uult concedere licentiam, qui petit poteſt confugere ad ſuperiorem, qui vel concedet, vel inferiorem ad concedendum impellet: nomine ſuperioris, intelligo eum cui proxime aliquis eſt ſubiectus, ut Epiſcopus, & Pontifex.

Decimumquartum dictum, cauſſa exiſtente iuſta, & licentia petita, quæ ſemper petenda eſt, & non obtenta pœnitens poteſt alteri confiteri. Ita tenent antiquiores ſcholaſtici, Alexander, diuus Thomas, Paludanus, Adrianus, Syluester, & Panormitanus, quibus conſentit Nauarrus, & alij moderni uiri probi & docti: Quorum opinio confirmatur ex Can. Placuit, de pœnitentia diſt. ſexta, vbi conceditur hæc facultas. Huc facit regula illa, Quod conſenſus debitus, æquiparatur actuali: vnde regularis, petita licentia, & non obtenta tranſire poteſt ad ſtrictiorem regulam. Quando vero in confeſſario non eſſet talis cauſſa, vt facultatem confitendi auferret, ſed ſolum non ita ſalubriter confitendi, non ſolum opus eſt petere, ſed etiam obtinere, & ita intelligendũ eſt, caput, Omnis, cum dr̃, Poſtulet, & obtineat, quia cauſſa non eſt omnino iuſta: qualis cenſeretur erubeſcentia cum eſſet tanta, ut timeretur, ne quod peccatum omitteretur, aut aliqua circunſtantia neceſſaria, ut Nauarrus docet: Similiter, ſi ea quam Parochus cognouit confiteri uellet. Sed peteres, an Parochus ſit obligatus audire confeſſiones, quando non eſt tempus confitendi ſub præcepto.

Decimumquinctum dictum, proprius ſacerdos, ſiue parochus eſt obligatus audire confeſſiones ſubditorum, etiam extra tempus obligationis confitendi, & ni faciat, grauiter peccat. Ita Adrianus Sotus, Nauarrus, & alij. Primum allata doctrina probatur ex luculento Ezechielis loco, vbi paſtori dicitur, Vt ægrotum ſanet, con fractum alliget, abiectum reducat, & quod perijt quærat: quod ſi quærere debet, quanto magis ad ſe venientẽ ouem recipere debebit? hoc etiam ſuadet lex caritatis, qua iubemur, proximum a morte liberare. Præterea quia pœnitens ius ſuum petit, vt ſibi miniſtretur ſacramentum quo ſe egere ſentit: priuatur maiore gratia: ſi ſit attritus non ſit ſine ſacramento contritus: poteſt obliuiſci commiſſi peccati: priuatur denique conſilio, & alijs bonis quæ cum ſacramento accedunt. Ad hæc ſancti hortantur fideles ad ſæpe communicandum, & olim ſæpius ex præcepto: communicabant igitur. Denique, ſequeretur, non eſſe obligatum ad audiendas confeſſiones cum veniunt Iubilæi, quod uidetur abſurdum.)

Tenẽtur itaq; proprij ſacerdotes ad cõfeſſiones extra tempus audiendas, ex caritate, vel potius ex officio paſtoris. Et in capite, Omnis, non datur lex parochis, ſed ſubditis, de ſemel confitendo Excuſaretur tamen parochus quando cauſſa non eſſet legitima, & quando ſine certa moderatiõe ſubditus uellet frequẽter audiri, & quando eſſet legitime occupatus.

Rurſus dubitares an ratione delicti ſortiatur aliquis forum alterius parochi cui dubitationi reſponderem negando.

Ita Panormitanus, Syluester, & Nauarrus, & eſt communis Sententia. Quare, non eſt par ratio de delicto pertinente ad forum ſoli, & ad forum poli, ut loquuntur.

Qui poſſint dare licentiam audiendæ confeſſionis. cap. 11.

AD maiorem explicationẽ eorũ quæ hucuſque de miniſtro confeſſionis diximus, quæ de licentia danda, ſcribi ſolent, paucis complectemur.

Primum dictum. Confeſſarij proprij & ordinarij habent facultatem dandi licentiam audiendi confeſſiones, ſacerdotibus non proprijs: eſt doctrina certa fide tenenda, & patet ex varijs Pontificum cõceſſionibus: & confirmatur, quia in omni adminiſtratione, ea quæ ſunt iuriſdictionis, committi poſſunt. *Cap. oīs. de pę. & remiſ.*

Secundum dictum hæc facultas concedi poteſt ſacerdotibus, tum ſecularibus tum regularibus: nec obſtant quidam canones, qui regularibus id negare uidentur; quia intelligendi ſunt contra eos qui ſe ingerunt, & ſine licentia audiunt. *Ca. his. de of. iu. ord.*

Tertium dictum, hac facultate conceſſa, poſſunt ſubditi adire hos indices delegatos, ſine licentia ſui Parochi, & confeſſio eis facta ualet, nec quiſpiam poteſt cogi ad peccata priuilegiato ſemel confeſſa, repetenda. Quod non ſit opus alia licentia, patet; quia alias fruſtra daretur iſta facultas, & Parochi poſſent eam impedire: Quod abſolutio ualeat, eſt certiſſimum, quia ſunt legitimi miniſtri. Vnde etiam colligitur, quod confeſſus non poſſit cogi ad repetendam confeſſionem factam regularibus, etiam non mẽdicantibus. Expediret tamen, & Pontifices ad hoc hortantur, ſi ſubditi, ſaltem ſemel in anno ſuo Parocho confiterentur; quia hac ratione melius agnoſceret vultum ſui pecoris. *Alb. ar. 43. Ioan. 22 ext. iter. Pro. 27.*

Quartum dictum, fuit ualde vtile, vt facultas audiendarum confeſſionum daretur regularibus, quamuis occaſio ex qua hoc factum eſt, non fuerit bona. Nam, vt quidam ſcribunt, occaſio fuit, ignorantia, auaritia, & negligentia, & corrupti mores, propriorũ ſacerdotũ. Qđ autem fuerit utile, & ſubditis & ipſis Parochis, ut eleganter demonſtrat Albertus, eſt planum: quia expedit ut ſint iure iudices boni, & ut fideles habeant magis paratos miniſtros in quocunquẽ tempore: & ut Parochi habeant in re difficili, neceſſaria, & quotidiana bonos coadiutores. Ex his colligeres, non eſſe verum quod aliqui dicunt, peccare grauiter eos qui non mittunt pœnitentes ad ſuos parochos, ut illis ſemel confiteantur. *Alber. Bonau.*

Quinctum dictum, quod attinet ad eos qui hanc facultatem alijs dare poſſunt. Pontifex poteſt concedere licentiam audiendi confeſſiones in toto mundo: Epiſcopus in ſua diœceſi, etiam contra dicente parocho, cum ſit proprius curator, & Parochus in ſua parochia: modo hi non habeant iuriſdictionem impeditam, ut ſi eſſent excommunicati ex communicatione notoria, non tollerata. Item ſummus pœnitentiarius Pontificis, ut poteſt ubique audire, ita & dare licentiam. Vicarius generalis Epiſcopi in tota diœceſi, ſed poſt Concilium Tridentinum debet habere conceſſionem expreſſam: Vicarius perpetuus parochialis, quia habet iuriſdictionem iure proprio: At vero ſubdelegati ab his, non item, ni habeant facultatem ſubdelegandi. Similiter, nec Coadiutores & Vicecurati, ſecus ſi conſtituantur cum plena iuriſdictione. *Ang. Ant. Sylu. Cap ult. de offic. Vic. Nauar. c. pla cet*

Sextum dictum, poteſtas conceſſa non ceſſat per mortem concedentis. Ita expreſſe determinatum eſt a ſummis Põtificibus: ceſſaret tamen ſi conceſſa fuiſſet, hunc in modum, Vſque ad beneplacitum. *Cap In ter. de priu. Ben. 11*

Septimum dictum, facultas abſoluendi, varijs modis conceditur. Primo uia ordinaria, cum quis creatur epiſcopus, vel curatus, qui licet non dum poſſint per ſe abſoluere, poſſunt tamen facultatem hanc dare, ut parochus non dum ſacerdos. Secundo uia extraordinaria per delegationem, & ſubdelegationem. Tertio neceſſitate vt in articulo mortis. quarto libertate, ut Pontifex & qui vagantur. Quincto, facultate eligendi confeſſariũ. Sexto, licentia interpretatina, ut peregrinis. Septimo, conſuetudine, quæ tacitam, vel expreſſam habet approbationem: alias enim conſuetudine hoc *De pen. d. 3. quicunque.*

in-

introduci non poteſt, ut Bonifacius Octauus docuit Poſtremo, per ratihabitionem, quæ mandato comparatur: verum debet haberi bona coniectura de iſta ratihabitione, in quo caſu abſolutio ſine conditione eſt impeudenda. Sed hæc facultas non ſumatur niſi in caſu valde neceſſario.

Phil. Fran. in Reg Ratihab.

Octauum dictum, hæc poteſtas danda eſt ſacerdotibus non habentibus poteſtatem ordinis per aliquam cenſuram impeditam & ijs qui ſunt in ſua poteſtate, cuiuſmodi non ſunt regulares, qui ſine licentia ſuorum ſuperiorum non poſſunt eam exercere in laicos, ſed ſi exerceant, ualet abſolutio: illi autem, qui bus conceditur, ut non ſemel diximus, debent ab epiſcopo examinari. Sed iam uideamus, quantum conceſſa poteſtas ualeat, & quam late pateat.

Nouum dictum, qui habet facultatem a Pontifice poteſt abſoluere ab omnibus peccatis & cenſuris non reſeruatis. Quia cenſendum eſt, vt ſicuti Pontifex voluit ſubditis conſulere per Epiſcopos, ita & per eos quibus talem facultatem tribuit: quare, ut Epiſcopi poſſunt abſoluere ab omnibus peccatis & cenſuris non reſeruatis, ita & iſti. Verum qui hoc priuilegium habent a Pontifice, non poſſunt abſoluere a caſibus reſeruatis ab epiſcopo. Ita expreſſe determinatum eſt in Clemētina, Dudum, & Religioſi, de Priuilegijs: adde etiam vſum. Vnde, nec ab excommunicationibus reſeruatis Epiſcopo, & a caſibus qui excommunicationem habent annexam: nec ab irregularitate & interdicto; nec a votis, & iuramento: quia iſta egent priuato priuilegio ſunt tamen aliqui religioſi, qui habent priuatas conceſſiones. Vbi nota, quod religioſus admiſſus in una diœceſi, poteſt abſoluere ſubditum illius in alia diœceſi. Nec obſtant verba Clementinæ, quam aliqui pro contraria ſententia afferunt, quoniam intelliguntur de illis, qui ſunt alterius diœceſis.

Armil. uer. abſol.

Sot.

Sot. Ioſ.

Decimum dictum, is cui ab epiſcopo fuit conceſſa facultas abſoluendi, non poteſt abſoluere a reſeruatis; etiamſi dixerit, concedo tibi omnem meam facultatem, niſi aliquo modo conſtaret, per illa verba generalia uoluiſſe concedere facultatem abſoluendi a reſeruatis: & ſi diceret, concedo omnem meam facultatem excepto aliquo caſu, poſſet abſoluere ab alijs ſi caſus non expreſſi ſint æquales, aut minores reſeruato. Rurſus, nec poteſt vota commutare, nec iuramenta relaxare, nec in irregularitatibus diſpenſare.

Nau. Ant.

Nau.

Oſtien. de pę & rem.

Sed ſi peteres, quam poteſtatem habeat Epiſcopus in communi circa ea quæ ſunt reſeruata Pontifici: de hac re conſule Concilium Tridentinum: Sed tamen iſta facultas poſſet fortaſſe habere aliquid dubij: Quia Pontifex omnibus annis in bulla ſibi ea reſeruat.

Seſ. 14. c. 6.

Vndecimum dictum, qui habet priuilegium, vel licentiam ſibi eligendi confeſſarium, poteſt eligere quem uoluerit, idoneum tamen, hoc eſt non impeditum, & ab Epiſcopo approbatum etiam alterius diœceſis; & eligendo ei iuriſdictionem præbet. Sed reſtat, ut aliquid dicamus de ijs qui abſoluere poſſunt in extrema neceſſitate.

Duodecimum dictum, in articulo mortis quicunque ſacerdos poteſt abſoluere quemcunque. Communis eſt doctrina, quam multi canones confirmant; & ratio etiam ſuadet. In quo caſu licet abſoluere etiam ab omni excommunicatione, & a caſu reſeruato. Alias enim fruſtra daretur dicta facultas. Et licet poſſit concedi laico facultas abſoluendi ab excommunicatione, tamen ſi in dicto caſu id tentaret, nihil ageret: quia facultas abſoluendi ab excommunicatione, non conceditur niſi ratione abſolutionis a peccatis. Et quamuis communior ſit ſententia eorum qui dicunt, ſacerdotem in tali caſu abſoluere ex iure diuino: tamen contrarium verius eſſe puto; quod Diuus Thomas, Sotus, Ledeſma, & Durandus affirmant, quia, vt ſupra docuimus; omnis poteſtas iuriſdictionis manat a Pontifice, qui cum aliquam excommunicationem ſibi

G 2 reſer-

reſeruat, ſēper excipit caſū I articulo mortis: Quod ſi alijs ſacerdotibus poteſtas iuriſdictionis iure diuino cōueniret eſſet indelebilis, vt ptās conficiendi euchariſtiā, nec eam coarctare liceret. Et quāuis confeſſio facta nominatim excommunicato, & declarato non ſit ualida: tamen in articulo mortis omnis excommunicatus, denuntiatus, & degradatus poteſt abſoluere, & abſolutio ualet: intellige, quando deeſſet legitimus miniſter. Atque de eo cui facienda eſt confeſſio hæc ſatis.

ca. ſi qs 17. q. 4. Tri. ſeſ. 17. c. 7.

De conditionibus bonæ confeſſionis, ſeu qualis debeat eſſe confeſſio. Cap. 12.

CVm notitia qualitatum confeſſionis, ſit neceſſaria ad bene utiliterque confitendum; propterea non erit inutile ſi quæ de conditionibus a ſcriptoribus diſputantur, nos breuiter perſtringemus. Et quamuis ſexdecim conditiones communiter numerentur; tamen ſolum quattuor ſunt præcipuæ & neceſſariẹ ad hoc, ut confeſſio ualeat quod ſit integra, nuda, accuſans, & ad parendum parata.

Verum vna conditio omnes alias præire debet, nimirum diligentia, qua per examen conſcientiæ pœnitens ſe ad confitendum præparet: de qua diligentia ita ſtatuo. Primo, ſine nulla, vel ſane quam parua diligentia ad confeſſionem accedere, ſua natura, eſt graue peccatum: ac proinde pœnitentes, qui ſine debita diligentia & præparatione accedunt, & confeſſarij qui eos admittunt, ſibi caueant. Quod ita confiteri ſit graue peccatum, patet: Quia iſti rem maximi momenti, cum periculo committendi ſacrilegij, negligenter tractant. Ideo Concilium Tridentinum de hac præparatione loquendo ait, Poſt diligentem diſcuſſionem: &, Poſtquam quiſque diligentius ſe excuſſerit. Et quidem huius peccati ſunt participes, qui huiuſmodi confitentes admittunt.

Secundo, diligentia & preparatio non debet eſſe æqualis in omnibus, ſed habenda eſt ratio vitæ, morum, memoriæ temporis, quo quis fuit in peccato quia maiorem diligentiam debebit adhibere negociator, & cauſidicus, quam ſcholaris, quam monachus: & maiorem qui in pluribus negotijs eſt occupatus, quam qui in vno tantum: & maiorem qui bona vtitur memoria, & diu non eſt confeſſus, quam qui eſt tenui memoria prǽditus, & ſæpius confitetur.

Tertio, tanta eſt neceſſaria diligentia, quanta in re graui vti ſolemus, ac debemus: quanta, viri prudentis iudicio requireretur in homine talis conditionis, habita ratione uoluntatis confitentis parati ad reſpondendum interrogationibus a confeſſario faciendis: quanta, ut aliqui docent, ut ſi maior adhiberetur, non maior haberetur peccatorum notitia. Quare qui per annum non eſſet confeſſus, & polleret memoria, deberet aliquot horas, quattuor, vel quinque in cogitandis peccatis & peccatorum circunſtantijs ponere, vel etiam plures pro ratione memoriæ, & multitudine, ac varietate peccatorum: nemo tamen tenetur ad omnem diligentiam adhibendam, quam quiſque adhibere poteſt; ut communiter docetur; & Concilium dixit, poſt diligentem diſcuſſionem, non, quam facere poteſt. Quarto ſi qui ſunt, vel eſſe poſſunt, ita inepti ad recogitandum, ut eorum hac in parte diligentia, parum iuuare queat, iſti admittendi ſunt ad confeſſionem: modo ſint omnino parati ad reſpondendum interrogationibus faciendis; in quo prudentia, & diligentia requiritur confeſſariorum: qui ſemper interrogare debent, an pœnitentes de quibus dubitari poteſt, parati accedant, ut ſunt illi qui raro, & quodammodo præcepto eccleſiæ coacti ad confitendum accedunt.

Nauar. Victor.

Nauar.

Quincto, non ſunt admittendi illi qui cum non aliquam præparationē adhibere poſſint dicunt ſe eſſe paratos, quia uolunt reſpondere interrogationibus faciendis: Quoniam pœnitens debet

prius

ptius, quantum poteſt, ſe ipſum accuſare, & ſua peccata narrare, & ubi deficit, a Confeſſario iuuandus eſt: qui cum ſit iudex ex officio interrogare debet, cum opus eſſe uidet. Sed iam ad ipſas conditiones explicandas accedamus. *Nauar.*

Prima circunſtantia, eſt integritas, de quia iam ſupra ſcripſimus, ut non ſit dimidiata confeſſio, ita ut omnia, & ſingula peccata, modo iam dicto explicentur: ac proinde de ea nihil aliud occurrit dicendum.

Secunda, fidelis, ſiue uera: Erit autem uera, primo, ſi non intercedat mendacium, & ita non eſt negandum quod eſt factum, nec affirmandum quod factum non eſt. Deinde, ſi dubium cum dubio, & certum cum certitudine dicetur. Poſtremo, ſi circunſtantiæ explicandæ fideliter explicabuntur, quoad grauitatem, & leuitatem. Veritas itaque ſemper præ oculis habenda eſt. Quid autem peccet, qui in confeſſione mentitur, poſtea docebo.

Tertia, Accuſans, de qua conditione nonnihil ſupra diximus, cum definitionem confeſſionis declarauimus. Debet itaque pœnitens narrare peccata per modum accuſſationis, eaque ſibi adſcribere, non alijs, non dæmoni, non mundo. ita ut ſit accuſans, & non excuſans. *Ca. Nō eſt 15. q.1.*

Quarta obediens, ſeu parere parata: quia pœnitens debet accedere cum hoc animo expreſſo, vel tacito, vt velit parere Confeſſario tanquam iudici in foro interno; ut uelit acceptare remedia neceſſaria ad uitæ emendationem; ſicuti ęgrotus acceptare debet medicamenta in ſtituta a medico: ac etiam pœnitentiam pro commiſſis peccatis impoſitam: unde non placet eorum opinio, qui dicunt non eſſe obligatum ad acceptandam pœnitentiam.

Quincta, ſimplex, hoc eſt non verbis inutilibus explicata, & rebus impertinentibus aucta, ſed ſolum neceſſarijs ad rem plane exponendam, ita ut confeſſarius percipere poſſit peccatorum grauitatem ſpecieſque.

Sexta, humilis, actu interno corā Deo, et actu externo coram ſacerdote, genibus flexis, capite aperto & cū modeſtia: ita ut ad eū modū pęnitens ſe habeat, quo reus ad Principis pręſentiā ſe habere debet, cū ueniam & miſericordiam flagitat. *Ter lib. de pœn.*

Septima, pura, cū recta intentione, ob rectū finē: pura, nō permiſta, ut ſit cōfeſſio, non confuſio, vt nihil dicatur, quo aliorum innoteſcant peccata. *Ber. ſer. 16. in Cant.*

Octaua, frequēs uel quod quis frequēter cōfiteatur, pręſertim cū eſt periculum recidendi, & ob utilitates quę ex frequentia capiūtur, de quibus poſtea dicemus: uel frequēs, quod peccata ſemel cōfeſſa alias cōfiteātur, ita ut petamus a Deo, ut nos iterum atque iterum lauet: & utrunque præſtare eſt conſilium.

Nona, nuda, id eſt nō tecta, nō ueſtita excuſationibus, ut fuit ea cōfeſſio, quam primo parētes corā Deo fecere: qui excuſationibus ſuā nuditatē tegere uoluere; ſed inutilibus & infirmis, ac proinde ſibi fecerunt perizomata ex folijs ficus: Quā imperfectionem in confeſſione facienda poſteri, dum ſuam nuditatem, hoc eſt peccatorum turpitudinem patefieri uident, libenter uſurpant, non animaduertēres quod ſapiens ait, ſermonem purum eſſe pulchetrimum. *Pſal. 50*

Decima, diſcreta, id eſt prudenter facta: quæ prudētia in tribus ſpeciatim ſpectanda eſt: primo in actu ipſo, ut animaduertat quid agit: deinde in modo narrādi peccata ne quid minus pudice dicat, & quod uno verbo intelligi poteſt, non eſt pluribus dicendum: poſtremo, quantū ad confeſſarium eligendum; vt eligatur vir bonus, & doctus.

Vndecima, lubens, id eſt libera, animo prōpto, propter Deū, nō ob timorē infamię, vel excōicationis, aut ob aliquē aliū timorē, cauſamve humanā, ſaltem principaliter: libera, ut libere, non quaſi per uiolentiam ex ore extrahantur peccata.

Duodecima, uerecunda, hoc eſt cum pudore, ita vt pœnitens non ſine aliqua erubeſcentia, & ſui confeſſione peccata narrēt: cuius erubeſcentiæ vim his verbis expoſuit Auguſtinus: Erubeſcentia enim ipſa partem habet remiſſionis: ex miſericordia n. hoc pręcepit Domin9,

Chryſ. ho 10. ad Hebr.

ut neminem pęniteret in occulto. In hoc enim, quod per ſeipſum dicit ſacerdoti, & erubeſcentiam uincit timore offenſi (hoc eſt Dei) venia fit criminis.

De pęn. d. 1. can. lacrymę et Fleat. & d. 3. can. pænit.

Decimatertia, lacrymabilis, hoc eſt cũ peccatorum diſplicentia: lacrymabilis, non tantum cum externis, quam cum internis lacrymis coniuncta. Quanta ſit lacrymarum vis, libro de interiore homine plane docui, qui locus legendus eſſet. Imitetur itaque peccator Dauidem pœnitẽtem, qui per ſingulas noctes lectum lacrymis lauabat: ideo dum de maximo peccato veniam a Deo petebat, dixit, ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum, Deus non deſpicies.

Pſal. 6. & 50.

Decimaquarta, accelerata, hoc eſt, vt poſt peccatum non differatur confeſſio, vel contritio cum voto confitendi: de qua conditione nos ſupra egimus, cum de tempore confitendi ſcripſimus. Eſt itaque hæc conditio valde ſalutaris, ne amittantur merita omnium bonorum, quæ poſt peccatum, ni intercedat pœnitentia, amittuntur: quam doctrinam, vtinam fideles animaduerterent. Et ſane, ſi qui graue vulnus ſe accepiſſe animaduertit, ſtatim ad medicum accurrit, vt mortem vitet, quid non ageret, ſi poſt mortem ſibi remedium ad uitam recuperandam ſupereſſe ſciret? Quid facere deberet peccator, qui ſcit ſe eſſe ſpiritualiter mortuum, & ſibi paratum eſſe remedium ad vitam amiſſam recuperandam?

Decimaquincta, fortis, ideſt tanta adſit conſtantia, vt nullus timor a confeſſione deterreat: & nulla verecundia ab eiuſdem integritate retardet: quare, ſi quis cum hoc animo ad confitendum acceſſiſſet, vt ob timorem aliquod peccatũ manifeſtare nollet, hoc peccatum confiteri deberet. Et ſane, ſi nõ puduit peccare qđ malum eſt, cur pudeat confiteri, quod virtus eſt?

Decima ſexta, ſecreta, ita ut peccata vni innoteſcant ſacerdoti, non circunſtantibus: ſolum enim Chriſtus nos obligauit ad ſecretam confeſſionem; quamuis non prohibuerit publicam, quæ olim fuit in vſu. Quare ſacerdos non debet plures pœnitentes ſimul audire, niſi aliqua neceſſitas vrgeat: quamobrem male faciunt, qui plures pueros ſimul audiunt; quia iſta confitendi ratio nonnullas bonæ confeſſionis conditiones tollit. De ſecreto a ſacerdote & a pœnitente ſeruando, vel etiam ab alijs qui aliquo pacto confitentis peccata audiuere, poſtea aliquid dicetur. de circunſtantijs hęc ſatis quę partim ex iam dictis cognoſci poterant; partim ex dicendis notæ fient.

Quid ſit neceſſarium ad hoc ut quis digne accedat ad confeſſionem, & ut ſacramenti effectum conſequatur. Cap. 13.

QVod hoc capite explicandum proponimus, eſt ualde vtile ijs qui cum fructu ſua peccata cõfiteri, & ex confeſſione aliquam vtilitatem reportare uolunt. Et quamuis de re propoſita, alias docẽdo late diſputauerim: nũc tamen breuiter agam. *Scot. in 4. d. 14.*

Primum dictum, nullo modo eſt dicẽdum, quod aliqui dicunt, ad digne confitendum, ſeu ad ſuſcipiendum ſacramẽtum pœnitentiæ ſatis eſſe, ſi quis confiteri velit, & nullum ponere obijcem. Primum, quia hoc eſt expreſſe contra Concilium Tridentinum, quod præparationem, & aliquem dolorem requiri plane decernit. *Seſ. 6. c. 6. & 14. c. 4.* Deinde, quia lex Chriſtiana, deſtrueret legem naturæ, ex qua, vt ſupra docuimus, ad peccati remiſſionem obtinendam, peccatorum requiritur deteſtatio & dolor: tolleretur etiam lex diuina, quæ varijs in locis dolorem & deteſtationem in pœnitente poſtulat. Ideo dictum eſt, ſcindite corda neſtra. Denique contritio non eſſet pars pœnitentiæ, quod eſt contra ſanctorum doctrinam, & conciliorum determinationem. Concludamus igitur, neceſſarium eſſe, ad hoc vt aliquis digne accedat, aliquem habere dolorem. *De pęn. d. 1. c. perfecta.*

Secundum dictum, iſte dolor qui requiritur, ſat eſt ſi ſit attritio ſcita cum ſpe ueniæ, & cum deſiderio iuſtitiæ conſequendæ per Chriſtum.

Ad

Ad huius dicti declarationem nota, quattuor a doctoribus aſſignari attritionis ſpecies.

Prima quando quis ſumme dolet de peccato, cum propoſito emendationis, nō ut eſt offenſa Dei, ſed ut eſt quid turpe, contra honeſtum, vel quia affert infamiam, pœnāue temporalem. Secunda, cum quis ſumme dolet, cum propoſito non peccandi, ſed dolor procedit ex timore ob pœnam æternam, qua peccatum puniri debet, vel ob dānum ſpirituale, quia animam deformat. Tertia, cum quis dolet de peccato vt eſt offenſa Dei, cum propoſito non peccandi, ſed tamen dolor non eſt ſupra omnia, ita vt minus doleat de peccato, quam de quouis alio malo. Quarta cum quis dolet propter Deum, ſed imperfecte, et non habet firmum propoſitum de non peccando, ſed ſolum voluntatem optantem. In hoc differunt omnes iſtæ attritiones a contritione, quæ eſt perfectus dolor de peccato, ut eſt offenſa Dei, cū firmo propoſito non amplius peccandi; ſiquidem contritio ſola ſufficit ad hominem iuſtificandum ſine ſuſceptione ſacramenti, modo adſit votū cōfitēdi: illę vero nequaquā. Vn̄ colligeres ex triplici capite cōtritionē fieri imperfectā, vel ex parte cauſſę quia dolor non ſumitur principaliter propter Deum: vel ex imperfectione doloris: uel propoſiti. Eſt ergo dubitatio, q̄ ex his attritionibus ſufficiat ad hoc ut quis digne accedat ad ſacramentum: & quidem, vt ex Concilij Tridentini determinatione colligere licet, tres priores ſpecies ſufficere videntur; quarta uero minime; quare, qui ſic accederet, & non aliter diſponeretur, non eſſet abſoluendus. Sed hic reſtat maior difficultas, an ex parte pœnitentis ſit opus aliquo maiore & perfectiore dolore, qualis eſt contritio, ut pœnitens conſequatur fructum confeſſionis, nimirum actualem remiſſionem peccatorum.

Aug. li. de uera pœn. c. 2. & 9.

Aug. ibi. c. 17.

Tri. ſeſ. 14. ca. 4.

Nau & cōmunis

Act. 20. 2. Cor. 7.

Tertium dictum, nulla attritio, quæ non dolet de peccato aliquo pacto, ut eſt offenſa Dei, ſed tantum ob aliam cauſſam, habet vim iuſtificandi cum ſacramento coniuncta. Quoniam, & diuinæ literæ, & ſancti Patres plane docent, dolorem debere eſſe de peccato vt eſt offenſa Dei. Neque enim par eſt, vt peccatum remittatur, niſi habeatur ratio eius qui offenſus eſt. Quamuis ergo illi dolores poſſint eſſe boni motus liberi arbitrij ex diuino auxilio; tamen, non habent vim etiam cum ſacramēto ad peccatum tollendum. Quare, ſi vlla attritio cum ſacramento ſufficere poteſt, ea, eſt, quæ concipitur de peccato ut eſt offenſa Dei, cum fide & ſpe ueniæ coniuncta, & cum propoſito ſeruiendi Deo.

Quartum dictum, probabile eſt aliquod attritionis genus cum ſolo ſacramento iuſtificare, quam uim ſine ſacramento non haberet. Dixi eſſe probabile, quia non puto, vna cum nonnullis doctoribus, eſſe de fide, vt aliqui putant, eſt autem hoc probabile, quia doctores nonnulli, quibuſdam rationibus probabilibus nixi id affirmant. Quod autem iſta doctrina non ſit fide tenenda, patet, quia non eſt determinata in Concilio Tridentino, eo modo, vt multi putant. Nam Concilium ſolum ait, Attritionem quæ concipitur ex conſideratione turpitudinis peccati, vel pœnę inferni eſſe donum Dei, non dum habitantis ſed ſolum mouentis, quo pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat: & p ſe ſolam non ſufficere, ſed ad gratiam in ſacramento impetrandam diſponere.

Canus. Medin. Couar. Six ſen. ī biblio. Med. in ſum.

Quinctum dictum, ſicuti nec extra ſacramentum, ita nec in ſacramento remittitur peccatum mortale, niſi intercedat vera & realis contritio. Hoc docuerim cum multis ſcriptoribus, quod his rationibus confirmatur. Primum, quia ſequeretur hominem poſſe fieri iuſtum, abſque eo quod ſumme amaret Deum: quód implicat: cum eſſe iuſtum ſit eſſe carum Deo, eumq; ſupra omnia diligere. Deinde, quia attritio actualis nullo modo eſt contritio: at ſine contritione nemo iuſtificari poteſt, igitur Prætetea, quia hoc ſacramentum ſuſtuliſſet legem naturalem quæ ad iuſtificationem perfectam requirit dolorem. Denique confirmatur ex omnibus

Bonau. D. Tho. Pe. a So. lect 8. de conf. Adria. Gab & aliorū.

omnibus locis diuinæ ſcripturæ in quibus docetur, non eſſe ueram iuſtificationem, niſi ubi eſt uera pœnitentia, & vera caritas, quæ ſane non ſunt eum ſola attritione. Atque has rationes preter alias, nunc breuiter attuliſſe ſufficiat ad confirmandam opinionem, quā qui animaduerteret, profecto fateretur eſſe veriſſimam.

Sed peteres, quid ſacramenti ſuſceptio præſtet: Reſpondeo remouere imperfectiones quæ in attritionibus inueniuntur partim propter maiorem deuotionem & dolorem, qui in confeſſione ereſcit, partim per eruditionem confeſſarij, qui docet ob quam cauſſam, & quantum ſit dolendum de peccato, & quam ſit neceſſarium firmum propoſitū de non peccando, ad quod faciendum hortatur. Denique ex virtute paſſionis Chriſti Deus in hoc ſacramento efficacius uoluntatē mouet, vt ad perfectam cōtritionem veniat.

Sextum dictum, licet ut plurimum accedens ad ſacramentū, ui ſacramenti fiat contritus: tamen contingere poteſt, ut nō fiat, & ita confeſſio dicetur informis, hoc
Bona Rich. eſt, ſine gratia iuſtificante. Quia, licet ex parte ſacramenti certum ſit dari auxiliū
Pet. a quo excitatur liberum arbitrium ad per-
Sot. fectam contritionem: tamen poteſt eſſe defectus ex parte liberi arbitrij concurrentis; vt ſi pœnitens eſſet animo diſtra-
Pet. a cto. Quare, vt quidam vir doctus ait, nō
Sot. eſt ita fidēdū in ſola ſacramēti ſuſceptione, ut nō attēdatur internus animi dolor.

Ex his quæ docuimus, non nulla colligere licet: primum, quomodo intelligendum ſit, ſacramentum pœnitentię, ex attrito facere contritum, non habitu, quod gratia detur ei, qui ſolum actu eſt attritus, ſed ex attrito, facit contritū actu. Deinde, poſſe aliquem digne accedere ad ſacramentum & ſatisfacere præcepto de confitendo, quando accedit cum debita attritione; ſed non cōſequi fructum, hoc eſt, non iuſtificari. Poſtea, conandum eſſe, vt in ipſa confeſſione adſit contritio idest perfectus dolor, vel etiā poſt ipsā, vt confeſſio quæ fuit informis, hoc eſt ſine fructu, fieri poſſit formata. Præterea, intelligi poteſt, an attritio poſſit fieri contritio. Nam ſi loquamur de duabus primis ſpeciebus, ſi remoueantur illi fines, & adhibeatur bonus, ut dolor ille ſit de peccato propter Deum, fiet contritio nes ſimiliter tertia ſpecies, ſi actus intendatur, vt accedat ad perfectum dolorem, perfectumque propoſitum.

Proponuntur & explicantur nonnullæ dubitationes de contritione habenda in confeſſione. Cap. 14.

QVoniam ad confeſſionis effectum conſequendum, ut ex dictis intelligi licet, maxime perfecta contritio conſert; ideo nonnullas dubitationes de ea explicandas ſuſcepi, ex quarum intelligentia fideles multum utilitatis, ad iuſtitiam per confeſſionem conſequendā capient.

Prima dubitatio, an contritio quæ eſt perfectus dolor de peccato, requirat ipſa propoſitum de non peccando, an ſatis ſit ſola deteſtatio, in qua poteſtate dictū propoſitum contineri uidetur: cui dubitationi reſpondeo ſequentibus dictis.

Primum dictum, vt contritio requirit realem deteſtationem ita & propoſitum reale. Ita olim ſenſerunt antiquiores Theologi, a quorum ſententia in re grauiſſima non eſt temere recedēdum: Quorum opinioni multæ fauent diuinæ ſcripturę auctoritates, in quibus, cū de pęnitentia agit, deteſtatio ꝑteriti, & propoſitū cauēdi in futurū cōiuguntur. Accedat Cōciliorū determinatio, quorū verba accipiēda ſunt in ſenſu formali cū ſtatuūt opus eſſe propoſito, id eſt de ꝓpoſito reali, cū nihil obſtet ſi ī hoc ſēſu exponant. Et ſi deteſtatio virtualis nō ſufficit, pari rōne, nec virtuale ꝓpoſitū ſufficiet. Huc accedit, ꝙ finis pęnitēnę eſt emēdatio uitę; igit requirit reale propoſitū mutandi vitā. Quod ꝓpoſitū, ut exiſtimo, eſt pars eſſētialis cōtritionis; cū qa ſine eo nō iuſtificamur, tū qa in cōtritionis definitione cōiter ab omnib⁹ ponit. Et ſane, ſi hoc formale ꝓpoſitū in pęnitētib⁹ cū ꝑ tēpus licet vere adeſſet, diuti⁹a peccatis poſt cōfeſſionem peractam abſtinerent, quam abſtinere uidemus.

Secundum dictum, ad contritionem perfectam, requiritur votum expreſſum confeſſionis ex præcepto diuino. Primū, quia confeſſio eſt actu neceſſaria ex diuino præcepto: ergo & eius votum, cum peccatum non remittatur niſi per ordinem ad claues, quarum vſus eſt in confeſſione. Et ſicuti eſt neceſſarium votum expreſſum baptiſmi in ijs, qui eius habēt notitiam, vt in catechumenis, cur non etiam expreſſa voluntas confeſſionis, in eo qui poſt baptiſmum peccauit, cui pro remedio relicta eſt confeſſio?

Cō. Tri. ſeſ. 14. c. 5.

Tertium dictum probabile eſt, ſatis eſſe votum implicitum & virtuale in ijs q ſæpe confiteri ſolent, & confeſſi ſunt, aut voluntatem confitendi habuere.

Quartum dictum, pœnitenti eſt neceſſarium votum de ſatisfaciendo ad arbitrium ſacerdotis, ſed ſatis eſt ſi hoc votum ſit implicitum. Quod ſit neceſſariū patet: quia ſatisfactio neceſſaria eſt ad ſalutem: quod ſat ſit implicitum, probatur, quia continetur in uoto confitendi.

Secunda dubitatio; quorum peccatorum debeat eſſe contritio. Primum dictum, licet de peccato originali poſſit eſſe contritio, tamen non eſt neceſſaria, ſicuti nec de veniali: ſimiliter nec de occultis, nec de alienis, niſi aliquo modo ad nos pertineant: quam ob cauſſam regius Propheta, Deo dicebat, Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo, ab illis nimirū, quorū ſū aliquo modo particeps. Secūdū dictū, de oblitis, ſi pœnitens oblitus eſt in particulari nō in uniuerſali, eſt neceſſaria contritio vniuerſalis; ſi vero eſt omnino oblitus, probabilius eſt non eſſe obligatum ad contritionem, quod exiſtimare debeat, ſe peccaſſe, niſi quando eſſet obliuioſus, & diu cō feſſionem protraxiſſet.

Pſa. 18. *Bon 4. d. 16. q. 2.* *Medin.*

Tertium dictum, non eſt neceſſaria contritio de peccato iam remiſſo, ſeu cōfeſſo, cum eius ſubeſt recordatio; ſed ſat eſt non habere complacentiam: ſi tamen memoria peccati ualde vigeret, ratione periculi, deteſtandum eſſet: quamuis ſit valde vtile ſemper deteſtari, ad maius meritum maioremque certitudinē ſuæ ſalutis. Quod aūt ex ſe non ſit neceſſaria noua deteſtatio; patet, quia, vt ſcriptura ait, Deus non iudicat bis in id ipſum, id eſt, non exigit duas pœnas pro una culpa.

Quartum dictum contritio eſt per ſe neceſſaria de peccato actuali mortali, prę terito. Doctrina eſt manifeſta, quę nulla probatione eget.

Tertia dubitatio, an ſingulorum peccatorum neceſſaria ſit deteſtatio, ſiue cōtritio ad hoc ut aliquis ſalutem conſequatur: ad quam reſpondeo his dictis.

D. Tho. de uer. q. 28. ar. 5. *Albe. d. 16.* *Ezec. 33*

Primum dictum ad conſequendam ſalutem in quocunque tempore ſatis fuit contritio generica peccatorū, ita ut ſufficiat vniuerſalis omniū peccatorum deteſtatio. Primum hoc dictum, pręter auctoritatem multorum doctorum, probatur ex hac diuinę ſcripturæ ſententia, Impietas impij non nocebit ei in quacunque die, (hoc eſt in quocunque temporis momento) conuerſus fuerit ab impietáte ſua. Et Publicano cenſendum eſt multa fuiſſe dimiſſa peccata, cum dixit, Deus propitius eſto mihi peccatori. Deinde, ſancti Patres paſſim docent iuſtificationem fieri breui temporis ſpatio, & Deū non exſpectare temporis moras. Denique, ſi ex ſe non ſufficeret iſta vniuerſalis deteſtatio, ſed opus eſſet recogitatione, ſępe cōtingeret, vt qs exiſtēs liber, nō poſſet ſalutē conſequi in extremo uitæ.

Luc. 18. *Cæleſt. Pont.*

Secundum dictum cogitatio omnium peccatorum in omni lege eſt neceſſaria ſub præcepto, & ita in contritione quæ eſt pars ſacramenti eſt neceſſaria inquiſitio peccatorum, quorum debet eſſe cōtritio. Quare ſi quis cū poſſet eā adhibere, & non adhiberet, nō fieret iuſtus; cum ſit neceſſaria, ut ſupra docuimus, ex naturali & diuino præcepto.

Tertiū dictū, ſatis eſt vnica omnium peccatorū deteſtatio & cōtritio, & ita nō ē neceſſe ſingula ſeorſim deteſtari. Vnde ſatis ē, ſi pœnitēs dicat, omnia q̄ cōmiſi, crimina deteſtor, aut d̄ omnib⁹ doleo, & hāc deteſtationē pfectā cōſequitur gratia: quando poſtea confitenda erunt, opus erit particulari recogitatione. Quarta dubitatio, quantus eſſe debeat contritionis dolor, & qualis, an ſenſitiuus, an rationalis: ad q̄ dubitationē hūc in modū rñdeo,

Alb. 4. ſ d. 17. *Ale 4 p. q 69.*

Primum dictum, quãuis dolor in parte ſenſitiua ſit vtilis in pœnitentia, tamen non eſt per ſe neceſſarius, ſed ſufficit; & per ſe requiritur dolor animi. Quod ſit vtilis eſt manifeſtum, quia augere poteſt dolorem interiorem; confert etiam ad ſatisfaciendum, & ad aliorum exemplum. Hinc eſt quod omnes pœnitentes in diuinis litteris deſcribuntur cũ dolore externo. Quod non ſit neceſſari⁹, patet; quia ſicuti peccatum conſiſtit potiſſimum in interna delectatione, ita & eius cõtritio in interna triſtitia. Ideo ſcriptum eſt, ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, quod olim pęnitentes facere ſolebant.

Au. lib. de ver. pęn. c. 9.

Secundum dictum, dolor ſenſitiuus non debet eſſe maximus, ſed moderatus; alias tñ poſſet eſſe vitios⁹ ſi eſſet immodicus, & nimis pœnitenti noceret, præſertim, ſi quis id animaduerteret. Ideo Paulus monebat, vt rationabilem hoſtiã Deo offeramus: id quod etiam ſancti doctores faciendum monent. Sed iam videamus quantus eſſe debeat dolor rationalis qui per ſe requiritur.

Bas. homil. de gra act. Gers. in Magn. tra. 6.

Tertium dictum, non eſt neceſſarius ſummus & ex omni conatu dolor qui eſſe poteſt ad perfectionem contritionis, quidquid aliquando dixerit Adrianus. Contra quem, primum facit communis ſcriptorum opinio; & ſpeciatim hæc illuſtris Chryſoſtomi ſententia, Talis eſt pietas Dei erga homines, vt non ſpernat pœnitentiam quę ſyncere, & ſimpliciter ei offertur, quantulacunque ſit, & breui tempore facta. Deinde, Deus non requirit a nobis ſummum gradum caritatis, ſed eum quo magis ipſum amemus, quã reliqua omnia: ergo. Nec ſummum qui eſſe poteſt doloris gradum.

Pacia. libro. de pœn.

De. d. 3. ca. Talis.

Denique, Deus ſolum a nobis gradu requirit contritionem: ergo quocunque ei ſatisfacimus.

Quartum dictum, licet ad contritionẽ adhiberi poſſit quantitas doloris explicata per appretiationẽ, vel pręlationẽ tamẽ hæc nõ ſufficit, ſed opus eſt aliquo intẽſo, & certo gradu doloris in parte rationali. Explico, quidã moderni ſcriptores agẽtes, de quãtitate doloris perfectę contritionis dicunt, in aliquo actu duplicẽ eſſe quãtitatẽ: vnã intẽſionis, quæ cõſiſtit ĩ quodã feruore, & habet plures gradus: alterã appretiationis, quę nõ cõſiſtit in feruore, ſed in quodã pretio, vnius rei ad aliã: Verbi gratia, mater magis intẽſe diligit vltimũ filiũ paruulũ, quã adultũ & primogenitũ, quẽ tñ magis appretiatiue diligit: vnde ſi alter moriturus eſſet, potius vellet filiũ puerũ mori, quam adultũ. Sic peccator, ita deteſtari dẽt peccatũ, vt potius vellet mortuũ eſſe, quam peccaſſe, & potius ámiſiſſe hominũ beneuolentiã, quã Dei: atqui nos dicimus requiri ẽt certũ gradũ doloris, q̃ ſit maior oĩ alio dolore de reb⁹ alijs, ad quẽ gradũ cũ pęnitẽs venerit, habebit cõtritionem, quæ ſuã habet latitudinẽ, vt doctores antiquiores docẽt, quorũ ſẽtẽtiæ fauẽt quorũdã ſanctorũ patrũ auctoritates, vt Auguſtini, Ambroſij, Cipriani et Chryſoſtomi, ac ẽt oĩa diuinę ſcripturę loca, in quibus pręcipitur, vt amem⁹ Deũ ſupra oĩa, & oĩa odio habeamus propter Deũ, quẽ diligere dbem⁹ ex toto corde, ex tota aĩa & ex totis viribus. Rurſus oĩa loca ĩ quibus, dũ ſit mẽtio de pęnitentia, maxi..⁹ deſignatur dolor, vt parturiẽtis, vt vrſi rugiẽtis, & plãgẽtis vnigenitũ filiũ. Adde, quod qui ſecus facit, videtur Deo immolare debile animal de ſuo grege, & agere opus Dei negligenter. Denique, nõ videt̃ habere cor contritum, nec cor ſcindere, nec conuerti ad Deum toto corde, qui dolore animi modo dicto non intenſe dolet, & ſi affectus & delectatio in peccato fuit tanta, vt excluderet amorem Dei, ꝑfecto non debet eſſe minor triſtitia, quæ affectum ad peccatum remoueat, & diuinam beneuolentiam recuperet.

Quinctum dictum, licet vtile ſit continuare dolorem contritionis, tamen ad hoc vt ſit vera contritio (quidquid aliqui dixerint) non requiritur certum tempus, ſeu doloris continuatio. Patet hæc doctrina ex ijs quæ attulimus in confirmationem primi dicti. Adde etiam, quod Deus ſolam contritionem requirit, non autem eius continuationem, & dari poſſet caſus in quo aliquis eſſet contritus, & non ſaluaretur, vt ſi morte prępeditus

non

non continuaſſet dolorem ad tempus, ꝙ aliqui requiri affirmant.

Quincta dubitatio, an magis dolendũ ſit de vno peccato, quam de alio, cui ſatisfacio his dictis.

Primum dictum, non tenemur magis dolere de vno peccato quam de alio, quę doctrina intelligenda eſt de contritione actuali, & quantum ad remiſſionem culpę. Vna enim ſufficit, cum minima quæ quę contritio vim habeat ad comminuē da innumera peccata, & ad introducendam gratiam, ſicuti minimo mortali peccato tollitur omnis gratia. Quæ virtute continet maiorem contritionem de maiore peccato. Quod hoc dicto docemus, eſt communi conſenſu receptum, ac proinde non eget probatione.

Secundum dictum, cum in vno peccato ſit maior ratio dolendi, quam in alio, vtile eſſet, ſi quis de grauiore grauius doleret. Hoc enim plurimum valeret ad remiſſionem pœnę, quę poſt contritionem poteſt remanere.

Sexta dubitatio, an ſtatim atque aliquis peccauit ſit obligatus ad contritionem concipiendam de perpetrato peccato; de qua re ita ſtatuo.

Primum dictum, licet ſanum & optimum ſit conſilium ſtatim poſt commiſſum peccatum habere contritionem: tamen ad id faciendum, ſua natura, nemo eſt obligatus: dixi, ſua natura, quia ex aliqua cauſſa extrinſeca, id fieri poſſet, ꝙ vtile ſit, negaret nemo: & ad id faciendũ nos diuinæ litteræ & Sancti Patres hortantur. Quod autem non ſit obligatio, patet ex communi ſententia ſcholaſticorũ & ſummiſtarum. Deinde, quia de contritione eſt præceptũ affirmatiuum, quod non ſemper nec ſtatim, ſed certis temporibus obligat: ſicut præceptum de ſuſcipiendo baptiſmo, & corrigendo proximo. Denique, nemo cõfitetur de hoc peccato, quod ſtatim non fuerit contritus.

Secundum dictum, peccator non tenetur ad habendam contritionem quotieſcunque peccata veniunt in memoriam. Quia talis obligatio, non ponitur in alijs præceptis affirmatiuis: igitur neque in hoc ponenda erit. Adde etiam quod pręcepti obligatio naſcitur ex neceſſarijs, non ex ijs quę fortuito accidunt.

Tertium dictum, non ſtatim pœnitere, ſed diutius in peccato manere videtur eſſe circumſtantia aggrauans peccatum, non tamen nouum peccatum. Quod nõ ſit nouum peccatum, patet; quia prohibetur eodem præcepto, quo prohibetur peccatum ipſum. Quod aggrauet, probatur, quia diuinæ literæ & ſancti patres damnant dilationem. Vnde cum peccata occurrunt, & cum habetur commoditas deteſtandi, & non deteſtantur, grauiora fiunt.

Quartum dictum, pręceptum pœnitētiæ, ſiue contritionis obligat ſemper, & pro ſemper, non tamen ſub nouo peccato, niſi cum ſit præceptum affirmatiuũ. Sēper enim homo debet recedere a peccato, ſicuti & reſtituere. Quia vtrumque eſt præceptum iuſtitiæ; & diuinæ literæ præcipiunt ne maneamus ſub peccato. *Adrian. Pat. a. Sot. lect. 13.*

Quinctum dictum, caſus in quibus aliquis tenetur actu habere contritionē hi numerantur. Primus, ſi in vrgenti neceſſitate, vt in periculo famis, & belli, impoſita eſſet lex: vt factum fuit, a Niniuitis, cũ Ionas eorum prędixit euerſionē. Secundus, in periculo ſpiritualis neceſſitatis, vt ſi quis non poſſet alias a peccato abſtinere. Tertius in periculo probabili mortis futuræ. Quartus, quando quis deberet aggredi maximum opus quod ſine priuato Dei auxilio perficere nequit: vt ſi quis deberet confiteri fidem coram tyranno, aut infidelium conuerſionem aggrederetur. Quinctus, cum debet ſuſcipere ſacramenta: aut aliquem actum ſacrũ ratione ordinis ſolemniter exercere; vt aliqui volunt. *Me. q. 6*

Non tamen placet opinio eorum, qui obligant etiam ratione diei feſti fideles eſſe obligatos ad contritionem: Quibus refragatur communiſſima ſcriptorum ſententia, & præter alias hęc ratio, Quia etiam alijs diebus in quibus Deum colimus deberemus habere contritionem, ꝙ eſt falſum, & nimis oneroſum. Atque de pręcepto eccleſiæ ſolum ſemel in anno ſumus obligati ad contritionem, prout eccleſia ſemel in anno obligat ad *Abul. Syran.*

cōtritionē, prout eccleſia ſemel in anno obligat ad Confeſſionē. Atque ex dictis colligeres, eſſe falsū ꝙ aliqui dicūt, præceptum contritionis ſolum obligare in fine vitæ ex iure diuino.

De pænitentia & remiſſione peccatorum venialium. Cap. 15.

QVoniam, ut ſupra diximus, peccata partim ſūt mortalia partim venialia; propterea, dum de peccatorū remiſſione per pænitentiā agimus, nō ſolū de modo quo mortalia abolētur, ſed etiā qua ratione venialia tollunē, nobis docēdum eſt: idque vnico capite præſtabimus, nihil omittentes, ꝙ in re propoſita ſit vtile ſcitu. Supponimus autē tanquā certa fide tenendū, dari quoddā genus peccatorū leuiū, ꝙ diuinæ literę feſtucā & paleā vocant: quo diuina gratia & amicitia non priuamur. Hoc itaque peccati genus retardat nos in Dei ſeruitio, feruorem caritatis remittit, eius tamē ſubſtātiā non attingit; ꝙ q cōmittit ad idē committendū remanet affectus De huius itaque peccati pænitētia & remiſſione acturus, ſuppono tāquā certiſſimū remitti poſſe per pænitentiā, q̄ ſi habet vim ad tollendum mortalē culpā, multo magis ad delēdam venialē; & quidē ſine ordine & cōfeſſione; cū ut ſupra docuimus, venialia non ſint materia neceſſaria confeſſionis. Remitti etiā poteſt p actū caritatis, atque per nonnulla alia opera, & ſacros ritus, quos ſacramētalia vocant; de quibus q̄d tenendū ſit, ſequentibus dictis exponam.

Cōc. Mileu. c. 5. 6. 7 et 8. Cō. Tri. ſeſ 6. ca. 23.

Primum dictum, pænitentia peccati venialis nō eſt ſimpliciter neceſſaria in hac vita; ita ut ſi quis moriatur impænitens horum peccatorum non ſit a ſalute excluſus. Quoniam, ut infra docebo, ex hāc vitam venialis remitti poteſt.

Secūdū dictū, peccatū ueniale non remittit ſine aliqua pnīa. Eſt hęc doctrina cōis, & patet hac rōne; qa cū includat aliquā deordinationē, & affectū in creaturā, opus erit aliqua pnīa, qua iſta deordinatio affectuſq; tollatur. Vnde inferres, per nullū actū remitti uenialem culpā, in qua homo actu cōquieſcit, & delectatur.

Tertium dictum, peccatū veniale non remittitur per pænitentiam aut gratiam habitualem, hoc eſt, non propterea, quod aliquis eſt in gratia conſtitut⁹, gratiamve conſequitur, ei venialia peccata dimittuntur. Quia ſequeretur in iuſtis nō eſſe peccata venialia, quod eſt erroneum.

Quartum dictum, ad remiſſionem uenialium non eſt neceſſaria formalis & actualis pœnitētia, ſed ſufficit virtualis, q̄ conſiſtit in actu feruenti caritatis. Primū patet hæc doctrina ex communi ſcribentium ſententia. Deinde, quia deteſtatio virtualis, quæ continetur in actu feruenti caritatis eſt contraria peccato ueniali; quod caritatis feruorem tollit: ergo ſufficiet ad venialem culpā tollendam; cum contrarijs contraria tollantur. Poſtremo confirmatur a ſimili in humana amicitia in qua feruens amoris actus, omnem leuē offenſionem remouet, abſq; aliqua priuata offenſionis deteſtatione. D. Tho. Palud. Rich.

Quintum dictum, per accidens pōt eſſe neceſſaria formalis & actualis pœnitentia de veniali peccato: vt ſi quis eſſet dubius, an eſſet graue peccatum; ſi eſſet vehementer affectus ad aliquod ueniale per quod ad mortale facile trahi poſſet: denique, quando ob magnā multitudinē ſpiritualis impediretur progreſſus: quāuis in poſtremis caſibus excepto primo, fortaſſe uirtualis pænitentia ſufficeret. Richar. 4. 5. d. 16

Sextū dictū, cū peccatum veniale remittitur per pænitentiam, ſatis eſt attritio, cū caritate coniūcta vel q̄ ex caritate naſcitur: at vero attritio ſine caritate nō tollit peccatū veniale. Quia hęc ſecūda attritio nō eſt op⁹ caritatis, ſicuti prima.

Septimū dictū, licet non ſit improbabile peccata uenialia remitti per omnia opera bona, vt Auguſtinus inſinuaſſe videtur: tamē probabilius eſt nō remitti, niſi per opera caritatis, vel etiā p alia ut a caritate proficiſcuntur. Quia peccatū nō tollitur niſi p cōtrariū actū: at nō quicūque actus meritorius eſt cōtrarius peccato veniali; qa cū eo pt eſſe actus meritorius: igitur. Quare p feruorē caritatis remittitur veniale, put ei cēſetur cōtrari⁹: quia q amat, deteſtaretur, ſi illud memorię occurreret: nā q actu amat nollet qc q̄ feciſſe, ꝙ amato aliquo mō diſplicuit. Epi 108 D. Tho. Oſtien. Sot.

Vnde

Vnde colligeres, peccatũ veniale remitti effectiue per ipſum actum caritatis.

Octauum dictum, vnum peccatũ veniale poteſt remitti ſine alio. Doctrina eſt certiſſima apud omnes ſcriptores, quam hæc ratio confirmat: quia poteſt haberi affectus ad vnum, & diſplicentia de alio. Vnde non placet quod aliqui dicunt, omnia venialia tolli, cũ vnũ remittitur: mortale vero non ita, quia ſingula mortalia cum caritate pugnant: at ei qui non amat, nihil dimittitur. Ex dictis colligeres, ad remiſſionem venialis non requiri infuſionẽ gratię; & ſine nouo augmẽto gratię in particulari remitti poſſe; non autem in generali; quia Deus ſemper acceptat opus ad maiorẽ gloriã: neque enim per quẽcunque actũ datur augmentũ gratię, ſed per actum intenſum; vt aliqui docent. Vnde per accidens eſt, vt ad remiſſionẽ venialis noua infundat gratia, vt fit in ſacramẽtorũ ſuſceptione.

Nouum dictum, peccatum veniale nõ poteſt remitti ſine gratia præueniente. Nam, vt ſacra Concilia & Sancti patres docẽt, nulla fit peccati remiſſio ſine gratia diuina pręeunte. At vero iuſtus de condigno meretur remiſſionẽ culpę peccati venialis, Quia ſi meretur augmentũ gratiæ & glorię; igitur & remisſionem culpæ, quæ gratię non aduerſatur.

Mile c. 3. Ara°. Inno. 1. Ma 12.

Decimum dictũ, culpa peccati venialis non remittitur per gratiã finalẽ, hoc eſt, per hoc, ꝙ qs in gratia exiſtẽs ex hac uita diſcedit, primũ quia ꝗ cõtratiã ſuſtinẽt ſententiã, nullo firmo nititur fundamento: & quod gratis dicit, gratis & refelli poteſt. Deinde qm̃ poteſt aliquis ex hac vita diſcedere cũ cõplacentia peccati venialis, ac proinde remitti non poterit. Poſtremo, non eſt maior ratio cur gratia tali tempore non remittat totam pęnam, ſicuti & totã culpam, vt ait B. Bonauentura: at qui certum eſt non dimittere pœnam: igitur nec culpam.

Vndecimũ dictum, culpa peccati venialis remittitur etiam in purgatorio. Primũ, quia vt conſtat, ex diuinis literis in ſæculo futuro hoc eſt poſt hãc vitã in purgatorio eſt aliqua remisſio; quæ proprie intelligitur de culpa. Deinde quia expreſſe hoc docet, Gregorius, qui ſcriptum reliquit, leues culpas remitti in futuro, ac etiam Magiſter ſententiarum, cuius ſentẽtiæ libenter ſubſcripſere ſcholaſtici. Poſtremo idem cõfirmares ex nomine ipſo loci, dicitur enim locus purgatorius, at culpa eſt quæ proprie purgatur, non pœna: igitur. Ideo diuus Paulus loquendo de illis, qui cũ leui culpa hinc recedunt, dixit, eos fore ſaluos per ignẽ. Remittitur iſta culpa, vel per feruorem caritatis, vel per actum pœnitentiæ.

Duodecimum dictum, præter contritionem, ſiue pœnitentiam & actum amoris nonnulla alia ſunt, per quę remittuntur peccata venialia, & ſunt fere iſta. Aqua benedicta, vt conſtat, ex Alexandro primo, qui fuit Quinctus a Petro, in epiſtola prima decretali circa medium. Pectoris tunſio, vt cõſtat ex Auguſtino, epiſtola ad Felicianum: cui conſentiunt, omnes Scholaſtici. Oratio dominica, vt idem Auguſtinus nõ vno in loco docet. Benedictio Epiſcopalis, vt idem beatus Pater, in epiſtola ad Innocẽtium, & alijs in locis ſcriptum reliquit, cum quo alij doctores conſentiunt: & hanc vim ad benedictionem Abbatum traducunt. Panis benedictus, qui olim ex inſtitutione Pij primi ſingulis diebus, dominicis dabatur populo, loco Euchariſtiæ: Chryſoſtom. in liturgia, & Cabahila, capite duodecimo ſuæ myſtagogiæ. Oratio in eccleſia conſecrata; quod colligitur ex illa oratione quam habuit Salomon in conſecratione tẽpli. Eleemoſyna, vt colligitur ex doctrina diui Ambroſij, & Hyeronimi, vt eſt uidere apud Gratianũ, de pęnitẽtia diſtinctione tertia. Communis confeſſio, quæ fit ad ſacrum, cum benedictione & abſolutione ſacerdotis, vt communiter ſcholaſtici & ſummiſtæ docent. Sacra cõmunio, ut ex Iulio Papa & ex Ambroſio diſcimus; & ratio eſt, quia in communione intercedit caritatis actus. Atque idem diceres de digna cuiuſcunque ſacramẽti ſumptione, & de omnibus ſacris vnctionibus, de quibus vide Turrecrematam, can. Tres, de pęnitentia diſtinctione prima. In ſumma, ea per quæ remittuntur venialia peccata, aut ſunt ſacramenta,

Can: de medicina. & Quamobrem. De conſ. d. 2. c. ſi quoties. c. cũ eſ.

aut

aut ſacramentalia, ea nimirũ quę benedictione conſecrata ſunt, aut bona opera.

Sed quo nam modo iſta habent vim remittendi peccata? Quod attinet ad ſacramenta dico nõ remittere, ſine aliquo motu liberi arbitrij ſuſcipientis: & ſat erit ſi ſacramentum ſuſcipiatur & deuotione & caritate erga Deum: quę remiſſio pendebit ex opere operato. De ſacramentalibus, iſta etiã non remittunt ſine aliquo motu voluntatis: neque dicuntur remittere ex hoc tantũ, quod excitãt deuotionẽ, ut aliqui voluere; ſed remittunt etiam ex opere operato, non tamen ex vi propria, vt ſacramẽta, ſed ex priuata Dei aſſiſtentia qua magis nos ad deuotionẽ & dolorem Deus excitat. Qua ratione ſignum crucis etiam ab infidelibus vſurpatum, eis prodeſſe ſolet, vt libro tertio Introductionis ad catechiſmum docui. De bonis operibus, certum eſt apud omnes habere hanc uim ex ſola deuotione.

Quo loco nonnulla animaduertenda ſunt: primo ea quę diximus, remittere venialia ratione culpæ: & quantum ad pœnam pro ratione diſpoſitionis: ſecundo, non remittere niſi actualis, aut virtualis intercedat intentio, qua quis velit his vti ad remiſſionem venialium: tertio, iſta tanta cum tepiditate poſſe vſurpari & adhiberi, vt nulla fiat remiſſio: quarto, interdicta, remiſſionẽ venialiũ maxime conuenire ſacramentalibus, quę habent hanc vim ex conſecratione & benedictione, & ex merito Chriſti: Denique omnia bona opera, quę excitant deuotionẽ, habere vim remittẽdi venialia, modo actu, vel virtute a caritate proficiſcantur.

Sed peteres, an veniale remittatur exiſtenti in peccato mortali, ad quam petitionem reſpondeo negãdo: quam doctrinam cum ſit certiſſima nolo multis rationibus confirmare. Et ſane, quis credat eum eſſe dignum aliqua venia, qui cum ſit inimicus Dei, dignus eſt ęterno odio ac pœna? pro qua nemo ſatisfacit, niſi per meritũ Chriſti, cuius peccator non eſt particeps, cum non ſit membrum viuum corporis Chriſti. Vnde colligeres neque pœnam pro tali peccato debitam remitti, nec in hoc, nec in futuro ſeculo; cũ in inferno, in quo eſt ille qui cũ peccato mortali recedit, nulla ſit redẽptio.

Explicantur dubitationes quædam circa ea quę de confeſſione & contritione dicta ſunt. Cap. 16.

VT nonnulla quę ſupra de propoſita materia inexplicata reliqmus, & vt ex iis quę explicuimus aliqua melius intelligantur, quaſdam dubitationes hoc capite proponam, & reſoluam.

Prima dubitatio, ſi pęnitens dũ confitetur aliquod diceret mendacium, quod nam peccatum committeret? Cui dubitationi ſatisfacio his dictis.

Primum dictum, mentiri in re graui circa ea quæ pertinent ad iudicium, ſiue temporale, ſiue ſpirituale, eſt graue peccatum; vt ſi negetur factum: eſt cõmunis doctrina, & certa quę ꝓbatione nõ eget.

Secundum dictum, mentiri in re leui, aut graui non pertinente ad iudiciũ conſcientiæ, non eſt niſi peccatum veniale. Vt ſi qs interrogatus, an quãdo rẽ cũ muliere habuit, vſus fuerit blandis verbis, reſpondendo mentiretur. Vnde inferres, non peccare grauiter eos iudices, qui in iudiciis admiſcent aliqua non vera, ad iudicium non pertinentia.

Tertium dictũ, in quouis iudicio mendacium de re leui, ad iudicium pertinente, non eſt niſi leue peccatum. Hoc dixerim contra quoſdã aliter ſentientes, pro communi ore ſententia quam Sotus, Angelus, Armilla, & alij ſuſtinent. Quia materia leuis ſemper excuſat a graui culpa: nec obſtat, quod pęnitens habuerit propoſitum confitendi, quia propoſitum neminem ligat. Quare mendacium circa veniale peccatum, ſiue factum negetur, aut non factum affirmetur, non erit niſi peccatum veniale; cum propter hoc non varietur nec mutetur notabiliter iudiciũ. *Caiet. Nauar.* *Cap. cũ Marthę de celebr. miſ.*

Quartum dictum, ſi quis ſolum confiteretur de veniali quod non fecit, dicendo ſe feciſſe, peccaret mortaliter. Quia daretur occaſio adhibendi formam ſacramenti, vbi non eſt materia. *Na. cã. Fratres. d. 5. nu. 27.*

Secunda dubitatio, an confeſſio faciẽda ſit per interpretem? Reſpondeo, fieri poſſe,

poſſe, & eſſe uerum ſacramentum; ſed nemo obligatur ad ſic confitendum: qui vero noluerit ſic confiteri, cõfiteatur per nutus & ſigna eo modo quo poteſt, vt ſaltẽ aperiantur aliqua peccata: quod ſi fiat p interpretẽ, is tenet̃ ſeruare ſecretũ.

Tertia dubitatio, an cõfeſſio fieri poſſit per ſcripturam. Reſpondeo, primum omnes qui poſſunt, tenentur cõfiteri verbo; & qui ſecus faceret, grauiter peccaret: deinde qui voce non poteſt, nutu confiteatur: poſtea, qui aliter cõfiteri nõ poſſet, niſi per ſcripturã, pręſente pœnitente, fieri deberet; & eſſet verum ſacramentum, modo interced at, eo modo quo poteſt, ſui accuſatio: qua ratione aliquando factam fuiſſe legitur: quod ſi quis ob aliquam cauſſam vti vellet ſcriptura, & ſimul etiam voce confiteretur, permitti poſſet: at vero confeſſio per literas nullo modo eſt adhibenda, cum abſolutio per literas dari non poſſit.

Quarta dubitatio, an ſit de neceſſitate confeſſionis vt ſit ſecreta? Reſpondeo, neminem eſſe obligatum ad publice confitendum; nec eſt de eſſentia cõfeſſionis, vt ſit ſecreta; quia ſecretum inductũ eſt in gratiam pęnitentis, cui renunciare poteſt: videtur tamẽ conditio neceſſaria reſpectu cõfeſſionis communiter ſumptę, quamuis non reſpectu huius, vel illius. Vnde ſi quis vellet publice confiteri, poſſet, remoto tamen ſcandalo.

Ioã. An. Ca. cõis Na cap. Fratres.

Quincta dubitatio, quanta ſit obligatio ad ſeruandum ſecretum confeſſionis, & qui ſeruare teneantur, huic dubitationi reſpondeo ſequentibus dictis.

Primum dictum, ſecretum ſiue ſigillum confeſſionis eſt de iure humano, naturali, & diuino: ſit enim confeſſio ſacerdoti Dei perſonam agenti: Deus autem occulta peccata non reuelat: quare nec ſacerdoti reuelare licet. Vnde in ſigillo nulla poteſtas humana diſpẽſare poteſt: & nullo caſu reuelare fas eſt, etiã ſi confeſſio non fuiſſet abſolutione digna.

Secundum dictum, non ſunt reuelanda peccata audita in confeſſione, licet taceatur perſona; quia id non fit ſine aliqua culpa: quæ tolleretur, ſi id ex cauſſa & vulitate fieret; modo ita fiat vt in perſonę notitiam venire non liceat. Vnde reuelari poteſt peccatum ad iudicium capiendum cum licentia pęnitentis.

Tertium dictum, ſub ſigillum cadunt omnia peccata cum ſuis circũſtantijs, & omnia ex quorum reuelatione peccatũ & perſona cenſerentur reuelata. Et licet virtutes pœnitentis non cadant ſub ſigillum: tamen non ſunt reuelandę ſine confitentis licentia.

Quartũ dictũ, nõ modo ſacerdos, ſed etiã omnes illi qui aliquo pacto audiuere peccata in confeſſione manifeſtata, tenentur ſeruare ſecretum, ſiue licite, ſiue illicite audiuerint. Naſcitur obligatio ſeruandi ſecreti, non ſolum ex integra, ſed etiam ex dimediata confeſſione. Pęnitens vero, licet non teneatur: tamen ſi ſine cauſſa peccata manifeſtaret, peccaret: cum quiſque ſuam famam conſeruare debeat, vt libro de Reſtitutione late docui.

Na. ca. Sacerdos.

Quinctum dictum, confeſſarius de licentia pęnitentis peccata reuelare poteſt ſi id ob aliquem bonum finem fiat: ſed cauendum eſt ne manifeſtentur pręter mentem dantis licentiam Atque hęc de iſta dubitatione ſatis; de qua plura & accurati ſcribere, nõ eſt inſtituti noſtri.

Sexta dubitatio, quid faciendum ſit, cum repetenda eſt aliqua confeſſio, ob aliquod peccatum omiſſum. Reſpondetur, ſi repetatur cum eodem confeſſario, ſatis erit, ſi narretur peccatum omiſſum, quamuis confeſſor non recordetur omnium peccatorum, modo recordetur impoſitę pœnitentiæ. Si vero omnino ſit oblitus tota confeſſio repetenda erit: ſicuti etiam ſi cum alio fieret confeſſio. Neque ob eam cauſſam confeſſio erit repetenda, quia pœnitens oblitus eſt impoſitę pœnitentiæ, ſed poteſt aliam a ſe ſumere, vel a confeſſario petere: immo nec etiam, ſi eam facere noluerit.

Septima dubitatio, an peccata ſemel dimiſſa redeant per ſubſequens peccatum. Reſpondetur, peccata ſemel dimiſſa nec ratione culpæ, nec ratione pęnæ redeant ob ſequens peccatum. Quia Deus expreſſe per Ezechielem dicit, ſe non amplius recordaturum peccatorum im- *Rom. 11*

pij

Ro. 11. pij, ſi cõuerſus fuerit: & vt eſt apud Pau
lum, Dei dona ſunt ſine pœnitentia, hoc
eſt, donaſſe non pęnitet. Dici tamen poſ-
ſunt redire ratione circunſtantię ingra-
titudinis, quia grauius peccat is cui re-
miſſa ſunt peccata, ſi poſtea iterum pec-
cet: vel etiam ratione pœnę & culpę vni
uerſe conſideratę. Quare ſimpliciter
loquendo, non redeunt.

Octaua dubitatio, an cum quis reſur-
git a peccato, redeant bona opera prius
in gratia facta. Huic dubitationi ſatis-
facio ſequentibus dictis.

Primum dictum, cum certum ſit ope-
ra bona facta in gratia, & mortificata
per ſubſequens peccatum, aliquo pacto
redire, quod omnes fatentur, credendum
eſt ſtatim redire quoad præmium vitæ
Gabr. ęternæ & eſſentialis gloriæ. Primum,
Ocami ita tenent illuſtres ſcriptores, & quidam
Alma. dicunt eſſe communem recentiũ ſcripto
Maior. rum opinionem, quorum aliqui priua-
Nau. tim dicunt, peccatorem reſurgere ad ma
iorem gratiam. Deinde hoc ſuadere vi-
dētur, hę diuinæ ſcripturæ auctoritates:
Deus apud Ezechielẽ expreſſe ait, ſe nõ
amplius recordaturum iniquitatum im-
Ezech. pij: at profecto recordaretur, ſi ei priſti-
33. nus gratię gradus non reſtitueretur. Rur
ſus, plane ait, Impietatem non nociturã
impio, ſi conuerſus fuerit: at maxime
noceret, ni amiſſum bonum recuperaret.
Cap. 5. Per Ioelem promittit Deus ſe redditurũ
annos quos comedit locuſta, brucus ti-
Luc. 15. nea, & ruga; ac ſi dixiſſet, Non patiar pe
rire vbertatem bonorum ſpiritualium
Denique, filio prodigo, reſtituta fuit pri-
ma ſtola, ea nimirum quam amiſit, vt
articulus gręcus planę iudicat, & vt mul
tas rationes omittam, quæ hanc doctri-
Pſal. 61 nam reddunt probabilem, Deus reddet
Heb. 6. vnicuique iuxta opera ſua; quod non fie
ret, ſi ſolum redderetur præmium ope-
rum ſequentium, igitur. Manent itaque
opera illa quæ præceſſerunt in acceptio-
ne diuina, cum aduenit peccatum, & pec
cati impedimento remoto, ſuum ſortiun
tur præmium.

Secũdum dictum, opera mortua ideſt
opera bona facta in peccato, nunquam
viuificabuntur, ita vt acceptentur ad vi-
tam æternã. Quia Deus plane docet hęc Iſa. 1.
opera ſibi non placere, & ſæpe in diuinis
literis vocantur non bona, quia nimirum
non valent ad vitam æternam: & ideo 1. Co. 13
diuus Paulus aiebat ſine caritate ſibi nul
lum bonũ opus prodeſſe, & ſe nihil eſſe.

Tertium dictum, quamuis iſta opera
quę fiunt in peccato non valeant ad me-
ritum gratiæ, vel glorię: tamen nullo mo
do ſunt omittenda. Quia diſponunt ad
conuerſionem: quia Deus illa requirit:
quia per ea ſatisfit præceptis: quia valẽt
ad aliorum exemplum: quia iuuant ad
bona temporalia impetranda: & deni-
que, dum hæc fiunt, minus peccatur.

De ſatisfactione. Cap. 17.

QVoniam ei, qui confeſſionis pręce-
pto eſt ſatisfacturus, aliqua noti-
tia de ſatisfactione, quam in confeſſio-
ne contineri diximus, eſt neceſſaria, ideo
de ea aliquid pro noſtro inſtituto nobis
dicendum fuit. Ea vero quæ dicenda oc-
currunt, vnico capite quibuſdam dictis
breuiter complectar.

Primum dictum, ſatisfactio, quæ eſt
tertia pars ſacramenti pœnitentiæ quam
pœnitentiam vocant, quia eſt eius effe-
ctus, Eſt pœnę pro peccatis remiſſis debi
ta recompenſatio. Nam, licet per ſacra-
mentum pęnitentiæ omnis tollatur cul- Pſa. 50.
pa, & pœna quæ erat æterna fiat tempo- Rom. 9.
ralis, tamẽ non ſemper tota auferrur: vn-
de reſtat obligatio ad ſatisfaciendum; in
quem finem a ſacerdote aliqua imponi-
tur pœna, ſeu pœnale opus. Quo fit, vt
ſit actus virtutis iuſtitiæ, imperatus ta-
men a pœnitentia de qua habetur diuinũ
præceptum neceſſario ſeruandum eo lo-
co inſtitutũ, vbi confeſſionis ſacramentũ
inſtitutum fuit. Ex quibus colliges, in Mat. 3.
ſacramento pęnitentię non applicari no Apo. 2.
bis plene meritũ Chriſti, vt in baptiſmo, Heb. 6.
in quo omnis tollitur pęna ex opere operato. Ioã. 20.

Secundum dictum, confeſſarius ſem-
per debet imponere aliquam ſatisfactio
nem. Ita ſtatuit Concilium Tridentinũ; Cap. 8.
& patet ex communi vſu omnium con- Seſ. 14.
feſſariorum. Vnde inferres pœnitentem
eſſe obligatum ad acceptandam aliquam

ratio-

rationabilē pęnitentiā ; quod ni faceret,
nõ eſſet abſoluēdus. Quod ſi dicas, pęni-
tentē poſſe alia ratione pęnę ſatisfacere,
reſpõderē, id ſolũ probare nõ eſſe neceſ-
ſariā neceſſitate Salutis, non autē nõ eſſe
neceſſariā neceſſitate præcepti : quia vi-
detur abſurdũ ſatisfactionē non eſſe ſub
Cap om p̃cepto, vt sũt aliæ pęnitētię partes. Vnde
nis. ſi quis non acceptaret, & acceptatā ex ne
gligētia nõ īpleret, grauiter peccaret; ſe-
cꝰ ſi pęnitētia eſſet leuis, ꝓ leuibꝰ culpis.

Tertiũ dictũ, opus quod debet impo-
ni ad ſatisfaciēdũ, ſua natura, debet eſſe
pęnale. Quoniā huiꝰ generis opera a pę
nitētibus ī diuinis literis requiruntur: cũ
Ioel. 2. nihil ſit magis idoneũ remediũ cõtra de-
Mat.11 lectationē quæ ꝑcipitur in peccato, quā
id, quod ſecum pœnā triſtitiāq; affert: vt
tantũ ſumatur tormēti, quantũ in pecca-
to fuit delectationis. Quare, cœteris pari
bus magis ſatisfiet ꝑ opus bonũ pęnale,
quā ꝑ non pęnale, qđ poteſt habere vim
ad ſatisfaciēdũ per modũ impetrationis.

Quartũ dictũ, opera pœnalia, q̃ ad ſa-
tisfaciendũ imponunt̃, ad tria reuocan-
tur; quę ſunt, ieiunium oratio, & eleemo
ſyna: ita ut ꝑ tria bonorũ genera, animi,
corporis, & fortunæ ſatisfaciamus. No-
mine ieiunij intelligitur non ſolũ abſti-
nētia a cibo, ſed quodcunque opus quod
corpus affligit, vt diſciplinæ, peregrina-
tiones, & ſimilia. Nomine orationis, non
ſolum contēplatio, ſed omnia opera ſpiri
tualia; vt audire ſacrũ, ſuſcipere ſacramē
ta, canere pſalmos. Nomine eleemoſynę
omnia oꝑa miſericordię. Vbi nota, quod
licet quis ſatisfacere poſſit per opus pœ-
nale internum; tamē, quia opus externũ
habet quandā p̃cipuā vim ad ſatisfacien
dum, ideo tale opꝰ priuatim imponit̃. Ex
oĩb. autē operib. p̃cipua uis ad ſatisfaciē
dũ a quibuſdā tribuit̃ eleemoſynæ ; qđ,
an ſit ſimpliciter verũ, hoc loco examina
re nolo. Illud tamē non omiſerim, dicta
opera duobꝰ modis fieri poſſe: primo mo
Caiet. do ex deuotione, ex propria voluntate; ſe
ver. Sa- cundo ex impoſitione ſacerdotis: & licet
tis. vtraq; modo ſint ſatisfactoria, tamen cũ
diſcrimine. Primo, quia opꝰ factũ ex im-
poſitione, cum ſit pars ſacramēti, cęteris
paribus, eſt magis meritoriũ, quā illud,
quod ex voluntate ſit. Secundo, opera im
poſita, ſi fiāt in ſtatu peccati, remoto pec-
cato, ſortiuntur ſuũ effectum, ut aliq vo
lunt, quod nõ cõcedunt oꝑ bus ex deuo-
tione factis; quod ego ob nõnullas ratio-
nes, quas hic omitto, non facile credide-
rim: unñ iſta differentia nõ eſt oĩno certa;
niſi fortaſſe ratione ſolius ſatisfactionis. *Concil.*

Quinctũ dictũ, cõfeſſariꝰ in imponen *Triden.*
dis pęnitētijs debet uti prudētia, ita ut ꝓ *Seſ. 14.*
qualitate, grauitate, & ꝑſonarũ cõditio- *c.8.*
ne hāc uel illā, maiorē, uel minorē pęni-
tentiā ponat. Grauitatis, vt ꝓ grauioribꝰ
erratis imponant̃ grauiores pęnitētiæ, &
pro leuioribus leuiores. Qualitatis, vt pę
nitentia ſit cõtraria ꝑpetrato peccato; &
cõtrarijs contraria curētur: vnde ꝓ pec-
cato auaritiæ, eleemoſyna, & pro pecca-
to luxuriæ ieiuniũ imponendũ erit. Per-
ſonę, ut eā poſſit adimplere : & ita ſeruis
nõ imponet̃ ꝑegrinatio, nec pauperi elee
moſyna. Et quāuis nõ ſit neceſſe ut pęni
tētiæ ſint peccatis æquales; tñ nõ debent
eſſe minis remiſſæ, ſed, vt ex Cõcilio Tri
dentino dicimꝰ, potius aliqd rigoris ha-
beāt, ut ſint medicinæ efficaces, & fræna
quæ ꝓnitatē in peccatũ cohibeant. Ve-
rum, hoc tēpore nõ ſunt īponēdæ graues
illæ pęnitētiæ, quas olim ꝓ grauioribus
culpis imponebāt. Poterit tamē rigor pę
nitētię remitti: ſi magna ſit pęnitētis cõ-
tritio, qa contritio eſt pars ſatisfactionis
ſi ꝑſona ſit impotēs, vt ſunt ſenes: ſi pœ-
nitens ſit imperfectus, quia, uel non acce
ptabit, uel ſi acceptabit, non perficient:
denique quando eſſet tempus iubilæi.

Sextum dictũ, quāuis ꝑ opera alias de
bita ſatisfacere poſſimꝰ, & ideo imponi
poſſint pro pęnitētia agenda: tamen uni
uerſē loquēdo, id fieri non debet; ſed alia
oꝑa imponenda ſunt : Quia hac ratione
magis ſatisfit. Quare, cũ cõfeſſarius im-
ponet ieiuniũ, uel eleemoſyna, intelligen
dus erit, de ieiunio & eleemoſyna quę ui
p̃cepti faciēda nõ ſunt. Quod poſſint im
poni patet, ex eo, quod cõfeſſariꝰ in fine
abſolutionis, ait quidqd boni feceris, aut
mali ſuſtinueris, ſit in remiſſionē pcõrũ.

Septimũ dictũ, q̃uis pęnitēs nõ ſolũ ꝑ
ſe, ſed etiā ꝑ aliũ ſatisfacere queat: tamē
cũ imponit̃ ſatisfactio, ꝑ ſe, nõ ꝑ aliũ ꝑ-
ſoluēda eſt, q̃ etiā magis meritoria erit:
ni confeſſarius propter imperfectionem

pęnitentis, per alium impleri velit, Is autem qui pro alio bene agit, non gratiam quam meretur, ſed ſolam ſatisfactionem communicat. Quod autem vnus pro alio ſatisfacere poſſit, eſt certa fide tenēdum.

Octauum dictum, ſatisfactio facta in gratia, meretur de condigno remiſſionē pœnæ, ſiue quis pro ſe ſiue pro alio ſatiſfaciat. Quia iſta ſatisfactio nititur merito Christi, & fit ab homine vt eſt mēbrū Christi; habet igitur meritum condigni vt Christi ſatisfactio habuit. Poteſt etiam vnus iuſtus pro alio iuſto ſatisfacere per modum impetrationis, ut ſi oret Deum, vt plus pœnę remittat, quam noſtra opera mereantur.

Nonum dictum, qui in peccato mortali facit impoſitam pœnitentiam, non ſatisfacit pro debita pœna. Doctrina eſt communis, quam confirmares, ex toto quinquageſimooctāuo capite Iſaiæ, vbi hęc quęſtio tractari & explicari videtur: vbi populus conquerebatur, quod Deus non acceptaſſet ieiunia: cui Deus reſponder, ſe non elegiſſe tale ieiunium, quod cum peccato fit. Adde etiam Concilium Tridentinum quod plane docet ſatisfactionem pro pœna temporali, inniti ſatisfactioni Christi, cui non poteſt inniti ſatisfactio eius, qui non eſt in Christo, cuiuſmodi eſt peccator. Satisfacit tamē præcepto eccleſiæ & ſacerdotis pœnitentiā imponentis.

Decimum dictum quoniā nemo ſcit quantum ſibi ſatisfaciendum ſit, & pœnitentiæ non ſemper, vel potius raro ſint ſufficientes ad ſoluendam debitam pęnā ideo curādam eſt ut per alia opera & per indulgentias ſatisfaciamus. Vnde nemo putet, ſe pro ſuis peccatis plene ſatisfeciſſe, cum impoſitam pœnitentiam perſoluerit: ac proinde bene erit, ut cum aliquid mali patimur, ſi illud ad ſatisfaciendum applicuerimus, dicendo, Hoc pati velim pro meorū peccatorū remiſſione.

Vndecimū dictum, vnus Confeſſarius poteſt cōmutare & imminuere pęnitētiā ab alio in iunctā, rationabili cauſſa exiſtēte. Vnde pęnitētia nimis lōga, pōt cōtrahi, & nimis rigoroſa remitti. Cauſſa rationabilis ad hoc faciēdū hęc cēſeret, ſi timeatur, ne pęnitēs adimpleat; qui dū eſſet in hoc errore, peccaret, ac ꝓinde eius ſaluti conſulēdum eſt, ꝑ pœnitentię mutationē idque fieri poteſt, extra confeſſionem.

Ad extremum circa confeſſionem addiderim, ſi contingat ut pęnitens ſit in una opinione, & confeſſarius in alia ſuper aliquo caſu, poſſe pęnitētē abſolui iuxta eiꝰ opinionē, modo probabilitate nō careat.

De utilitatibus quæ ex frequenti confeſſione capiuntur. Cap. 18.

SI fideles ut frequēter peccādo ſibi grauia vulnera infligūt; ita frequēter ad medicamētū cōfeſſionis cōfugerent, nihil eſſet neceſſe ut nūc de utilitatibus, q̄ ex crebra cōfeſſione percipiūtur aliquid ſcriberetur: de quibus breuiter agendo huius præcepti explicationem concludam. Ex multis ergo utilitatibus quas frequēs ꝓcreat cōfeſſio, hę sūt pręcipuę.

Prima, q ad cōfeſſionē cōuenienter accedit, ſi ſit in peccato, eius remiſſionē cōſequit: ſi vero ſit iuſtus, gratię augmētū meret; tū ex parte boni operis, tū ex opere operato hoc eſt ex ui ſacramēti. Vnde q quater in menſe cōfitetur, quater gratiā auget, & q freqūētius, adhuc gratię cumulū magis augebit. Quātū āt vel minimus gratię gradꝰ valeat, a nemine in hac vita explicari poſſe tenēdū eſt: illud pro certo habeat eligibilius eſſe habere minimū gratię, q̄ per totā uitā vniuerſi orbis poſſidere īperiū: cū ꝓ quacūque gratia ī beata uita det ꝑmiū eſſentiale perpetuo duraturū. Quare, q ſępiꝰ cōfitet, plus gratię ſibi colligit; nō ſecꝰ ac pauper, q ſępiꝰ eleemoſynā petēdo, maiorē ſtipem cogit.

Secūda, remiſſio pęnę tēporalis ſoluēdę ī purgatorio: & ſane ſi q̄s acerbitatem pęnarū purgatorij animaduerteret, is ꝑfecto ſuā dānaret negligētiā, q̄ ad hoc ſacramētū frequētiꝰ nō accederet. Hoc. n. certū ē, nullā ī hoc mūdo q̄tūuis grauiſſimā pęnā a crudeliſſimo tyrāno inflictā ęquare poſſe minimā pęnā, q̄ in purgatorio anima patit. Si Rex ingreſſus ciuitatē omnibꝰ ciuibus ſibi multū debētibꝰ polliceret, ſe omne debitū dimiſſurū ijs qui ab ipſo, dū ibi manebit, chirographū peterēt & poſt diſceſſum ſe velle ut vſq; ad-

mini-

minimũ denariũ ſine vlla remiſſione ſibi ſatisfiat: profecto oẽs ſtatim accurrẽt cum quantum in vrbe Rex ſit manſurus ignorent. Simile pactum fecit Deus nobiſcum, qui ei multum pro cõmiſſis peccatis debemus, ſi ad confeſſionem acceſſerimus. Quæratur itaque Deus dum inueniri poteſt: & inuocetur dum ꝓpe eſt.

Tertia, ex hac frequentia inimici uires debilitantur, dum homo per confeſſionem ſua peccata recogitat, deteſtatur, de non peccando propoſitum facit, occaſiones peccandi reſecat, & maiorem gratiam, per quam caro ſpiritui ſubijcitur, accipit, & a rebus mundanis animum reuocat. Quare, vt araneus diuitum cubicula, quę ſępe purgantur vitat, quod in eis ſuam telam ei conficere non liceat, & ſi faciat, timet ne proijciatur, & ipſe pedibus conteratur: Ita diabolus cum ſuas artes frequenti cõfeſſione diſſipari & ſuũ caput calcari videt, eos fugit, qui crebra confeſſione conſcientiam purgant,

Quarta, frequens confeſſio impedit ne peccata diu hæreant, & altius radices agant in anima, & quaſi in habitum conuertantur: quo fit, vt qui raro confitẽtur, difficile, etiam poſt confeſſionem, a peccato abſtineant, vt experientia docet. Vnde facilius mundatur olla, quę quotidie lauatur, quam ea cui diu ſordes adhæſerunt: & coma illa facilius explicatur, & caput illud magis nitidum conſeruatur, quod frequenter pectitur. Et ſane, qui raro confitentur, ita ſe ſe peccatis implicant, ut nec etiam a viris doctis explicari queant. Quare, ſicuti frequenter ſubucula munda induimur, & mẽſæ mappas ſæpe mutamus, nec ſordibus marceſcere ſinimus, ita ſæpe animam per cõfeſſionem mundare & candida veſte induere deberemus.

Quincta, ex frequenti confeſſione fit, vt plura bona opera fiant in gratia, quæ dicuntur viua, vt quę fiunt in peccato appellantur mortua: & ita illa non pereũt, ſi quis poſt peccatum per confeſſionem reſurgat, hęc vero maxime, quia quod nũquã habuit vitam, in uitam reuocari non pt: & hęc vtilitas eſt ſane maxima, & oĩno animaduertẽda ab ijs qui raro cõfitẽtur: qui dũ diu ĩ peccato manẽt, ſignificãt ſe parui facere Deũ, cuius iram non metuũt, dũ quotidie eũ offendũt, & pluris facere hoĩem, quem non patiuntur ſibi eſſe infenſum. Sexta, qui ſępe confitetur ſecurius viuit: quia, vt ſæpe peccat, ita ſępe in gratia redit, & minus eſt expoſitus periculo recedẽdi cum peccato mortali ex hac uita, ex qua fit trãſitus ad mortẽ ęternã, vt omittam, qđ qui ſemel in anno cõfitent, minorẽ, peccatorũ partẽ cõfitent.

Septima, qui cõfeſſionẽ frequẽtat multo melius ſuã conſcientiam ſcrutatur, ſeque ipſum agnoſcit, quam qui raro: non ſecus ac ille, qui ſępe ſuas ſordes in ſpeculo conſpicit. Vt.n. in panno mundo facilius ẽt leuis macula cernitur, ita & in conſciẽtia ꝑ cõfeſſionem mundata leuiſſima peccata vidẽtur: & illud pauimentũ melius intuemur, qđ minus puluere fuerit reſperſum. Octaua, frequens cõfeſſio liberat hominem a graui faſtidio & timore, quo afficiũtur qui raro cõfitentur, cũ confitendi tp̃s aduenit. vnde fit, vt cõfeſſionem in dies protrahãt, ac ẽt interdum omitrãt, aut negligenter, & imꝑfecte cõfiteantur; & ꝙ magis periculoſum eſt, in ipſo mortis articulo has difficultates ſentiunt, dum ẽt a morbo cruciãtur, ab imminente morte perterrẽtur, & a malo dęmone vexãtur. At qui ſæpe cõfitetur, quaſi graui onere leuatus, expeditus, & lætus incedit; dũ conſcientię pacẽ ſentit, & cordis lætitiam percipit. Nona, qui per frequentem confeſſionem ſe mũdũ pręſtat, Deo & Angelis placet; atq; ita eorũ gratiã ac beneuolentiam ſibi conciliat: cõtra uero, qui illota & impura cõſcientia incedit, Deo ciuibuſq; cæleſtib. ẽ ingratus; nõ ſec⁹ ac ille q illota facie, manibuſq; ſpurcis, atq; ſordidis ueſtib⁹ ĩ hoĩum mũdoꝝ cõſpectũ, vel ad lautã cęnã ueniret. Et vt ingratũ eſſet parẽti q videret filiũ fœdantẽ veſtẽ maximi ꝑtij: ita cęleſti Patri diſplicet, cũ videt aĩam ad ſui ſimilitudinẽ creatã, ſanguineq; Filij ſui aliqñ lotã peccatorũ noſtrorũ ſordib. cõmaculatã. Decima, & vlt. ut alias multas omittã, ꝑ crebrã cõfeſſionẽ magis magiſq; mẽs noſtra illuminat, non ſolũ interne ꝑ Spũs ſancti afflatus, lucẽque gratię, ſed ẽt ꝑ cõfeſſarij

 admo-

admonitiones ſaluberrimaque conſilia.
Quare ut valetudinario, & imbecillis
naturę homini frequẽs Medici pręſentia
& cõſiliũ ſũt utilia, cũ ab eo quos cibos ui
tare, & quos ſumere debeat, doceatur; ita
homini in ſpũali uita parum firmo, & ob
peccatorum frequentiam debilitato, ma
xime prodeſt, ſi a ſpirituali medico ſæpe
de ſua uiuendi ratione conſiliũ capiat. Et
hæ ſunt q̃ de hoc ꝑcepto dixiſſe uolui.

Secundæ partis finis.

PARS TERTIA
DE PRAECEPTO Communionis.

Afferuntur nonnulla notanda, ad expli cãdum quid ſit Eucbariſtia. cap. I.

VT ab eccleſia vno eodemque
loco de confeſſione, & cõmu
nione data ſunt præcepta, ita
conuenienter ſimul explican
tur; cũ vnũ ſit veluti ingreſſus ad alterũ:
ſiquidem, nemo pôt digne ad mẽſam Do
mini accedere, qui per cõfeſſionis iudiciũ
ſe non probauerit. Acturus igitur de præ
cepto cõmunionis, priore loco rẽ ipsã ex
plicabo, vt qua rõne quod de ea dat᷑ ꝑce
ptũ ſeruari debeat, melius intelligat᷑: ad
q ꝑſtãdũ, nõnulla priore loco adnotabo.
Primum igitur notãdum eſt, de ſacra-
Cõ. Trid. ſeſ.13. c.2. mẽto Euchar. ſiue cõionis has ueritates
præcipue a fidelibus tenendas eſſe; quarũ
prima eſt hęc. Hoc ſacramẽtũ confici ꝑ
conſecrationem, & poſt cõſecrationẽ ſub
ſpeciebus panis & vini, nõ eſſe amplius
earũ ſubſtãtias, ſed cõuerſas eſſe in corp⁹
& ſanguinẽ Chriſti, q̃ tãdiu ibi ſũt ꝑmãſu
ra, quãdiu panis & vini ſubſtãtia ibi man
ſiſſet. Solæ itaq; ſpẽs remanẽt, facta trãſ
mutatione ſubſtantiæ, in cuius locũ ſuc-
cedit caro & sãguis Chriſti, in verũ cibũ
& potũ. Secũda, ſub illis ſpeciebus cõtine
ri vere, corpus & ſanguinẽ Chriſti; ita vt
non ſint merũ ſignũ: cõtineri, inquã, rea-
liter, nõ ſolum quia ꝑ fidẽ ibi eſſe appre-
hẽditur, ita ut Chriſtus nõ ſolum in cęlo,
ſed ẽt ſub ſpẽbus eſſe dicatur, & quidem
ſubſtãtialiter, hoc eſt ꝑ modum ſubſtãtię
independenter, cum oĩbus ſuis partibus &
accidẽtib. totus inquã Chriſtus cum cor
pore, sãguine, vna cum aĩa & diuinitate.
Tertia, eſſe totum ſub vtraq; ſpẽ, & ſub Cõ. Flo. in inſtr.
altera tm̃, hoc eſt, ſub ſpecieb. panis & vi
ni totum Chriſtum, corpus nimirum, sã-
guinem, & aĩam cum diuinitate; & totũ
ſub vna tm̃ ſpẽ, vini, & panis, idq; vi ip-
ſius conſecrationis. Sed peteres, ſi Chri-
ſtus eſt totus ſub ſpecieb. panis, & totus
ſub ſpeciebus vini, quare dici ſolet, ſpẽs
panis continere corpus, & ſpẽs vini ſan-
guinem? Ad q̃ petitionem rñdeo hoc ſi-
mili, ſi dñs vocaret famulum ſuum noĩe
Petrum, dicendo, Huc adſis Petre, cũ Pe-
trus aduenit, non ſolum ipſe adeſt, ſed ẽt
eius veſtimẽta, cum veſtitus veniat. Tũc,
ſi quis ex dño peteret, qũo hic adſit Pe-
trus cum ueſtib. cum ſolum Petrum uo-
cauerit, profecto rñderet, ſe ſolum Petrũ
uocaſſe, ſed quia erat ueſtitus, ideo una
cum ipſo, eius quoq; ueſtimẽta acceſſiſ-
ſe. Eadem rõne intelligendum eſt, ſub ſpe
ciebus panis ex ui uerborum conſecratio
nis, cum dr̃, hoc eſt corpus meum, adeſſe
Chriſti corpus: & qm̃ cum corpore con-
iunctus eſt ſanguis, & aĩa, atq; diuinitas,
ideo iſta oĩa & totum Chriſtum per con
comitantiam ſub eiſdem eſſe ſpecieb. Si
militer ſub ſpẽbus vini ex vi conſecratio
nis eſt ſanguis: ſed quia ſanguis eſt cum
corpore & anima & diuinitate coniun-
ctus, ideo ſub eiſdem ſunt iſta oĩa. Quan
do ergo dicitur, ſub ſpeciebus panis eſſe
corpus, & ſub ſpecieb. vini ſanguinẽ, in-
telligitur ex vi ſignificationis verborũ,
& conſecrationis, licet rõne concomitan
tię, ſub altera ſpecie ſit totus Chriſtus.
Quarta, poſt cõſecrationẽ accidẽtia illa
q̃ remanẽt, nõ adhærere corpori Chriſti,
vt prius adhærebãt ſubſtãtiæ panis & ui
ni, ſed exiſtere ĩ ſe. Quare cũ res illę crea
tę ſint veluti famuli Dei, ad aduẽtũ & ꝑ-
ſentiã Chriſti, qui eſt uerus Deus, adſur
gũt, & in ſe cõſiſtunt. Quincta, Chriſtum
nõ ſolum exiſtere ſub ſpẽbus, dum conſe
crat᷑, aut & adminiſtratur ſacramẽtũ, ſed Mar. 14
ẽt tãdiu, q̃diu panis & vini ſpẽs cõſerua- 1. Co. 10
buntur. In hoc, n. differt hoc ſacramẽtum Cõc. Nã.
ab alijs, q alia, exẽpli gratia baptiſmus, Opt. li. 6
cõſiſtit ĩ ſolo uſu, & ĩ ipſa lotione: at vero Iren. li. 4
Eucha. cõſiſtit ĩ re ꝑmanẽte, vt ex diuinis c. 34.
literis,

ſiteris, ex ſacris cõcil. & ex ſanctis patrib. diſcimus; dũ dicũt, Euchariſtiã eſſe cibũ, portari, offerri, ꝙ nõ de actione, ſed de re permanente intelligẽda ſunt. Ex qua veritate hæc alia ſequit̃, hoc ſacramẽtũ eſſe venerãdũ & adorãdũ, dũ ſpẽs ſẽſibiles pſeuerãt; cũ toto illo tẽpore ibi ſit Chriſtus, modo iã explicato. Quare, nõ panem, ſed verum Dei filium hominem factum ſub ſpeciebus illis exiſtentem adoramus.

Dion. de ecl. hier. c.3. p.3. Aug. in pſal. 68. Epi. 118 c.3.

Secũdũ notãdũ, in hoc ſacramẽto, hęc omnia ſpectari poſſunt, eius confectio, ſiue cõſecratio ipſa: eiuſdẽ adminiſtratio ꝙ fit p ſacerdotẽ: ſũptio ꝙ ſe tenet ex parte recipiẽtis: ſpecies ſenſibiles, & Chriſtũ qui ſub illis cõtinet̃: de quib⁹ quæri pt, quidnã horũ habeat rationẽ ſacramẽti, ſitque ſacramẽtũ ipſum. Poteſt ãt aliquid dici ſacramẽtũ tribus modis: primo ꝓut ſacramẽtũ dicit ſolã rationẽ ſigni rei ſacrę. ſecũdo ut ſumit̃ ꝓ ſigno rei ſacræ ſãctificãtis hominẽ: tertio ꝓprie & ſtricte ꝓ eo ſigno ꝙ rẽ ſacrã ſignificat, & ipſã ſãctitatẽ efficit quo modo ſola noſtrę legis propriiſſime ſacramenta dicuntur.

Tertiũ notãdũ, Euchariſtia uariis modis cõſiderari pt iuxta varios fines ꝓpter quos inſtituta fuit: primo ut eſt ſacrificiũ chriſtianę religionis, ut ſupra docuimus, cũ de Miſſa egimus: ſecũdo, ut eſt ſacramẽtũ, & cib⁹ ad reficiendã animã ſpirituali pabulo, ut in uita gratię conſeruetur, & augeat̃: tertio, ut eſt quoddã pignus amoris diuini erga nos: quarto, ut eſt memoria ſummi beneficij, paſſionis nimirum Domini q ſua morte nos redemit. Quatuor itaque in hoc uenerabili ſacramento ſimul continẽtur & coniunguntur, ut ſit paſſionis memoriale, amoris argumentum, ſpiritualis cibus, & verum ſacrificiũ de quo quidam Propheta prędixit, fore, vt in uniuerſo mundo offerretur. Atque hęc adnotaſſe uolui; ex quibus facile intelligi poterit, quidnam ſit ſacramẽtũ Euchariſtię, quod ſequẽti capite explanabo. *Zach. 1.*

Quid ſit Euchariſtia. Cap. 2.

VT breuiter pſpicueque qd ſit ſacramẽtũ Euchariſtię doceamus ꝙ dicẽda ſunt quibuſdã dictis, perſtringemus.

Primũ dictũ, ſi ſacramẽtũ, vniuerſe ſumatur, ut dicit ſolũ rei ſacrę ſignũ, Euchariſtię conſecratio ſacramentum dici poterit: Nam ſacra illa actio deſignat corpus Chriſti ꝙ eſt res quędã ſacra: ꝙ tñ cõſecratio, cũ non ſanctificet, nõ eſt proprie ſacramẽtum, ac proinde in ea nõ cõſiſtet ratio huius ſacramẽti, ꝙ, ut adnotauim⁹, non in actione ſed in re pmanẽte cõſiſtit.

Secundum dictum Euchariſtiæ adminiſtratio, nullo modo dicẽda eſt ſacramẽtum. Quoniã per adminiſtrationẽ nihil ſacrum ſignificatur, nec aliqd proxime ſanctificat̃, ſicuti p ablutionẽ & adminiſtrat. baptiſmi & cõfeſſionis: & is qui ſacramẽtũ diſtribuit, ſacramẽtũ nõ efficit.

Tertium dictum, quãuis Euchariſtiæ ſumptio dici poſſit ſacramẽtum; prout ſacramẽtum dicit ſignum rei ſanctificãtis: tñ nõ eſt ſacramentũ ꝓprie ſumptum, vt eſt ſignum efficienter ſanctificãs. Quod ſumptio dici poſſit ſacramẽtum modo dicto, patet; qa illa externa mãducatio, internã refectionẽ ꝙ fit p gratiã, ſignificat. Quod ãt nõ ſit ꝓprie ſacramẽtum, probatur: quoniã ſumptio nõ eſt cauſſa internę mãducationis; cum interna refectio, non ſit ſumẽtis actio, ſed Dei. neque. n. ſacramẽta ſunt ſuſcipiẽtium actiones: nec ſuſcipiẽs, ulla verba profert, ſine quib⁹ nullum fit ſacramẽtum. Sumptio itaque eſt veluti cõditio ſine qua nobis diuinum alimẽtũ nõ applicaret̃. Quare conſecratio ad ſacramẽtum cõficiẽdum pertinet, & ſumptio ad uſum, uſus ãt rei, & eiuſdẽ effectio, nõ ẽ res ipſa. Quartum dictum, ſolę ſpecies panis & uini nõ hñt plenã ſacramẽti rationẽ. Qm̃ euchariſtia ẽ vere cib⁹ ſpũalis, panis viu⁹, vera caro & ver⁹ ſãguis Xpi, at ſolis ſpecieb. hęc nõ cõueniũt quis iſta ſignificẽt; igit̃. Adde ẽt ꝙ hoc ſacramentũ excellit oĩa alia ea maxime rõne, ꝙ ẽ adoratione latriæ dignũ, ut adnotaui, at ſolę ſpẽs panis & uini nõ ſunt tali adoratione dignę, igit̃ nõ cõtinẽt plenã hui⁹ ſacramẽti rationem. Quintũ dictũ, corp⁹ & ſanguis Chriſti ſine ullo ordine ad ſpecies ſenſibiles non habent rationẽ ſacramenti. Quoniam ſacramentum neceſſario includit aliquod ſignũ quod ſub ſenſum cadat, at corp⁹ & ſãguis Chriſti *Ioan. 6*

nullo

nullo ſenſu percipiuntur: ipſa igitur per ſe ſola ſine ordine ad ſpecies ſacramenti rationem habere non poterunt.

Sextum dictū, euchariſtia, vt eſt ſacramentum, hoc eſt, vt dicit ſignum ſenſibile & rem ſacram quæ vim habet ſanctificandi hominem, neceſſario includit, ſpecies ipſas ſenſibiles, & corpus, ſanguinemque Chriſti. Hoc dictum remanet probatum ex ſuperioribus: quia nihil aliud eorum, quæ in hoc ſacramento inueniuntur, plenam ſacramenti rationem habere poteſt, vt eſt demonſtratum, ſequitur profecto, vt his duobꝰ ſimul ſumptis conueniat. Conſtat itaque Euchariſtia duabus rebus, quæ in omni ſacramēto reperiuntur, ſpeciebus externis, & re inuiſibili, hoc eſt corpore & ſanguine Chriſti. in eo tamen cętera ſacramenta ſuperat, quod loco virtutis diuinæ ſenſibili ſigno coniunctæ per quam alia ſacramenta vim efficiendi habent, in hoc eſt ipſe Chriſtus permanēter, qui eſt ipſa dei potentia & virtus.

Septimum dictum, huius ſacramenti ratio magis conuenit ſpeciebus vt Chriſtum continent, quā Chriſto, vt ſub ſpeciebus cōtinetur. Etenim, dum de aliquo ſacramento loquimur, nō dicimus illud eſſe vim illam agentem & operantem, ſed potius eſſe ſignū illius virtutis: quare, cum Chriſtus in hoc ſacramento contentus ſit virtus ipſa, Euchariſtia dicetur ſpecies ſenſibilis, vt rem ſanctificantem
Seſ. 13. c. 3. deſignat. Ideo Conciliū Tridentinū de hoc Sacramēto loquendo dixit eſſe Symbolum externum & viſibilem formam, inuiſibilis gratiæ: at eſſe viſibilem formā magis conuenit ſpeciebus, quam corpori Chriſti: igitur.

Octauum dictū, ratio ſacrificij & pignoris, atque cęleſtis alimenti, magis cōuenit corpori & ſanguini Chriſti vt eſt ſub ſpeciebus, quam ipſis ſpeciebus vt illa continent. Nā quod attinet ad rationē ſacrificij, id quod pręcipue offertur, vt in explicatione primi præcepti docuimus, non ſunt ſpecies, ſed corpus Chriſti. Similiter, pignus quod nobis relictum fuit, eſt idem Chriſtus: cuius corpus eſt noſter cibus, & ſanguis potus, non res illa, quæ hæc ſignificat.

Nonū dictū, in vnica tantum ſpecie, non habetur tota & integra ratio ſacrificij, ſed in vtraque ſimul. Patet hoc dictū ex ijs quæ ſupra de ſacrificio agentes docuimus: neque enī ſola panis ſpecies repręſentat plene Chriſtū mortuū, niſi ſub altera ſpecie, conſpiciatur ſanguis, vt effuſus & a corpore ſeparatus. Nec ſola vini ſpecies repreſentat Chriſtū immolatum, cum non ſolus ſanguis ſit victima.

Vtraque igitur requiritur ſpecies ad rationem ſacrificij, & ſacramenti, vt eſt commemoratiuum paſſionis Chriſti.

Decimum dictum, Euchariſtia vt eſt amoris pignus, in quauis ſpecie conſeruari poteſt. Quoniā rationē pignoris habet, pro vt nobis Chriſtū præſentem exhibet: at hoc fit in quacunque ſpecie: igitur, ad hanc rationē retinēdā ſat erit ſpecies altera; ſicuti etiā ad rationē adorationis: ac proinde eccleſia vnam ſpeciem ſpectandam & adorandam proponit.

Vndecimum dictū, in qualibet ſpecie conſeruatur tota eſſentia & ratio ſacramenti. Primum hoc probares ex cōmuni conſenſu fideliū, qui dum panem ſumunt, ſe ſacramentū ſumpſiſſe putant, non partē ſacramēti. Deinde auctoritate Concilij Tridētini dicentis, ſub vna ſpecie nō ſolū totū Chriſtum ſumi, ſed etiā Seſ. 21. cap. 3.
verū ſacramētū. Poſtremo, quia in vtraque ſpecie reperiuntur illa duo, quę in Ioan. 6.
quolibet ſacramento eſſe dicuntur, ſanctificatio, & ſignificatio, quæ duplex eſt; altera refectionis ſpiritualis, de qua dictum eſt, Caro mea vere eſt cibus: altera unionis fideliū inter ſe, iuxta illud Pauli, Vnus panis, & vnum corpus multi ſumus, q̄ de vno pane participamꝰ. Quod vtraque ſpecies refectionem aliquā ſimpliciter ſignificet, & eandem efficiat, eſt manifeſtum: neque enim in ſpirituali refectione diſtinguitur cibus & potus: vnde vnum & idem Dei verbum & ſapientia potus & cibus in diuinis literis dicitur: Quod etiam vtraque unionē populorū deſignet, patet quia panis ex multis granis, & vinū ex multis uuis cōficit. Et cū totus Chriſtꝰ ſit ſub vtraq; ſpecie, in utraque ſacramenti reperiet cauſalitas.

Duodecimũ dictũ, cum duę ſpecies ſimul ſumũtur, nõ duo, ſed vnũ ſũt ſacramentũ: ſi vero diuerſis ſumerẽtur tẽporibus, duo eſſent ſacramẽta. Vnde cũ ſacerdos vtranq; ſpeciem ſumit, qa vnã deſignãt refectionẽ vnicũq; producunt effectũ, vnicũ eſt ſacramẽtũ: ſicuti vnica eſt cęna, quæ ex uarijs conficitur ferculis & vnicus baptiſmus in quo tres intercedunt lotiones; & duę particulę huius ſacramenti vna communio. Quo fit, ut quod ſacerdos ſub duplici ſigno ad integritatem ſacrificij ſumit, Laicus ſub vno tantum ſumat; ſicuti, ſi vni daretur idem cibus in vna lance, & alteri in duabus. Ex quibus colligeres, duas ſpecies, nõ tam eſſe duas partes eſſentiales vnius ſacramenti, quam integrales, ſi externum ſpectetur ſignum: quia ſi res ipſa conſideretur, cum nulli parti deſint ea quæ ad ſacramentum pertinent, vtraque per ſe dicetur ſacramentum; cum in ſpirituali refectione, vt diximus, cibi & potus ratio non diſtinguatur, ſed eadem res cibus & potus dicitur: ideo Dominus dixit, qui mãducat hunc panem, viuet in æternum.

Decimum tertium dictum, Euchariſtiæ ſacramẽtum hunc in modum deſcribi poteſt, Euchariſtia eſt ſpecies ſenſibiles panis & vini corpus & ſanguinem Chriſti ſignificantes, & realiter continentes. Cuius definitionis ſẽtẽtia, & ſi ex ſuperioribus patet, eam tamen breuiter exponã. Dicitur ſpecies ſenſibiles, vt deſignetur quãtitas, odor ſapor, & color, q̃ ſunt accidentia ſenſibilia, & habent rationem ſigni ſacri. Dicitur, corpus & ſanguinem Chriſti ſignificantes: quia iſtæ ſpecies ſunt ſigna quædam: quorum vno, Corpus, altero ſanguis Chriſti ſignificatur. Dicitur realiter continentes, quia non ſunt mera ſigna, ſed rem ſignificatam realiter continent.

De communionis præcepto. Cap. 3.

EXplicata ſacramenti communionis natura, ſequitur, vt de ipſo pręcepto, & de eius circunſtantijs, hoc eſt de ſumẽtibus, de tempore, quo ſumi debet; & de miniſtro a quo ſumendum eſt, dicamus, quibus aliquid de fructibus & de ſumendi frequentia adijciemus.

Vt autem quod propoſuimus plane explicetur, nota, duobus modis aliquẽ, poſſe communicare: primo reeum ipſum ſacramentum ſuſcipit: ſecundo voto, cum ſumendi deſiderium habet. Rurſus tribus modis dicitur aliquis communicare: *Can. qd eſt de cõ ſe.d.2.*
primo ſacramentaliter tantum, vt cum quis ſumit ſacramentum, ſed ſacramenti effectum non recipit: Secundo, ſpiritualiter tantum, vt cum quis exiſtens in gratia ex caritatis affectu cupit ſe vnire cũ Chriſto per hoc ſacramentum, quod tamen actu ob aliquam cauſſam non ſuſcipit. *Can. ut quis de cõſ.d.2.*
tertio, cum quis vtroque modo communicat, ſumendo ſacramentum, & participando effectum. Quod ſi quis profanus ſumeret ſacram hoſtiam, tanquam communem panem, ſumeret ſacramentum, ſed non ſacramentaliter. Rurſus ſpiritualiter tribus modis manducatur, primo in figura, vt in agno paſchali, & in manna: Secundo in voto implicito, vt in ſuſceptione baptiſmi, & aliorum ſacramentorũ, quę ad hoc referuntur, tertio in voto explicito vt diximus. His ita notatis quid de re propoſita tenẽdũ ſit ſtatuam.

Primum dictum, ſacrę communionis ſumptio, eſt de iure diuino, hoc dixerim contra quoſdam qui exiſtimarunt eſſe ſolum de iure humano. Primum patet ex ipſo Domino dicente, Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis *Ioa.6.* *Ioa.3.*
vbi dat expreſſum præceptum de ipſa ſũptione, quod re vel voto implendũ erit, ſicuti præceptũ de baptiſmo de quo idem Dominus Dixit, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſãcto. *Luc.22.*
Rurſus, quãdo hoc ſacramentũ inſtituit, plane pręceptũ indicauit, Cum dixit, Hoc facite in meam cõmemorationẽ; Facite, eſt verbũ præcepti, quod nõ ſolum ad conſecrationem, ſed etiam ad ſumptionem refertur; idcirco ipſe ſuis diſcipulis miniſtrauit. Deinde, Euchariſtia eſt finis omnium ſacramentorum: igitur, vt de alijs eſt diuinum præceptum, ita & de hoc. Denique, ſi de cibo corporali ſumendo eſt naturale præceptum; cur de ſpirituali, non erit præceptum diuinum?

Se-

Secundum dictum, de Euchariſtia ſumenda datur præceptum humanum ratione limitationis, quoad particulares circumſtantias: quod pro noſtro tempore, habetur in cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſ. quod qua ratione intelligendum ſit, poſtea explanabo. Dixi, pro noſtro tempore, quia olim diuinum præceptum alia ratione fuit determinatum a præcepto humano, vt infra docebo.

Con. Cõſtātieſ. Baſiliē. Tridēt.

Tertium dictum, nunquam fuit de iure diuino, neque de neceſſitate ſalutis cõmunicare ſub vtraque ſpecie; & ita adimplent præceptum, qui ſub vna tantum cõmunicant; Doctrina eſt certa fide tenenda, quam latiſſime probarem, ſi hoc eſſet mei inſtituti, breuiter igitur confirmabo. Primo ex ipſius Domini doctrina & facto. Nam cum hoc præceptum dedit, ſemel, iterum, & tertium dixit, eos habituros vitam, qui eius panem manducabunt & diſcipulos euntes in Emaus ſolo pane communicauit, vt aliqui patres in quibus Auguſtinus, Theophylactus, Hieronymus, & alij adnotarunt: vel certe, exemplo id fieri poſſe demonſtrauit. Deinde, quia licet aliquando pro fidelium uoluntate, & cõſuetudine laici ſub vtraque ſpecie communicauerint; tamen ſemper ſub vnica tantum ſpecie communicare licuiſſe, ac etiam fideles ſemper hoc ſeruaſſe certiſſimum eſt, Nam antiquitus, cum nõ liceret libere frequentare eccleſiam, fideles domum Euchariſtiam ferebant, quã ſuo tempore ſumerent, panem nimirum. Rurſus ſolebant communicare infantes, quibus ſolum vinum in os infundebatur; vt ex Cypriano, & alijs diſcimus. Item in pœnam clericorum, ſtatutum erat, vt more laico ſub vna tantum ſpecie communicarẽt. Denique in die Paraſceue olim cõmunicabant, & tamen ſub vna tantũ ſpecie, cum eo die non fiat ſacrificiũ, ob honorem ſacrificij a Chriſto tali die oblati. Poſtremo, vtraque ſpecies, vt eſt probatũ, continet integrum ſacramentum: igitur ſatis eſt ſub una tantum ſpecie communicare. Ex quibus colligeres, tres fuiſſe ritus communicandi: vnum ſub ſpecie panis tantum, alterum ſub ſpecie vini tantũ tertium ſub utraque, quo modo de iure diuino communicare debent, qui ſacrificium celebrant, vt ſupra docuimus.

Ioan. 6.

Luc. 24.

Ianſ.

Tert. li. 2. ad uxor.

Quartum dictum, non eſt damnandus ritus Eccleſiæ, quod Laicos ſub vna tantum ſpecie panis ad communionẽ admittat; penes quam eſt poteſtas mutandi ritũ quoad modum ſumendi ſub hac, vel illa ſpecie. Quod eccleſia dictam poteſtatem habeat, patet quia modus ſumendi nõ eſt de iure diuino: quare, cum poſſit nouas leges condere, pro temporum opportunitate, poterit hũc ritum mutare, ut ẽr in alijs ſacramentis fecit. Quod non ſit reprehendenda, probatur. Primo, quia ſi miniſtraret ſub ſpecie vini, ſæpenumero contingeret ſanguinis effuſio, cum ſenibus, pueris & infirmis miniſtratur. Secundo, quia ſacramentum deferendum eſt ad infirmos, & ſæpe ad loca remota, ut patet in villis: ſanguis autẽ non cõmode fertur. Tertio, propter adſeruationẽ: quia vinũ, in modica quantitate, & diu conſeruari non poteſt. Quarto ob inopiã, quia multa loca uino carent: & ita cum illis populis, aut eſſet diſpenſandũ, vt vna tãtum ſpecie cõicarent, aut a cõione abſtinere deberent. Quincto, quia inueniũtur multi, q uinũ abhorrent. Sexto, ad extirpandos errores qui hac in re extiterunt, cum aliqui vnã tantũ ſpeciẽ, eſſe neceſſariã, nimirũ panẽ, alij vtranque, alij denique ſub vna ſpecie eſſe ſolũ corpus, & ſub alia ſolum ſanguinẽ putauerint. Denique, cõueniẽs fuit, vt hac in parte aliquid amplius ſacerdotibꝰ cõcederetur. Ex quibus colligeres, quã cõuenienter eccleſia ſub una tãtũ ſpecie cõionẽ pceperit: tũ ob rationes allatas: tũ ob ppetuũ vsũ apud oẽs populus: tũ denique ob fidelium cõcordiam in re grauiſſima.

Quinctũ dictũ, ex qualibet ſpecie tãtũ fructꝰ ſumitur, quãtũ eſt neceſſarium ad ſaluẽ: explico, ſiue quis vnã tãtum ſpeciẽ hãc, vel illã, ſiue utrãque ſumat, ſemp cõſequetur eum fructum quẽ fideles in hoc ſacramẽto q̃runt, gratiã nimirum, p quã aĩa conſeruatur & augetur in ſpirituali vita. Ita determinatum eſt in Concilio Tridentino, & patet ex ijs quę ſupra diximus; quia quælibet pars habet quidquid ad uerum perfectumque ſacramentum requiritur: at in omni ſacramento datur

gratia;

Ioan.6. gratia, igitur. Et, ſi Chriſtus comedenti panem promiſit vitam, profecto panis eam præſtabit.

Sextum dictum, nō capitur minor fructus ex vna tantum ſpecie, quam ex duabus: & ita quidquid ex duabus percipitur ex una etiam capitur. Hæc doctrina non eſt ita certa, ſicuti ea quam quincto dicto ſtatuimus: ſed tamen videtur omnino retinenda. Primo, quia ita communis habet Theologorum opinio, diui Bonauēturę, Ricardi, Gabrielis, Caietani, Roffenſis, Clictouei, Decani Louanienſis, Alphonſi a Caſtro, Soti, & aliorum. Deinde hoc insinuare videtur Cōcilium Tridentinum, dum ait ſub vtraq; ſpecie ſumi Chriſtum fontē omnium gratiarum: ergo ſub qualibet ſpecie omnis tribuitur gratia: virtus enim huius ſacramenti eſt ipſe Chriſtus, vel caro & ſanguis eius.

4. ſen.d. 11. hic oni. ſect. 81. Lib. 6. de hæreſes.

Septimum dictum, etiāſi ſub utraque ſpecie plus fructus perciperetur, quā ſub vna tantum, adhuc non expediret, ut omnes ſub vtraque communicarent. Quia eligibilius eſt, ut aliqui aliquo bono non neceſſario careāt, quam vt cum maximo periculo irreuerentię huius ſacramenti, omnes ſub vtraque communicent, cum præſertim ſint in ſtatu ſalutis, & nulla neceſſitas cogat ſicuti, quamuis Euchariſtia infantibus prodeſſe poſſit tamen ob dictā cauſſam, melius eſt vt eis non detur. Adde, quod ea gratia quæ poteſt recipi ſub vtraque ſpecie, poteſt haberi per vnam, ſi quis ſæpius communicet.

Octauum dictum, qui cum poſſit hoc ſacramentum re ipſa ſumere, ſolum uoto ſuſciperet, & ſpiritualiter communicaret, is non ſatisfaceret præcepto diuino, vel eccleſiaſtico: ſecus dicendum eſſet, ſi aliquo pacto impediretur. Quoniā vtrunque præceptum tam diuinum, quam humanum datur de ſumptione reali: ergo ſi quis nō ſit impeditus, re ipſa cōicare dēt.

Nonum dictum, per ſolam cōionē ſacramentalē ſatisfit pręcepto Eccleſiaſtico vt patet in eo qui ſolum ſacramentaliter ſumit, ſine fructu ſcilicet. De hoc ſumendi modo intelligitur illud Apoſtoli, Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat: quo modo is manducare dicitur, qui cum conſcientia peccati mortalis ad ſacram menſam accedit. Vnde nō ſunt audiendi illi qui dicūt peccatores nō manducare, ob eam cauſſam, quod Chriſtus recedat a ſacramento cum a peccatore ſumitur, quod eſt falſum. Quo loco aduotauerim, eū qui ſacramentaliter & ſpiritualiter communicat, tum ex opere operato, tum ex opere operantis gratiam acquirere; eum vero qui tantum ſpiritualiter communicat, ſolum ex deuotione.

Qui & quando & ſub quo peccato obligentur ad Euchariſtiam ſumendam. Cap. 4.

QVod attinet ad eos q̃ Euchariſtiā ex pręcepto diuino, vel humano ſumere tenēt, ac ēt quoad tps ī quo ſumēda ē, q̄d ſentiēdū ſit, ſequētib⁹ dictis docebo.

Primū dictū, pueri ante vsū rōnis ex p̄cepto diuino nō sūt obligati ad ſumendā Euchariſtiā, & ita ſine ea ſalutē conſequi poſsūt. Eſt hæc doctrina certa fide tenēda quā primo cōis cōſenſus & vſus toti⁹ cōfirmat Eccleſię. Deinde, q̄a Diu⁹ Paul⁹ cū loq̄t de hui⁹ ſacri ſūptione, req̄rit ī ſuſcipiēte p̄bationē: quā paruuli adhibere nō poſsūt: erit igit̄ hic cib⁹ adultorū, nō paruulorū. Nec ob ſtāt, uerba Chriſti dicētis, Niſi māducaueris carnē filij hōis, &c. q̄a hic loc⁹ ītelligit̄ d̄ ſūptiōe ī voto iōne eorū q̄ re ſumere nō poſsūt: ſicuti ēt ītelligitur loc⁹ d̄ p̄cepto baptiſmi, Niſi q̄s renat⁹ &c. Alias. n. nec adulti ſaluarēt̄ ſine Euchariſtia re ſuſcepta, cū ſumi nō pōt, q̄ ē falsū: vt patet de baptiſmo, cui⁹ ſuſceptio ī uoto ſufficit, ni re ſumi poſſit: quē q̄ re ſuſcipit Euchariſtiā voto ſuſcipere dr̄. Neque eodē mō ē neceſſaria paruulis cōio, ſicuti & baptiſm⁹; ac p̄inde pueri baptizāt̄ q̄a cū Chriſt⁹ īſtituit p̄ceptū d̄ baptiſmo, uniuciſe ī tertia p̄ſona dixit, niſi q̄s: at cū dedit p̄ceptū de ſuo pane ſumendo, cū adultis in ſecunda perſona loquutus eſt, dicendo, Niſi manducaueritis.

Sc̄dm dictum, licet olim fuerit aliquis uſus dādi Euchariſtiā paruulis, q̄ aliqui male negāt, tñ p̄cepto eccleſiaſtico excludūt̄, idq; cōuenienter factū eſt: q̄ ſi q̄s eis miniſtraret, fructum perciperent. Quod fuerit aliquis uſus, patet ex dictis, &

id antiqui ſcriptores teſtatur. Quod, nūc ſint excluſi eſt manifeſtū ex uerbis præcepti eccleſiaſtici, quod ſolum obligat eos q ad rationis vſū peruenerūt. Quod conuenienter prætermittatur, patet, quia eſt euidens periculum irreuerentiæ ſacramenti; cum pueri non facile deglutire nec apte ſumere poſſint: adde etiā quod non poſſunt diſcernere inter cœleſtem & communem panem. Quod autem paruulis ſit idoneus ad fructum percipiendū, ſi hoc ſacramentū ſumeret, patet; quia vere manducaret, & ſacramētū habet efficaciam de iure diuino, etiam in paruulo, cum ætas ſolum requiratur de iure humano. Et licet non manducaret ſpiritualiter actu; mãducaret tamē habitualiter per fidem & charitatem quam habet.

Tertiū dictū adulti vſu rõnis carentes non ſunt obligati ad hoc ſacramentū ſumēdū ex præcepto eccleſiaſtico. Nā eccleſiaſtica ordinatio, uſum rõnis reqrit. An autē aliqn̄do amētibus liceat cōmunionē miniſtrare, poſtea priuatim docebo.

Quartum, dictum præceptum eccleſiaſticum obligat omnes fideles utriuſq; ſexus poſt uſum rationis. Ita expreſſe definitur in capite Omnis, de pœnitentijs & remiſſion. Obligat autem ſemel in anno, tempore paſchatis: contra quam legē non faciunt illi, qui ob aliquod impedimentum communicare non poſſunt, ut excommunicati ſuſpenſi, interdicti & qui nequeunt abſolui; vel ob aliquod aliud occultum & iuſtum impedimentum, non communicant. In quo caſu libenter eccleſiæ cenſuram ferendo aliquid mererentur, modo per eos non ſtet quin abſolutionem obtineant. Quod ſi quis iniuſte eſſet excōicatus, ſi ſine ſcãdalo cōmunionē ſuſcipere poſſet, ei liceret. Sed iā de tēpore qd tenēdū ſit uideamus.

Cō. Tri. ſeſ. 13. can. 9.

Nau. ca. 21. n. 45.

Nau. lo. cit. n. 48.

Quinctū dictū, tempus ratione ætatis, eſt poſt uſum rationis: quando autē poſt rationis uſum reſpectu huius, uel illius perſonæ obliget, relinquitur arbitrio Cōfeſſarij, & eorū qui pueri curam habent, ut parentum, & dominorum: qui eum tēpus acceſſerit inſtruere deberent pueros, quãtū ætas patitur, & neceſſitas requirit, circa huius ſacramēti ſumptionē, ne omnino imparati ad tantā mēſā accederent. Priuatim uero illud dixerim, prius pueros aſſuefaciendos & admittēdos eſſe ad confeſſionē, quã ad cõionē, ad quā ad annū decimū & duodecimū, vniuerſe loquendo, ut nonnulli docent, admitti poterunt, prout deuotio in eis eluceſcet.

Alē. 4. p. q. 49.

Palu. 4. d. 9. q. 4.

Sextū dictū anni tēpus ex determinatione eccleſiæ, eſt paſcha reſurrectionis, Hoc āt tēpus ꝙ declaratū fuit ab Eugenio Quarto, ut Syluester refert incipit a die iouis, uel etiā palmarū, & extendit ad octauū diē poſt Paſcha. In quibuſdā tamē locis, ut refert Nauarrus, conſuetudo iā præſcripta habet, ut huic præcepto ſatisfiat, cōmunicando in quocunque die Quadrageſimæ. Cæterū, ut lex ipſa eccleſiaſtica docet, proprius ſacerdos ob aliquam rationabilem cauſſam communionem protrahere poteſt.

Ver. Euchariſtia 3. §. 15.

Cap. 21. nu. 45.

Septimū dictū, qui tempore paſchatis cū debuerit & potuerit cōionē ſumere, & nō fecerit, is ſemper remanet obligatus ad ſatisfaciēdum eccleſiaſtico præcepto. Non me fugit quoſdā uiros doctos cōtrariū ſuſtinere: uerū nobis eū alijs ꝙ docuimus probabilius uidetur, & ſatis bene a Nauarro cōfirmat, quē cōſulere poteris. Huic opinioni fauet determinatio Cōcilij Tridētini, decernis omnes & ſingulos fideles, teneri ſingulis annis, ſaltē in paſchate; unde par eſſe uidetur ratio cū præcepto cōfeſſionis, ꝙ ſemel in anno obligat: igit q nō eſt cōicatus in Paſchate ſēper remanet eum obligatione cõicandi.

Seſ. 13. ca. 9.

Syl. Euc. 3.

Octauū dictū, extra hoc tēp' paſchatis, qlibet fidelis obligat' eſt ad Euchariſtiā ſumēdā ī īfirmitate, cū ē ꝓbabile periculū mortis, ꝙ tēp' dicit mortis articulus & qdē ſub pœna peccati mortalis, ſi tñ vacat, & nullū ē īpedimētū legitimū; ut ſi eſſet periculū vomit', a quo peccato excuſaret, q & ſan' paullo ante cõionē ſūpſiſſet ut añ quattuor, uel octo dies. Hoc dictū primū cōfirmari pt ꝑpetua Eccleſiæ cōſuetudine; q̄ multi canones demōſtrāt & confirmāt. Et Innocētius libro quarto de officio Miſſæ, capite quadrageſimo ſecundo, ait neceſſario eſſe ſumendum agnū ut a deuaſtāte Angelo liberemur, & nos nō poſſe de Aegypto exire niſi Phaſē cele-

Palud. 4 d. 9. q. 1.

Can de ijs 26. q. 6.

Ca. Vir. 27. q. 1.

Can. pe. d. 50.

celebrando agno paſchali. Vnde ſacramẽtum hoc in extremo vitæ ſumptũ appellari ſolet Viaticum.

Nonum dictum, communicare in articulo mortis videtur eſſe de iure humano. Primũ, quia ſi eſſet de iure diuino, ſacri canones non ſtatuerent, vt quibuſdã perſonis non miniſtraretur hoc ſacramẽtum in extrema uita, ut re vera ſtatuunt: ob quam legem ei qui falſo accuſaſſet epiſcopum, ut Damaſus decreuit, & illis qui ſe ſacris virginibus ſociãt, viaticũ de ſæculo tranſituris negatur, ni digne eos pœnituerit. Secundo idem cõfirmatur cõſuetudine, quæ multis in locis viget, q̃ habet, vt damnatis ad mortem non miniſtretur Euchariſtia: quę conſuetudo omnino eſſet reprobanda, ſi eſſet obligatio de iure diuino. Sed longe melius eſſet ſi iuxta ſacros canones eis miniſtraretur, vt in Concilio Maguntino eſt decretum.

2.q.3 c. ſi quis. 27.q.1. ca. Virg. 13.q.2. ca. quæſitũ. ca. ſup eo & hgr. li. 6.

Decimum dictum, præceptum eccleſiaſticum de communione ſemel in anno ſumenda obligat ſub graui culpa. Ita omnes communiter docent ſcriptores, & fideles ſentiunt; & ex ipſa pœna quæ in lege apponitur plane colligitur, cum ſit grauis, ꝓhibitio nimirũ ab ingreſſu eccleſiæ, & priuatio eccleſiaſticæ ſepulturæ.

A quo ſumenda ſit Euchariſtia, & cui neganda. Cap. 5.

Circa miniſtrum ſacramenti Euchariſtiæ duo nobis explicanda propoſuimus: primum, quis ſit legitimus miniſter: deinde quãdo miniſter peccet in huius ſacramenti adminiſtratione, ratione eorum quibus illud miniſtrat: & quod ad primum attinet, ita ſtatuo.

Primum dictum, huius ſacramenti legitimus & proprius miniſter eſt ſacerdos curatus habens iuriſdictionem non impeditam in eum quem communicat, uel alius ſacerdos qui a curato, vel ab habente iuriſdõnem facultatẽ expreſſã, vel tacitam adminiſtrandi hẽat; quod intelligẽdũ eſt, & extra tp̃s præcepti in articulo mortis. Quare, qui non ſubditũ cõicat, & qui a nõ ſuo cõionem accipit peccat: Religioſus vero qui alios cõicat, non ſolum peccat, ſed etiam eſt excommunicatus, excommunicatione Papali latæ ſñiæ.

Secundum dictum, quamuis olim diaconi, vt ex Iuſtino martyre colligimus, vtraque ſpẽm adminiſtrauerint: tamẽ poſtea hic vſus ſublatus fuit, & non adminiſtrabant, niſi in abſentia ſacerdotis: immo factum eſt etiam, vt nec in abſentia, extra caſum neceſſitatis. Tertium dictũ, diaconus in neceſſitate, & ſine licentia, põt adminiſtrare hoc ſacramentum, neceſſitas.n. ſecum licentiam affert; immo ob eandem neceſſitatem, etiam præſente ſacerdote liceret, ſi ſacerdos ex odio vel negligentia, communicare nollet.

Quartum dictum, religioſi Mendicantes, ex priuilegio habent, vt poſſint miniſtrare cõionem in ſuis eccleſijs, & alij q̃ eorum Priuilegijs utuntur, ut Patres a ſocietate Ieſu. Ita eis conceſſum fuit a Leone X. Excepto tamen ſolo die Paſchatis: quam exceptionem Nauarrus intelligit de ſola cõione quæ fit in die Paſchatis, ſiue fiat ad ſatiſfaciendum præcepto, ſiue nõ. quare tali die quiſq. cõicare dẽt ĩ ſua parochia, niſi licẽtiam hẽat a ſuo curato.

Quinctum dictum, quamuis legamus laicos aliquãdo cõicaſſe, præſertim ſeipſos; tamen dicendũ eſt laicũ nõ poſſe eſſe miniſtrũ huius ſacramẽti, etiam in neceſſitate: quia hoc ſacramẽtũ non eſt de neceſſitate ſalutis, in articulo mortis, ſicuti nec ſacra unctio. Et in canone. Peruenit dicitur eſſe horribile & deteſtabile quod laici hoc ſacramentũ miniſtrent. Adde etiã cõmunẽ uſum totius eccleſiæ, cũ nullibi talis uigeat conſuetudo.

Sextũ dictum, ſacerdos poſſet eſſe ſibi miniſter huius ſacramenti extra Miſſam vt in tempore peſtis, vel in alia neceſſitate. Ita exiſtimauit Sotus, Caietanus in verbo, Miniſter cõmunionis, & Armilla in verbo communio. Sed iam eos caſus numeremus in quibus ſacerdos hoc ſacramentum adminiſtrando peccat.

Primus, ſi miniſtret Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie, in locis, in quibus non eſt diſpenſatũ a Pontifice. Hoc.n. prohibitũ eſt in Concilio Conſtantienſi, ſub pœna excommunicationis.

Secundus, ſi miniſtret infantibus ante

Eſt. 11. pij,ſi cõuerſus fuerit: & vt eſt apud Paulum, Dei dona ſunt ſine pœnitentia, hoc eſt, donaſſe non pœnitet. Dici tamen poſſunt redire ratione circunſtantiæ ingratitudinis, quia grauius peccat is cui remiſſa ſunt peccata, ſi poſtea iterum peccet: vel etiam ratione pœnæ & culpæ vniuerſe conſideratæ. Quare ſimpliciter loquendo, non redeunt.

Octaua dubitatio, an cum quis reſurgit a peccato, redeant bona opera prius in gratia facta. Huic dubitationi ſatisfacio ſequentibus dictis.

Primum dictum, cum certum ſit opera bona facta in gratia, & mortificata per ſubſequens peccatum, aliquo pacto redire, quod omnes fatentur, credendum eſt ſtatim redire quoad præmium vitæ
Gabr. æternæ & eſſentialis gloriæ. Primum,
Ocami ita tenent illuſtres ſcriptores, & quidam
Alma. dicunt eſſe communem recentiũ ſcriptorum
Maior. opinionem, quorum aliqui priua-
Nau. tim dicunt, peccatorem reſurgere ad maiorem gratiam. Deinde hoc ſuadere videtur, hæ diuinæ ſcripturæ auctoritates: Deus apud Ezechielẽ expreſſe ait, ſe nõ amplius recordaturum iniquitatum im-
Ezech. 33. pij: at profecto recordaretur, ſi ei priſtinis gratiæ gradus non reſtitueretur. Rurſus, plane ait, Impietatem non nocituã impio, ſi conuerſus fuerit: at maxime noceret, ni amiſſum bonum recuperaret.
Cap. 5. Per Ioelem promittit Deus ſe reddituũ annos quos comedit locuſta, brucus ti-
Luc. 15. nea, & ruga; ac ſi dixiſſet, Non patiar perire vbertatem bonorum ſpiritualium Denique, filio prodigo, reſtituta fuit prima ſtola, ea nimirum quam amiſit, vt articulus græcus planè indicat, & vt multas rationes omittam, quæ hanc doctri-
Pſal. 61 nam reddunt probabilem, Deus reddet
Heb. 6. vnicuique iuxta opera ſua; quod non fieret, ſi ſolum redderetur præmium operum ſequentium, igitur. Manent itaque opera illa quæ præceſſerunt in acceptione diuina, cum aduenit peccatum, & peccati impedimento remoto, ſuum ſortiuntur præmium.

Secũdum dictum, opera mortua ideſt opera bona facta in peccato, nunquam viuificabuntur, ita vt acceptentur ad vitam æternã. Quia Deus plane docet hæc Iſa. 1. opera ſibi non placere, & ſæpe in diuinis literis vocantur non bona, quia nimirum non valent ad vitam æternam: & ideo 1. Co. 13 diuus Paulus aiebat ſine caritate ſibi nul lum bonũ opus prodeſſe, & ſe nihil eſſe.

Tertium dictum, quamuis iſta opera quæ fiunt in peccato non valeant ad meritum gratiæ, vel gloriæ: tamen nullo modo ſunt omittẽda. Quia diſponunt ad conuerſionem: quia Deus illa requirit: quia per ea ſatisfit præceptis: quia valẽt ad aliorum exemplum: quia iuuant ad bona temporalia impetranda: & denique, dum hæc fiunt, minus peccatur.

De ſatisfactione. Cap. 17.

QVoniam ei, qui confeſſionis præcepto eſt ſatisfacturus, aliqua notitia de ſatisfactione, quam in confeſſione contineri diximus, eſt neceſſaria; ideo de ea aliquid pro noſtro inſtituto nobis dicendum fuit. Ea vero quæ dicenda occurrunt, vnico capite quibuſdam dictis breuiter complectar.

Primum dictum, ſatisfactio, quæ eſt tertia pars ſacramenti pœnitentiæ quam pœnitentiam vocant, quia eſt eius effectus, Eſt pœnæ pro peccatis remiſſis debita recompenſatio. Nam, licet per ſacramentum pœnitentiæ omnis tollatur cul- Pſa. 50.
pa, & pœna quæ erat æterna fiat tempo- Rom. 9.
ralis, tamẽ non ſemper tota aufertur: vnde reſtat obligatio ad ſatisfaciendum; in quem finem a ſacerdote aliqua imponitur pœna, ſeu pœnale opus. Quo fit, vt ſit actus virtutis iuſtitiæ, imperatus tamen a pœnitentia de qua habetur diuinũ præceptum neceſſario ſeruandum eo loco inſtitutũ, vbi confeſſionis ſacramentũ inſtitutum fuit. Ex quibus colliges, in Mat. 3.
ſacramento pœnitentiæ non applicari no- Apo. 2.
bis plene meritũ Chriſti, vt in baptiſmo, Heb. 6.
in quo omnis tollit pœna ex opere operato. Ioã. 20.

Secundum dictum, confeſſarius ſemper debet imponere aliquam ſatisfactionem. Ita ſtatuit Concilium Tridentinũ; Cap. 8.
& patet ex communi vſu omnium con- Seſ. 14.
feſſariorum. Vnde inferres pœnitentem eſſe obligatum ad acceptandam aliquam ratio-

ſationabilẽ pęnitentiã ; quod ni faceret, nõ eſſet abſoluẽdus. Quod ſi dicas, pęnitentẽ poſſe alia ratione pęnę ſatisfacere, reſpõderẽ, id ſolũ probare nõ eſſe neceſſariã neceſſitate Salutis, non autẽ nõ eſſe neceſſariã neceſſitate præcepti : quia videtur abſurdũ ſatisfactionẽ non eſſe ſub pcepto, vt ſũt aliæ pęnitẽtię partes. Vnde ſi quis non acceptaret, & acceptatã ex negligẽtia nõ ĩpleret, grauiter peccaret; ſecꝰ ſi pęnitẽtia eſſet leuis, ꝓ leuibꝰ culpis.

Cap om pis.

Tertiũ dictũ, opus quod debet imponi ad ſatisfaciẽdũ, ſua natura, debet eſſe pęnale. Quoniã huiꝰ generis opera a pęnitẽtibus ĩ diuinis literis requiruntur: cũ nihil ſit magis idoneũ remediũ cõtra delectationẽ quæ pcipitur in peccato, quã id, quod ſecum pœnã triſtitiãq; affert: vt tantũ ſumatur tormẽti, quantũ in peccato fuit delectationis. Quare, cæteris paribus magis ſatisfiet p opus bonũ pęnale, quã p non pęnale, qđ poteſt habere vim ad ſatisfaciẽdũ per modũ impetrationis.

Ioel. 2. Mat. 11

Quartũ dictũ, opera pœnalia, q̃ ad ſatisfaciendũ imponunt̃, ad tria reuocantur; quę ſunt, ieiunium oratio, & eleemoſyna: ita ut p tria bonorũ genera, animi, corporis, & fortunæ ſatisfaciamus. Nomine ieiunij intelligitur non ſolũ abſtinẽtia a cibo, ſed quodcunque opus quod corpus affligit, vt diſciplinæ, peregrinationes, & ſimilia. Nomine orationis, non ſolum contẽplatio, ſed omnia opera ſpiritualia; vt audire ſacrũ, ſuſcipere ſacramẽta, canere pſalmos. Nomine eleemoſynę omnia opa miſericordię. Vbi nota, quod licet quis ſatisfacere poſſit per opus pœnale internum; tamẽ, quia opus externũ habet quandã pcipuã vim ad ſatisfaciendum, ideo tale opꝰ priuatim imponit̃. Ex oĩb. autẽ operib. pcipua uis ad ſatisfaciẽdũ a quibuſdã tribuit̃ eleemoſynæ; qđ, an ſit ſimpliciter verũ, hoc loco examinare nolo. Illud tamẽ non omiſerim, dicta opera duobꝰ modis fieri poſſe: primo modo ex deuotione, ex propria voluntate; ſecundo ex impoſitione ſacerdotis: & licet vtraq; modo ſint ſatisfactoria, tamen cũ diſcrimine. Primo, quia opꝰ factũ ex impoſitione, cum ſit pars ſacramẽti, cęteris paribus, eſt magis meritoriũ, quã illud, quod ex voluntate fit. Secundo, opera impoſita, ſi fiãt in ſtatu peccati, remoto peccato, ſortiuntur ſuũ effectum, ut aliq volunt, quod nõ cõcedunt op bus ex deuotione factis; quod ego ob nõnullas rationes, quas hic omitto, non facile crediderim; uũ iſta differentia nõ eſt oĩno certa; niſi fortaſſe ratione ſolius ſatisfactionis.

Caiet. ver. Satis.

Concil. Tridẽn. Seſ. 14. c. 8.

Quinctũ dictũ, cõfeſſariꝰ in imponendis pęnitẽtijs debet uti prudẽtia, ita ut ꝓ qualitate, grauitate, & pſonarũ cõditione hãc uel illã, maiorẽ, uel minorẽ pęnitentiã ponat. Grauitatis, vt ꝓ grauioribꝰ erratis imponant̃ grauiores pęnitẽtiæ, & pro leuioribus leuiores. Qualitatis, vt pęnitentia ſit cõtraria ppetrato peccato; & cõtrarijs contraria curẽtur: vnde ꝓ peccato auaritiæ, eleemoſyna, & pro peccato luxuriæ ieiuniũ imponendũ erit. Perſonę, ut eã poſſit adimplere : & ita ſeruis nõ imponet̃ pegrinatio, nec pauperi eleemoſyna. Et quãuis nõ ſit neceſſe ut pęnitẽtiæ ſint peccatis æquales; tñ nõ debent eſſe minis remiſſæ, ſed, vt ex Cõcilio Tridentino dicimꝰ, potius aliqđ rigoris habeãt; ut ſint medicinæ efficaces, & fræna quæ pnitatẽ in peccatũ cohibeant. Verum, hoc tẽpore nõ ſunt ĩponẽdæ graues illæ pęnitẽtiæ, quas olim ꝓ grauioribus culpis imponebãt. Poterit tamẽ rigor pęnitẽtię remitti: ſi magna ſit pęnitẽtis cõtritio, qa contritio eſt pars ſatisfactionis ſi pſona ſit impotẽs, vt ſunt ſenes : ſi pœnitens ſit imperfectus, quia, uel non acceptabit, uel ſi acceptabit, non perficient : denique quando eſſet tempus iubilæi.

Sextum dictũ, quãuis p opera alias debita ſatisfacere poſſimꝰ, & ideo imponi poſſint pro pęnitẽtia agenda: tamen uniuerſ̃ loquẽdo, id fieri non debet; ſed alia opa imponenda ſunt : Quia hac ratione magis ſatisfit. Quare, cũ cõfeſſarius imponet ieiuniũ, uel eleemoſyna, intelligendus erit, de ieiunio & eleemoſyna quę ui pcepti faciẽda nõ ſunt. Quod poſſint imponi patet, ex eo, quod cõfeſſariꝰ in fine abſolutionis, ait quidqđ boni feceris, aut mali ſuſtinueris, ſit in remisſionẽ pcõrũ.

Septimũ dictũ, q̃uis pęnitẽs nõ ſolũ p ſe, ſed etiã p aliũ ſatisfacere queat; tamẽ cũ imponit̃ ſatisfactio, p ſe, nõ p aliũ pſoluẽda eſt, q̃ etiã magis meritoria erit: ni confeſſarius propter imperfectionem

pęnitentis, per alium impleri velit, Is autem qui pro alio bene agit, non gratiam quam meretur, ſed ſolam ſatisfactionem communicat. Quod autem vnus pro alio ſatisfacere poſſit, eſt certa fide tenēdum.

Octauum dictum, ſatisfactio facta in gratia, meretur de condigno remiſſionē pœnæ, ſiue quis pro ſe ſiue pro alio ſatiſfaciat. Quia iſta ſatisfactio nititur merito Chriſti, & fit ab homine vt eſt mēbrū Chriſti; habet igitur meritum condigni vt Chriſti ſatisfactio habuit. Poteſt etiam vnus iuſtus pro alio iuſto ſatisfacere per modum impetrationis, ut ſi oret Deum, vt plus pœnę remittat, quam noſtra opera mereantur.

Nouum dictum, qui in peccato mortali facit impoſitam pœnitentiam, non ſatisfacit pro debita pœna. Doctrina eſt communis, quam confirmares, ex toto quinquageſimooctauo capite Iſaiæ, vbi hęc quęſtio tractari & explicari videtur: vbi populus conquerebatur, quod Deus non acceptaſſet ieiuuia: cui Deus reſpondet, ſe non elegiſſe tale ieiunium, quod cum peccato fit. Adde etiam Concilium Tridentinum quod plane docet ſatisfactionem pro pœna temporali, inniti ſatisfactioni Chriſti, cui non poteſt inniti ſatisfactio eius, qui non eſt in Chriſto, cuiuſmodi eſt peccator. Satisfacit tamē præcepto eccleſiæ & ſacerdotis pœnitentiā imponentis.

Decimum dictum quoniā nemo ſcit quantum ſibi ſatisfaciendum ſit, & pœnitentiæ non ſemper, vel potius raro ſint ſufficientes ad ſoluendam debitam pęnā ideo curādam eſt ut per alia opera & per indulgentias ſatisfaciamus. Vnde nemo putet, ſe pro ſuis peccatis plene ſatisfeciſſe, cum impoſitam pœnitentiam perſoluerit: ac proinde bene erit, ut cum aliquid mali patimur, ſi illud ad ſatisfaciendum applicuerimus, dicendo, Hoc pati velim pro meorū peccatorū remiſſione.

Vndecimū dictum, vnus Confeſſarius poteſt cōmutare & imminuere pęnitētiā ab alio in iunctā, rationabili cauſſa exiſtēte. Vnde pęnitētia nimis lōga, pōt cōtrahi, & nimis rigoroſa remitti. Cauſſa rationabilis ad hoc faciēdū hęc cēſeret, ſi timeatur, ne pęnitēs adimpleat; qui dū eſſet in hoc errore, peccaret, ac ꝓinde eius ſaluti conſulēdum eſt, ꝑ pœnitentię mutationē idque fieri poteſt, extra confeſſionem.

Ad extremum circa confeſſionem addiderim, ſi contingat ut pęnitens ſit in una opinione, & confeſſarius in alia ſuper aliquo caſu, poſſe pęnitētē abſolui iuxta eius opinionē, modo probabilitate nō careat.

De utilitatibus quæ ex frequenti confeſſione capiuntur. Cap. 18.

SI fideles ut frequēter peccādo ſibi grauia vulnera infligūt; ita frequēter ad medicamētū cōfeſſionis cōfugerent, nihil eſſet neceſſe ut nūc de utilitatibus, q̄ ex crebra cōfeſſione percipiūtur aliquid ſcriberetur: de quibus breuiter agendo huius præcepti explicationem concludam. Ex multis ergo utilitatibus quas frequēs ꝑreat cōfeſſio, hę sūt pręcipuę.

Prima, q ad cōfeſſionē cōuenienter accedit, ſi ſit in peccato, eius remiſſionē cōſequit̃: ſi vero ſit iuſtus, gratię augmētū meret̃; tū ex parte boni operis, tū ex opere operato hoc eſt ex ui ſacramēti. Vnde q quater in menſe cōfitetur, quater gratiā auget, & q frequētius, adhuc gratię cumulū magis augebit. Quātū āt vel minimus gratię gradus valeat, a nemine in hac vita explicari poſſe tenēdū eſt: illud pro certo habeat̃ eligibilius eſſe habere minimū gratię, q̄ per totā uitā vniuerſi orbis poſſidere īperiū: cū ꝓ quacūque gratia ī beata uita det̃ ꝓmiū eſſentiale perpetuo duraturū. Quare, q ſępius cōfitet̃, plus gratię ſibi colligit; nō ſecus ac pauper, q ſępius eleemoſynā petēdo, maiorē ſtipem cogit.

Secūda, remiſſio pęnę tēporalis ſoluēdę ī purgatorio: & ſane ſi q̄s acerbitatem pęnarū purgatorij animaduerteret, is ꝑfecto ſuā dānaret neglıgētiā, ꝙ ad hoc ſacramētū frequētius nō accederet. Hoc. n. certū ē, nullā ī hoc mūdo q̄tūuis grauiſſimā pęnā a crudeliſſimo tyrāno inflictā ęquare poſſe minimā pęnā, q̄ in purgatorio anima patit̃. Si Rex ingreſſus ciuitatē omnibus ciuibus ſibi multū debētibus polliceret̃, ſe omne debitū dimiſſurū ijs qui ab ipſo, dū ibi manebit, chirographū peterēt & poſt diſceſſum ſe velle ut vſq; ad-

minimũ denariũ ſine vlla remiſſione ſibi ſatisfiat: profecto oẽs ſtatim accurrẽt cum quantum in vrbe Rex ſit manſurus ignorent. Simile pactum fecit Deus nobiſcum, qui ei multum pro cõmiſſis peccatis debemus, ſi ad confeſſionem acceſſerimus. Quæratur itaque Deus dum inueniri poteſt: & inuocetur dum ꝓpe eſt.

Tertia, ex hac frequentia inimici uires debilitantur, dum homo per confeſſionem ſua peccata recogitat, deteſtatur, de non peccando propoſitum facit, occaſiones peccandi reſecat, & maiorem gratiam, per quam caro ſpiritui ſubijcitur, accipit, & a rebus mundanis animum reuocat. Quare, vt araneus diuitum cubicula, quę ſępe purgantur vitat, quod in eis ſuam telam ei conficere non liceat, & ſi faciat, timet ne proijciatur, & ipſe pedibus conteratur: Ita diabolus cum ſuas artes frequenti cõfeſſione diſſipari & ſuũ caput calcari videt, eos fugit, qui crebra confeſſione conſcientiam purgant,

Quarta, frequens confeſſio impedit ne peccata diu hæreant, & altius radices agant in anima, & quaſi in habitum conuertantur: quo fit, vt qui raro confitẽtur, difficile, etiam poſt confeſſionem, a peccato abſtineant, vt experientia docet. Vnde facilius mundatur olla, quę quotidie lauatur, quam ea cui diu ſordes adhæſerunt: & coma illa facilius explicatur, & caput illud magis nitidum conſeruatur, quod frequenter pectitur. Et ſane, qui raro confitentur, ita ſe ſe peccatis implicant, ut nec etiam a viris doctis explicari queant. Quare, ſicuti frequenter ſubucula munda induimur, & mẽſæ mappas ſæpe mutamus, nec ſordibus marceſcere ſinimus, ita ſæpe animam per cõfeſſionem mundare & candida veſte induere deberemus.

Quincta, ex frequenti confeſſione fit, vt plura bona opera fiant in gratia, quæ dicuntur viua, vt quę fiunt in peccato appellantur mortua: & ita illa non pereũt, ſi quis poſt peccatum per confeſſionem reſurgat, hęc vero maxime, quia quod nũquã habuit vitam, in uitam reuocari non pt: & hęc vtilitas eſt ſane maxima, & oĩno animaduertẽda ab ijs qui raro cõfitẽtur: qui dũ diu ĩ peccato manẽt, ſignificãt ſe parui facere Deũ, cuius iram non metuũt, dũ quotidie eũ offendũt, & pluris facere hoĩem, quem non patiuntur ſibi eſſe infenſum. Sexta, qui ſępe confitetur ſecurius viuit: quia, vt ſæpe peccat, ita ſępe in gratia redit, & minus eſt expoſitus periculo recedẽdi cum peccato mortali ex hac uita, ex qua fit trãſitus ad mortẽ ęternã, vt omittam, qđ qui ſemel in anno cõfitent̃, minorẽ peccatorũ partẽ cõfitent̃.

Septima, qui cõfeſſionẽ frequẽtat multo melius ſuã conſcientiam ſcrutatur, ſeque ipſum agnoſcit, quam qui raro: non ſecus ac ille, qui ſępe ſuas ſordes in ſpeculo conſpicit. Vt.n. in panno mundo facilius ẽt leuis macula cernitur, ita & in conſciẽtia ꝑ cõfeſſionem mundata leuiſſima peccata vidẽtur: & illud pauimentũ melius intuemur, qđ minus puluere fuerit reſperſum. Octaua, frequens cõfeſſio liberat hominem a graui faſtidio & timore, quo afficiũtur qui raro cõfitentur, cũ confitendi tp̃s aduenit. Vnde fit, vt cõfeſſionem in dies protrahãt, ac ẽt interdum omittãt, aut negligenter, & imꝑfecte cõfiteantur; & ꝙ magis periculoſum eſt, in ipſo mortis articulo has difficultates ſentiunt, dum ẽt a morbo cruciãtur, ab imminente morte perterrẽtur, & a malo dęmone vexãtur. At qui ſæpe cõfitetur, quaſi graui onere leuatus, expeditus, & lætus incedit; dũ conſcientię pacẽ ſentit, & cordis lætitiam percipit. Nona, qui per frequentem confeſſionem ſe mũdũ pręſtat, Deo & Angelis placet; atq; ita eorũ gratiã ac beneuolentiam ſibi conciliat: cõtra uero, qui illota & impura cõſcientia incedit, Deo ciuibuſq; cæleſtib. ẽ ingratus; nõ ſec⁹ ac ille ꝗ illota facie, manibuſq; ſpurcis, atq; ſordidis ueſtib⁹ ĩ hoĩum mũdorũ cõſpectũ, vel ad lautã cęnã ueniret. Et vt ingratũ eſſet parẽti ꝗ videret filiũ fœdantẽ veſtẽ maximi ꝑtij: ita cęleſti Patri diſplicet, cũ videt aĩam ad ſui ſimilitudinẽ creatã, ſanguineq; Filij ſui aliqñ lotã peccatorũ noſtrorũ ſordib. cõmaculatã. Decima, & vlt. ut alias multas omittã, ꝑ crebrã cõfeſſionẽ magis magiſq; mẽs noſtra illuminat̃, non ſolũ interne ꝑ Spũs ſancti afflatus, lucẽque gratię, ſed ẽt ꝑ cõfeſſarij

admonitiones ſaluberrimaque conſilia. Quare ut valetudinario, & imbecillis naturę homini frequēs Medici pręſentia & cōſiliū ſūt utilia, cū ab eo quos cibos ui tare, & quos ſumere debeat, doceatur; ita homini in ſpūali uita parum firmo, & ob peccatorum frequentiam debilitato, maxime prodeſt, ſi a ſpirituali medico ſæpe de ſua uiuendi ratione conſiliū capiat. Et hæc ſunt q̄ de hoc p̄cepto dixiſſe uolui.

Secundæ partis finis.

PARS TERTIA

DE PRAECEPTO Communionis.

Aſſeruntur nonnulla notanda, ad explicādum quid ſit Eucharistia. cap. I.

VT ab eccleſia vno eodemque loco de confeſſione, & cōmunione data ſunt præcepta, ita conuenienter ſimul explicantur; cū vnū ſit veluti ingreſſus ad alterū: ſiquidem, nemo pōt digne ad mēſam Domini accedere, qui per cōfeſſionis iudiciū ſe non probauerit. Acturus igitur de præcepto cōmunionis, priore loco rē ipſā explicabo, vt qua rōne quod de ea dat̄ p̄cepτū ſeruari debeat, melius intelligat̄: ad q̄ p̄ſtādū, nōnulla priore loco adnotabo.

Primum igitur notādum eſt, de ſacramēto Euchar. ſiue cōionis has ueritates præcipue a fidelibus tenendas eſſe; quarū prima eſt hęc. Hoc ſacramētū confici p̄ conſecrationem, & poſt cōſecrationē ſub ſpeciebus panis & vini, nō eſſe amplius earū ſubſtātias, ſed cōuerſas eſſe in corp⁹ & ſanguinē Chriſti, q̄ tādiu ibi ſūt q̄diu ſunt, quādiu panis & vini ſubſtātia ibi manſiſſet. Solæ itaq; ſpēs remanēt, facta trāſmutatione ſubſtantiæ, in cuius locū ſuccedit caro & sāguis Chriſti, in verū cibū & potū. Secūda, ſub illis ſpeciebus cōtineri vere, corpus & ſanguinē Chriſti; ita vt non ſint merū ſignū: cōtineri, inquā, realiter, nō ſolum quia p̄ fidē ibi eſſe apprehēditur, ita ut Chriſtus nō ſolum in cęlo, ſed ēt ſub ſpēbus eſſe dicatur, & quidem ſubſtātialiter, hoc eſt p̄ modum ſubſtātię independenter, cum oībus ſuis partibus & accidētib. totus inquā Chriſtus cum corpore, ſāguine, vna cum aīa & diuinitate. Tertia, eſſe totum ſub vtraq; ſpē, & ſub altera tm̄, hoc eſt, ſub ſpecieb. panis & vini totum Chriſtum, corpus nimirum, ſāguinem, & aīam cum diuinitate; & totū ſub vna tm̄ ſpē, vini, & panis, idq; vi ipſius conſecrationis. Sed peteres, ſi Chriſtus eſt totus ſub ſpecieb. panis, & totus ſub ſpeciebus vini, quare dici ſolet, ſpēs panis continere corpus, & ſpēs vini ſanguinem? Ad q̄ petitionem rn̄deo hoc ſimili, ſi dn̄s vocaret famulum ſuum noīe Petrum, dicendo, Huc adſis Petre, cū Petrus aduenit, non ſolum ipſe adeſt, ſed ēt eius veſtimēta, cum veſtitus veniat. Tūc, ſi quis ex dn̄o peteret, q̄uo hic adſit Petrus cum ueſtib. cum ſolum Petrum uocauerit, profecto rn̄deret, ſe ſolum Petrū uocaſſe, ſed quia erat ueſtitus, ideo una cum ipſo, eius quoq; ueſtimēta acceſſiſſe. Eadem rōne intelligendum eſt, ſub ſpeciebus panis ex ui uerborum conſecrationis, cum dr̄, hoc eſt corpus meum, adeſſe Chriſti corpus: & qm̄ cum corpore coniunctus eſt ſanguis, & aīa, atq; diuinitas, ideo iſta oīa & totum Chriſtum per concomitantiam ſub eiſdem eſſe ſpecieb. Similiter ſub ſpēbus vini ex vi conſecrationis eſt ſanguis: ſed quia ſanguis eſt cum corpore & anima & diuinitate coniunctus, ideo ſub eiſdem ſunt iſta oīa. Quando ergo dicitur, ſub ſpeciebus panis eſſe corpus, & ſub ſpecieb. vini ſanguinē, intelligitur ex vi ſignificationis verborū & conſecrationis, licet rōne concomitantię, ſub altera ſpecie ſit totus Chriſtus. Quarta, poſt cōſecrationē accidētia illa q̄ remanēt, nō adhærere corpori Chriſti, vt prius adhærebāt ſubſtātiæ panis & uini, ſed exiſtere ī ſe. Quare cū res illę creatę ſint veluti famuli Dei, ad aduētū & pręſentiā Chriſti, qui eſt uerus Deus, adſurgūt, & in ſe cōſiſtunt. Quincta, Chriſtum nō ſolum exiſtere ſub ſpēbus, dum conſecrat̄, aut ēt adminiſtratur ſacramētū, ſed ēt tādiu, q̄diu panis & vini ſpēs cōſeruabuntur. In hoc, n. differt hoc ſacramētum ab alijs, q̄ alia, exēpli gratia baptiſmus, cōſiſtit ī ſolo uſu, & ī ipſa lotione: at vero Eucha. cōſiſtit ī re p̄manēte, vt ex diuinis literis,

Cō. Trī. ſeſ. 13. c. 1.

Cō. Flo. in inſtr.

Mat. 14
1. Co. 10
Cōc. Ni.
Opt. li. 6
Iren. li 4 c. 34.

ſiteris, ex ſacris cōcil. & ex ſanctis patrib. diſcimus; dū dicūt, Euchariſtiā eſſe cibū, portari, offerri, q̄ nō de actione, ſed de re permanente intelligēda ſunt. Ex qua veritate hæc alia ſequit̄, hoc ſacramētū eſſe venerādū & adorādū, dū ſpēs sēſibiles pſeuerāt; cū toto illo tēpore ibi ſit Chriſtus, modo iā explicato. Quare, nō panem, ſed verum Dei filium hominem ſactum ſub ſpeciebus illis exiſtentem adoramus.

Dion. de ecl. hier. c. 3. p. 3. Aug. in pſal. 68. Epi. 118 c. 3.

Secūdū notādū, in hoc ſacramēto, hęc omnia ſpectari poſſunt, eius confectio, ſiue cōſecratio ipſa: eiuſdē adminiſtratio q̄ fit p ſacerdotē: ſūptio q̄ ſe tenet ex parte recipiētis: ſpecies ſenſibiles, & Chriſtū qui ſub illis cōtinet̄: de quib⁹ quæri pt, quidnā horū habeat rationē ſacramēti, ſitque ſacramētū ipſum. Poteſt āt aliquid dici ſacramētū tribus modis: primo ꝓut ſacramētū dicit ſolā rationē ſigni rei ſacrę. ſecūdo ut ſumit̄ ꝓ ſigno rei ſacræ sāctificātis hominē: tertio ꝓprie & ſtricte ꝓ eo ſigno ꝙ rē ſacrā ſignificat, & ipsā sāctitatē efficit quo modo ſola noſtrę legis proprijſſime ſacramenta dicuntur.

Tertiū notādū, Euchariſtia varijs modis cōſiderari pt iuxta varios fines ꝓpter quos inſtituta fuit: primo ut eſt ſacrificiū chriſtianę religionis, ut ſupra docuimus, cū de Miſſa egimus: ſecūdo, ut eſt ſacramētū, & cib⁹ ad reficiendā animā ſpiritua li pabulo, ut in uita gratię conſeruetur, & augeat̄: tertio, ut eſt quoddā pignus amoris diuini erga nos: quarto, ut eſt memoria ſummi beneficij, paſſionis nimirum Domini q ſua morte nos redemit. Quatuor itaque in hoc uenerabili ſacramento ſimul continētur & coniunguntur, ut ſit paſſionis memoriale, amoris argumentum, ſpiritualis cibus, & verum ſacrificiū de quo quidam Propheta prędixit, fore, vt in uniuerſo mundo offerretur. Atque hęc adnotaſſe uolui; ex quibus facile intelligi poterit, quidnam ſit ſacramētū Euchariſtię, quod ſequēti capite explanabo.

Zach. 1.

Quid ſit Euchariſtia. Cap. 2.

VT breuiter pſpicueque qd ſit ſacramētū Euchariſtię doceamus q̄ dicēda ſunt quibuſdā dictis, perſtringemus.

Primū dictū, ſi ſacramētū, vniuerſe ſumatur, ut dicit ſolū rei ſacrę ſignū, Euchariſtię conſecratio ſacramentum dici poterit: Nam ſacra illa actio deſignat corpus Chriſti ꝙ eſt res quędā ſacra: q̄ tn̄ cōſecratio, cū non ſanctificet, nō eſt proprie ſacramētum, ac proinde in ea nō cōſiſtet ratio huius ſacramēti, ꝙ, ut adnotauim⁹, non in actione ſed in re pmanēte cōſiſtit.

Secundum dictum Euchariſtiæ adminiſtratio, nullo modo dicēda eſt ſacramētum. Quoniā per adminiſtrationē nihil ſacrum ſignificatur, nec aliqd proxime ſanctificat̄, ſicuti p ablutionē & adminiſtrat. baptiſmi & cōfeſſionis: & is qui ſacramētū diſtribuit, ſacramētū nō efficit.

Tertium dictum, quāuis Euchariſtiæ ſumptio dici poſſit ſacramētum; prout ſacramētum dicit ſignum rei ſanctificātis: tn̄ nō eſt ſacramentū ꝓprie ſumptum, vt eſt ſignum efficienter ſanctificās. Quod ſumptio dici poſſit ſacramētum modo dicto, patet; qa illa externa māducatio, internā refectionē q̄ fit p gratiā, ſignificat. Quod āt nō ſit ꝓprie ſacramētum, probatur: quoniā ſumptio nō eſt cauſſa internę māducationis; cum interna refectio, non ſit ſumētis actio, ſed Dei. neque. n. ſacramēta ſunt ſuſcipiētium actiones: nec ſuſcipiēs, ulla verba profert, ſine quib⁹ nullum fit ſacramētum. Sumptio itaque eſt veluti cōditio ſine qua nobis diuinum alimētū nō applicaret̄. Quare conſecratio ad ſacramētum cōficiēdum pertinet, & ſumptio ad uſum, uſus āt rei, & eiuſdē effectio, nō ē res ipſa. Quartum dictum, ſolę ſpecies panis & uini nō hēnt plenā ſacramēti rationē. Qm̄ euchariſtia ē vere cib⁹ ſpūalis, panis viu⁹, vera caro & ver⁹ sāguis Xp̄i, at ſolis ſpecieb. hęc nō cōueniūt quis iſta ſignificēt; igit̄. Adde ēt ꝙ hoc ſacramentū excellit oīa alia ea maxime rōne, ꝙ ē adoratione latrie dignū, ut adnotaui, at ſolę ſpēs panis & uini nō ſunt tali adoratione dignę, igit̄ nō cōtinēt plenā hui⁹ ſacramēti rationem. Quintū dictū, corp⁹ & ſanguis Chriſti ſine ullo ordine ad ſpecies ſenſibiles non habent rationē ſacramenti. Quoniam ſacramentum neceſſario includit aliquod ſignū quod ſub ſenſum cadat, at corp⁹ & sāguis Chriſti *Ioan. 6*

nulle

nullo ſenſu percipiuntur: ipſa igitur per ſe ſola ſine ordine ad ſpecies ſacramenti rationem habere non poterunt.

Sextum dictum, euchariſtia, vt eſt ſacramentum, hoc eſt, vt dicit ſignum ſenſibile & rem ſacram quæ vim habet ſanctificandi hominem, neceſſario includit, ſpecies ipſas ſenſibiles, & corpus, ſanguinemque Chriſti. Hoc dictum remanet probatum ex ſuperioribus: quia nihil aliud eorum, quæ in hoc ſacramento inueniuntur, plenam ſacramenti rationem habere poteſt, vt eſt demonſtratum, ſequitur profecto, vt his duob' ſimul ſumptis conueniat. Conſtat itaque Euchariſtia duabus rebus, quæ in omni ſacramẽto reperiuntur, ſpeciebus externis, & re inuiſibili, hoc eſt corpore & ſanguine Chriſti. in eo tamen cętera ſacramenta ſuperat, quod loco virtutis diuinæ ſenſibili ſigno coniunctæ per quam alia ſacramenta vim efficiendi habent, in hoc eſt ipſe Chriſtus permanẽter, qui eſt ipſa dei potentia & virtus.

Septimum dictum, huius ſacramenti ratio magis conuenit ſpeciebus vt Chriſtum continent, quã Chriſto, vt ſub ſpeciebus cõtinetur. Etenim, dum de aliquo ſacramento loquimur, nõ dicimus illud eſſe vim illam agentem & operantem, ſed potius eſſe ſignũ illius virtutis: quare, cum Chriſtus in hoc ſacramento contentus ſit virtus ipſa, Euchariſtia dicetur ſpecies ſenſibilis, vt rem ſanctificantem
Seſ.13. c. 3. deſignat. Ideo Conciliũ Tridentinũ de hoc Sacramẽto loquendo dixit eſſe Symbolum externum & viſibilem formam, inuiſibilis gratiæ: at eſſe viſibilem formã magis conuenit ſpeciebus, quam corpori Chriſti: igitur.

Octauum dictũ, ratio ſacrificij & pignoris, atque cęleſtis alimenti, magis cõuenit corpori & ſanguini Chriſti vt eſt ſub ſpeciebus, quam ipſis ſpeciebus vt illa continent. Nã quod attinet ad rationẽ ſacrificij, id quod pręcipue offertur, vt in explicatione primi præcepti docuimus, non ſunt ſpecies, ſed corpus Chriſti. Similiter, pignus quod nobis relictum fuit, eſt idem Chriſtus: cuius corpus eſt noſter cibus, & ſanguis potus, non res illa, quæ hæc ſignificat.

Nonũ dictũ, in vnica tantum ſpecie, non habetur tota & integra ratio ſacrificij, ſed in vtraque ſimul. Patet hoc dictũ ex ijs quæ ſupra de ſacrificio agentes diximus: neque enim ſola panis ſpecies repræſentat plene Chriſtũ mortuũ, niſi ſub altera ſpecie, conſpiciatur ſanguis, vt effuſus & a corpore ſeparatus. Nec ſola vini ſpecies repreſentat Chriſtũ immolatum, cum non ſolus ſanguis ſit victima.

Vtraque igitur requiritur ſpecies ad rationem ſacrificij, & ſacramenti, vt eſt commemoratiuum paſſionis Chriſti.

Decimum dictum, Euchariſtia vt eſt amoris pignus, in quauis ſpecie conſeruari poteſt. Quoniã rationẽ pignoris habet, pro vt nobis Chriſtũ præſentem exhibet: at hoc fit in quacunque ſpecie: igitur, ad hanc rationẽ retinẽdã ſat erit ſpecies altera; ſicuti etiã ad rationẽ adorationis: ac proinde eccleſia vnam ſpeciem ſpectandam & adorandam proponit.

Vndecimum dictũ, in qualibet ſpecie conſeruatur tota eſſentia & ratio ſacramenti. Primum hoc probares ex cõmuni conſenſu fideliũ, qui dum panem ſumunt, ſe ſacramentũ ſumpſiſſe putant, non partẽ ſacramẽti. Deinde auctoritate
Concilij Tridẽtini dicentis, ſub vna ſpecie nõ ſolũ totũ Chriſtum ſumi, ſed etiã verũ ſacramẽtũ. Poſtremo, quia in vtra- Seſ.21. cap. 3.
que ſpecie reperiuntur illa duo, quę in Ioan. 6.
quolibet ſacramento eſſe dicuntur, ſanctificatio, & ſignificatio, quæ duplex eſt; altera refectionis ſpiritualis, de qua dictum eſt, Caro mea vere eſt cibus: altera unionis fideliũ inter ſe, iuxta illud Pauli, Vnus panis, & vnum corpus multi ſumus, q̃ de vno pane participam'. Quod vtraque ſpecies refectionem aliquã ſimpliciter ſignificet, & eandem efficiat, eſt manifeſtum: neque enim in ſpirituali refectione diſtinguitur cibus & potus: vnde vnum & idem Dei verbum & ſapientia potus & cibus in diuinis literis dicitur: Quod etiam vtraque unionẽ populorũ deſignet, patet quia panis ex multis granis, & vinũ ex multis uuis cõficit. Et cũ totus Chriſt' ſit ſub vtraq; ſpecie, in utraque ſacramenti reperiet cauſalitas.

Duo-

Duodecimũ dictũ, cum duę ſpecies ſimul ſumũtur, nõ duo, ſed vnũ ſũt ſacramentũ: ſi vero diuerſis ſumerẽtur tẽporibus, duo eſſent ſacramẽta. Vnde cũ ſacerdos vtranq; ſpeciem ſumit, quia unã deſignãt refectionẽ unicũq; producunt effectũ, unicũ eſt ſacramẽtũ: ſicuti unica eſt cęna, quæ ex uarijs conficitur ferculis & unicus baptiſmus in quo tres intercedunt lotiones; & duę particulę huius ſacramenti una communio. Quo fit, ut quod ſacerdos ſub duplici ſigno ad integritatem ſacrificij ſumit, Laicus ſub vno tantum ſumat; ſicuti, ſi vni daretur idem cibus in vna lance, & alteri in duabus. Ex quibus colligeres, duas ſpecies, nõ tam eſſe duas partes eſſentiales vnius ſacramenti, quam integrales, ſi externum ſpectetur ſignum: quia ſi res ipſa conſideretur, cum nulli parti deſint ea quæ ad ſacramentum pertinent, vtraque per ſe dicetur ſacramentum; cum in ſpirituali refectione, vt diximus, cibi & potus ratio non diſtinguatur, ſed eadem res cibus & potus dicitur: ideo Dominus dixit, qui mãducat hunc panem, viuet in æternum.

Decimum tertium dictum, Euchariſtiæ ſacramẽtum hunc in modum deſcribi poteſt, Euchariſtia eſt ſpecies ſenſibiles panis & vini corpus & ſanguinem Chriſti ſignificantes, & realiter continentes. Cuius definitionis ſẽtẽtia, & ſi ex ſuperioribus patet, eam tamen breuiter exponã. Dicitur ſpecies ſenſibiles, vt deſignetur quãtitas, odor ſapor, & color, q̃ ſunt accidentia ſenſibilia, & habent rationem ſigni ſacri. Dicitur, corpus & ſanguinem Chriſti ſignificantes: quia iſtæ ſpecies ſunt ſigna quædam: quorum vno, Corpus, altero ſanguis Chriſti ſignificatur. Dicitur realiter continentes, quia non ſunt mera ſigna, ſed rem ſignificatam realiter continent.

De communionis precepto. *Cap. 3.*

Explicata ſacramenti communionis natura, ſequitur, vt de ipſo pręcepto, & de eius circunſtantijs, hoc eſt de ſumẽtibus, de tempore, quo ſumi debet; & de miniſtro a quo ſumendum eſt, dicamus, quibus aliquid de fructibus & de ſumendi frequentia adijciemus.

Vt autem quod propoſuimus plane explicetur, nota, duobus modis aliquẽ, poſſe communicare: primo re cum ipſum ſacramentum ſuſcipit: ſecundo voto, cum ſumendi deſiderium habet. Rurſus tribus modis dicitur aliquis communicare: primo ſacramentaliter tantum, vt cum quis ſumit ſacramentum, ſed ſacramenti effectum non recipit: Secundo, ſpirituali ter tantum, vt cum quis exiſtens in gratia ex caritatis affectu cupit ſe vnire cũ Chriſto per hoc ſacramentum, quod tamen actu ob aliquam cauſſam non ſuſcipit. tertio, cum quis vtroque modo communicat, ſumendo ſacramentum, & participando effectum. Quod ſi quis profanus ſumeret ſacram hoſtiam, tanquam communem panem, ſumeret ſacramentum, ſed non ſacramentaliter. Rurſus ſpiritualiter tribus modis manducatur, primo in figura, vt in agno paſchali, & in manna: Secundo in voto implicito, vt in ſuſceptione baptiſmi, & aliorum ſacramentorũ, quę ad hoc referuntur, tertio in voto explicito vt diximus. His ita notatis quid de re propoſita tenẽdũ ſit ſtatuam*. *Can. quod eſt de cõſe.d.2.* *Can. ut quis de cõſ.d.2.*

Primum dictum, ſacrę communionis ſumptio, eſt de iure diuino, hoc dixerim contra quoſdam qui exiſtimarunt eſſe ſolum de iure humano. Primum patet ex ipſo Domino dicente, Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis vbi dat expreſſum præceptum de ipſa ſũptione, quod re vel voto implendũ erit, ſicuti præceptũ de baptiſmo de quo idem Dominus Dixit, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſãcto. Rurſus, quãdo hoc ſacramentũ inſtituit, plane pręceptũ indicauit, Cum dixit, Hoe facite in meam cõmẽmorationẽ; Facite, eſt verbũ præcepti, quod nõ ſolum ad conſecrationem, ſed etiam ad ſumptionem refertur; idcirco ipſe ſuis diſcipulis miniſtrauit. Deinde, Euchariſtia eſt finis omnium ſacramentorum: igitur, vt de alijs eſt diuinum præceptum, ita & de hoc. Denique, ſi de cibo corporali ſumendo eſt naturale præceptum; cur de ſpirituali, non erit præceptum diuinum? *Ioa. 6.* *Ioa. 3.* *Luc. 22.*

Secundum dictum, de Euchariſtia ſumenda datur præceptum humanum ratione limitationis, quoad particulares circumſtantias: quod pro noſtro tempore, habetur in cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſ. quod qua ratione intelligendum ſit, poſtea explanabo. Dixi, pro noſtro tempore, quia olim diuinum præceptum alia ratione fuit determinatum a præcepto humano, vt infra docebo.

Con. Cõſtātieſ. Baſiliē. Tridēt. Tertium dictum, nunquam fuit de iure diuino, neque de neceſſitate ſalutis cõmunicare ſub vtraque ſpecie; & ita adimplent præceptum, qui ſub vna tantum cõmunicant; Doctrina eſt certa fide tenenda, quam latiſſime probarem, ſi hoc eſſet mei inſtituti, breuiter igitur confirmabo. Primo ex ipſius Domini doctrina & facto. *Ioan. 6.* Nam cum hoc præceptum dedit, ſemel, iterum, & tertium dixit, eos habituros vitam, qui eius panem manducabunt *Luc. 24.* & diſcipulos euntes in Emaus ſolo pane communicauit, vt aliqui patres in quibus Auguſtinus, Theophylactus, Hieronymus, *Ianſ.* & alij adnotarunt: vel certe, exemplo id fieri poſſe demonſtrauit. Deinde, quia licet aliquando pro fidelium uoluntate, & cõſuetudine laici ſub vtraque ſpecie communicauerint; tamen ſemper ſub vnica tantum ſpecie communicare licuiſſe, ac etiam fideles ſemper hoc ſeruaſſe certiſſimum eſt, Nam antiquitus, cum nõ liceret libere frequentare eccleſiam, fideles domum Euchariſtiam ferebant, quã ſuo tempore ſumerent, panem nimirum. *Tert li. 2. ad uxor.* Rurſus ſolebant communicare infantes, quibus ſolum vinum in os infundebatur; vt ex Cypriano, & alijs diſcimus. Item in pœnam clericorum, ſtatutum erat, vt more laico ſub vna tantum ſpecie communicaret. Denique in die Paraſceue olim cõmunicabant, & tamen ſub vna tantũ ſpecie, cum eo die non fiat ſacrificiũ, ob honorem ſacrificij a Chriſto tali die oblati. Poſtremo, vtraque ſpecies, vt eſt probatũ, continet integrum ſacramentum: igitur ſatis eſt ſub una tantum ſpecie communicare. Ex quibus colligeres, tres fuiſſe ritus communicandi: vnum ſub ſpecie panis tantum, alterum ſub ſpecie vini tantũ tertium ſub utraque, quo modo de iure diuino communicare debent, qui ſacrificium celebrant, vt ſupra docuimus.

Quartum dictum, non eſt damnandus ritus Eccleſiæ, quod Laicos ſub vna tantum ſpecie panis ad communionẽ admittat; penes quam eſt poteſtas mutandi ritũ quoad modum ſumendi ſub hac, vel illa ſpecie. Quod eccleſia dictam poteſtatem habeat, patet quia modus ſumendi nõ eſt de iure diuino: quare, cum poſſit nouas leges condere, pro temporum opportunitate, poterit hũc ritum mutare, ut & in alijs ſacramentis fecit. Quod non ſit reprehendenda, probatur. Primo, quia ſi miniſtraret ſub ſpecie vini, ſæpenumero contingeret ſanguinis effuſio, cum ſenibus, pueris & infirmis miniſtrarur. Secundo, quia ſacramentum deferendum eſt ad infirmos, & ſæpe ad loca remota, ut patet in villis: ſanguis autẽ non cõmode fertur. Tertio, propter adſeruationẽ: quia vinũ, in modica quantitate, & diu conſeruari non poteſt. Quarto ob inopiã, quia multa loca uino carent: & ita cum illis populis, aut eſſet diſpenſandũ, vt vna tãtum ſpecie cõicarent, aut a cõione abſtinere deberent. Quinto, quia inueniũtur multi, q uinũ abhorrent. Sexto, ad extirpandos errores qui hac in re extiterunt, cum aliqui vnã tantũ ſpeciẽ, eſſe neceſſariã, nimirũ panẽ, alij vtranque, alij denique ſub vna ſpecie eſſe ſolũ corpus, & ſub alia ſolum ſanguinẽ putauerint. Denique, cõueniẽs fuit, vt hac in parte aliquid amplius ſacerdotib' cõcederetur. Ex quibus colligeres, quã cõuenienter eccleſia ſub una tãtũ ſpecie cõionẽ pceperit: tũ ob rationes allatas: tũ ob ppetuũ vſũ apud oẽs populos: tũ denique ob fidelium cõcordiam in re grauiſſima.

Quintũ dictũ, ex qualibet ſpecie tãtũ fruct' ſumitur, quãtũ eſt neceſſarium ad ſalutẽ: explico, ſiue quis vnã tãtum ſpeciẽ hãc, vel illã, ſiue utrãque ſumat, ſemp cõſequetur eum fructum quẽ fideles in hoc ſacramẽto q̃runt, gratiã nimirum, p quã aĩa conſeruatur & augetur in ſpirituali vita. Ita determinatum eſt in Concilio Tridentino, & patet ex ijs quę ſupra diximus; quia quælibet pars habet quidquid ad uerum perfectumque ſacramentum requiritur: at in omni ſacramento datur

gratia;

Ioan.6. gratia, igitur. Et, ſi Chriſtus comedenti panem promiſit vitam, profecto panis eam præſtabit.

Sextum dictum, nõ capitur minor fructus ex vna tantum ſpecie, quam ex duabus: & ita quidquid ex duabus percipitur ex una etiam capitur. Hæc doctrina non eſt ita certa, ſicuti ea quam quincto dicto ſtatuimus: ſed tamen videtur omnino retinẽda. Primo, quia ita communis habet

4.ſen.d. 11.hic in ſect. 81. Theologorum opinio, diui Bonauẽturę, Ricardi, Gabrielis, Caietani, Roſenſis, Clictouei, Decani Louanienſis, Alphonſi

Lib 6. de hæreſes. a Caſtro, Soti, & aliorum. Deinde hoc infinuare videtur Cõcilium Tridentinum, dum ait ſub vtraq; ſpecie ſumi Chriſtum fontẽ omnium gratiarum: ergo ſub qualibet ſpecie omnis tribuitur gratia: virtus enim huius ſacramenti eſt ipſe Chriſtus, vel caro & ſanguis eius.

Septimum dictum, etiãſi ſub utraque ſpecie plus fructus perciperetur, quã ſub vna tantum, adhuc non expediret, ut omnes ſub vtraque communicarent. Quia eligibilius eſt, ut aliqui aliquo bono non neceſſario careãt, quam vt cum maximo periculo irreuerentię huius ſacramenti, omnes ſub vtraque communicent, cum præſertim ſint in ſtatu ſalutis, & nulla neceſſitas cogat ſicuti, quamuis Euchariſtia infantibus prodeſſe poſſit tamen ob dictã cauſſam, melius eſt vt eis non detur. Adde, quod ea gratia quæ poteſt recipi ſub vtraque ſpecie, poteſt haberi per vnam, ſi quis ſæpius communicet.

Octauum dictum, qui cum poſſit hoc ſacramentum reipſa ſumere, ſolum uoto ſuſciperet, & ſpiritualiter communicaret, is non ſatisfaceret præcepto diuino, vel eccleſiaſtico: ſecus dicendum eſſet, ſi aliquio pacto impediretur. Quoniã vtrunque præceptum tam diuinum, quam humanum datur de ſumptione reali: ergo ſi quis nõ ſit impeditus, re ipſa cõicare dẽt.

Nonum dictum, per ſolam cõionẽ ſacramentalẽ ſatisfit præcepto Eccleſiaſtico vt patet in eo qui ſolum ſacramentaliter ſumit, ſine fructu ſcilicet. De hoc ſumendi modo intelligitur illud Apoſtoli, Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat: quo modo is manducare dicitur, qui cum conſcientia peccati mortalis ad ſacram menſam accedit. Vnde nõ ſunt audiendi illi qui dicũt peccatores nõ manducare, ob eam cauſſam, quod Chriſtus recedat a ſacramento cum a peccatore ſumitur, quod eſt falſum. Quo loco ad notauerim, eũ qui ſacramentaliter & ſpiritualiter communicat, tum ex opere operato, tum ex opere operantis gratiam acquirere; eum vero qui tantum ſpiritualiter communicat, ſolum ex deuotione.

Qui & quando & ſub quo peccato obligentur ad Euchariſtiam ſumendam. Cap. 4.

QVod attinet ad eos q Euchariſtiã ex pręcepto diuino, vel humano ſumere tenẽť, ac ẽt quoad tp̄s ĩ quo ſumẽda ẽ, q̄d ſentiẽdũ ſit, ſequẽtib' dictis docebo.

Primũ dictũ, pueri ante vſũ rõnis ex p̄cepto diuino nõ ſũt obligati ad ſumendã Euchariſtiã, & ita ſine ea ſalutẽ conſequi poſſũt. Eſt hæc doctrina certa fide tenẽda quã primo cõis cõſenſus & vſus toti' cõfirmat Eccleſię. Deinde, q̄a Diu' Paul' cũ loqť de hui' ſacri ſũptione, req̄rit ĩ ſuſcipiẽte ꝓbationẽ: quã paruuli adhibere nõ poſſũt: erit igiť hic cib' adultorũ, nõ paruulorũ. Nec obſtãt, uerba Chriſti dicẽtis, Niſi mãducaueris carnẽ filij hõis, &c. q̄a hic loc' ĩtelligiť d̄ ſũptiõe ĩ voto rõne eorũ q re ſumere nõ poſſũt: ſicuti ẽt ĩtelligitur loc' d̄ p̄cepto baptiſmi, Niſi q̄s renat' &c. Alias.ſ. nec adulti ſaluarẽť ſine Euchariſtia re ſuſcepta, cũ ſumi nõ p̄ōt, ꝙ ẽ falsũ: vt patet de baptiſmo, cui' ſuſceptio ĩ uoto ſufficit, ni re ſumi poſſit: quẽ q re ſuſcipit Euchariſtiã voto ſuſcipere dr̃. Neque eodẽ mõ ẽ neceſſaria paruulis cõio, ſicuti & baptiſm'; ac ꝓinde pueri baptizãť q̄a cũ Chriſt' ĩſtituit p̄ceptũ d̄ baptiſmo, uniuerſe ĩ tertia pſona dixit, niſi q̄s: at cũ dedit p̄ceptũ de ſuo pane ſumendo, cũ adultis in ſecunda perſona loquutus eſt, dicendo, Niſi manducaueritis.

Scd̄m dictum, licet olim fuerit aliquis uſus dãdi Euchariſtiã paruulis, ꝙ aliqui male negãt, tñ p̄cepto eccleſiaſtico exclu dũť, idq; cõueniẽter factũ eſt: ꝙ ſi q̄s eis miniſtraret, fructum perciperent. Quod fuerit aliquis uſus, patet ex dictis, &

id antiqui ſcriptores teſtãtur. Quod, nũc ſint excluſi eſt manifeſtũ ex uerbis præcepti eccleſiaſtici, quod ſolum obligat eos q ad rationis vſũ peruenerũt. Quod conuenienter prætermittãtur, patet, quia eſt euidens periculum irreuerentię ſacramenti; cum pueri non facile deglutire nec apte ſumere poſſint: adde etiã quod non poſſunt diſcernere inter cęleſtem & communem panem. Quod autem paruulus ſit idoneus ad fructum percipiendũ, ſi hoc ſacramentũ ſumeret, patet; quia vere manducaret, & ſacramẽtũ habet efficaciam de iure diuino, etiam in paruulo, cum ætas ſolum requiratur de iure humano. Et licet non manducaret ſpiritualiter actu; mãducaret tamẽ habitualiter per fidem & caritatem quam habet.

Tertiũ dictũ adulti vſu rõnis carentes non ſunt obligati ad hoc ſacramentũ ſumẽdũ ex pręcepto eccleſiaſtico. Nã eccleſiaſtica ordinatio, uſum rõnis reqrit. An autẽ aliquãdo amẽtibus liceat cõmunionẽ miniſtrare, poſtea priuatim docebo.

Quartum, dictum præceptum eccleſiaſticum obligat omnes fideles utriuſq; ſexus poſt uſum rationis. Ita expreſſe definitur in capite Omnis, de pœnitentijs & remiſſion. Obligat autem ſemel in anno, tempore paſchatis: contra quam legẽ non faciunt illi, qui ob aliquod impedimentum communicare non poſſunt, ut excommunicati ſuſpenſi, interdicti & qui nequeunt abſolui; vel ob aliquod aliud occultum & iuſtum impedimentum, non communicant. In quo caſu libenter eccleſiæ cenſuram ferendo aliquid mererentur, modo per eos non ſtet quin abſolutionem obtineant. Quod ſi quis iniuſte eſſet excõicatus, ſi ſiue ſcãdalo cõmunionẽ ſuſcipere poſſet, ei liceret. Sed iã de tẽpore qd tenẽdũ ſit uideamus.

Cõ. Tri. ſeſ. 13. can. 9.

Nau. ca. 21. n. 45.

Nau. lo. cit. n. 48.

Quinctũ dictũ, tempus ratione ætatis, eſt poſt uſum rationis: quando autẽ poſt rationis uſum reſpectu huius, uel illius perſonę obliget, relinquitur arbitrio Cõfeſſarij, & eorũ qui pueri curam habent, ut parentum, & dominorum: qui cum tẽpus acceſſerit inſtruere deberent pueros, quãtũ ætas patitur, & neceſſitas requirit, circa huius ſacramẽti ſumptionẽ, ne omnino imparati ad tantã mẽſã accederent. Priuatim uero illud dixerim, prius pueros aſſueſaciendos & admittẽdos eſſe ad confeſſionẽ, quã ad cõionẽ, ad quã ad annũ decimũ & duodecimũ, vniuerſe loquendo, ut nonnulli docent, admitti poterunt, prout deuotio in eis eluceſcet.

Ale. 4. p. q. 49.

Palu. 4. d. 9. q. 4.

Sextũ dictũ anni tẽpus ex determinatione eccleſię, eſt paſcha reſurrectionis, Hoc ãt tẽpus ꝙ declaratũ fuit ab Eugenio Quarto, ut Sylueſter refert incipit a die iouis, uel etiã palmarũ, & extendit̃ ad octauũ diẽ poſt Paſcha, In quibuſdã tamẽ locis, ut refert Nauarrus, conſuetudo iã præſcripta habet, ut huic pręcepto ſatisfiat, cõmunicando in quocunque die Quadragesimę. Cęterũ, ut lex ipſa eccleſiaſtica docet, proprius ſacerdos ob aliquam rationabilem cauſſam communionem protrahere poteſt.

Ver. Eucha. 3. §. 15.

Cap. 21. nu. 45.

Septimũ dictũ, qui tempore paſchatis cũ debuerit & potuerit cõionẽ ſumere, & nõ fecerit, is ſemper remanet obligatus ad ſatisfaciẽdum eccleſiaſtico præcepto. Non me fugit quoſdã uiros doctos cõtrariũ ſuſtinere: uerũ nobis cũ alijs ꝙ docuimus probabilius videtur, & ſatis bene a Nauarro cõfirmat̃, quẽ cõſulere poteris. Huic opinioni fauet determinatio Cõcilij Tridẽtini, dicentis omnes & ſingulos fideles, teneri ſingulis annis, ſaltẽ in paſchate; unde par eſſe uidetur ratio cũ pręcepto cõfeſſionis, ꝙ ſemel in anno obligat: igit̃ q nõ eſt cõicatus in Paſchate ſẽper remanet cum obligatione cõicandi.

Seſ. 13. ca. 9.

Syl. Euc. 3.

Octauũ dictũ, extra hoc tẽp' paſchatis, qlibet fidelis obligat' eſt ad Euchariſtiã ſumẽdã ĩ ĩfirmitate, cũ ẽ ꝓbabile periculũ mortis, ꝙ tẽp' dicit̃ mortis articulus & qdẽ ſub pęna peccati mortalis, ſi tñ vacat, & nullũ ẽ ĩpedimẽtũ legitimũ; ut ſi eſſet periculũ vomit', a quo peccato excuſaret̃, q ẽt ſan' paullo ante cõionẽ ſũpſiſſet ut añ quattuor, uel octo dies. Hoc dictũ primũ cõfirmari p̃t ꝑpetua Eccleſiæ cõſuetudine; q̃ multi canones demõſtrãt & confirmãt. Et Innocẽtius libro quarto de officio Miſſæ, capite quadrageſimo ſecundo, ait neceſſario eſſe ſumendum agnũ ut a deuaſtãte Angelo liberemur, & nos nõ poſſe de Aegypto exire niſi Phaſẽ cele-

Palud. 4 d. 9. q. 1.

Can de ijs 26. q. 6.

Ca. Vir. 27. q. 1.

Can. pe. d. 50.

celebrando agno paſchali. Vnde ſacramẽtum hoc in extremo vitæ ſumptũ appellari ſolet Viaticum.

Nonum dictum, communicare in articulo mortis videtur eſſe de iure humano. Primũ, quia ſi eſſet de iure diuino, ſacri canones non ſtatuerent, vt quibuſdã perſonis non miniſtraretur hoc ſacramẽtum in extrema uita, ut re vera ſtatuunt: ob quam legem ei qui falſo accuſaſſet epiſcopum, ut Damaſus decreuit, & illis qui ſe ſacris virginibus ſociãt. viaticũ de ſæculo tranſituris negatur, ni digne eos pœnituerit. Secundo idem cõfirmares ex cõſuetudine, quæ multis in locis viget, q̃ habet, vt damnatis ad mortem non miniſtretur Euchariſtia: quę conſuetudo omnino eſſet reprobanda, ſi eſſet obligatio de iure diuino. Sed longe melius eſſet ſi iuxta ſacros canones eis miniſtraretur, vt in Concilio Maguntino eſt decretum.

2.q.3 c. ſiquis. 27.q.1. ca. Virg.

13.q.2. ca. queſitũ. ca. ſuꝑ eo & hgr. li. 6.

Decimum dictum, præceptum eccleſiaſticum de communione ſemel in anno ſumenda obligat ſub graui culpa. Ita omnes communiter docent ſcriptores, & fideles ſentiunt; & ex ipſa pœna quæ in lege apponitur plane colligitur, cum ſit grauis, ꝓhibitio nimirũ ab ingreſſu eccleſiæ, & priuatio eccleſiaſticæ ſepulturæ.

A quo ſumenda ſit Euchariſtia, & cui neganda. Cap. 5.

Circa miniſtrum ſacramenti Euchariſtiæ duo nobis explicanda propoſuimus: primum, quis ſit legitimus miniſter: deinde quãdo miniſter peccet in huius ſacramenti adminiſtratione, ratione eorum quibus illud miniſtrat: & quod ad primum attinet, ita ſtatuo.

Primum dictum, huius ſacramenti legitimus & proprius miniſter eſt ſacerdos curatus habens iuriſdictionem non impeditam in eum quem communicat, uel alius ſacerdos qui a curato, vel ab habente iuriſdõnem facultatẽ expreſſã, vel tacitam adminiſtrandi hẽat; quod intelligẽdũ eſt, ẽt extra tp̃s præcepti in articulo mortis. Quare, qui non ſubditũ cõicat, & qui a nõ ſuo cõionem accipit peccat: Religioſus vero qui alios cõicat, non ſolum peccat, ſed etiam eſt, excommunicatus, excommunicatione Papali latæ ſniæ.

Secundum dictum, quamuis olim diaconi, vt ex Iuſtino martyre colligimus, vtraque ſpẽm adminiſtrauerint: tamẽ poſtea hic vſus ſublatus fuit, & non adminiſtrabant, niſi in abſentia ſacerdotis: immo factum eſt etiam, vt nec in abſentia, extra caſum neceſſitatis. Tertium dictũ, diaconus in neceſſitate, ẽt ſine licentia, ꝑt adminiſtrare hoc ſacramentum, neceſſitas.n. ſecum licentiam affert; immo ob eandem neceſſitatem, etiam præſente ſacerdote liceret, ſi ſacerdos ex odio vel negligentia, communicare nollet.

Quartum dictum, religioſi Mendicantes, ex priuilegio habent, vt poſſint miniſtrare cõionem in ſuis eccleſijs, & alij q eorum Priuilegijs utuntur, ut Patres a ſocietate Ieſu. Ita eis conceſſum fuit a Leone X. Excepto tamen ſolo die Paſchatis: quam exceptionem Nauarrus intelligit de ſola cõione quæ fit in die Paſchatis, ſiue fiat ad ſatisfaciendum præcepto, ſiue nõ. quare tali die quiſq. cõicare dẽt ĩ ſua parochia, niſi licẽtiam hẽat a ſuo curato.

Quintum dictum, quamuis legamus laicos aliquãdo cõicaſſe, præſertim ſeipſos; tamen dicendũ eſt laicũ nõ poſſe eſſe miniſtrũ huius ſacramẽti, etiam in neceſſitate: quia hoc ſacramẽtũ non eſt de neceſſitate ſalutis, in articulo mortis, ſicuti nec ſacra unctio. Et in canone. Peruenit dicitur eſſe horribile & deteſtabile quod laici hoc ſacramentũ miniſtrent. Adde etiã cõmunẽ uſum totius eccleſiæ, cũ nul libi talis uigeat conſuetudo.

Sextũ dictum, ſacerdos poſſet eſſe ſibi miniſter huius ſacramenti extra Miſſam vt in tempore peſtis, vel in alia neceſſitate. Ita exiſtimauit Sotus, Caietanus in verbo, Miniſter cõmunionis, & Armilla in verbo communio. Sed iam eos caſus numeremus in quibus ſacerdos hoc ſacramentum adminiſtrando peccat.

Primus, ſi miniſtret Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie, in locis, in quibus non eſt diſpenſatũ a Pontifice. Hoc.n. prohibitũ eſt in Concilio Conſtantienſi, ſub pœna excommunicationis.

Secundus, ſi miniſtret infantibus ante

vſum rationis, ut patet ex ijs quæ ſupra diximus, cũ de ſuſcipientibus egimus.

Gl. 26. q. 6. ca qui recedũt. Tertius ſi miniſtret amentibus a natiuitate: nã licet ijs conferri poſſet, ſicuti & infantibus, vt ſup. docuimus; tamen conferẽdum nõ eſt, Amẽtib' uero in quibus præceſſit deuotio cũ erãt cõpotes rationis, in articulo mortis miniſtrãda eſt Euchariſtia; ut patet ex cõcilio Carthaginẽ ſe quarto: vbi ſancitur vt ille qui petuit *26. q. 6. Can. is qui. Caiet.* cõfeſſionẽ, & poſtea incidit in amẽtiã, ad ueniẽte ſacerdote, abſoluatur, & euchariſtia ei miniſtretur. Neque credẽdũ eſt ꝙ aliqui dicunt hoc ſacramẽtũ iſtis non cõferre gratiã; q̃a licet dũ ſuſcipiũt, nõ habeãt attẽtionẽ: rñ ſatis eſt præcedens diſpoſitio. Licet etiã adminiſtrare illis amẽtibus, q̃ habent vsũ rationis imperfectũ, *D. Th. 3 p. q. 80. ar. 9.* cũ aliquã poſſint habere deuotionẽ. Atq; etiã arreptitijs, modo nõ ſint furioſi, vt ſit periculum irreuerentię: Quia habent uſum rationis, ac proinde excludendi non ſunt.

Quartus, ſi miniſtret infermis, in quibus eſt periculũ probabile vomitus, aut irreuerentiæ. Quoniam maior ratio habenda eſt de reuerentia ſacramenti, quã fructus, qui poſſet percipi; cum huius ſacramenti ſumptio, non ſit ſimpliciter neceſſaria.

Quinctus, ſi ſcienter miniſtret excõmunicatis, etiam excommunicatione mi nore: quod ſi ignoranter faceret, excuſaretur a peccato, modo ignorantia nõ eſſet culpabilis, & craſſa: quia nullam præ miſit diligentiam cum dubitari poterat *Bonau. Palud.* ſuſcipientem eſſe excommunicatione in nodatum.

4. ſ. d. 9. Sextus, ſi miniſtret publicis cõcubinarijs, uſurarijs, meretricibus, hiſtrionibus, & ſimilibus peccatoribus: quãtũuis eos ſuorũ peccatorũ pęniteat, & cõfiteãtur, quibus publica cõmunio dãda nõ eſt, donec publice pęnitentiã agãt, aut paroch' per licentiã ab ipſis habitam, publice eos *Lib. 1. epiſt. 10.* denũtiet, eos pęnitere, & cõfeſſos eſſe; ita ut aliquo modo publice de eorũ emenda *De conſ. d. 2. can. Pro dilectione.* tione cõſtet. Publico itaque peccatori Euchariſtiã etiam eo tempore quo iure peti poteſt, de negenda eſt, ut ex Cypriano & ex eccleſię conſuetudine diſcimus,

Sed peteres, quis nã dicatur publicus ſiue manifeſtus peccator cui petitioni re ſpondeo ex Panormitano, tribus modis dici aliquem peccatorẽ eſſe manifeſtum. *Cap. Va ſtra. de cohab. cler.* Primo, quando in publico iudicio cõfeſſus eſt crimen. Secundo, quando per iudicis ſententiam denuntiatus eſt. Tertio, ex rei euidentia, ut ſi eſſet notus maiori parti oppidi, aut viciniȩ, vel parochiæ. Rurſus cẽſeretur etiã peccator manifeſt' qñ maiori parti eorũ qui accedũt ad com munionem notum eſſet eius peccatum.

Sed quid dicẽdũ eſt de occulto peccatore, cum parochus nouit eius peccatũ, an repellẽdus ſit, ſiue publice, ſiue occulte petat: cui dubitationi reſpon. hunc in modũ Primo qñ crimẽ per ſolam confeſſionẽ ſacramentalem conſtat, non eſt neganda communio etiam ſi occulte petat. Quia quod per ſolam confeſſionem eſt notum cenſetur occultum in foro externo: at mi niſtrare pertinet ad forum externum: igi tur. Huc facit, ꝙ Chriſtus non negauit Iudæ proditori ſuum corpus. Secundo, ſi extra confeſſionem conſtet de peccato, & qui miniſtrat, non eſt curatus, ei negãda erit. Ita communiter doctores docent. Tertio, etiamſi miniſter ſit curatus, & ſit tempus pręcepti modo occulte petat, pro babilius eſt, quod non debeat miniſtrare. Quoniam iſte nõ habet ius petendi com munionem, cum de eius indignitate con ſtet: & hic non intercedit ſcandalum, cũ non publice petat. Quarto occulto peccatori publice petenti, etiamſi ſacerdos non ſit curatus, non eſt neganda Euchariſtia. Ita tenet diuus Thomas, & ratio eſt, quia ſi neget, manifeſtat crimen & infamat.

Septimus, qui hoc ſacramentum in peccati probationem daret; cum ſcilicet peccatum eſt occultum; ut olim a quibuſdam fieri ſolebat: alludentes ad illud Pauli; qui indigne manducat, iudicium ſibi manducat. In prima namque eccleſia, qui indigne accedebant, in morbos & in mortem incidere ſolebant. Sed hoc probationis genus reiectum fuit a Stephano Papa: Quia occulta ſunt relinquenda illi, qui corda nouit. Pari ratione peccaret ille, qui hoſtiam non ſacram alicui miniſtraret: quia eſſet

cauſſa

cauſſa committendi peccatum idololatriæ.

Octauus peccaret miniſter, ſi ſua culpabili negligentia, infirmus recederet ſine ſacramēto. Vbi quorūdam abuſus eſt omnino tollendus, qui putant ſatis eſſe, ſi infirmo oſtendant corpus Domini adorandum: quia ſumendum eſt, cum realis ſumptio certum det gratię gradum, quo defraudatur, is qui non ſumit.

Denique, neganda eſſet communio ei qui nollet ſe cum inimico conciliare, nec pacem cū aliquo ſigno exteriore facere; poſito quod qui iniuriam fecit, pacem conuenienter petat, & ad eam ſatisfactionem dandam ſe prōptū oſtendat, iuxta ea, quæ fuſe ſuper hac facti ſpecie libro de Pacificatione ſcripſi; qui locus ſi caſus incidet, qui non raro incidere ſolet, conſulēdus erit, & conſuluiſſe non pęnitebit.

Huc referres peccatū parentum, curatorum, & dominorū, qui notabiliter ſunt negligentes in curando, vt liberi, pupilli, minores, & ſerui ad communionem obligati ſuo tempore præcepto ſatisfaciant. Minores vero, & qui alienum conſilium atque admonitionem expectarent, non ita facile peccarent, ſi tardius ad hoc ſacramentum accederent.

Qualis eſſe debeat is, qui ſit ſuſcepturus Euchariſtiam. Cap. 6.

CVM ſupra docuerimus, qui, a quo, & quo tempore Euchariſtiæ ſacramentum ſuſcepturus ſit, ſequitur ut doceamus qualis eſſe debeat, qui digne ad ad ſuſcipiēdum vult accedere. Nemo. n. niſi impius diceret, ad talem ac tantum cibum ſumendum accedi poſſe ſine ulla diſpoſitione ac pręparatione. cū expreſſe Paulus dixerit, hoīem qui ad hanc ſacrā menſam velit accedere, ſeipſum probare debere: cum, vt Dominus plane docuit, non ſit dandū ſanctū canibus, hoc eſt res ſacra indignis. Conditiones, quas cōmuniter ſcriptores in ſuſcepturo euchariſtiā requirunt, hoc diſticho continentur.

Lotus, diſcret⁹, ſan⁹, nō prāſus, et aptus: Cōtritus, faſſus, mūdus, recteq; paratus.

Quarū q̄ primo carmine cōtinentur, hoc capite breuiter exponā, cū ex ijs quæ iam dixi facile intelligi queant: alias uero conſequentibus.

Lotus, hoc eſt baptizatus; nulli. n. ante baptiſmū, etiamſi ſit fidelis & iuſtus, qualis poteſt eſſe catechumenus danda eſt euchariſtia. Immo non baptizato, non licet adeſſe ſacrificio, in quo hoc ſacramētum cōficitur; vt ſup. de Miſſa agendo docui. D. Tho. 3. p. q. 79. ar. 9

Diſcretus, hoc eſt, ſumpturus hoc ſacramentum debet eſſe rōnis compos, & ita, vt iam docuimus, eucharistia non eſt danda pueris ante vſum rōnis, nec ſtatim poſt uſum, qui eſſe ſolet, circa annum ſeptimū, ſed prius aſſueſaciēdi ſunt ad ſacramentum cōfeſſionis, vnde in decimo, vel duodecimo anno, pro deuotione quæ in eis apparet admittēdi erūt, iuxta ea q̄ iam ſcripſimus. Huc etiam faciunt, quæ de amentibus proximo capite docuimus

Sanus, hoc eſt non ægrotus, per quam conditionem non excluduntur oēs infirmi, cum, vt dictū eſt eis dāda ſit Euchariſtia, ſed ſolum illi, qui ita ſunt morbo affecti, vt non ſine probabili periculo irreuerētiæ ſacramentū queant ſuſcipere; ut ſunt illi qui frequentes vomitus patiuntur, aut maximā tuſſim, vel certe nō pñt os ita aperire, vt commode ſumant: qua in parte miniſtri deſideratur prudentia.

Non pranſus, hoc eſt, debet eſſe ieiunus, qui hoc ſacramentū ſit ſuſcepturus: ieiunus, inquam, non ſolum a cibo, ſed ēt a potu, & medicina: nam qui aliquid horum ſumpſerit, niſi ſit infirmus, & timeatur mors, non dēt ſacram communionē ſumere. Nec ſoluitur hoc ieiunium, qđ naturale vocant, vt poſtea, cum de ieiunio agetur, planius docebo, per hoc, quod quis dum os lauat, aliquid aquę in gutturi deſcendit modo non ſit magna quantitas, vel cum micę & particulæ cibi, in cœna ſumpti, quæ dentibus hærebant, deglutiuntur, cum iſtæ per modum ſaliuæ, vt Diuus Thomas, ſcribit, ſumantur. Hæc conditio requiritur, tum in honorē ſacramēti, ne cibus terrenus & humanus ſumatur ante cęleſtē, & angelicū: tū ēt ad ſignificādum, quod caritas, quæ eſt res huius ſacramenti, debet primo fundari in cordibus noſtris; tum ēt ob periculum

D. Th. p. 3. q. 80. ar. 8. Ca. pſb. d. conſ. d. 2.

lum uomitus & ebrietatis,quæ interdum accidunt poſt cibum,vt ex Paulo colligimus. Quod ſi Chriſtus cęnauit antequã communicaret,id fecit, vt prius veterem ritum ſeruaret,quam nouum inſtitueret: nos autem ſeruamus ordinem ab Apoſtolis traditum. Vnde hic ritus eſt humanus,in quo Papa poteſt diſpenſare, vt in ægrotis facit. Et licet olim in memoriam cœnę Chriſti qui ad cœnam hoc ſacramẽtum inſtituit,quibuſdam in locis poſt cœnam communicarent: tamen conſuetudo illa iam eſt abolita. Hoc ieiunium incipit a media nocte diei antecedentis: & ideo ſi quis poſt hoc tempus aliquid ſumpſiſſet,quamuis poſtea dormiuiſſet, communicare non poteſt. Contra vero, qui ante mediam noctem manducaſſet, etiamſi poſtea non dormiuiſſet, nec cibũ concoquiſſet,communicare poteſt; vt idẽ diuus Thomas docet. Quo loco,ex eodẽ admonuerim,poſt ſumptam communionem,non eſſe ſtatim cibum ſumendum, ſed aliquid temporis interponendũ eſſe.

Aptus,qui ad ſacram menſam vult accedere,debet eſſe aptus, ideſt idoneus ad ſuſcipiendum, non impeditus aliqua excommunicatione,vel interdicto, eccleſiaſticave cenſura, iuxta ea quæ ſupra ſcripſimus,ac proinde de hac conditione nihil eſt cur aliquid aliud dicamus:ad alias igitur pergamus.

Explicantur tres aliæ conditiones quæ in ſuſcepturo Euchariſtiam requiruntur. Cap. 7.

QVoniam hoc ſacramentum inſtitutum eſt ſpeciatim in gratiam viuentium ad animam ſpiritualiter alendam,& ſolum viuẽtia ali nutririque poſſunt; profecto nõ ſatis erit ad digne accedendum ſolum illa fides quæ per peccatũ eſt mortua,ſed ea quę p caritatẽ viuit.

Iure itaque optimo in ſuſcepturo hũc ſacrum cibum requiritur contritio, cum qua,vt ſupra docuimus,caritas eſt coniũcta: quo fit, vt nemo accedere debeat cũ conſcientia peccati mortalis. Vnde qui exiſtimaret ſe eſſe in tali peccato, & accederet, licet re uera non ita eſſet,non acquireret nouam gratiam, ſed quam haberet amitteret; quia ratione malæ conſcientiæ ſacramentum contemneret.

Quare qui in peccato eſt, debet accedere contritus,hoc eſt cum perfecta pęnitẽtia peccati;non quod opus ſit perfecta contritione,ſed quod homo probabiliter exiſtimet ſe eſſe contritum, & ſe non habere mortale peccatum,poſt factam diligentiam; & qui ita diſpoſitus accedit, nõ peccat,ſed peccati remiſſionẽ, ſi in eo ſit conſequitur, vt præter alios docet diuus Thomas. Qui ergo,vt Scotus ait,poſt adhibitam diligentiam non recordatur peccati,& cum deuotione,& dolore accedit, is conſequitur peccati remiſſionẽ & primam gratiam. Ideo dicitur panis viuus, quia non ſolum auget vitam præcedentẽ ſed etiam quia vitam dat non habenti. Et Concilium Tridentinũ ait, hoc ſacramẽtum eſſe in peccatorum remiſſionem, vltra alios effectus: peccatũ autem abſolute pronũtiatum, mortalẽ culpam deſignat. Et ſanctus Cyrillus in epiſtola ſynodali ad Neſtorium, ait carnem Chriſti viuificare,& dare vitam mortuis.

At vero qui eſt in peccato, & cum conſcientia culpabili non habendi accedit, is grauiter peccat. Explico, tribus modis poteſt aliquis accedere ſine conſcientia peccati,cum tamen ſit in peccato. Primo,qñ non recordatur peccati. Secundo,cum recordatur,ſed putat non eſſe mortale. Tertio cum recordatur,& exiſtimat eſſe mortale,ſed dolet ita,vt ſibi videatur eſſe contritus,& peccatum eſſe deletum. Si nõ recordatur peccati,quia nullã adhibuit diligentiã,conſcientia erit culpabilis,& accedẽdo peccabit mortaliter; cõtra vero, ſi facta diligẽtia, nõ recordat', cõſciẽtia cẽſebitur probabilis. Si vero recordat', & putat nõ eſſe peccatũ, nõ excuſabit'; quia ſicuti iſta ignorãtia nõ excuſauit priꝰ, qñ eſſet peccatũ, cũ illud cõmiſit, ita nec excuſat nũc, qñ indigne accedat: ut Durãdꝰ, Paludanꝰ, & Adrianꝰ docẽt. Atqui, cũ recordatur & exiſtimat eſſe peccatũ, & leui cõiectura iudicat ſe eſſe cõtritũ, cõſciẽtia cenſetur culpabilis; quod ſi coniectura eſſet probabilis & homine prudẽte digna; cõſciẽtia ẽt dicetur probabilis. Atque ex his

patet

patet allata doctrina, quã ratio cõfirmati. Quia culpabilis ignorãtia nunquã excuſat, licet aliqua parte minuat peccatũ. Quo loco etiã adnotauerim, aliud eſſe ac cedere cum conſcientia peccati mortalis, & cum ſcrupulo: quia ſcrupulus non gignit aſſenſum, ſed ſolam apprehenſionem & formidinem, nõ autẽ iudiciũ, quod cõſciẽtia includit. Itaque qui mortaliter peccauit, & nulla p̃paratione facta accedit, ſiue recordet peccatorũ, ſiue nõ, mortaliter, & quidem grauiſſime peccat.

Sequitur alia conditio, faſſus hoc eſt confeſſus; quia non ſat eſt ut ſit cõtritio in eo qui mortaliter peccauit, ſed opus eſt præmittere confeſſionem ſacramentalem. Quare, qui poſt mortalem culpã ad Euchariſtiam accedit, licet ſit cõtrit⁹, ni confiteatur, grauiter peccat; quod dixerim cum cõmuni ſententia cõtra eos, qui aliter exiſtimarunt: quorum ſententia reiecta eſt in Concilio Tridentino, ubi excommunicantur lata ſentẽtia, qui talem opinionẽ docent, aut defendunt. Excipit tamen Conciliũ hunc caſum, cũ non adeſt copia confeſſoris: tunc enim poſſet quis accedere cum ſola contritione; modo ubi primum habuerit copiam, confiteri uelit: intelligitur hæc limitatio cum neceſſitas urget: ut in ſequentibus caſibus contingere poſſet.

Caiet. Arm.

Seſ. 13. Cap. 7. & can. 11.

Primo, cum urgeret articulus mortis; ut ſi ſolus ſacerdos eſſet in templo, quod undique deflagraret, nec ſpes eſſet ſalutis; licet eſſet in peccato, ſiue cõſcientiam haberet peccati, poſſet per contritionem ſe diſponere, & ſacramentum ſumere. Idemque in ſimilibus caſibus diceres, ſi ſacerdos abeſſet.

Secundo, cum vrget neceſſitas exequendi officium diuinum. Exempli gratia, eſt aliquis Parochus, qui habet conſcientiam peccati mortalis, & nõ habet copiam confeſſoris, quam ſi expectaret, populus non poſſet audire ſacrum in ſolenni die: is poteſt celebrare præmiſſa cõtritione, & poſtea adire confeſſorem.

Tertio, cum aliquis contraheret infamiam ſi non cõmunicaret. Vt ſi eſſet aliquis Monachus, qui haberet caſum reſeruatum ſuo Prouinciali abſenti; ſi occurrat dies ſolennis, in quo omnes Monachi communicant, is, præmiſſa contritione, ad uitandam infamiam, ad ſacram menſam poteſt accedere.

Quarto, cum vrget neceſſitas præcepti; ut ſi occurrat dies in quo quis tenetur hoc ſacramentum ſumere, nec habet confeſſorem cui aliquẽ caſum reſeruatũ confiteatur; is cum ſola contritione poteſt cõmunicare. Sotus limitat hũc caſũ, vt id facere liceat, cum ſcãdalum, aut infamia ſequeretur, ni ad cœleſtem mẽſam ſe conferret: Alias enim potius abſtinendum eſſet, & præceptum præmittẽdę confeſſionis, potius ſeruandum, quam tali die commnnicandum, cum præceptum ſit Eccleſiaſticum. *In 4. Sẽ. d. 12. q. 1. ar. 4.*

Quincto, cum quis eſt in actu cõmunionis, aut celebrationis ſacri; ut ſi ſacerdos inchoaſſet ſacrum, & poſtea recordaretur cõmiſſi peccati, qui continuare deberet. Similiter, ſi laicus iam eſſet ad altare communionem ſumpturus, & alicuius peccati recordaretur cõmunicare poteſt, & poſtea confiteri; ut Soto & Ledeſmæ placet, ni abſque nota differre queat. Quoniam in his caſibus exiſtimatur non adeſſe copiam confeſſarij: at vero extra hoc præmittenda eſt confeſſio: & hoc ex iure diuino poſitiuo, iuxta illã probationem quam requirit Paulus, quę eſt ipſa confeſſio: quam qui non pręmittit, iudicium ſibi manducat. Hanc doctrinam ex communi eccleſiæ vſu & fidelium conſenſu confirmares.

Sequitur alia conditio, Mundus, hoc eſt non pollutus; vnde qui nocte præcedente paſſus eſt pollutionem, abſtinere debet ab Euchariſtiam ſumenda: ſed pro explicatione nota.

Pollutio triplex eſt, una quæ eſt peccatum mortale, vt ea quæ fit in uigilia, uel etiam in ſommo, quam homo procurauit, ſumendo cibum in hunc finem; vel aliqua culpabili cauſſa: & tunc ſi ante communionem eum pœniteat, & confiteatur, non eſt graue peccatum accedere ad communionem, ſed tantum ueniale, ni aliqua magna deuotione, uel rationabili cauſſa excuſetur. Vnde nullo modo ſunt audiendi illi, qui dicunt eſſe peccatum

tum mortale: cum ad hoc dicendum nullus canon, nulla conſuetudo, & nulla vrgens ratio nos cogat.

Altera quę eſt peccatū veniale, vt cū ex aliqua veniali negligentia ortum habuit, ſiue in vigilia, ſiue in sōno, ſed contra voluntatem, licet homo aliquā delectatiunculam imperfectā ſentiat: & tūc nulla eſt culpa, ſi quis accedat: ſed ob reuerentiā melius eſſet non accedere, niſi adſit aliqua conueniens cauſſa; vt ſi quis haberet hanc religionem celebrādi quotidie, aut communicandi eo die, vel ſi eſſet dies præcepti.

Tertia, quę eſt ſine ullo peccato, vt eſt act⁹ cōiugalis, & pollutio nocturna, quæ ex nulla culpabili cauſſa naſcitur: & tūc non impedit ſacramenti ſumptionē, ex neceſſitate: quæ tamen cōuenienter differtur, cum nulla eſt neceſſitas, aut rationabilis cauſſa, cur cōmunicandū ſit. Quare coniugati ex decentia abſtinere debēt, aliquo tempore ab actu carnali ante communionem. Ita habetur in cā. Omnis homo, vbi dicitur, Omnem hominem ante faciam communionem a propria vxore abſtinere debere tribus, aut quattuor, aut octo diebus.

De cōs. d. 2. 37. 4 Can. vir.

De præparatione ad Euchariſtiam Sumendam. Cap. 8.

Ex hoc omnium bonorum ſpiritualium fonte, eo quiſque plus ſe hauſturum credat, quo magis ad hauriendū ſe comparauerit: & ideo in poſtrema cōditione illius diſtichi, dictum eſt, Recteque paratus. Cum ergo maioris fructus perceptio ex recta præparatione, pēdeat, non perdemus operam, ſi de præparatione, pręter iā dicta, aliqd aliud dicem⁹.

Poteſt autem hæc præparatio duobus fieri modis: primo cum quis ita ſe pręparat, vt peccatum in cōmunione uitet, & vt aliquo pacto ad augmentum gratię ſe diſponat: ſecundo, ad guſtandos huius cęleſtis manę varios ſapores, hoc eſt quam ſuauis ſit Dominus, & ad abundantiorē gratiam accipiendā, & vehementer augendam. Prima præparatio eſt minus perfectam, ſed omnibus neceſſaria ad aliquem fructum accipiendum: ſecunda vero magis perfecta, ſed non ſimpliciter neceſſaria: ad priorem præparationem hæc potiſſime requiruntur.

Primo, vt tollantur impedimenta, de quibus iam diximus, & ita neceſſaria eſt confeſſio, ieiunium, munditiam & attentio, ne mens diuagetur, atq; diſtrahatur; cum mentis diuagatio ea nos gratia priuet, quam ſecum deuotio & attentio affert. Secundo, vt adſit actualis fides, qua huius cibi dignitas cōſideret, et hic cęleſtis panis a terreſtri diſcernatur, & vt cū maximo deſiderio ad animam alendam ſumatur; non ſecus ac ſitibundus ceruus fontes deſiderat, & terra ardēti ſole exiccata pluuiam. Tertio, curandum eſt vt cum maxima reuerētia & humilitate accedatur, ex conſideratione tantæ maieſtatis, & tanti amoris; quod Deus hominē, & inimicum hominē tantum dilexerit, vt ſe ei in cibum & potum (o ſummam & admirabilem, & inexplicabile Dei caritatē) dare voluerit. Hic fidelis hęreat, & ex animo dicat, Vnde hoc mihi, vt Dominus meus veniat ad me? Exi a me Domine, qa peccator sū: Nō ſum dignus vt intres ſub tectū meū. Quarto, ut habeatur dolor ac diſplicētia de impfecta pręparatione, de paruo amore erga hoc ſacramentum, & ut a Deo maius ad ſe digne præparandum auxilium petatur.

Cœleſti cibo ſumpto, faciendū eſt erga Chriſtum, quod erga nobilē hoſpitē fieri ſolet. Primo agendæ ſunt illi gratię, quod ad tam nile hoſpitium acceſſerit. Secūdo offerre debem⁹, illi nos totos, noſtraque omnia, intelligentiam, uoluntatem, memoriam, cęteraſq; animę uires, ut eas pro ſua uoluntate diſponat, & curet. Poſtremo, manifeſtare ei debemus paupertatem noſtram, noſtroſque defectus, ac petere auxilium ad malos affectus extirpandos, & ad uirtutes illis contrarias conſequendas. Sed iā de ſecundo præparationis genere aliquid dicamus.

Qui perfectiore modo paratus accedere uoluerit, primo ante communionē, etiam peccatorum uenialium deteſtationem habeat; animamque ab illis purget; ut muſcę quæ unguenti ſuauitatē im pe

diunt,

ſiunt, abigantur: atque etiam cor ab omni ſenſuali amore, & ab omnib⁹ delectationibus quæ diuinum amorem non iuuant, perpurgent: ita vt ſenſus omnes quadam ſeueritate frenentur, & in officio contineantur. Secundo, famē cibi huius ex duplici conſideratione excitet: altera excellentiæ, & vtilitatis huius ſacramenti: altera propriæ paupertatis, & neceſſitatis. Tertio, profundam reuerentiam, & humilitatem in ſe ex duarū rerū cōſideratione excitet: Altera immēſæ magnitudinis, dignitatis, puritatis, & imperij Chriſti; ad cuius nomen cœleſtia, terreſtria, & inferna genua flectunt: ad cuius conſpectum Angeli tremunt, & ſtellæ ſunt immundæ: Altera vilitatis, & infirmitatis ſuæ; quæ recte conſiderata, efficiet, vt diuinam beneficentiam magnificemus, atque cum propheta, maxima admiratione commoti dicamus, Quid eſt homo quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam viſitas eum?

Pſal. 6. In ipſo vero cōuiuio, duo præcipue excitētur affectus, amor & ſpes: qui profecto excitari poterunt, ſi quis ea fercula guſtabit, quæ in hac cœleſti menſa guſtanda proponuntur: Memoria paſſionis Chriſti; eiuſdem Chriſti præſentia, qua fit vt hominis pectus ſit veluti quidam paradiſus; vt non ſit neceſſum eum ſponſa dicere, Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie; cum iam in tuo pectore cubet, vt mirum ſit, ni amore frangatur: ſed cum eadem, clamare oporteat, Fulcite me floribus, ſtipate me malis; quia amore langueo. Rurſus admirabili & ſuper naturali dono gratiæ qua animam ditatam & ornatam relinquit. Denique certum pignus de futura reſurrectione & gloria: ideo ille ipſe qui ſe in cibum dedit, de ſe loquēdo dixit. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die: Si quis mā ducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Et ſane quis hic amore non exardeſcat, cum ſe tantorum bonorum cumulo repleri, & tanta caritate ſe amari videat? Quis omnia bona a Deo qui ſe in cibum homini dedit, & in eius corde habitare non dedignatus eſt, ſe conſequi poſſe non confidat? ab eo, nunquā, qui magis nos diligit, quā nos ipſi, & magis ſua bona nobis elargiri, quam nos recipere deſiderat. Atque hæc ſunt illa quattuor fercula, quę eccleſia nobis guſtanda proponit, dum de hoc ſacro conuiuio ait, In eo haberi memoriam paſſionis Chriſti, eundem Chriſtū *Cant. 1* ſuſcipi, mentem repleri gratia; & futuræ gloriæ pignus dari. Vnde tertio loco ex intimo corde pro tanto beneficio, tantaque caritate, qua nos complexus eſt, gratiæ agendæ erunt.

At vero poſt communionem, ad fructum perceptum conſeruandum & augendum, hæc cura requiruntur. Primo cuſtodia ſollicita ſenſuum, linguæ, & cogitationum; vt non amplius nos noſtros ſenſus potentiaſque moueamus & regamus ſed Chriſtus in nobis, Vt cum Paulo dicere liceat, Viuo ego iam non ego; viuit vero in me Chriſtus. Quod ſi quid committere contingat, quod eius oculos offendat; id ſtatim dolore corrigendum erit. Secundo, exhibeatur huic ho- *Ioa. 6.* ſpiti quidquid obſequij bonarum operationum præſtare poterimus: & quod eis deerit bona voluntate ſupplendum; vt omnia quæ a nobis fient, in eius gloriā cedāt. Poſtremo, curandū erit, vt quantū fieri poterit, cū eo verſemur, atque tractemus, p meditationē & orationē, petitionēq; ab eo nobis & alijs vtilia & neceſſaria petēdo, gratiaſque pro oībus agēdo.

Denique, vt aliquid dicamus de externa membrorum, & corporis compoſitione, quæ internā deuotionem ac reuerentiam iuuare poteſt, genua flectantur, manus complicentur, caput aliquantulum eleuetur, vt cōmode cōmunio ſumi poſſit, oculi non claudantur, nec omnino dimittantur cum ſacer panis ſumendus eſt; os ſit quietum, ſine vlla lectione, & labiorum mentione; gemitus, ſuſpiria, & exclamationes nullę audiantur, ſed potius ſpiritu, quam voce, vel geſtu aliquo oretur. Sed d his illi legātur, q accurati⁹ & ex profeſſo de modo cōmunionis ſumendæ ſcripſere: ad quā maiore cū deuotione ſumendā, ea excitare poterūt,

L quæ

quę de eius fructibus conſequẽti capite dicemus; ne quis, niſi impius, dicere poſſit, hunc cibum eſſe leuiſſimum.

De fructibus ſacramenti Euchariſtię. Cap. 9.

Io. 6. Qvi fieri poſſet longus de re propoſita liber, eum in breue caput, conferam: quod dum faciam fontes ipſos indicabo, vnde multiplices de huius ſacramenti fructibus riuuli deriuantur.

Primo hic cœleſtis cibus dat uitam animæ, iuxta illud, Qui manducat me, ipſe uiuet propter me. Hunc fructum ex huius ſacramẽti ſumptione percipi poſſe ſupra plane docuimus; cum ſcilicet quis, ſine conſenſu, & conſcientia peccati mortalis, quod tamen habet, ſacrum panem ſumit; quia, tunc ei qui uita carebat uitam tribuit. Et ſi ſanguis hircorum
Heb. 9. vim habebat ad mũdandam carnem, cur Chriſti ſanguis non habeat vim ad emũdandam animam, quæ mundatione indiget, & non eſt hoc beneficio indigna? cuiuſmodi non eſt ea, quæ nullius grauioris culpę eſt ſibi conſcia. Et ſi de Chriſti mortali corporore uirtus exibat, quæ ſa-
Luc. 6. nabat omnes, cur non etiam ex eius corpore iam beato cum ſit agnus ille qui tollit peccata mundi? Verum hic fructus nõ
Ioa. 1. eſt huius ſacramenti ita proprius, ut hic quem ſecundo loco explicabo:

Secundo animam nutrit & alit: ut enim cibus corporalis nutrit corpus augẽdo ſubſtantiam, dum reparat id quod erat conſumptum: ita hic ſpiritualis cibus dat gratiæ augmentum; & id inſtaurat, quod per uenialia peccata fuerat remiſſum: remittunt enim leuiores culpæ, ut ſupra docuimus, caritatis feruorem, & languorem quendam animi, ac laſſitudinem adducunt: at hic cibus calorem excitat, uires reficit, lętitiamque & alacritatẽ
Li. 5 de ſacr. c. 4 adfert. Ideo Diuus Ambroſius, ſcriptum reliquit, hoc ſacramentum dici panem quotidianũ, quia eſt medicina cõtra peccata quotidiana.

Tertio, corroborat animam in uita ſpirituali; unde fit ut qui hunc cibum ſumit quotidie proficiat, carnis tẽtationes uincat, mundi calamitates, & corporis labores ferat. Hic eſt ille panis ſubcinericius, in cuius fortitudine Elias ambulauit 3. Re. 19
quadraginta diebus & quadraginta noctibus uſque ad mõtem Dei Horeb: panis inquam ille, qui cor hominis confirmat.

Quarto pręſeruat a futuris peccatis; ſicuti cibus corporalis cõuenienter ſumptus præſeruat a morte, & a lapſu: quẽ effectũ facile cerneres in ijs, qui frequentius cõmunicant: qui diutius a peccatis abſtinẽt & rarius grauiter peccant. Hoc, cum illi primi Chriſtiani intelligerent, ideo erãt perſeuerantes in communicatione fractionis panis.

Quincto, animam ſatiat, quam nullæ res creatę ſatiare poſſunt: unde fit, ut qui omnibus rebus mundanis affluũt & hoc cęleſti pabulo non ſe reficiunt ſe eſurire & ſitire ſentiant, ſi cũ nõ dũ inuenerint id, quo plene eorũ appetitus expleri queat: Quod autẽ hic cibus omnẽ in partẽ animam ſatiare poſſit, patet; quia continet Chriſtum cum diuinitate ipſa: qui de ſe uere dicere potuit, Philippe, qui uidet me videt & Patrem meum. Itaque numquã ſatiantur qui diuitias, honores, & corporis uoluptates ciboſque carnales guſtant,
Pro quibus (o Domine) Angelorũ eſca Act. 2.
nutriuiſti populũ tuum, & paratum panẽ de cęlo pręſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtantiã enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes oſtendebas, & deſeruiẽs vniuſcuiſque uoluntati, ad quod quiſque uolebat conuertebatur.

Sexto, lętitia atque iucunditate animũ replet: ut. n. homines poſt ſumptũ cibum lętiores, & hilariores eſſe cõſueuere, triſtes uero cũ inediã patiuntur; ita cum quis ſe hoc cęleſti pane refecerit, cœleſti quoque gaudio complectur, pacemque illam
conſcientiæ quæ ſuperat omnes huma- Ioa. 14.
nos ſenſus guſtat. Et ſane, quis præ lætitia non geſtiat? cum in ſe habere animaduertit auctorem pacis & lętitię: eum qui eſt Deus totius conſolationis, eum qui laborantes & onere oppreſſos ad ſe uocat, & reficit. O quoties homines negociorũ tẽporalium onere oppreſſi, & rerum

ad

aduerſarum moleſtijs triſtes, & leuari,& lætari poſſent, ſi ad ſacram menſam, eis a diuina ſapientia paratam accederent: ad quam ab ea his vocibus inuitãtur, Venite & comedite panem meum & bibite vinum quod miſcui uobis.

Prou.9.

Septimo, ſedat animi concupiſcentias atque ardores, vt præter alios adnotauit Cyrillus. Et ſane ſiquis inſtar animalis ruminantis, ſumptum cibum per cõtemplationem ruminando tereret, hoc eſt diligẽter, omnes eius ſapores guſtaret, atq; omnes Chriſti virtutes, quas in hoc ſpirituali conuiuio erga nos exercet, perpenderet; is profecto omnium rerum apperitiones omnes pro nihilo haberet, atque omnino eas deponeret.

Lib.4.in Io.c.17.

Octauo, copulat atque coniungit hominem cum Chriſto, ac etiam ipſos homines inter ſe diſcordia ſeiunctos conſociat. De priore copulatione legimus, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo: vnde qui Chriſtum, ſumpſit, dicere poteſt; dilectus meus mihi, & ego illi: de poſteriore; Quoniam vnus panis, & vnũ corpus multi ſumus; oẽs qui de uno pane & de vno calice participamus. Vnde, cenſante vſu quotidianæ communionis, introducta fuit, oſculi pacis conſuetudo: ut fideles intelligerent, vim eam, quam hoc ſacramentum ad aĩos conciliãdos habet.

Ioa.6.

1.Co.10

Nono, inflammat, & accendit animã deuotione, & caritate erga Deum, & homines. Nam cum in huius ſacramenti inſtitutione Chriſtus ſui amoris erga nos magnitudinẽ declarauerit, profecto, hoc myſterium priuatam vim ad animos hominum amore inflãmandos hẽre debet. Et certe, ſi bona externa, vt veſtes, vt lapilli, vt aurum nobis donata maximos in nobis erga donãtes excitãt amores? quos excitabit, hæc Receptoris noſtri in nos caritas, cũ nobis nõ triticiũ panẽ, non ouiũ carnes, non taurorũ ſanguinẽ, nõ terrenos lapillos, ſed cœleſtẽ cibũ, carnem ſuam, ſanguinẽ ſuum, & ſeipſum totũ nobis edendum tradat, noſtramque mentẽ, cęleſtibus ornamentis exornet? Huc ſitientes accurrant, in hanc cellam uinariam intrent, bibant, & diuino inebrientur amore. Decimo, & vltimo, vt alios multos effectus prætermittam, terrenorũ ciborũ nauſeã, & huius uitæ mortalis tædium quoddã, adducit, & cœleſtiũ bonorũ, æternæq; uitæ, cuius eſt certum pignus deſideriũ ingenerat. Hic itaq; viuus panis qui de cœlo in terram deſcẽdit, e terris in cęlum, ad perpetuam vitam ſumentes adducit, cũ plane dictum ſit; Qui manducat hunc panem, uiuet in æternũ. Atque hæc pauca de effectibus huius ſacratiſſimi cibi dicta ſufficiãt. Anteq̃ autẽ vlterius progredior, quandã dubitationẽ proponam atque reſoluam.

Ioa. 6.

Eſt ergo dubitatio, an peccatum ueniale impediat effectus huius ſacramenti? Vt huic dubitationi ſatisfiat, uota; veniale peccatum duplex eſt, vnũ quod antecedit ſumptionem ſacramenti: alterũ, quod ſumptionem comitatur, vt eſt illud quod in ipſa ſumptione fit. Rurſus antecedens duplex; vnũ quod non hẽt ordinẽ ad ſacramẽtum, vt in vanũ loqui: alterum qđ hẽt ordinẽ ad ſacramẽtum ꝙ ideo eſt peccatum, quia ſacramentum reſpicit; vt imperfecta præparatio ad ſacram menſam. Similiter concomitans, eſt quadruplex: primum, vnum quod alias nõ eſſet peccatum, ni hoc tempore fieret; vt in ſumptione cogitare de ſtudijs. Secundũ, quod ẽſt ueniale in ſe ſine ordine ad ſacramentum, vt otioſa cogitatio, & motus cõcupiſcentiæ, quod tamẽ quia hoc tempore fit grauius eſt. Tertium, ꝙ in ſe eſt peccatum, & hẽt ipſum ſacramentum nõ ſolum pro circunſtãtia, ſed ẽt pro materia; vt gloriari de eucharistiæ ſumptione. Quartum, cum quis accederet cum propoſito tunc peccandi venialiter: vt ſiquis haberet animum dicendi verbum otioſum. Rurſus notandum eſt, effectus huius ſacramenti eſſe in duplici differentia: alios qui per ſe, & ſua natura cũ hoc ſacramento ſunt cõiuncti, vt infuſio gratiæ; alios qui non ſunt per ſe coniuncti, ut ſpiritualis lætitia, & interna conſolatio. His ita notatis ad propoſitam dubitationem reſpondeo his dictis.

Primum dictum, nullum peccatum veniale antecedens impedit huius ſacramẽti effectus. Ratio eſt manifeſta, quia vt ſu

pra docuimus huiuſmodi peccata vi huius ſacramenti tolluntur: igitur.

Adr. So. Secundum dictum, peccata venialia concomitantia non impediunt gratiam habitualem, quæ vi huius ſacramenti infunditur. Eſt doctrina D. Thomæ; quam *Ca. panem de cōſ. d. 2.* hæc Auguſtini ſententia confirmat, ſpiritualiter manducat qui innocentiam ad altare portat: at peccata venialia, quæcunque illa ſint, non tollunt innocētiā: igitur. Confirmatur, quia alias vir maxime ſanctus, qui maximam adhibuiſſet præparationem, & tamen in ſumendo ſcrupulis agitaretur, minus gratiæ reciperet, cum non habeat actualem attentionem, ſicut is qui venialiter peccat, quā vir minimæ ſanctitatis, qui multo minus ſe præparaſſet.

Tertium, dictum, peccata venialia cōcomitantia impediunt actualem feruorē caritatis, & quoſdam alios effectus, qui non ſunt per ſe cum ſacramento coniuncti. Quoniam veniale peccatum caritatis feruorem tollit.

Quartum dictum, ſecurius eſt cum actuali deuotione accedere. Verum, licet *Alex. Bon.* hoc ſit ſecurius, non propterea dicēdum *Dur.* eſt, veniale concomitans totum ſacramēti effectum impedire, licet nonnulli uiri *Palud.* docti id affirmauerint.

De frequentia communionis. Ca. 10.

CVM ergo tot tantoſq; fructus huius ſacramenti afferat ſuſceptio; q hanc diuinam menſam a Deo in medio domus ſuæ, quæ eſt eccleſia, nobis paratam, libenter nō frequentaret, deberet eſſe nemo. Sed cum tamen in re tāti momē tū multi vtātur negligētia, aliquid de cōmunionis frequētia ſcribēdū duxi. Examinabo igitur breuiter hanc difficultatem, de qua aliqui copioſe ſcripſere, an magis expediat frequētius, quam rarius communicare, ad quam ſequentibus dictis reſpondeo.

Primum dictum, quod attinet ad communionis frequentiam rōne præcepti eccleſiaſtici, iā eccleſia quatuor extiterūt ritus. Primus, qui in prima viguit Eccleſia, cum ſinguli ſingulis dieb. peracta cōſecratione communicabāt. Ita diſcimus ex Canone, Peracta, de conſecratione diſtinctione ſecūda: Peracta cōſecratione, inquit Canon, oēs communicent, qui noluerint eccleſiaſticis carere liminibus: ſic enim & Apoſtoli ſtatuerūt, & ſācta Romana tenet eccleſia: idemq; ex Actis Apoſtolicis colligere licet. Secundus, cum iam illa prima caritate remiſſa, pro cuiuſque volūtate, vel ſingulis dieb. vel oībus dominicis communicabant, & in locum quotidianæ communionis introductum fuit oſculum pacis, quę cōſuetudo adhuc viget. *Ca. illa d. 12.* *Ca. quotidie de conſ. d. 2.* Tertius, cū adhuc deuotionis feruore magis remiſſo, ter in anno cōionis præceptum obligat, in Paſchate, in Pentecoſte, & in die Natali Dñi: & loco cōmunionis q dominicis dieb. fiebat intro- *Can. & ſi de cōſ. d. 2. & ca. oīs.* ducta fuit conſuetudo panis benedicti, q ſingulos deſtribueretur. Quartus, qui nūc viget, ſemel in anno tpe paſchatis: q ritus introductus fuit ad uitanda multa peccata mortalia, cū multi illis tribus tēporibus eccleſiæ pręceptū non ſeruarēt. Atqui rōne articuli mortis viget etiam antiquiſſima eccleſię conſuetudo, vt ſup. docuimus. Verū rōne regulæ certę religionis, aliqui ad frequētius cōicandum *Nau. c. 21. n. 59.* ſunt obligati, vt Monachi, qui quocūque mēſe dēnt Eucha. ſumere, & Moniales eiuſcūque ordinis. *Cō Trid. ſeſ. 25. c. 10.* Quæritur modo, an expediat frequētius cōicare. Secūdū dictū, ad hāc difficultatē variē doctores rñdēt; D. Bonauētura duo dicit: primū vnuſq; *in agro, de ſtatu monach.* que conſideret ſuā deuotionē, & iuxta illā magis, aut minus frequenter cōicet: alterum huic ſacramēto deberi reuerētiam & amorem: amor exigit vt accedamus, reuerentia verò vt abſtineamus, & qſque uideat in quo magis proficit, & ita accedar, vel abſtineat. At vero Alexander Alēſis ait, p ſe melius eſſe frequenter com- *Par. 4. q. 41. nu. 3.* municare: at ex accidenti aliquando nō eſt bonum. conſiderandū eſt ergo, an frequens communio noceat, & ſi nocet, abſtinēdum erit, cōtra uero ſi pdeſt. Gerſō & Gab. monēt ut quiſq; frequētet, & ſpe *Super Magni.* rā det vt digne accedat, & ſi qs ſe tepidū *ſer. 9.* ſēſerit, vt Gab. ait, accedat, vt deuotius euadat. Denīq; Caie. monet vt qſq; experiat *Lec. 87.* frequētē cōionē, & ſi pficit ī vita ſpūali, *in Can.* pergat,

pergat, ſin minus abſtineat. Nos autem ita ſtatuimus.

Tertium dictum ex fide & humilitate, abſtinere a communione, quando non eſt tempus praecepti, eſt actus bonus, & ex ſe meritorius. Dixi, ex fide, & humilitate; quia quando quis per fidem ſacramenti dignitatem agnoſcit, & per humilitatẽ, propriam indignitatem, & abſtinet, iſte ſimilis eſt cẽturioni, qui ob has duas uirtutes Dominum excipere noluit: cuius actus profecto fuit meritorius, & dignus qui petitam a Domino obtineret gratiã. eſt itaque hoc dictum certum, & ab omnibus conceſſum.

Quartum dictum, ex deuotione ad hoc ſacramentum accedere, eſt actus bonus & meritorius. Quoniam eſt actus religionis: & qui hoc facit ſimilis eſt Zachæo qui ex amore & deuotione Dominum domi ſuę excepit; vnde facta fuit ſalus illi domui.

Quinctum dictum, per ſe loquendo melius eſt accedere, quam abſtinere. Hãc doctrinam hæ confirmant rationes. Primo, optima ſumitur ratio ex fructibus, quos percipit qui accedit, qui non ſolum ex opere operantis meretur, ut etiam ille qui ex humilitate non accedit, ſed etiã ex opere operato, hoc eſt ex vi ſacramenti; qb. proculdubio priuatur is qui abſtinet. ſecũdo, quia abſtinẽtia non proficiſcitur ex virtute ita nobili ſicuti frequẽtatio: nã illa oritur ex humiltate & timore hęc vero ex caritate & amore: atqui amicus magis uult amari, quã timeri; igitur. Tertio quia ĩ eo qui accedit reperitur humilitas & reuerẽtia, quę ſunt in eo qui abſtinet, & pręterea virtus fiducię, q̃ ẽ maxima virtus reſpectu amici. Quarto qa multo magis honoratur Chriſtus in eo, qui accedit quã in eo qui abſtinet. Nã qui accedit cõfitetur Chriſtũ tãquã auctorẽ ſalutis, dũ accipit remediũ ad ſalutẽ inſtitutũ. Rurſus fatetur Dei omnipotentiã, ſine qua Chriſtus ſub ſacramẽto eſſe nõ põt. Denique agnoſcit eius caritatẽ, qua humanũ gen⁹ cõplex⁹ ẽ, dũ repreſẽtat̃ op⁹ paſſionis, & ſpectat̃ amoris pigu⁹ nobis relictũ. Sextũ dictũ, ex ſe ſuaq; ui melius eſt frequẽtu⁹ cõicare, q̃ rari⁹. Doctrina ẽ manifeſta, qa actus boni frequẽtatio melior eſt, q̃ eiuſdẽ abſtinẽtia: & ꝓpterea in prima eccleſia erat maior pfectio quia quotidie cõicabãt, ut docuimus. Septimũ dictũ ſuppoſita diſpoſitione neceſſaria, ſimpliciter loquẽdo melius eſt frequentius, q̃ rarius cõicare. Primũ probat̃ hoc dictũ ex quorũdã ſanctorũ patrũ teſtimonijs. Diuus Ignatius de hac re loquẽdo dixit, frequẽter ad Euchariſtiã accedẽdũ eſſe: quia qñ hoc aſſidue agit̃ ſatanæ poteſtates expellũtur. Cyprianus exponẽdo orationẽ dominicã, monet, ut a graui peccato caueamus quia impedit acceſſũ ad euchariſtiã: vide vt vult peccatũ uitari, ne Euchariſtię frequẽtiã ĩpediat? Diu⁹ Ambroſius, Accipe quotidie, ꝙ quotidie tibi prodeſt: ſic viue, ut quotidie merearis accipere. Itẽ qui ſẽper pecco, ſemper debeo accipere medicinam. Auguſtinus, quotidie, ĩquit euchariſtię cõionẽ accipere, nec laudo, nec vitupero: omnib⁹ tñ dominicis dieb. cõicãdũ hortor. Itẽ Hilarius, docet neminẽ debere ſe ſeparare a ſũptione corporis & sãguinis Domini, ſi nõ ſint tãta peccata, ut qs ſit dign⁹ excõicatione, ac ſi dixiſſet, modo qs ſit ſine graui pecca- *Hom. 5.*
to. Deniq; Chryſoſtomus tractãdo hanc *in ep. ad*
q̃ſtionẽ ex profeſſo, huic ſẽtẽtię fauet. De- *Tim.*
inde idẽ cõfirmares a natura huius ſacramẽti, ꝙ ĩſtitutũ ẽ ĩ cibũ & potũ: at hæc frequẽter ſumi debẽt, cũ nõ ſit minor indigẽtia ſpiritualis cibi quũ quotide uenialiter peccemus, q̃ cibi corporalis: igit̃. Cõfirmat̃, qa ꝓxime inſtitutũ ẽ ad peccata venialia tollenda; quæ ſunt valde frequẽ- *Lege Gab.*
tia. Denique; ne plures rationes afferam *in can.*
efficaciſſimum eſt argumentum ab experientia, & ab effectibus: eos meliores eſſe videmus, qui frequentant, ut patet in uiris religioſis, & in illis qui fuerunt in prima eccleſia, erit igitur frequentia utilior. Et cur dominus ſub ſpeciebus panis & vini ſe nobis dare noluit, niſi ut doceret hunc panem debere eſſe quotidianum, & frequentem? hinc eſt, quod multi patres quartam dominicę precationis petitionem de hoc pane exponunt.

Octauum dictum, non eadem frequẽtia eſt omnibus conſulenda. Doctrina eſt communis & manifeſta; quia aliud eſt

loqui

loqui de re aliqua bona ſecundũ ſe conſiderata, aliud de eadem cõparata ad hãc, vel illam perſonã Vnde vniuerſe de communionis frequẽtia poſſet ita ſtatui. Sũt qdã, qui minus diſcernũt vim rerũ ſpiritualiũ, minuſque illis vacare poſſunt, vt vniuerſe loquendo ruſtici, ſatis eſſet ſi hi ſemel in mẽſe cõmunicarẽt: & ita generatim hoc conſilium eis dari poſſet. Alij ſunt, q magis iudicio, & prudẽtia pollẽt, qui tamẽ in rebus ſecularibus ſunt occupati, vt mercatores, ſcriptores, curiales, quibus vniuerſe cõſulẽdũ eſſet, vt bis in menſe ad ſacrã menſam accederent. Alij denique ſunt, qui & ingenio pollent, & minus ſunt implicati in negocijs humanis, vt ſcholares, nobiles, & nõnulli artifices, multęq; perſonę eccleſiaſticę, quibus omnino conſulendũ eſſet, vt ſingulis dominicis cõmunicarent: quãuis in particulari etiam maior frequentia, in quibuſdã deſiderari poſſet: at vero quotidiana cõmunio rara eſſe debet; cũ nulla religio talem legem cõſuetudinemque habeat. Is autẽ qui frequentare hoc ſacramentum voluerit, non modo in pparatione priuatã adhibeat diligentiã, ſed etiã poſt ſũptã cõmunionem explorate viuat, & deuotionẽ, per leuiorũ peccatorũ fugã cõſeruet. Hęc vniuerſe dixerim, ſed priuata cõſilia cõfeſſariorũ relinquũtur iudicio.

Et quoniã leuia quędã exiſtunt leuiũ hominũ argumenta, quibus frequẽtiorẽ cõmunionẽ reprobare conãtur, leuiter ea ad extremũ refellẽda duxi. Primum inquiunt, nõ eſſe ſuadendã ſęcularibus frequentẽ communionẽ, cum nõ poſſint ſe probare, vt digne accedãt, vt Paulus monet. Sed hanc leuẽ rationẽ his modis facile reijceres. Primo, ſi qui ſępe accedit non eſt dignus, minus dignus erit, qui accedit raro: quia non dilatio, ſed crebra cõmunio dignum facit: quoties enim qs cõmunicat, ſe mundiorẽ & digniorẽ reddit. Rarius igitur per ſtos pauimẽtũ uerrar, qui maiore cum mundicia ſit Regẽ excepturus. Secundo, non quęcunque dignitas ad digne ſumendum eſt neceſſaria, ſed illa, quæ reperit in homine a grauibus peccatis mundo, licet tepidus, ac etiam frigidus accedat cum ad ignem is ſe conferat, qui ſe calore indigere ſentit. Nec frequentia eſt ita propria ſacerdotibus, vt etiam laicis non conueniat; cum in ratione ſuſceptionis, poſita dignitate, ſint pares. Nec omnes ſęculares ita occupationibus diſtrahuntur, quin frequentare poſſint. Primũ, quia ad cõmunicandũ nullum eſt impedimentum, niſi graue peccatum. Secundo quo quis maioribus negotijs eſt oppreſſus, eo maiore indiget auxilio, & robore; quod in hoc ſacramento datur. Denique, facile quiſque ſe ad tantam menſam cõparare poterit, ſi, vt omnes Chriſtiani facere deberent, ſingulis diebus ſuę vitæ rationes a ſeipſo repetet, & ſua errata notabit, quæ eo die quo communicandum eſt, facile in memoriam venient.

Deinde, ſolent etiam aliqui, alias pij homines, a frequenti communione abſtinere, quod videant ſe parum proficere, aut potius multum deficere. Primum dicerem non eos omnes deficere, qui ſe deficere exiſtimant, ſed potius proficere, qui ſuos agnoſcunt defectus: vt ille in videndo proficeret, qui quotidie tenuiora videret: & cum perfectior homo leuiora peccata videat, ideo ſe minus profeciſſe exiſtimat: vel etiam ob eam cauſam, quod non eo perfectionis peruenerit, quo deſiderat. Deinde, proficientium eſt, ex humilitate non cognoſcere profectum, ne ſuperbia efferantur: qui, ſi annos cum annis conferãt, aliquem agnoſcent progreſſum. Denique, id omnes qui perfectionẽ concupiſcunt perſuaſũ habeant, nõ ſine miſericordia diuina fieri, vt ſemper aliquid remaneat imperfectionis; vt cum ex naturę conditione leuiores committũtur culpę, magis per earum deteſtationẽ & pœnitentiã, meritorum augeatur cumulus.

Afferuntur nonnullæ rationes ad excitandos fideles ad communionis frequentiam. Cap. 10.

ET ſi ea quę ſupra ſcripſimus, præſertim de huius ſacramenti effectibus, ſatis fidelium animos ad ſacram mẽſam frequentandam commouere queunt: tamen,

ſtem, cum hac in parte magna in multis cernatur negligentia, paucas eaſque populares rationes, ad euchariſtię frequētiā ſuadendam afferam; quas potiſſimum ex loco ſimilium ſumam.

Primo vt pauperes eorum domos ſępe adeunt, vnde ſæpius & maiores eleemoſynas referunt, & mercatores ea loca, vnde plures, & meliores merces reuehūt; ita vir Chriſtianus illud ſacramentum ſępius frequentare debet, vnde plura & maiora bona referre poteſt. Quot & quanta bona ex huius ſacramenti ſumptione referantur, iam ſupra docuimus, & Diuus Leo hac pulcherrima ſententia expreſſit. Venit quippe ad te Chriſtus, vt te honore afficiat ſua præſentia: vngat te ſua gratia: curet te ſua miſericordia; lauet te ſuo ſanguine: reſuſcitet te ſua morte: illuminet te ſua luce; inflammet te ſuo amore: conſoletur te ſua infinita ſuauitate: vniat & deſponſet ſe cum anima tua, faciatque participem ſpiritus ſui, omniumque bonorum, quę cum hac carne, quam tibi offert in ara crucis promeritus eſt. Sicuti ergo aliquem prędiuitem ſæpe ad te uenientem, teque ſuis bonis locupletantem libēter exciperes; ita Chriſtum in quo ſunt omnes theſauri diuinarum diuitiarum, ad te venientem, & vt eum excipias hortantem, excipere deberes.

Serm. 14. Paſ. domi.

Secundo, ſicuti infirmus grauiter vulneratus medici frequentem præſentiam deſiderat, vt ſua vulnera varijs medicamentis curet: ita Chriſtianus varijs vulneribus & morbis affectus, deſiderare debet frequentem Chriſti animarum noſtrarum medici præſentiam per hoc ſacramentum, in quo omnium morborum medicamenta ſecum affert. Euchariſtia, inquit Bernardus, medicina eſt ægrotis, peregrinantibus dieta: debiles confortat, valentes delectat, languorem ſanat, ſanitatem ſeruat: fit homo manſuetior ad correctionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, ſagacior ad cautelam ad obedientiam promptior, ad gratiarū actionem deuotior.

Tertio, vt qui inter hoſtes iter eſt facturus, comites quærit, & armis ſe munit vt tutus incedat; ita Chriſtianus qui dum ad patriam remeat, & iter in hoc mundo facit, cum per tela & per hoſtes viſibiles & inuiſibiles tranſeat, ſibi comites & arma ſpiritualia comparare debet. Optimus autem comes eſt Chriſtus in hoc ſacramento ſumptus, atque innumerabilis cœleſtium ſpirituū multitudo, quæ Chriſto adeſt: qui optimis etiam armis ſuos munit, gratia nimirum & omnium virtutum genere: quibus munitus atque fultus præſidijs, dicere cum Dauide poteſt, nō timebo millia populi circundātis me; & ad Deum conuerſus, cum eodem canere. Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. Pſa. 3. Pſa. 22.

Quarto, vt diſcipulus ille qui diſcendi deſiderio flagrat, ſcholam frequentat, nūquā a magiſtri latere diſcedit, eum alloquitur, atque interrogat, ita vir fidelis qui cupit in cognitione rerum ſpiritualium proficere & res diuinas intelligere, atque in ſpiritali vita, recte inſtitui, per crebrā communionem cum Chriſto uerſari deberet; atque cum ſponſa dicere, Introducam te in domum patris mei & in cubiculum genetricis meæ: ibi me docebis pręcepta tua. Prou. 8.

Quincto, ſicut is qui ſe verū eſſe amicum vult oſtendere, frequenter cum amico verſatur; ita qui ſe Chriſti amicum eſſe indicare vellet, cum eodem per ſacram communionem frequenter verſari deberet: & eo magis quod certo ſciamus eum percupere ſemper nobiſcum eſſe, quandoquidem eius delitiæ ſunt eſſe cū filijs hominum, vt ſacra docet ſcriptura. Quare, qui raro Chriſto adſunt, parui amoris ſignum profecto præbent; quod ei nō parum diſplicere poteſt: non ſecus ac bono parenti diſpliceret, ſi eius filius cuius præſentia maxime delectatur, rariſſime, bis terue in anno, ad eius conſpectum accederet. Quod ſi poſt hanc vitam perpetuo cum Chriſto eſſe fideles cuperent, profecto dum in hoc modo viuunt, Chriſtū ſibi familiarem redderent; non ſecus ac faceret is, qui cum amico in eius patria, feliciter ſe diutiſſime futurum cuperet; cuius cauſſa, aliorum amicitiam negligeret. Cāt. 8.

Sexto, vt peſtilētia graſſante, atq; diu

lato-

lateque patente, qui ſibi timent, aut medica quęrunt, illiſque perpetuo vtuntur, & ea ſemper præ manibus habent; ita qui in hoc immundiſſimo mundo infectionibus pleno verſantur, & quotidie aliqua parte inficiuntur, frequenter hoc ſacramento quod ab infectionibus ſpiritualibus præſeruare poteſt, vti deberent. Et quis non credat Chriſtum animarum noſtrarum medicum, nunquam ab eius pectore qui eum digne ſumpſerit diſceſſurum, quin aliquod remedium contra ſpirituales morbos, relinquat? Non ſecus ac vir prædiues atque beneficus faceret, qui ſi ſæpius in domū alicuius pauperis diuerteret, multa ei donaret, vt in poſterum ornatius hoſpitium ei parare poſſet.

Septimo, vt faſcis viridis non poteſt totus incendi, niſi diu ad ignem fuerit exſiccatus: ita mens humana, carnalibus & mundanis affectibus madefacta, amoris diuini ardore non incaleſcit, niſi crebra huius ſacramenti ſumptione paulatim fuerit ſiccata. Et quemadmodum corporis habitus raro alicuius cibi vſu mutari nequit, vt ex frigido in calidum; ita qui ex humano vult fieri diuinus, & ex carnali ſpiritualis, neceſſe eſt, vt hunc ſpiritualem cibum & hunc diuinum panem frequenter ſumat. Vt ſicuti populus Iſraeliticus totos quadraginta annos vſque ad ingreſſum promiſſæ terræ mana vixit; ita nos dum in hoc mundo tanquam in deſerto ad patriam cœleſtem nobis a Chriſto promiſſam remeamus, hoc ſpirituali mana quaſi quotidiano cibo uti debemus, cum plane Chriſtus dixerit, qui mā ducat me, & ipſe viuet propter me, quaſi dixiſſet, Non viuet qui me non ſumet. Qui igitur viuere cupit, vt quotidie panē corporalem ſumit, ita quotidie, ni re, ſaltem ſpiritu ſpirituali pane veſcatur.

Ambr. lib 5. de Sac. c. 4

Tertię partis finis.

PARS QVARTA DE PRAECEPTO IEIVNII.

Quid & quotuplex ſit ieiunium. Cap. I.

VT hoc eccleſiaſticū de ieiunio præceptum eſt maxime ſalutare: ita, dæmonis ſuaſu, his temporibus a multis impugnatur, vel certe negligitur. Quo fit, ut populus circa hoc mandatum omnino inſtituendus ſit; ut eius neceſſitate, vtilitateque cognita, facilius ad illud obſeruādum commoueatur. De hoc itaque præcepto ſcripturus ea potiſſimum proſequar, quę ad praxim, vſumque ſunt accommodata: Et licet, pro noſtro inſtituto, breuitatē ſimus retenturi; nihil tamen, quod ſit ſcitu dignum prætermittemus. Rem igitur aggredientes hoc capite de nomine, diuiſione, definitioneque ieiunij agemus. Ieiunij vocem quattuor modis a ſcriptoribus vſurpatam fuiſſe, obſeruatum eſt. Primo metaphorice pro abſtinentia a peccatis. Secundo pro parſimonia & temperantia cibi & potus; quam, qui congruenter cū ratione vixerunt, approbarunt, ac laudarunt homines, & in moribus collocarūt, vt ille qui dixit, Salue domina innocentibus viris certiſſima frugalitas, inclitæ filia Temperantiæ. Tertio pro abſtinentia a cibo & potu quacunque ratione ſumpto, hoc eſt, ad ſtomachum trāſmiſſo; nec enim comediſſe putaturis, qui ſolum ore cibum ſumpſit, & non deglutiuit; quod ieiunij genus ad Euchariſtiam ſumendam neceſſarium eſſe ſupra docuimus. Quarto ꝓ quodā abſtinētię genere ab eccleſia fidelib⁹ impoſito; atq; de ieiunio in hac ſignificatione nos diſputaturi ſum⁹.

Iſa. 50. Augu. tractat. 17. ī Io.

Ex hoc uario dictæ uocis uſu, aliqui quattuor faciunt ieiuniorum genera; primū, quod vocant ſpirituale; ſecūdū morale: tertiū naturale & quartū eccleſiaſticū.

Ieiuniū vniuerſe ſūptū, hunc in modū deſcribi poteſt, Ieiuniū eſt abſtinentia ab ijs quæ guſtu percipiunt. Vt huius defini

tio-

tionis ſentẽtia intelligatur, nota tria eſſe
genera eorum quæ guſtantur: quędam di
cuntur cibi & per ſe ad corpus alendũ ſu
mũtur; ſiue ſumãtur per modũ cibi; vt ca
ro, ſiue per modum potus; vt lac, iuſculũ
& ſimilia. Quædã, quæ per ſe non referũ
tur ad corpus alẽdum, ſed vel ad ſitim re
ſtinguendam vel ad digeſtionem iuuãdã;
vt aqua, ſicera, & vinum, quorũ ſumptio
proprie dicitur potus: licet enim vinũ nu
triat, tamen non ſumitur in hunc finem
vt eo nutriamur. Poſtremo, alia ſunt, quę
neque ad alendum, neque ad ſitim extin-
guendam, ſed ad morbos pellendos, ſeu
vitandos ſumuntur; quæ non cibi, nõ po-
tus, ſed pharmaca nominantur, quamuis
interdum nutriant, ſitimque reſtinguant.
Ex quibus colligere licet, iſta tria guſtabi
lium genera ipſo fine diſtingui eum in ua
rios fines ſumantur: vnde aliqua potabi-
lia, vt lac, & mel, quia ad nutriendum ſu-
muntur, non potus, ſed cibi nomine con-
tinentur.

His ita adnotatis, facile erit intellige-
re allatam deſcriptionem. Dicitur ieiu-
nium abſtinentia, quia conſiſtit in quadã
priuatione; vnde alias latine dicitur, Ine-
dia, eorum nimirum, quæ numerauimus,
aut aliquorum. Neque enim omnis iſta-
rum rerum priuatio dicitur ieiuniũ; ſed,
vt dicebamus, cum nõ intra fauces ſumũ
tur; vnde qui deglutiret & non guſtaret,
ieiunium frangeret; non ita qui guſtaret,
& non deglutiret. Quo fit, vt coci, qui die
ieiunij cibos guſtant, non ſoluãt ieiuniũ,
ſi quod guſtant ex ore eijciant: tamen ci-
bus ſemel ſumptus, etiamſi ſtatim euo-
matur, frangit ieiunium.

Ieiunium ſic vniuerſe ſumptum ac de-
finitum, aliqui diuidunt in naturale, & ec
cleſiaſticum. Naturale ieiunium eſt perfe
cta abſtinentia a tribus guſtabilium gene
ribus, cibo, potu, & medicina, a media no
cte pręcedentis diei. Ille ergo dr̃ ieiunus
hoc naturali Ieiunio, qui a dicto tempore
nihil cibi ſumpſerit; quod, neceſſariũ eſt
ad celebrandum, ac etiam ad communio
nem ſumendam, niſi infirmitatis neceſſi-
tas aliter ſuadeat vt ſupra diximus. Qui
ergo aliqd cibi, pot⁹, medicinęve a media
nocte ſũpſiſſet eo die celebrare nõ poſſet.

At vero ieiuniũ eccleſiaſticũ hoc mo-
do deſcribitur, Eſt abſtinẽtia volũtaria ci
bi, iuxta Eccleſiæ ritũ regulãve. Dr̃, abſti-
nẽtia volũtaria, quia dẽt eſſe actus uirtu-
tis, cuiuſmodi eſſe non poteſt, niſi ſit vo-
luntarius & liber. Dicitur, cibi, quia pot⁹
etiam vini, ſiue ante prandium, ſiue a prã
dio ſumatur, nõ ſoluit ieiuniũ; dummodo
ſit potus: vnde qui ſumeret lac, quia per
modum cibi ſumi ſolet; ieiuniũ frãgeret.
Rurſus, nec ẽt ſoluit ieiuniũ ille, q aliqd
per modũ medicinę ſumit, vt ſunt potio-
nes & pharmaca, quãtũuis nutriãt. Vnde,
nec ille cẽſeret vitiaſſe ieiuniũ, qui ob ſto
machi debilitatẽ, aut capitis dolorẽ, aliqd
cibi caperet: ſicuti nec ille qui ob aliquod
negociũ prandiũ eſſet dilaturus; vel lectu
rus ad menſam. In ſumma, per modũ me
dicinæ, aliqua rationabili cauſſa exiſten-
te, aliquid cibi ſumere licet. Quã ob cauſ *Ver. Ieiu.*
ſam, vt adnotauit Syluester, qui extra prã
dium bibit, poſſet aliquid ſumere, ne po-
tus noceat, vt quibuſdam nocere ſolet. Ex *Ca. uer.*
cuſantur ẽt, Pincernæ qui ſolent aliquid *Ieiu.*
cibi, & vini ſumere, cum id non cauſſa ci
bi ſumẽdi, ſed ex officij neceſſitate faciãt.
Dr̃ in eadẽ definitione, iuxta ritũ eccleſię
qa ĩ abſtinẽtia ab Eccleſia indicta sũt ob
ſeruandæ quædam conditiones, de quib⁹
poſtea dicemus. Vnde hac particula, no-
lumus dicere, non eſſe alia ieiunia, niſi ea
quæ ab eccleſia indicuntur, cum dentur
ieiunia voluntaria, & ex uoto ſuſcepta
vel ad ſatisfaciendum impoſita. Illud
autem ieiunium, quod in eccleſia obſer-
uatur, ratione temporum, diuiditur, in ie
iunium, Quadrageſimale, quartæ & ſex-
tæ ferię, Sabbathi, quattuor temporum,
aduentus rogationum & vigiliarum, de
quibus ſingulis aliquid ſuo loco dicem⁹.

De cauſa efficienti & finali ieiunij.
Cap. 2.

IEiunij natura, quã primo capite pate
fecim⁹ adhuc multo meli⁹ ex tractatio
ne cauſſarũ notior fiet: & qdẽ hoc capite
duas explicabim⁹, efficiẽtẽ, & finalẽ, dmõ *D. Tho.*
ſtrãdo a quo fuerit ĩſtitutũ, & in quẽ finẽ *2. 2. q.*
& quod ad efficientem attinet, ita ſtatuo. *147. ar.*
Primum dictum, ieiunium vniuerſe *3.*

ſumptum, eſt de iure diuino, ita ut de ieiunio ſit aliquod diuinum præceptum: *Ioel 2.* quod tñ quantum ad modū determinatū eſt a iure humano eccleſiaſtico. Doctrina eſt certa fide tenenda, quam primum cōfirmare licet ex diuinis literis, in quibus *Leo. ſer. 4. de ieiun.* Deus imperat ieiunium cum fletu & plāctu: quomodus nullam continet ceremoniam iudaicam, ac proinde vniuerſe omnes fideles obligat. *Mat. 6.* Et Chriſtus Dominus ſuppoſito hoc præcepto, rationem ieiunādi docuit, & ieiunium cum oratione, & eleemoſyna coniunxit; cum huiuſmodi opera ad Deum placandum, & ad pœnitentiam agendā eſſe accōmodata ipſa ēt humana ratio doceat. Deinde eandem veritatem ſanctorum Patrum confirmat au- *Epi. 86.* ctoritas: Auguſtinus plane ſcriptum reliquit, ſe uidere in nouo teſtamento præceptum eſſe ieiunium; quibus autem diebus, & quibus oporteat, præcepto Domini & Apoſtolorum, non inuenire definitum vbi non loquitur de morali ieiunio temperantiæ, cum diſtinguat ieiunium a temperantia. *Ser. 4. de ieiu. deci mi mēs.* Leo primus doctrina & ſanctitate cognomento magnus, plane ait, Noui teſtamenti gratiam ieiuniorum utilitatem non remouere, & ieiuniorum præceptum non euacuare. Denique, ipſa natura hoc genus operis, tum ad peccata expianda, tum ad peccatorum cauſſas reſecandas, tum denique ad res diuinas melius percipiendas, ſuadere uidetur vnde factum eſt, ut apud omnes nationes aliqua ieiunij forma eluxerit. Quod *Eſich. li. 7. in Le. c. 27.* ſi quidam auctor ſcriptum reliquit, Ieiunium nunquam a Deo fuiſſe præceptum is loquebatur de præceptis in decalogo traditis, in quibus non omnia expreſſe continentur diuina præcepta.

Secundum dictum, eccleſia habet facultatē cōſtituendi, certa ieiunia, eaq; conſtituit, & ad ea ſeruanda obligare potuit, & obligauit. Hęc etiam doctrina eſt certa fide tenenda, quam confirmares, primo ex ueteri teſtamēto, in quo habemus exēpla ieiuniorum, quæ ab eccleſia fuerunt de nouo inſtituta, & ex pręcepto obſeruata, *Eſth. 9.* Ex Mardochęi mādato totus po- *Iere. 35.* pulus nouū ſuſcepit ieiuniū. Ionadab laudatur q̃ ſuis filijs & ſucceſſoribus interdixerit vini vſū uſque ī ſempiternū: quorū obedientia placuit Deo. *Itē Zac. 8.* At cur talē poteſtatē non debet habere uniuerſa eccleſia in ſuos filios? Quā profecto ſe habere demōſtrauit, cū in cōcilio Apoſtolico, quorūdā ciborū uſū, ſub pręcepto, interdixit. *Act. 15.* Omitto hic multorū cōciliorū, & ſacrorū canonū determinationes, ut Gāgrenſis, *Can. ap. poſt. 68.* Laodiceni, Toletani octaui, Bracarēſis ſecūdi, & aliorū: omitto ēt antiquiſſimorū *Can. 19.* ſcriptorū teſtimonia, ut Tertulliani, libro *Cap. 5.* de ieiunio: Epiphanij, cū diſputat contra Aeriū hanc ueritatē negantē; Baſilij oratione ſecūda de ieiunio: Theophili Alexādrini libro tertio Paſchali, & aliorum *Hær. 75.* Pro certo itaque habeatur, ieiunia partim diuina, partim humana auctoritate *Ambr. ſer. 34.* fuiſſe inſtituta; ſed cur id factum ſit, de ieiunij fine agendo, breuiter doceamus.

Tertiū dictū, finis ieiunij triplex eſt. Primus refrenare carnis cōcupiſcētiam: ſiquidē carnis feruor maxime tēperatur per cibi ſubtractionē, iuxta illud cōmune pronūtiatū, ſine cerere & Baccho friget Venus. Quare cōſultiſſime Eccleſia, præcipuū ieiuniū, q̃ fit in Quadrageſima, cōſtituit circa ęquinoctiū hiemale, quia tūc ex ſolis acceſſu caro incipit vigere, & ſanguis feruere; & ita corpus repletur multis ſpiritibus, qui multū ad luxuriam prouocāt: q̃ aues ſuo cātu, & animalia ſuo motu, haud obſcure oſtendunt. Conueniens itaque fuit, ut iſte carnis feruor atque petulantia per ieiunium temperaretur.

Secūdus finis, rerū diuinarū cōtēplatio: corpore enim cibis referto, mēs ad res diuinas contēplādas eleuari nō poteſt: ac proinde omnes qui ſapiētię operā dedere vehemēter abſtinētię virtutem coluere. Ideo Moſes cū Deo loquuturus a cibo abſtinuit: unde vna cū Elia, eiuſdem ieiunij *Exo. 24.* cultore trāsfigurationi a Chriſto in mōte factę adeſſe meruit. Regnum itaque Dei nō eſt eſca & cibus; ſed rerū diuinarū cō- *Rom. 14* tēplatio Idcirco ei, qui cōgruēter ieiunat dictum eſt, Et ſuſtollam te ſuper altitu- *Iſa. 58.* dinem terre, & cibabo te hęreditate Iacob patris tui.

Tertius, ſatisfactio pro pœnis pro perpetratis peccatis debitis. Quamuis enim tota peccati culpa per cōtritionem & pœ-

& pœnitentiæ ſacramentum remittatur: tamen non ſemper tota remittitur pęna, vt ſacra Concilia docent, ſed remanet aliquid in hac vita, vel in purgatorio ſoluēdum. Cum ergo ſancta mater Eccleſia animaduerterit, quam graues ſint purgatorij pœnæ, & quantum etiam minima pœnatum perpeſſio in hac uita vim ad ſatisfaciēdum habeat, iure optimo, ex quadā pietate erga ſuos filios, ieiunia inſtituit. Præſertim quod huius vitę ſatisfactio alterius uitę ſatisfactione, eſt multo melior, non ſolum in eo, quod eſt longe leuior, ſed etiam, quia eſt cum merito, & augmento gratiæ coniuncta; qua aucta, etiam æternæ vitæ beatitudo augetur: id quod ſatisfactioni, quæ fit ī purgatorio, minime conuenit. Quod ſi fideles intelligerent, diligētiores profecto eſſent ad ſatisfaciendum in hac vita, cum ſolutio hic ſit leuior, & cum bonorū ſpūalium acquiſitione coniuncta, Hos tres ieiunij, fines, explicat Eccleſia cum in præfat. dominicæ primę quadrageſimæ canit, Aeterne Deus, qui corporali ieiunio nitia comprimis, ecce primum: Mentem eleuas, ecce ſecundum: Virtutem largitis & præmia, ecce tertium. Sed plura de hac re infra, cum de vtilitatibus ieiunij agetur. Nunc, explicata efficienti & finali cauſſa ieiunij eccleſiaſtici, de forma agemus, de qua multo plura dicenda occurrunt: quæ partim in ciborum ſubſtantia, partim, in vna comeſtione, & partim in tempore comedendi ſpectatur, ut deinceps late docebo.

De ieiunij forma quantum ad ciborum ſubſtantiam. cap. 3.

IEiunandi ratio, ſiue forma, quæ in modo conſiſtit, duplex eſt, altera intrinſeca, ſine qua ieiunium eſſe non poteſt: altera extrinſeca, quę non ad ieiunium, ſed ad bonum & perfectum ieiunium requiritur. Modus ſiue forma intrinſeca ſpectatur in tribus: in ciborum ſubſtantia, a quibus eſt abſtinendum, & maxime ab eſu carnium: in eorūdem quātitate: & in tpe comedendi, q̃uis tp̃s potius ad circūſtantiam, q̃ ad ſubſtantiam ptineat, vt aliqui voluut: hoc capite agemus de modo rōne ſubſtantiæ ciborum. Antequam aūt aliquid ſtatuo ſuppono certa fide tenendum eſſe, nullos eſſe cibos ſua natura illicitos, aut prohibitos, vel oīum animāliū carnes, ut nonnulli hæretici voluere, vel etiam vinum, vt Mahometo placuit, qui etiam ſanguinem & ſuffocatum prohibuit & a lupo tactum: & rurſus, nullo modo eſſe dicendum, aliqua de cauſſa, quoſdam cibos, vel omnibus, vel quibuſdam prohiberi non poſſe, cum vtrūque ſit hæreticum, & in diuinis literis damnatum. Veritas itaque catholica in medio *1. Ti. 4.* conſiſtit, quæ nullos cibos hēt pro immūdis, & a quibuſdam aliqua de cauſſa abſtinere fas eſſe docet: & ita imprudēter loquuntur, qui dicunt, eam ideo quoſdā prohibere cibos, quod eorū admittat immunditiam: cum carnes concedat ęgrotis in quadrageſima, quas tamen bene valentibus interdicit, ſed iam quid de cibis ſentiendum ſit doceamus.

Dan. 10 *Mat. 3.*

Primum dictum, ſubſtantia ieiunij, ꝙ attinet ad cibos, non conſiſtit in hoc, qđ ſolum a ciborum lautitijs abſtineatur; ita vt magis dicatur ieiunare qui carnem fumo duratam edit, quam qui piſces optime conditos. Subſtantia itaque ieiunij non in abſtinentia a nimio, & lauto cibo, ſed a certo ciborum genere conſiſtit. Nā de Daniele legimus, eum dum ieiunabat abſtinuiſſe a carne & uino; D. Ioa. Bapt. *Dan. 10* cuius uita fuit perpetuum ieiunium, ab omni cibo abſtinebat, præter quam a locuſtis & melle Sylueſtri: D. Petrus, cum *Mat. 3.* ieiunabat, lupinis paſcebatur; ſicuti Sanctus Matth. oleribus & baccis: Timoth. *Grego.* vt ex Paulo diſcimus, a uino ordinarie *Naz. orat. de pau. am* abſtinebat. Omitto hic oēs eccleſiaſticas hiſtor. ſanctorū patrū auctoritates, eorūdemq; uitas in re pſpicua. Addā tn̄ rōnē *Clem. li. 2. ꝑped. c. 1.* ab ipſo fine ieiunij ſumptā, qui eſt, vt carnis cōcupiſcētiæ frenētur, & corpus ī mētis ſeruitutē redigatur; qui finis melius attingitur p ꝓhibitionē quorūdā ciborū, q *Euſ lib. 2. hiſt. c. 22.* magis nutriūt, ac delectāt, vt ſunt oīum aīantium carnes, & eorum fructus lac, & *Timo. 5.* oua, q̃ p pręſcriptionem q̃titatis cibi, aut *Vide Lipo. & ſurium.* lautitiarū & cōdimētorū, cū iſta infinitis modis poſſint variari, cū ꝙ vni ē multū,

uel lautũ, alteri ſit patũ, atq; ingratũ, ſiue nõ lautũ. Nec rectã faciũt cõparationẽ, q piſces laute conditos, cũ carne arida cõparant: nec multũ piſcium, cũ pauca carne: ſed ſi ęqua fiat cõparatio in qualitate & quantitate, ſemp carnes magis nutriẽt & delectabunt, uniuerſe loquendo, quã piſces. Cum ergo lex eccleſiaſtica, nõ potuerit fieri de lautitijs & de certa cibi quãtitate, ideo illud genus cibi prohibuit, ꝙ ex ſe magis nutrit ac delectat. Et quod attinet ad vinũ, ideo eccleſia nõ prohibuit qa vniuerſe loquẽdo, ſine magno corporis detrimẽto ei⁹ abſtinẽtia eẽ nõ poſſet.

Secundũ dictũ, ad ſubſtãtiã ieiunij pertinet abſtinentia a carnibus ab ouis a lacte, & lacticinijs, id eſt ab ijs quę ex lacte fiunt Cõmunis eſt doctrina, quã communis cõfirmat fidelium vſus. Cur autẽ iſta prohibita ſint, patet, quia magis nutriũt, & delectant, ac ꝓinde carnales affectus magis commouent. Vbi adnotauerim nomine carnis contineri ſolum armenta & aues non autem lardum ut aliqui uolũt: ac proinde lardum, ſeu potius porci ſagimen in ſextis ferijs per annum ad cõdiẽdas herbas apud quoſdam populos, qui oleo careut, adhiberi ſolet: a quo abſtinẽdum eſt, vbi conſuetudo non uiget.

T. Tho. 2.q.197. ar.8. Tertiũ dictũ, inter carnes, & oua atq; lacticinia eſt hoc diſcrimen; quod in omni ieiunio abſtinendũ eſt ab eſu carnium at vero a lacticinijs & ouis nõ niſi in quadrageſima: niſi fuerit cõſuetudo abſtinẽdi ab his omnibus. Quare ĩ alijs ieiunijs poterit, vniuerſe loquẽdo, excuſari is qui nõ abſtinet ab ouis & lacticinijs: at uero qui veſcitur carnibus, nũquã. Quare, male facerent qui, ubi uiget conſuetudo abſtinendi ab omnibus dictis cibis in omni ieiunio, non abſtinerent, ſecus ſi conſuetudo eſſet in contrarium, quæ, ut adnotauit Nauarrus, poteſt excuſare etiam in quadrageſima, ſi a quadragĩta annis fuerit præſcripta, ut apud eos, qui piſcibus atque oleo omnino carent. Cap. 21. nu. 13. Vnde apud Indos, ubi nunc fides vigere incipit, liceret veſci lacticinijs, & ouis in alijs diebus præterquam in quadrageſima; cum hæc prohibitio in cõſuetudine fundetur; quæ apud illos nondum eſt introducta.

Quartum dictum, quãdo diſpenſatur cũ aliquo ut veſcatur lacticinijs & ouis non propterea liber eſt a præcepto ieiunij. Ita præter alios Caietanus, & Nauarrus docent. Sotus. Med. Sedes. Quando vero concederetur vſus carnis, aliqui dicunt adhuc remanere obligationem ad ieiunandum, alij vero contra ſentiunt, qui hac ratione nitũtur: Quia eſus carnium eſt de ſubſtantia ieiunij, ſicuti & una comeſtio, at ſi cum aliquo diſpenſetur, vt bis comedat, non tenetur ieiunare, ergo neque is cum quo diſpenſatur de eſu carnium. Victor. Cordub. in sũ. q. 143. At uero alij diſtinguendo dicunt, ſi diſpenſatio conceeditur ob præſentem ualetudinem, aut ob debilitatem præteritæ ad uires inſtaurandas, non ramanet obligatio ad ieiunandum, ſi uero ad pręſeruandam ſanitatem reſtabit & mihi hæc placet opinio amplectere ſecundam.

Sed peteret aliquis, an cum conceditur uſus lacticiniorum & ouium cẽſeatur cõceſſus uſus ſaginis, ſiue lardi, cui petitioni aliqui affirmãdo reſpõdent, cũ iſta non veniant nomine carnis, uerũ vbi nõ eſſet plena cõſuetudo his vtẽdũ nõ eſſet.

Rurſus peteres, quale peccatum committeret ille, qui lacticinijs vteretur in ieiunijs extra quadrageſimam, vbi eſt antiqua conſuetudo abſtinendi? Reſponderem, cum aliquibus eſſe graue peccatum Conſuetudo. n. vim habet legis, & materia non eſt leuis, igitur. Sed nõ ita grauiter peccaret, qui in ſextis ferijs iſta comederet; cum non ſit tam cõmunis, nec ita vniuerſe ſeruata conſuetudo. Quo loco illud adnotauerim non peccare mortaliter, eum qui eo die, quo non licet, minimum quid cibi prohibiti ſumeret.

De forma modove ieiunij ratione quantitatis cibi. *Cap. 4.*

AD ieiunij ſubſtãtiã, cibi ſumẽdi quãtitatẽ ſpectãdã eſſe, nemo eſt qui ambigat. Licet ergo, ut diu⁹ Leo ſcriptũ reliquit, ieiuniũ generali nomine ad omnẽ cõtinẽtiã pertinere uideatur; ꝓprie tñ ad edẽdi diminutionẽ refertur. Et qm̃ q̃titas duplex ẽ una cõtinua, q̃ ĩ magno & pauco altera diſcreta, q̃ ĩ multo, & pauco cõſiſtit, hoc ẽ in numero comeſtionũ, de

pura-

utraq; hoc loco tractādum eſt: de q̄titate ergo ita ſtatuo. Primum dictum, ad ieiunij ſubſtātiam, unica pertinet comeſtio. Quod vna tm̄ requiratur plena comeſtio, tum ex diuinis literis, tum ex antiquorū Patrum monumentis, & ex antiqua omnium populorum conſuetudini confirmare licet; ut etiam ex ſequenti capite patebit, cum de hora agetur. Quare, qui pluries, quam ſemel ſcienter māducaret, ſolueret ieiunium. Dixi, ſcienter, quia ſi quis neſciret eſſe diem ieiunij, & ſolitū ientaculum ſumpſiſſet, is non cenſeretur ſoluiſſe ieiunium: qui tamen teneretur ad ieiunandum, non ſecus ac ſi nihil ſūpſiſſet. Licebit etiam interdum ſine peccato ſoluere, ſeu dimidiare prandiū, uel vnicam comeſtionem, ſi quod graue negocium peragendum ad hoc faciendum cogeret; quo perfecto, ad prandium perficiendum, ſaluo ieiunio, redire licebit.

Ter. l. de ieiun.

Secundum dictum, ieiunij ſubſtantia, quoad vnicam comeſtionem, non tollitur per paruam cibi quantitatem, quę in nocte ſumitur, quam ientaculum, Italice, collationem vocant. Ita communiter omnes doctores docēt, & cōis cōſuetudo ab eccleſia tacite ap̄pbata obtinuit. Quāuis ergo olim, quia tardius prandebant, parum quid per modum medicinæ, aut etiam nihil ſumerent; nunc autem, cum citius prandium fiat, ſumitur aliquid per modum nutrimenti, etiamſi quis ſe eo non egere ſentiat: modo non tantum ſumatur, ut potius ſit plena cœna, quam modicum ientaculum: de cuius quantitate mox dicemus.

D. Tho. Caie. Syln. Armil. Nauar. & alij.

Tertium dictum, quod attinet ad quātitatem continuam prandij vel cęnæ, vniceue comeſtionis, ratione ieiunij, nō eſt determinata certa menſura: ac proinde, ſiquis plus iuſto comederet, peccare quidem poſſet, cōtra virtutem ſobrietatis, non tū contra legem ieiunij. Seruanda itaq; eſt ſobrietas, eo modo, quo ſeruari dēt, cum non eſt tempus ieiunij: cuius tamē reſpectu, licebit, aliq̄d amplius cibi capere. Quartum dictum, qđ attinet ad ientaculi, ſiue collationis quantitatem, cū non ſit vlla præſcripta regula: primū dicēdum eſt attēdendam eſſe cōſuetudinem, quā viri boni ſeruant: vir. n. bonus pro regula habetur in actib. moralibus. Vnde, ſi cōſuetudo vigeat, vt quātitas ſit aliquantulum magna, nō erit graue peccatū talem cōſuetudinem ſeruare. Deinde, ſunt qui approbant ientacula q̄ fiunt Romæ in triclinijs Prælatorum; cum talis conſuetudo ſit illis nota & tolerata. Rurſus, concedi poteſt aliquantulum panis, veluti uncia, cum uno vel altero pomo, vel paucis ficis, nucibuſve. Denique, q in hac re eſſet ſcrupuloſius Confeſſarij conſilium ſequatur; qui in aſſignanda ientaculi quantitate, perſonarum conditionem, ætatem, laborem, habitūque conſiderabit. Et ſane in Quadrageſima, ob longius ieiunium aliquid amplius cō cedi poſſet: nam in alijs temporibus, etiā ſi nihil, aut quid minimū ſumeretur, natura nō debilitaretur. Quo loco illud adnotauerim, eorum dānandas eſſe collationes, qui ex trib. quatuorq; rerū generibus una cum pane ſumūt, & ex multis paucis, faciūt multū: quorū ientaculum, eſſet hoīs temperati & pauperis ſufficiēs cęna: ac proinde cēſendū eſt, eos ieiuniū ſoluere. Vbi ēt adſcripſerim orientales, olim præſertim, ſeueriores fuiſſe in ieiunijs ſeruandis, & quantum ad ciborum genera, & quantum ad quantitatem, quā occidentales; quod populi illi, vel rōne conſuetudinis, vel ēt habitus corporis, ſint patientiores inediæ. Dixerim etiam, apud veteres ſcriptores nullibi fieri mētionem binæ refectionis. Cur autē ab eccleſia una inſtituta fuerit refectio, ea redditur ratio; quia ieiunium ita eſt ordinatum, vt caro dometur, nō ut deſtruatur: & vtrunq; p vnā comeſtionē obtinetur.

De forma, ſiue modo ieiunij ratione temporis, in quo cibus ſumendus eſt.

Cap. 5.

Variam fuiſſe ieiunādi formā in tēpore cibi ſumēdi, varijs tēporibus, ēt pro ieiuniorum uarietate, apud uarios populos, omnino manifeſtum eſt. Nam ut ex veterum ſcriptorum monumentis intelligere licet, primi Chriſtiani quadrageſimale ieiunium hora diei tarda

adi

ad veſperam ſoluebant: & ita in quadrageſima horam tardiorem expectabant. At vero in alijs ieiunijs ordinarijs, hora nona comedere ſolebant, vt ex Athanaſio, & ex diuo Benedicto in ſua regula, & ex alijs diſcimus. Vnde Prudentius in hymno de ieiunio.

Nona ſubmiſſum rotat hora ſolem,
Partibus vix dum tribus euolutis,
Quarta deuexo ſupereſt in axe.
Porrò lucis.
Nos breuis uoti dape uindicata,
Soluimus feſtum, fruimurq; menſis,
Affatim plenis, quibus imbuatur,
Prona uolupias.

Auguſt. epi. 118. Verum olim in quibuſdam prouincijs etiam quadrageſimale ieiunium hora nona ſolutum eſt. Et apud quoſdam populos uiguit, & nunc apud Turcas uiget ſuperſtitioſa obſeruatio, non ſoluendi ieiunij, niſi ſtellæ in cœlo luxerint. Ex quib. colligeres, apud ueteres nunquam fuiſſe ſolutum ieiunium, ante horam nonam, quæ eſt tertia poſt meridiem.

Sed peteret hic quiſpiam, cur tanta facta ſit mutatio horæ ieiunij ſoluēdi, cum hoc tempore ſoluatur hora ſexta, ſeu in meridie, cui petitioni hunc in modum ſatisfieri poteſt. Antiquitus, ut ex multorū teſtimonio colligere licet, tardius prandere ſolebant, quam communiter nunc fieri ſoleat, hora nimirum ſexta, ſiue meridiana: unde & prandium dictum eſt, quaſi parendion: quod & merenda a meridie, ut Feſtus aduotauit, dictum eſt: Quare quando erat dies ieiunij, ut carnem affligerent, prandium ad horam nonam, uel ueſpertinam protrahebant. Id quod etiā, nos uniuerſe loquendo, facimus (cum citius diebus quibus non ieiunatur prandere ſoleamus) dum ab hora tertia ad ſextam, ſiue ad meridiem, prandium protrahimus. Non eſt itaque damnanda eccleſia, quæ hunc ritum nunc approbat, aut permittit; cum ieiunandi ratio hac in parte potiſſimum a conſuetudine pendeat. Sed iam quid de tempore tenendum, ſit ſtatuamus.

Primum dictum, hora nona his temporibus, non pertinet ad ieiunij ſubſtantiā: & ita qui hanc horam præuenit, non cenſebitur violaſſe ieiunium. Primum, quia quod attinet ad tempus horamve ſoluendi ieiunij, plurimum valet populorum cōſuetudo, quę communiter habet, vt ieiunium ſoluatur ante horam nonam. Deinde, quia ita aſſerunt nunc cōmuniter ſcriptores, & ex antiquioribus, Paludanus, Antoninus, Panormitanus, Archidiaconus, & alij, Quamuis ergo ieiunij abſtinentia ratione temporis conuenienter ad nonam horam vſque olim protraheretur: tum quia corpus magis macerabatur: tum etiam, quod qui ieiunabant videbantur carnem ſuam cum Chriſto crucifigere, qui vſque ad horam nonam in cruce perpeſſus eſt: tamen, quia mutatus eſt prandendi vſus, vt diximus, & hominum natura cuaſit imbecillior, vel imperfectior, nihil peccatur, ni ad nonam horā protrahatur ieiunium.

Secūdum dictum, hora legitima & cōſueta ſoluendi ieiunij, eſt hora ſexta, ſeu meridies: quare, qui hac hora, vel circiter ieiunium ſolueret, legitime, quoad tempus comedendi attinet, ieiunare cenſeretur. Eſt hæc hora conueniens, quia, vniuerſe loquendo, eſt fere ſemper ſecunda, vel tertia hora a prandio: ac proinde corpus nonnihil patitur; id quod in ieiunando ſpectatur.

Tertium dictum, ſi quis ex iuſta cauſſa hanc horam præueniret, non peccaret. Vt ecce, ſi ea hora qua prandendum eſt aliquod graue negocium peragendum eſſet; ſi quis iter facere deberet: aut domino inſeruire in prandio ſed famuli, vt ſupra diximus, poſſent aliquid cibi ſumere per modum medicinę, et poſt dominos prandere. Atque idem diceres in alijs ſimilibus caſibus. *Gab. 4. ſ. d. 15. q. 3.*

Quartum dictum, qui ſine cauſſa prandendi horam anticiparent non peccarent mortaliter, modo id in contemptum ieiunij non fieret. Non me fugit eſſe quoſdam qui contra ſentiunt; tamen, quod nos cum alijs docemus, & ſpeciatim cum Alexandro Alenſe Theologo grauiſſimo, & cum Innocentio, probabilius videtur. Quoniam in huiuſmodi rebus, nō ita ſubtiliter facta perpendēda ſunt nec facile peccatū mortale introducēdū eſt. Intel-

lige

lige allatam doctrinã, quãdo anticipatio
non eſſet omnino notabilis. Quod ſi qs
hac in parte vellet ſe tutius agere, diſpẽ-
ſationẽ petat; quã, vt aliqui ſcribunt Prę-
latus, & Parochus dare poſſunt.

Quinctum dictũ, non licet cõmutare
prandium, vel cœnam cum iẽtaculo, ita
vt mane ſumatur ientaculum, & pran-
D. Tho. diũ ad noctem. Ita Caietanus in verbo
22. Na. Ieiunium, quẽ iure optimo ſequitur Na-
uarrus. Quia non viget talis cõſuetudo,
a qua ieiunia eccleſiaſticam formam ha
bent. Quod ſi ad hoc faciendum aliqua
cauſſa rationabilis induceret, vt corpo-
tis debilitas, vel aliqua neceſſitas, id fieri
poſſet; vt Nauarus docet. Quod ſi ſine iu
ſta cauſſa fieret, nõ cõmitteret̃ niſi venia
le peccatũ, ut ex quodã viro docto didici
qa iſte nõ recedit a ſubſtantia modi ieiu
nandi, ſed ſolum ordinem variat.

Sextũ dictum, ſi quis ſæpius in die ie-
iuniũ frangat, nõ cõmittit plura peccata,
ſed ſolum vnũ, ſecunda vice, poſt ſemel
ſumptũ prandiũ. Hoc affirmauerim con
tra ſententiã Ioannis Maioris, & quorũ
dam aliorũ, qui aliter exiſtimarũt. Id au-
In. 4. 5. tem quod nos docemus, defendunt cele-
d. 15. q. bres doctores; in quibus Paludanus, Du
6. Me- randus, Martinus Ledeſma, Sylueſter,
din. Ca- Caietanus, Armilla, & Nauarus. Quare
uar. lib. qui ſcienter ita ſoluit ieiuniũ, ut ſe ĩpotẽ
4. uar. c. tem reddat ad ieiunandũ, non eſt obliga-
20. nu. tus ſub peccato abſtinere a cibo: quia ie-
13. iunium ſemel fractũ, nõ poteſt inſtaura-
ri. Atque aliter dicendũ eſſet, ſi inſcien-
ter ſoluiſſet, quia tunc teneretur ſeruare.
Atque hucuſque de forma eſſentiali ie-
iunandi: ſequit̃ vt de accidentali dicam⁹.

De forma extrinſeca ieiunij, hoc eſt de ieiunio meritorio. Cap. 6.

QVod attinet ad formam ſiue mo-
dum extrinſecum ieiunandi, pau-
ca dicenda occurrunt: ac proinde hoc ca
put paucis perſtringemus.

Primum dictum, ieiunium, ſicuti & a-
lia præcepta dupliciter ſeruari poteſt: v-
no modo quantum ad ſubſtantiam prę-
cepti & formã ſubſtantialem; quod tunc
fit, cum ſeruãtur tria iam explicata, hoc
eſt cum quis abſtinet a cibis prohibitis,
& ſemel, & debita hora comedit: altero
modo quantum ad formã accidentalem,
& extrinſecam, vt opus ſit meritorium
ratione gratiæ, quæ eſt cum ieiunante
coniuncta.

Secundum dictũ, modus ſiue forma
accidentalis ieiunij eſt caritas, ſiue gra-
tia, ſine qua qui ieiunat, non ſatisfacit,
pro peccatis, nec meretur apud Deum.
Ieiunium ergo, quod ſine gratia fit, eſt ie
iunium mortuũ, & inutile ad vitã æter-
nã cõſequendã: illud vero quod eſt cum
gratia cõiunctũ, eſt viuũ, & beatitudinẽ
promeretur: qua ratione, qui ſitientes &
eſurientes ieiunant, iuſtitiæ & uirtutum
pabulo atque aqua gratiæ in hac vita re
plentur, & ad æternas epulas, laticeſque
beatæ vitæ perpetuo guſtãdos admittũ-
tur. Quare, ſanũ eſſet Conſiliũ, vt fideles
antiquorũ Chriſtianorũ conſuetudinem
imitantes, initio quadrageſimæ ſua p ſa-
cram confeſſionem expiarẽt peccata; ne
tanto gratiarũ cumulo priuarentur, cum
minimus gratiæ gradus pluris valeat, fa
ciendusque ſit, quã quidqd rerũ in hac
vita, quis acquirere, aut exoptare poteſt:
quod vtinã homines ſaperent, atque in-
telligerent. Quis ergo ita imprudens, &
tam parũ ſui amans inueniatur, qui dũ
vult in fæcibus peccati iacere, nolit per
peccatorum confeſſionẽ ſe abluere, atq;
in Dei gratiã redire, vt ieiunando quoti-
die pro pœnis debitis ſatisfacere, & ſpiri
tualibus bonis animum poſſit replere.

Tertium dictũ non propterea, quod
aliquis, vel per contritionẽ, vel per pęni-
tentiæ ſacramentũ diuinã amicitiam ſibi
non conciliat, ieiuniũ prætermittere de-
bet: quia ieiunium in ſtatu peccati factũ
nonnullas vtilitates habet; quamuis, vt
dixi, ad vitam æternam conſequendam
nihil proxime conferat. Primum, qui in
peccato ieiunat, eccleſiæ præceptum ſer-
uat, neque enim, vt ſupra docuimus, ali-
quis obligatus eſt ad ſeruanda præcepta
cum caritate; ac proinde nouũ vitat pec-
catum, quod non ieiunando cõmitteret.
Deinde, quia confert ad carnis titillatio
nes, & concupiſcentiæ flammas ſedan-
das: quæ ſane vtilitas nõ eſt parui facien

da: cum per ieiunium etiam in peccato factũ corpus caſtigetur, & in officio contineatur; quo fit vt alia peccata facilius vitentur, in quæ qui non ieiunaret, facile incurreret. Tertio, quia hac ratione homo aſſueſcit in bono opere: quo fit, vt ſi poſtea in gratiam redeat, maiore cum facilitate bene ac delectabiliter agat. Quarto, qui ieiunat, per hoc bonum opus facilius impetrat a Deo pœnitentiã, & cordis contritionem, ſiue auxilia ſpecialia, quibus excitatus reſipiſcat. Quod ſi quis hoc loco obijciat, Deum peccatores non exaudire, vt cęcus ille euangelicus dixit, reſponderem eius dictum intelligendum eſſe, hoc pacto, Deum non exaudire peccatores requirentes diuinũ teſtimonium ad confirmandam falſitatem. Nemo igitur, quantumuis ſe peccatorem agnoſcat, hoc bonum opus omittat, quod maxime confert ad impetranda diuina auxilia, ad reſipiſcendum neceſſaria. Ex quibus colligeres, ex tribus ieiunij finib. duos eũ poſſe conſequi, qui in peccato ieiunat, videlicet, carnis macerationem, & mentis eleuationem. Atque hucuſque de ieiunij forma.

Ioan. 9.

Quibus diebus ieiunandum, aut non ieiunandum ſit. Cap. 7.

Explicata natura cauſſiſque ieiunij, ſequitur vt de eius accidentibus, ſiue circunſtanti agamus; & primum de circunſtantia temporis, ſiue dierum in quibus fideles eccleſię præcepto ad ieiunandum ſumus obligati. Et quoniam ſunt certi quidam dies in quibus ex fidelium conſuetudine ieiunia communiter celebrari non ſolent, de his quoque priore loco aliquid dicemus.

Primum dictum, ex ritu eccleſiaſtico, diebus dominicis totius anni ieiunare nõ licet. Die dominico, inquit Tertullian*, ieiunare nefas dicimus. Et diuus Ambroſius, Dominica die ieiunare non poſſumus. Hi igitur & alij antiqui ſcriptores, vt Hieronymus ad Marcellam, & ad Euſtochium, atque nonnulla concilia, vt Gangreſſe, Carthaginenſe quartum, & Bracarẽſe primum, canone quarto, allatum dictum confirmant. Ratio autẽ prima cur hoc die ieiunare nõ liceat, ea aſſignatur, quia eſt dies lætitiæ & exultationis: celebramus enim Chriſti domini reſurrectionẽ, in qua a mœſtitia & luctu abſtinendum eſt, & in domino exultandũ, atq; allelúia canendum. Altera vero vt fideles ab hæreticorũ conſuetudine & errore alieni eſſe videãtur. Hoc enim die olim Manichęi Aeriani & Priſcillianiſtę ieiunabant, qd Chriſti reſurrectio nẽ negarẽt: vnde Aerij ſectatores hebdomadam ſanctam, quaſi de morte Chriſti gaudentes conuiuijs & potationibus, vt ex Epiphanio diſcimus, celebrabant.

De Coron. *Epiſt. 83* *Augu.* *epiſt. 89.* *Leo ep.* *Can. 18,* *Con. 64* *Priſul.*

Secundum dictum, a die Paſchatis vſque ad Pentecoſtem non celebratur ieiunium eccleſiaſticum. Ita præter alios teſtatur Epiphanius, cum de ieiunio loquẽdo ait, Excepta ſola Pentecoſte, per totos quinquaginta dies, in quibus nec genua flectuntur, neque ieiunium eſt imperatum. Idem diceres de tempore inter Natalem Domini, & Epiphaniam, ac etiam de die ipſo Natali, in quo Priſcillianiſtæ ieiunare ſolebant, vt inter alios Sanctus Leo refert. Inuenies etiam aliquãdo fuiſſe prohibitum ieiunare in quinta feria, vt Chriſtianorum ieiunium diſtingueretur a gentilium ieiunandi ritu.

Her. 75.

Tertium dictum, in dictis diebus non eſt ſimiliter prohibitum ieiunium. Vnde ſi quis non ex ſuperſtitione quadam, vt faciebant Montani ſectatores, nec ad confirmandum errorem, vt Manichęi, neque in contemptum eccleſiæ, vt Euſtathiani, & ſine ſcandalo; ad carnem domandam, vel cauſſa morbi, vel propter factum votum ieiunandi per annum, in tempore paſchali die dominico, & in Natali Domini ieiunaret, vt etiam ipſi Patres docent, nihil peccaret.

Quartum dictum, licet in die ante epiphaniam ieiunari non ſoleat; tamen ex eccleſiæ conſuetudine in die ante Pentecoſten ieiunandum eſt. Hoc præter ordinem Romanum, de quo antiqui ſcriptores teſtantur, haud obſcure colligere licet, ex canone Ieiunium, apud Gratianũ vbi docetur, ne quatuor temporum ieiunium celebretur immediate ante Pentecoſten,

coſten, quia ieiunium & vigilia ſimul celebrari non debent, ne ſcilicet in vnum diem duo concurrant ieiunia: id quod etiam dicitur de quattuor temporibus ante diem Natalis, ne incidant, in vigiliam Natalis. Ex quibus colligeres, non eſſe damnandos eos, qui in diebus Rogationis ieiunant de quo ieiunij genere non nihil poſtea dicetur.

Quartum dictum, ex vniuerſali eccleſiæ præcepto, hiſc his diebus fideles ad ieiunandum ſunt obligati. In tota quadrageſima, exceptis, vt diximus, dominicis diebus. In quattuor temporibus anni: in vere, poſt primam quadrageſimæ dominicam: in æſtate, in prima hebdomada poſt Pentecoſten: in autumno, poſt feſtum exaltationis crucis: & in hyeme, poſt tertiam dominicam aduentus, vel diem feſtum Sanctæ Luciæ, iuxta illud vulgatum, Poſt Pen: Cruc. Luc. Cin. In vigilia Natalis Domini, Pentecoſtis, Aſ-

Sanctæ Luciæ iuxta illud gatum, Poſt Pē c. Cru. Luc. Ci.

ſumptionis beatæ Virginis, natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ, omnium Apoſtolorum, exceptis diuo Iacobo, & Philippo, quia incidit in tempus paſchale, & Sancti Ioannis Euangeliſtæ, quia incidit cum vigilia Natalis. Item in vigilia diui Laurentij, & omnium ſanctorum. Quod ſi vigilia diui Ioannis Baptiſtæ incideret in diem corporis Chriſti, a Leone Decimo, reſcriptum eſt, vt ieiunetur feria quarta, die nimirum Mercurij.

Quinctum dictum, præter iam enumerata tempora poteſt aliquis eſſe obligatus ad ieiunandum certis diebus ratione voti, vel alicuius regulæ, quam profitetur, ac etiam ratione alicuius conſuetudinis aut legis etiam a Principe impoſitæ; vt accidit Niniuitis, cum ad impendens malum auertendum Rex vniuerſale indixit ieiunium.

Iona. 3.

Sextum dictum, ieiunij tempus incipit a media noctæ diei præteriti, & durat vſque ad mediam ſequentis. Ita tenet cōmunis opinio, quam Nauarrus cōfirmat ex lege, More Romano, digeſtis de ferijs. Quod ſi Canō, De eſu carnium, ex Leone Quarto cōtra ſignificare videtur, id intelligēdū eſt d̄ cōſilio, vt ibi gloſſa exponit.

De cōs. d.3.

Qui ſint obligati ad ieiunandum, & quanta ſit ieiunij obligatio. Cap. 8.

QVod attinet ad eos qui ad ieiunium ſeruandum ſunt obligati, & ſub cuius culpę pęna nullibi vniuerſali Eccleſię lege aliquid ſancitum fuiſſe legimus: immo, vt aliqui obſeruarunt, nulla eſt lex pontificia, qua ſpeciatim de ieiunio præceptum detur: cum tamē non deſint multa teſtimonia, tum conciliorum particularium, tum ſanctorum Patrum, quibus aliquod extare de ieiunando præceptum demonſtratur. Sed quid opus eſt priuata conſtitutione & lege, vbi perpetua viget apoſtolica traditio, & vniuerſalis eccleſię conſuetudo? quæ non minorem vim habet, quam lex ſcripta. Antequam autē quicquam de perſonis ad ieiunādum obligatis, & de genere peccati ſub quo obligantur ſtatuo, nonnulla adnotabo circa obligationem quantum ad ſubſtantiam præcepti; vnde maior habebitur eorum quæ ſupra diximus intelligentia.

Notandum itaque eſt, in hac materia iſta tria eſſe diſtincta, Pręceptum ieiunij, præceptum abſtinendi ab eſu carnium, & præceptum abſtinendi a lacticinijs: quorum differentia in quattuor maxime rebus ſpectatur.

Primo in hoc, quod præceptum ieiunij, vniuerſe loquendo, & iuxta ea quæ diximus, alia omnia includit, ſed non cōtra: quia aliquando prohibetur caro, non tamen lacticinium; vt in omnibus diebus Veneris & Sabbathi totius anni. Secundo, in diſpenſatione, quia cum diſpenſat in vno, non ſequitur vt fiat diſpenſatio ī alio; & ita licet pueri nō teneant ieiunare tñ cū venerint ad vſum rationis, non debent carnes, aut lacticinia in diebus prohibitis edere; & ſimiliter alij cum quibus in ieiunio fit diſpenſatio. At vero, qui diſpēſantur in vſu carniū ab alijs ſunt liberi, iuxta ea quæ diximus. Qui vero in lacticinis diſpenſantur, non ſunt ab alijs liberi, ni alia ſubſit cauſſa.

Tertio, differunt, quod præceptum abſtinendi a carnibus eſt vniuerſalius, & comprehendit etiam pueros a primis

annis, lacticinia vero eis non ſunt interdicta ante vſum rationis, ſed poſt hoc tempus, etiamſi non ſint adhuc obligati ad ieiunandum.

Poſtremo, differunt, quod qui ſemel ſoluit ieiunium, cum de eo ſit præceptum affirmatiuum, fit impotens ad illud ſeruandum; & vt diximus, ſemel tantum peccat, ni ex contemptu ſæpius comedat: At vero quia præceptum de non edendis carnibus eſt negatiuũ, obligat ſemper & quocunque tempore, & ita licet ſemel frangatur, adhuc obligat, ac proinde in eius tranſgreſſione ſæpius peccatur.

Rurſus animaduertendum eſt interdũ homines obligatos eſſe ad ieiunãdum, nõ ſolum ex præcepto eccleſiaſtico, ſed etiã ex diuino & naturali; tunc nempe, cum aliter aliquis non poteſt conſulere ſuæ ſaluti ſpirituali, vel corporali; vt ſi quis ita agitetur ſtimulis carnis, vt non poſſet peccatum vitare, niſi ieiunaret. Similiter, ſi ad ſalutem corporis conſeruãdam, aut recuperandam tanquam medium neceſſariũ eſſet abſtinentia a cibo, vel a certo ciborum genere. Verum huiuſmodi ieiunium non eſſet ad modum ieiunij eccleſiaſtici, vt eſt manifeſtum. vnde ſatis eſſet parcius edere, etiam ſi carnes ederentur, vel a vino, aut ab aliquo alio potu, & a cibo ſe continere. His hunc in modum adnotatis, quæ de ieiunij obligatione dicenda reſtant, quibuſdam dictis perſtringam.

Primum dictum, præceptum ieiunij eccleſiaſtici non obligat pueros ante vigeſimum primum annum. Doctrina eſt communis omnium Summiſtarum: cui⁹ ea aſſignatur ratio, quia ad hoc vſque tẽpus pueri adoleſcunt: & propterea eccleſia tanquam indulgens mater, noluit eos ad ieiunia obligare, eis cum ſubtrahendo cibum, quẽ maxime natura deſiderat. Verum hac in parte parentum & eorum q filios educandos ſuſcipiunt deſideratur prudentia, vt interim pueros & adoleſcentes ad ieiunandum aſſuefaciant, ne cum tempus aduenerit, ob inſolentiam ieiunium eis omnino graue videatur, ac proinde facile tantum, & tam ſalubre præceptum, vt paſſim fieri videmus, contemnatur. Quare adoleſcentes in quadrageſima ſaltem bis ad ieiunandum prouocandi eſſent: & in alijs temporibus, cum ieiunium eſt vnius diei, facilius ieiunij onus ferre poſſent. Neque enim cenſendum eſt, naturam aliquid graue nocumentum pati, ſi per vnum diem aliqua cibi parte defraudetur. Ita me mea admodum pia religioſa mater aſſueſcebat; vt non minus libenter cum adoleſcebam ieiunarem, quam nunc facio. Et certe hac in parte, minus remiſſe orientales, quam occidentales populi ſe gerunt.

Secundum dictum, quod attinet ad tempus in quo ceſſet huius præcepti obligatio, nihil eſt omnino determinatum, illud tamen ex ſcriptoribus colligi poſſe videtur, ante annum ſexageſimum, neminem ſe debere exiſtimare immunem: cũ etiam vſque ad ſeptuageſimum multi reperiantur robuſti. Quare hac in parte bonorum virorum capiendum eſt conſiliũ, ac etiam diſpenſatio a Prælato obtinenda: ne quis in propria cauſſa, nimiũ ſibi indulgeat.

Tertium dictum, præceptum de ieiunando obligat ſub graui culpa; ſi ita in eo peccetur, vt non ſeruentur, quę ad ſubſtantiam pertinent. Ita communiter doctores tradunt, & communis exiſtimat fidelium conſenſus; & cum materia nõ ſit leuis, ad grauem obligabit culpam: verũ multi poſſunt incidere caſus in quib⁹ vel nullum committatur peccatum vel tantũ leue, vt ſtatim patebit, cum docebimus, quinam ſint ab hoc præcepto immunes.

Quartum dictum, præceptum de abſtinentia a carnibus in diebus ieiunij, & in die veneris & Sabbathi, vniuerſe obligat perpetuo omnes fideles, vſque a primis rationis annis: at vero præceptum de abſtinendo a lacticinijs vbi viget conſuetudo, non ita mature, quod ſub eodem peccati genere obligare videtur. Videant igitur parentes qua ratione hac in parte ſuos filios inſtituant: ne tam antiqua, & apud omnes fideles inueterata negligatur conſuetudo.

Quinctum dictum, obligatio ieiunandi ex iure naturali, vel diuino, æque omnes obligat, non modo fideles, ſed etiam

tiam infideles; & quidem ſub graui culpa; cum agatur de maximo bono vel animi, vel corporis conſeruando. Atque hęc de obligatione præcepti de ieiunando dicta ſufficiant. Sequitur vt doceamus quas ob cauſſas aliquis ab hac obligatione ſit liber.

Quæ ſint cauſſæ ob quas aliquis ſit liber a præcepto ieiunij. Cap. 9.

MVltæ ſunt cauſſæ propter quas aliquis liber eſſe poteſt a præcepto ieiunij; quas breuitatis gratia, ad quattuor reuocare licet; quæ ſunt, Infirmitas, paupertas, labor, & pietas: quas ſigillatim explicabo, & exemplis illuſtrabo.

Gabr. 4. 4. ſ. d.

Prima igitur cauſſa eſt infirmitas; quã in quattuor partes diſtribuetes; in infirmitatem languoris, complexionis, ætatis, & conditionis. Infirmitas languoris eſt, cum quis eſt aliquo morbo affectus: & ita omnes ægroti excuſantur, ni ieiunent. Infirmitas conditionis, dicitur ea, ob quam aliquis facile in morbum labitur; vt valetudinarij; qui ob mediam facile in vehementes capitis dolores incidunt; & uniuerſe omnes illi, qui ob naturæ ſuæ debilitatem, vnica tantum comeſtione, non poſſunt ſumere cibum neceſſarium ad vitæ ſuſtentationem, ſed indigent pauco & frequenti cibo. Infirmitas ætatis cenſetur totum tempus ante annum primum & vigeſimum completum: ideo adoleſcentes, qui vt ſupra dixi, cum ad perfectũ incrementum nõ dum venerit, & nutrimento ad augmentum indigeant, ab eccleſiaſtico ieiunio ſunt exẽpti. Itidem ſenes poſt ſexageſimum annum, iuxta communem ſententiã excuſantur: licet in hoc non ſit certa regula: at vt plurimum ſexageſimus annus excuſat: verum, hic requirendum eſt iudicium prudentis viri, vel ſuperioris, vt ſupra diximus. Infirmitas cõditionis ſpectatur in fœminis grauidis, & lactantibus; quia indigent cibo pro ſe, & pro fętu: quæ ex cõmuni ſententia liberę ſunt a ieiunio; ſed non a qualitate ciborum; quamuis medici ex cauſſa poſſunt eius vſum lacticinorum concedere.

D. Tho. 2. 2. q.

Secunda cauſſa, paupertas; cum aliquis ob paupertatem non poteſt facere integrum prandium; vti illi qui oſtiatim eleemoſynam petunt. Quare qui vnum integrum & ſufficiens prandium facere non poſſunt, excuſantur, etiam ſi oſtiatim non petant.

Tertia cauſſa, labor, labor enim qui corpus notabiliter macerat & affligit, excuſat a ieiunio. Vnde foſſores, meſſores, aratores, ſeminatores, fabri ferrarij fabri tignarij, lapidicidæ, curſores, iter pedibus faciẽtes, & oẽs alij qui artẽ exercent laborioſam, qua corpus multum extenuatur, excuſantur a ieiunio. Vnde omnes alij artifices, vt ſutores, pictores, qui non multum exercent corpus, non ſunt ab hoc præcepto exempti. Ad hoc autem vt labor excuſare dicatur, neceſſe eſt vt ex vna ex tribus cauſſis, quas nunc recenſebo, proficiſcatur.

Prima, vt labor conueniat ex officio; alias enim non excuſaret: vnde, licet qui ex officio laborant, ſint diuites, adhuc excuſantur: cum ob ieiunium non ſint obligati ad ceſsãdum a labore; vt in quadam bulla, cuius meminit Syluester, declarauit Eugenius Quartus.

Secunda, cum labor ſumitur in vtilitatem reip. & communitatis: & ita excuſantur qui tempore belli iuuant ad muros extruendos & aggeres faciendos: ſi eo tẽpore occurrat ieiunij dies: quoniã, qui ob hanc cauſſam laborant, quaſi ex officio laborant.

Ver. iei. d. 24.

Tertia, cum quis laborat ad euitandũ damnũ, tẽporale, vel ſpirituale propriũ; vel alienum. Quam ob cauſſam excuſarentur, qui in die ieiunij laborarent ad extinguendum ignẽ rem ſuam, vel alienam deflagrantem; vel ad aliud opus corporale, quod ni fieret, magnum inde proximus pateretur damnum.

Roſel. uerb. ie.

Caiet. in ſum.

Quarta cauſſa excuſans eſt maius bonum, ſeu pietas, officia nimirũ ſpiritualia & opera miſericordiæ, quæ cum ieiunio eſſe nõ poſſunt; vt sũt cõcionari, legere, & ſecundũ Caietanũ, cõfeſſiones audire, hoſpitalibus inſeruire, peregrinari ob loca pia, & ſimilia. Vt aũt q hãc ob cauſſam laborãt, excuſentur, debẽt laborare

Na. ca. 21. mi. 18.

ex officio, aut ex obedientia, aut ex voto antea facto, vel ex iniūcta pœnitētia: Ait tñ Syluester, q si alicuius cōciones essēt ampliū utiles populo, posset is excusari a ieiunio, etiāſi ex ſola deuotione, ſine obligatione cōcionaretur. Similiter illi qui ī vniuerſitatib' nō ex officio, ſed ad opinionē notitiāve ſui gignēdā legūt, excuſari poſſunt, cum aliquid detrimenti caperēt, ſi in legendo perſeuerarēt. Quo loco circa peregrinationē omnes admonent, nō licere peregrinari tempore ieiunij, & ieiunium ſoluere, niſi cū peregrinatio ex uoto eſt ſuſcepta, nec pt cōmode differri, & cū ex magna deuotione fit. Verū credere nō licere, abſq; cōſilio cōfeſſoris iudicātis plus vtilitatis ſpiritualis capiēdū eſſe ex peregrinatione, quā ex ieiunio: quod ſi vtrūque præſtari poſſet, utrūq; præſtādū eſſet. Liceret etiā peregrinari die ieiunij ad uitādū detrimētū aliquod; puta, cū qui iter facit habet ſociū in uia, quē amitteret, niſi eo tēpore iter cōficeret: vel ſi aliquod periculū timeret. Excuſatur etiam a ieiunio, qui nō poteſt reddere debitū uxori, ieiunando, ut aliqui dicunt. Similiter vxor excuſatur a ieiunijs volūtarie uotis ad uitādas rixas & odiū mariti repugnātis: nō autē a ieiunijs eccleſiæ, niſi ob hāc cauſſā notabilis inter eos oriatur diſcordia, vt præter alios Tabiena, & Syluester adnotarūt. Vnde ad pacē retinēdā huiuſmodi opera pia ſuperioris auctoritate cōmutari poſſent. Sed hoc intelligēdū eſt, qn maritus id nō faceret in cōtēptū religionis; quia tūc poti' deberet mortē pati; ut poſſet cōtingere, ſi maritus eſſet Lutheranus, & uxor catholica. Circa has cauſſas duo occurrunt notāda: primū cū quis habet aliquā cauſſam dubiā, an excuſetur, ſic debet petere declarationē, vel a cōfeſſario, vel a uiro docto, uel a medico, vel a ſuo ſuperiore, ut ab Epiſcopo, & Prælato. Horū alij ſolū cauſſam declarare, alij vero etiā diſpēſare poſſunt. Medici uero in parte non debent eſſe prodigi, ſed caute ſe gerant perpēdēdo cauſſas, ut declarent eas eſſe ſufficiētes ad ſolvēdū ieiuniū, & non pro quauis leui occaſione putent eſſe licitū non ieiunare, aut uti cibis prohibitis.

Nau. c. 21. n. 18

Caie. in sum.

Alterū, cū pœnitentes bona fide putāt ſe ſufficientē cauſſam habere non ieiunādi, licet re uera non ſit ſufficiens, ſolum eos peccare venialiter: nec debent a confeſſarijs damnari de peccato mortali. Immo nec debent quemquam a ſua bona fide & conſcientia deijcere; ſed ſolum hortari, vt experiatur ieiunare; ut Antoninus, Paludanus, Caietanus, ac etiā Nauarrus adnotauit. Ei ergo qui dubitat, an ſine notabili valetudinis detrimento ieiunare queat, ſuadendum eſt ut experiatur, & ſi cognouerit, ſibi ualde nocere, poterit nō ieiunare; & ut adhuc tutior ſit, diſpēſationē petat. Quod ſi quis hæc præſtare nollet, is ſane abſoluendus nō eſſet, cum nō videatur uelle Eccleſiæ parere. Qui uero totam quadrageſſimam ieiunare nō poſſet, & bis terue in hebdomadā ieiunaret, is ex Caietani ſententia præcepto ſatisfaceret; cum tātum efficiat, quātum poteſt.

2. p. ti 6. c. 2. In 4. d. 15. q 4 Cap. 21. nu. 20.

Nauar. loc. cit.

In. sum. et 2. 2. q. 147. art. 6.

De obligatione eorum qui curare debent vt alij ieiunent. Cap. 10.

QVoniā in hoc genere ſæpe poſſunt incidere caſus, in quibus nō ſolū aliquis ieiunare debet, ſed operā dare ut alij ieiunium ſeruent, ni aliorum culpæ uolunt eſſe participes, ideo etiam hic locus priuatim tractandus eſt: de quo imprimis vniuerſalem dabo regulam, quam poſtea nōnullis propoſitis, caſibus explicabo. Regula igitur eſt talis, Quandocunque aliquis eſt cauſſa, ut alij ieiunium ſoluant, qui alias tenebantur ieiunare, peccat mortaliter: quam doctrinam his priuatis caſibus illuſtro. Primus caſus, domini qui habent famulos & ſeruos quos die ieiunij ad laborandum cogunt, ita ut non poſſint implere ieiunium grauiter peccāt, ni opus illud in aliū diē ſine aliquo notabili detrimento differre nō potuiſſent: tunc enim nō peccarent: famuli vero, qui laborare cogerentur, excuſandi eſſent. Secundus caſus, patres familias, & ij qui curam habēt, hoc eſt filiorum famulorum, & aliorum, qui domi ſuo peccāt ſi cibū miniſtrēt in cœnā vel ea quibus poteſt ſolui ieiuniū: Qui a cauſſam peccādi præbēt, & arma malitiæ ſubminiſtrant. Quæ in parte maxima

Palu. 4. d. 15 q. 4 Gab. in. q. 3. ar. 7 not. 4.

passim

Syl. uer. paſſim committitur negligentia: nec illi
ieiu. q. 3. quibus hoc officium conuenit, excuſantur pp hoc, quod famuli ieiunare nolint, quia ui habeant legitimam cauſſam, dãda eſt opera, vt eccleſię præcepto pareãt, ad quod faciendum hortandi & commonendi ſunt.

Diſt. cit. q. 3. ar. 3 dub. 6. Tertius caſus, ex Gab. caupones, & qui publicas hñt paratas menſas ad comedendum, peccãt miniſtrando cibos prohibitos ijs, quib. non licet illis veſci, & cibum illis qui uolunt ſoluere ieiuniũ: immo in eo ſolo grauiter peccãt, qđ parati ſint indifferenter omnibus cibos quoſcũque & quocũque tpe miniſtrare. Illis vero quos credunt, cognoſcuntve non eſſe obligatos ad ieiunandum, aut ad cibos vetitos vitando, miniſtrare poſſunt, vt infantibus, ægrotis atque iter facientibus.

Quartus caſus eorum, qui cum ipſi non ieiunent, vel quia nolũt, vel quia excuſantur, alios ad comedendum, ſiue ad cœnandum inuitant, & ſunt cauſſa, vt ieiunium ſoluant, ꝙ alias nõ ſoluiſſent: nam cum ſint cauſſa propinqua cur alij peccent, ipſi quoq; peccãt. Limitat hũc caſũ Naua. & ait nõ pcedere in eo, qui ſcit eũ quem inuitat alibi manducaturum, aut paratum v. det ad cœnandum, modo ex aliqua honeſta cauſſa inuitet.

Quinctus caſus eorũ, qui nolũt operarios conducere niſi ſoluant ieiunium: ꝙ ſi ex aliqua vrgenti neceſſitate id facerẽt, vt illi poſſent multum laborare, id poſſet ab illis exigi: ſed. vtilitas ob q̃ id fit, debet eſſe cõmunis, aut certe fieri dẽt ad vitandum aliquod graue damnum.

Ver ieiu. in fine. Sed hoc loco quædam occurrit dubitatio: quidam. p̃ncipe ad locum in quo ieiunatur eo die, in quo non ieiunatur in alio loco, vnde ipſe profectus, an iſte teneatur ibi ieiunare, vel a cibis prohibitis abſtinere? ad quam dubitationem rñdet Syluester, cum diſtinct. cum Sl iſte eo p[illegible] ueniat commorandi cauſſa, tenetur obſeruare præceptum: ſi vero animo remeãdi, aut tranſeundi, non tenetur, ſi abſq; ſcãdalo id facere poteſt.

Nau. c. 21, n. 21 Denique, circa obſeruationẽ adnotaue rim, ſolũ Põtificẽ diſpẽſare abſolute circa vniuerſalia ieiunia, ne qs lege ieiunij teneatur, vel nõ his, aut illis dieb. Similiter Eps, ne quis hoc vel illo die ieiunet. D. Tho. Et eo abſente ẽt parochus, & quilibet p̃latus cum ſuis religioſis. Et licet hoc aliquo expreſſo iure probari nõ poſſit, tamẽ quotidiana neceſſitas faciendũ pſuadet: & conſuetudine, quæ iuriſdõnẽ dare potuit, ſit hoc obtentum eſt. Debent aũt ſuperiores eſſe faciles, iuſta poſita cauſſã, ad diſpẽſandum, ut alicui liceat cœnare, vel ante horam debitã prãdere, vt ſuos a ſcrupulis liberẽt: aut certe hoc opus in aliud commutẽt. Is vero quo cũ facta eſt diſpẽſatio, videat, q̃rum ſibi ſit cõceſſum per diſpenſationem, ne plus ſibi ſumat, q̃ datum eſt; & id ſeruet, quod ſeruare poteſt. Atq; hæc de ieiunio vniuerſe dicta ſufficiant; nunc de quibuſdam ieiuniorũ partibus dicendum eſt.

Caiet. Ca eam tenting. de fo. cõ. Cap. 21. nu. 24. Caiet. Na. nu. 12.

De ieiunio quadrageſima. cap. 11.

CVm his temporibus nõ deſint qui, certa ad ieiunandũ ſtatuta tpa improbãt, quaſi ſint temere, vel parum vtiliter introducta; idcirco, ſpeciatim de p̃cipuis ieiunijs, quæ in eccleſia ſeruãtur, aliqđ dicem⁹, ut fideles ieiuniorũ cõgruẽtiã atq; vtilitatẽ intelligãt, & promptius ea ſeruẽt. Quod attinet ad ieiuniũ quadrageſimale, tria potiſſimũ docebim⁹, inſtõnẽ, ſeu originẽ, formã, & cõuenientiã, de qb⁹ ita ſtatuo. Primũ dictũ, quadrageſima nõ habuit initiũ a Teleſphoro Papa, vt aliq referẽte Euſebio exiſtimarunt. Primũ, qa D. Ignatius, q Teleſphorũ pceſſit, quadrageſimę apuſſime meminit. Deĩde, qa multi patres, ut ſtatĩ docebo, dicunt eſſe tradõnẽ apoſt. Ideo aliq Teleſphoro quadrageſimę inſtõnẽ attribuerũt, qa hic Põtifex clericis mãdauit, vt ſeptẽ itegras hebdomadas a carnib. abſtinerẽt, qbus laici non ſolũ, ſed nõ integras ſe continebant. Sed qa aſtũ, quadrageſimæ ritus nõ ẽ introductus qb hoc cãũ, ꝙ a pricipio naſcẽtis eccleſię oẽs fideles a toto anno ppetuã colerẽt abſtinẽtiã, & poſtea, frigeſcẽte deuotione certa ieiunãdi, lex p. quadragita dies ſtatuta fuerit, vt qdam auctor exiſtimit. Quoniã, etſi credibile ſit nonnullos, fideles ex illis, qui in commune uiuebãt vel perpetuo abſtinentiam ſeruaſſe, uel

In Chro. Li. 5. ca. 24. apud Euſ.

certe

cerit frequenter ieiunaſſe: tamē de omnibus Chriſtianis id nullo modo aſſerendum eſt; quandoquidem ex diuinis literis expreſſe contrarium colligitur. Accedat etiam, quod nullibi inuenitur ſcripta lex illa de nouo quadrageſimæ ieiunio ab omnibus ſacerdotibus lata.

1.Cor.7. & 8. Act. 13 1.Co.11.

Tertium dictum, falſiſſimum eſt, quadrageſimæ ieiunium paulatim irrepſiſſe poſt tempora Apoſtolorum, ſed dicendū omnino eſt, eſſe conſuetudinem apoſtolicam, vniuerſæ eccleſiæ traditam: Primū hoc patet ex canone ſexageſimooctauo apoſtolico, vbi ſub pœna depoſitionis præcipitur quadrageſimæ ieiunium: erat igitur quadrageſima in uſu temporibus Apoſtolorum. Deinde teſtimonio antiquorum Patrum: Nos vnam quadrageſimam, ait Hieronymus, ſecundum traditionem Apoſtolorum, toto anno, tēpore nobis congruo ieiunamus. Diuus Leo dignitate, doctrina, & ſanctitate Magnus, cum fidelibus loquendo ait, Vt Apoſtolica inſtitutio, quadraginta dierum ieiunijs impleatur. De eadem conſuetudine in varijs concilijs vniuerſalibus prouincialibuſque tum in orientali, tum in occidentali eccleſia celebratis facta fuit mentio: vt omittam multos patres, Origenē Cyrillum Hieroſolymitanum, Athanaſium, Ambroſium, & alios. Præterea, idē probatur ex optima D. Auguſtini regula, qua docetur, Omnia ex apoſtolica traditione proficiſci, quæ in vniuerſa eccleſia ſeruantur, & in nullo eccleſiæ concilio ordinata habentur: atqui huiuſmodi, eſt hęc de quadrageſimali ieiunio cōſuetudo, cum nullo in concilio legatur de nouo inſtituta: igitur.

Epiſt. ad Marc. Ser.6. de Quadr. Nic.ca.5 Laod.ca. 44. Aurel.1. Can.11. Agat.c.8 Tolet.8. ca.9. Epi.118 Lib.4. de bap.c.24

Quartum dictum, dici poteſt quadrageſimale ieiunium fuiſſe a Dño indictū. Nam nonnulli patres ita plane docent, vt Ambr. ſerm.25. Hieronym. in cap. 58. Iſaiæ, & in tertiū Ionæ. Auguſtin. pſal. 110. Leo ſermone 12. de quadrageſima. Dicitur aūt Dñs inſtituiſſe quadrageſimā, tū ſuo exēplo, quia quadraginta dies ieiunauit: tū quia p Spūm ſanctū ad eam inſtituēdam ſuos Apoſtolos docuit, per quem multa ſe eos docturum, antequā è mundo abiret, monuit. Videant igitur fideles quanti hæc ſalubertima cōſuetudo fieri debeat, cum ſit aliquo pacto diuina, & omnino apoſtolica. Et ſane, quis ſibi perſuadere queat, vt tot dierum cōtinuatū ieiunium fuerit vniuerſe ab oībus fidelibus poſt illa prima Apoſtolorum tēpora, exceptū, & temere admiſſum, cum cœpit remitti ille prior caritatis & perfectionis feruor? Vt facilius eo tpe, iam inſtitutum negligi, quam de nouo introduci, potuerit.

Quinctum dictum, quamuis in obſeruatione quadrageſimę quantum ad dies in quibus ieiunabatur, & quantū ad numerū dierum; ſi ſcriptores quoſdam ſpectemus, nonnihil uarietatis apud diuerſos populos fuiſſe legatur: tamē pro certo oīno habendum eſt ieiunium ante Paſcha, tum apud Græcos, tum apud Latinos fuiſſe quadraginta dierum, aut circiter, i. triginta ſex. Primum, quia iā citati ſcriptores, & ſacra cōcilia cum faciūt mētionem de paſchali ieiunio, noīe quadrageſimæ appellāt; at quadrageſima quadraginta deſignat dies: igitur. Deinde, qa nōnulli patres dicunt, hoc tps decretū eſſe ad exēplum Chriſti, Moyſis, & Eliæ, q tot dierum ſpatio ieiunarunt. Quorum aliqui vt Ambr. Greg. & Caſſianus, ſpeciatim dicunt, quadrageſimam cōtinere duos & quadraginta dies, ſed nō ieiunari niſi triginta ſex, detractis dominicis: alij dicunt, eſſe quadraginta dierum. Si qui ergo ſcriptores paucos omnino dies inſinuare uidentur; loquuntur de diebus quibus cōtinuabatur ieiunium, & de ieiunio ſingularum hebdomadarum: & quia apud Græcos duobus diebus nō ieiunabant, die ſcilicet ſabbathi, & die dominico: & de diebus additis ante primā dominicam, ut cōpleretur numerus quadragenarius dierum ieiunij.

Sextum dictū, quadragenarij ieiunij inſtituendi, hæ a ſanctis patribus aſſignātur rationes. Prima vt omnes fideles qui toto anni tempore uaria peccata cōmittere ſolent, uno eodemque tēpore coniūctis precibus atque ſtudijs pęnitentiā agant, ac proinde magis Deum quē offenderūt ad mīam prouocēt, hoc quadragenario ad pnīam accommodato numero

Se-

Secunda, ut fideles ad ſacramentum com
munionis, quod in Paſchate ſumere de-
bent, ſe per ſolenne & publicum ieiuniũ
comparent, ut Chryſoſtomus, Hierony-
mus, & alij adnotarunt. Tertia, ut imple-
retur, illud quod Dominus prædixit fore
vt cum ipſe qui ſponſus erat, auferretur,
ſui ieiunarent: quod ſane ieiunium con-
gruentius fit ante Paſcha in quo fit com-
memoratio, diſceſſus Chriſti per mortẽ a
nobis quam poſt Aſcenſionẽ, ut Monta-
niſtę, faciebant. Quarta, ut fideles præ-
parentur ad myſteria paſſionis & reſur-
rectionis Chriſti celebranda quam ratio
nem, præter alios ſermone nono & duo-
decimo de quadrageſima aſſignauit Leo.
Quincta, ut fideles, hoc tempore ieiunẽt
& orent pro ijs qui regenerandi ſunt in
baptiſmo: olim. n. & nũc etiam in paſcha
te Catechumeni baptizantur. Sexta, ut
quaſi decimam uitæ noſtræ per abſtinen
tiam Domino cõſecremus. Siquidem die
rum totius anni decima pars ſunt dies tri
ginta ſex: & tot ſunt dies quadrageſima-
les proprie dicti: incipit. n. hoc ieiunium
proprie a dominica prima. Septima, ut
Chriſtũ hac in parte eo modo quo poſ-
ſumus ieiunando imitaremur: qui noſtra
cauſa hoc pe pati, & pro nobis quadra-
ginta diebus ieiunare uoluit: quã rationẽ
nonnulli patres aſſignant, ac proinde cõ
temnenda non eſt, ut ab imperitis homini
bus contemni ſolet. Atque hæc pauca de
quadrageſimali ieiunio: ad alia pergam⁹.

De ieiunijs aliorum temporum. Cap. 12.

QVoniam præter tempus quadrageſi
mę, alia ſunt tẽpora in quibus an
tiquitus ieiunia celebrata fuere; propterea
de illis quoq; aliquid dicemus. Poſt qua-
drageſimale ieiuniũ apud antiquos ſcri-
ptores crebra fit mentio de ieiunio quar-
tę & ſextę feriæ: apud quos etiã fuit con
trouerſia de ieiunio ſabbathi. Rurſus de
ieiunio quattuor temporũ, aduentus, ro
gationũ atque uigiliarũ: de quibus om
nibus nos quæ ſunt cognitu digna breui
ter perſtringemus.

Primum dictum, ieiunium quartæ &
ſextæ feriæ eſt antiquiſſimum, & a prin
cipio naſcentis eccleſię in uſu fuiſſe exi-
ſtimandum eſt. Quoniam in canonibus
Apoſtolorũ de eo facta ẽ mẽtio ab Igna- *Can. 68.*
tio in epiſtola ad Philippenſes, a Tertul- *Lib. de*
liano, a Clemente Alexandrino, ab Ori- *ieiu. li. 7.*
gene, & ab alijs conſequẽtibus ſcriptori- *Stro.*
bus, ex quibus conſtat, perpetua traditio- *Ho. 10. in*
nẽ perſeueraſſe. *Leuit.*

Secundũ dictũ, ideo hoc ieiuniũ intro-
ductũ fuit, ut fideles per totũ annum me-
moriã haberent paſſionis Domini; cũ his *Cle. li. 5.*
diebus potiſſimũ perpeſſus fuerit. Nã in *cõſt. c. 16*
quarta feria venditus & traditus fuit: in *Aug epi.*
ſexta vero cruci affixus, & mortuus eſt. *86.*
Vel etiã ut Epiphanius ait, ut impleretur
illud de ieiunio celebrando poſt ſponſi di
ſceſſum. Qui auctor etiã ſcriptũ reliquit, *In cõpen*
his diebus nõ eſſe ieiunandũ, neq; a car- *doctrina*
nibus abſtinẽdũ, ſi in hos, Natalis Domi-
ni inciderit: niſi quis ex uoto ieiunare
aut a carnibus abſtinere ſit obligatus. De *Cap. ex-*
quo ieiunio quæri ſolet, an fuerit aliqua *plicari &*
lege introductum, an uero ex pietate & *obſer. ie-*
an ab omnibus fuerit obſeruatum. *iu.*

Tertium dictum, hoc ieiunium, quãtũ
ad abſtinẽtiam a carnibus, uidetur fuiſſe
ſub pręcepto & communi lege ut ex qui
buſdam ſcriptoribus colligitur, at uero
quantum ad cibum ſemel ſumendũ, uide
tur fuiſſe ex conſilio, ut ex Auguſtino, &
Iſidoro cognoſcere licet.

Quartum dictũ, uſus abſtinendi a car
nibus & ieiunandi in quarta feria apud
Latinos, ideo nunc non eſt in uſu, quia ta
lis abſtinentia fere translata eſt in diem
ſabbathi. Verum quibuſdam in locis, ut
in mea patria adhuc iſta antiqua & pia
conſuetudo uiget, præſertim quantum
ad abſtinentiam a carnibus.

Quinctum dictum quamuis olim eſ-
ſet in controuerſia, an liceret die ſabba-
thi ieiunare, tamen vſus obtinuit, ut ieiu
nare liceat, in tota occidentali eccleſia.
Primum, hoc conuenienter factum eſt,
vt omnino a Iudaiſmo diſſideremus, cũ
Iudæi hoc die epulentur. Deinde, in me-
moriam humilitatis Domini, qui hoc die
manſit mortuus & ſepultus. Poſtea, ut
imitemur Beatam Virginem & Apoſto-
los, qui non modo ſexta, ſed etiam ſepti-
ma feria in mœrore & ſqualore fuerunt.

Poſtremo, vt nos ad diem dominicũ ma iore cũ religione celebrãdum paremus.

Sextum dictum, ieiunium quattuor temporum, habuit originem ab Apoſtolis, ſaltem ex parte, hoc eſt ratione alicuius tẽporis, in quo ieiunabatur, Quod hoc ieiuniũ habeatur ex traditione apoſtolica teſtatũ reliquit diuus Leo: & Caliſtus Papa Apoſtolorum temporibus vicinus, de tribus tẽporibus meminit quę iam in eccleſia obſeruabãtur, quibus ipſe addidit quartum: & de ieiunio Pentecoſtes, quod erat vnum ex quattuor, meminit Athanaſius. In actis etiam apoſtol. fit mentio de ieiunio decimi menſis, hoc eſt decembris, in quo fieri ſolebant ordinationes: quo tẽpore fideles ieiunare ſolebant. Erat hic menſis decimus a Martio, a quo olim numerabant. Hęc autem ieiuniã paullo aliter olim diſtributa erant, quoad tempora, quam nunc ſunt. *Cap. 29*

Septimum dictũ, hoc ieiunium his de cauſſis videtur fuiſſe inſtitutum. Primo, ne hac in parte Chriſtiani viderentur minus fuiſſe diligẽtes, atque Iudęi fuerunt qui, vt ex diuinis literis conſtat, quatter in anno ſolenne ieiunium celebrabant, Nec propterea in hoc eccleſia damnanda eſt, quod Iudæorum cęremoniã imitari voluerit, quia hæc conſuetudo potius ad exercitium virtutis, quam ad eas cęremonias quæ alicuius rei ſignificãdę cauſſa ordinatæ erãt, ptinet. In ijs ergo quę ad actus virtutis pertinent, vt eſt ieiunij cultus, Chriſtianis, quorum iuſtitia maior eſſe debet, quam Iudæorum, eos imitari licet. *Hieron.*

Secunda cauſſa propter ordinationes clericorum: Quoniam etſi ſummi Pontifices olim non cõferrent ordines niſi decimo mẽſe; attamen, ordinandorũ numero creſcente, inſtitutum eſt vt tribus alijs temporibus ordines ſacri conferantur.

Tertia, quia congruum ſane fuit, vt ſicuti quattuor ſunt anni partes, in quibus aut fruges ſeruntur, aut naſcuntur, aut matureſcunt, aut colliguntur, Deo gratias pro iam perceptis bonis ageremus, aut euſdem pro eorum copia precaremur.

Quarta, vt quemadmodum habemus ſolenne ieiunium ſingulis annis, nimirũ quadrageſimale, & ieiuniũ ordinarium in ſingulis hebdomadibus, in quarta & ſexta feria, ita haberemus ieiunium aliquod in ſingulis menſibus. Etenim, tres ſingulorum menſium dies in vnũ menſem commoditatis cauſſa coniecti ſũt: & ita tertio quoque menſe, tribus diebus ieiunatur, quorum ſinguli ſuo reſpondent menſi.

Octauum dictum, ieiunium aduétus, quod in Romana eccleſia celebrari ſolitum eſt, non tam ex præcepto, quam ex conſilio, aut ex voto a multis ſeruatur; vel ex alicuius regulæ profeſſione. De quo fit mentio ab Innocentio Tertio, Cap. Concilium, de obſeruatione ieiuniorum: ac etiam in Breuiario Romano: de quo nihil aliud obſeruandum occurrit. *Lib. 13.*

Octauum dictum, ieiunium Rogationum tridui ante Aſcenſionem vna cum litanijs inſtitutum fuiſſe fertur a Mamerto Viennę epiſcopo, propter terræmotus & Luporum incurſiones, quibus tunc temporis afficiebatur Gallia: quod poſtea receptum fuit a Concilio Aurelianenſe primo; & olim Romę: ita tamen, vt ſolum a cibis non quadrageſimalibus populus abſtineret. Cuius ieiunij obſeruatio potius a Conſilio, quam a præcepto pendet; cum inter Paſcha & Pentecoſtem, ex antiqua conſuetudine non ſit ieiunium. Quod ſi quo in loco præceptum, aut conſuetudo vigeret, vt ſupra diximus, improbanda non eſſet: cum in hoc rerum genere dominetur conſuetudo.

Nonum dictum, ieiunium vigiliarũ, eſt illud quod pridie magnorum feſtorũ celebrari ſolebat. Inter diu enim ieiunabatur, & de nocte vigiliæ agebantur. De quo ieiunij genere meminit Innocentius Tertius, Burchardus in ſuis decretis, & Bernardus in ſermone de vigilia ſancti Andreę. Et qm̃ cũ ieiunio & vigilia olim ſolebat eſſe coniuncta ſtatio, quæ interdum pro ieiunio, interdum pro vigilia ſumitur, aliquid de ea adſcribemus.

De ſtatione non vno in loco mentionem fecit Tertullianus ſcriptor antiquus,

& poſt

Lib. de coron. fuga, orat. & Leu. li. 6. etim. C. vlt.

& poſt ipſum Iſidorus, & Caſſianus collatione vigeſima prima capite vigeſimooctauo. Statio, quę non a ſtando dicta eſt, ſed per tranſlationem a militia, erat diurna vigilia tempore ſolennis ieiunij: quo tempore fideles conueniebant ad orandum; quorũ oratio a ſummo mane perſeuerabat vſque ad nonam & veſperas, & non dimittebatur ante tempus ſoluendi ieiunium. Quæ non fiebat niſi tempore ieiunij ante dies maiorum feſtorum, ac etiam in quarta & ſexta feria. Quare, vt vigilia erat oratio de nocte habita, ita ſtatio de die; ante vigiliam ſemper ieiunium & ſtatio præcedebat, ſed hæc non ſemper ſubſequebatur vigilia. Diuus Gregori⁹, primus in Vrbe certa loca ſtationibus attribuit, ac etiam fortaſſe a ieiunio ſeparauit, cum etiam diebus dominicis habitæ fuerint.

Ioan. Diac. in lib. vita S. Greg.

Stationes quæ nunc Romæ vigent, differunt ab antiquis, tum quia fiunt etiam extra tempus ieiunij, & non ſolum ante ieiunij ſolutionem, ſed etiam poſtea: tũ etiam quod ob frequentiam populi non tantum a ſingulis oratur, vt olim fiebat; vt oẽs poſſint eſſe ſtationis participes.

De vtilitatibus ieiunij. Cap. 13.

DE ieiunij bono acturus, non integrũ librum, vt poſſem, ſed breue caput conficiam: nonnullis ieiunij vtilitatibus indicando vt illis cognitis facilius Chriſti fideles ad hoc præceptum eccleſiaſticum obſeruandum commoueantur.

Antequam autem aliquid de vtilitatibus ieiunij ſcribo, animaduertẽdum eſt, ieiunium ex ſe eſſe de genere earum actionum, quas medias & indifferẽtes vocant hoc eſt, non eſſe intrinſece bonum, nec malum. Quod ſi abſtinentia a cibo & potu, ob aliquem honeſtum finem aſſumatur, iam fiet actus virtutis, qui ad virtutem temperantiæ pertinet, ab eaq; elicitur, producitur ve. Verum cum ab alijs virtutibus imperari poſſit, ad alias quoque poterit pertinere virtutes, ſi ab eo qui ieiunat, in earum fines referatur, Quare, ſi quis ieiunet, vt oret, actum faciet religionis, cuius eſt orare: qui ieiunat, vt fidem contra hæreticos profiteatur, actum facit fidei: Qui, vt peccatis ſatisfaciat, actum pœnitentiæ, ſiue iuſtitiæ punientis: Qui vt Chriſtum imitetur, actum dilectionis. Ex quibus intelligeres, ieiunium pertinere poſſe ad Dei cultum, non vt cultus deſignat actum latriæ, ſed vt ſignificat quemcunque actum honeſtum, qui Deo placeat, cum in eius honorem aſſumitur. His ita notatis, hæc pono de re propoſita dicta.

Primum dictum, ieiunium non habet vim tamquam opus operatum, ſicuti habent ſacramenta, ſed tanquam opus operantis ex deuotione & virtute ieiunãtis. Quare mendaciter loquuntur, qui dicũt nos hanc vim ieiunio tribuere, vt per ſe ſatisfaciat, vel impetret, quod nemo vnquam ex noſtris ſomniauit.

Secundum dictum, ieiunium valet ad carnis petulantiam coercendam, carnemque edomandam. Hanc maximam vtilitatẽ nemo niſi imprudẽs ieiunio negaret: quam ei eccleſia tribuit, cum canit, Corporali ieiunio vitia comprimis: quam etiam vbique ſancti ſcriptores prędicant, dum de ieiunio agunt.

Cyp Se. de ieiu. epiſ. 32. Chryſ. hom, 2. in gen. Ex. 24. 3. Re. 19 Cap. 6.

Tertiũ dictũ ieiuniũ eſt valde vtile ad reddendã mentẽ idoneã ad orationẽ, & rerũ diuinarũ cõtẽplationẽ. Hac ratione Moſes verba facturus cũ Deo ſe præparauit: idem fecit Elias, ac etiam Daniel ad reuelationes diuinas melius percipiẽdas. Ob eandẽ cauſſã Eccleſia in ꝓfeſtis magnarũ celebritatũ ieiunia inſtituit, vt & in ſtationibus, & in vigilijs quæ de nocte agebantur, fideles eſſent magis idonei ad res cœleſtes meditandas. Ieiuniũ enim animæ noſtræ alimentum eſt, & ei leues pennas producit, vt in ſublime feratur, & ſumma contemplari queat, vt Chryſoſtomus ſcribit. Qui igitur multo facilius mentẽ ad cœleſtia eleuare volũt per ciborum abſtinentiam carnem leuiorem reddant, quæ per crapulam ad terrena deprimitur, quod cum veritatis inueſtigatores optime intellexerint, abſtinẽtiam ſibi colendam eſſe exiſtimarunt.

Ber. Se. in vig. S And. Hom. 2. in Gen. Ba. Ora. 1. & 22. de ieiu.

Quartum dictum, ieiunium eſt valde vtile ad colendum Deum, quatenus ſcilicet eſt actus quidam virtutis, qui Deo

placet. Primum, quia vt antiqui Patres
docẽt, nos p ieiuniũ hoſtias, ſacrificium
& quaſi decimã Deo offerimus: quib. ſa
ne verbis plane indicant ieiuniũ ad Dei
cultum pertinere. Deinde, quia diuus
Paulus loquẽdo de carnaliũ concupiſcẽ
tiarum compreſſione, quæ maxime fit
per ieiuniũ, nos hortatur, vt exhibeamus
corpora noſtra hoſtiam viuẽtem, ſanctã,
Deo placẽtẽ, & rõnabile obſequium. De-
Luc. 2. nique, Anna, de qua diuus Lucas memi-
nit, in ieiunijs, & orationibus Deum co-
lebat: eius igitur ieiunium ad Dei cultũ
pertinebat: Et ſane, ſi ieiunio Deus non
colitur, ſi Deo non placet, cur eius Filius
& magiſter noſter, ieiunandi rõnem nos
docuit? cum dixit, Tu autem cum ieiu-
nas, &c.

Quinctum dictum, ieiunium eſt ma-
ximẽ vtile ad ſatisfaciendum Deo, & ad
eundem placandum. Ad hoc efficiendũ,
1. Reg. 7 Samuel cum filiis Iſrael ieiunium aſſu-
pſit: in hunc finem Ioſaphat ſuis ieiuniũ
indixit. Ieiunio Achab rex, non minus
3. Re. 12 ſcelere, quam regno inſignis, impietatis
Ion. 3. ſuæ pœnam in poſteros diſtulit; vt veniã
obtineret, & Deo ſatisfaceret, poſt perpe
tratum ſcelus Dauid ieiunio ſua genua
Cap. 2. infirma reddidit. Niniuitæ itidem. Deni
que ipſemet Dominus per Ioelem horta
tur peccatores, vt in ieiunio, fletu, & plã-
ctu conuertãtur. Omitto hic innumeras
antiquorum patrum auctoritates, qui
hanc vim apertiſſime ieiunio tribuũt; vt
mirum, omnino ſit, inueniri hoĩes ita cę-
cos, qui hoc non videant, aut potius ita
improbos, vt ſe non vidiſſe dicant, cum
tamen plane viderint.

Sextum dictum, ieiunium valet ad im
petrandas gratias & beneficia tempora-
lia, ac ſpũalia. Etenim Anna, vt ex libro
1. Reg ca. 1. diſcimus, per ieiunium filiũ
a Deo impetrauit: & ita, vt Hieronymus
Li. 2. con de ea loquendo ſcripſit, inanem cibo vẽ-
tra Ion. trem filio meruit replere. Sara, vt eſt a-
pud Tobiam, per ieiunium a dęmonio li
berata fuit: & vt Recuperator noſter pla
ne docuit, eſt quoddam dæmoniorũ ge-
nus, quod non niſi oratione & ieiunio
pellitur. Vnde merito de ieiunio Diuus
Athanaſius loquendo dixit, Morbos ſa-
nare, diſtillationes exiccare, dæmones fu
gare, prauas cogitationes expellere, &
cor mundum efficere.

Septimum dictum, ieiunium valet ad
vitæ æternæ pręmium promerendum. *Lib. 2. de*
Hoc plane affirmauit Dominus, qui, cũ *Virg.*
ieiunandi corruptam Iudæorum rõnem
emendaſſet, finemque ieiunij docuiſſet,
hęc adiecit verba, & Pater tuus, qui vi-
det te in abſcondito reddet tibi; præmiũ
nimirum ęternę uitę: quia qui ieiunant,
vt appareant hominibus, in hac vita, ab
hominibus mercedem habent: qui vero *Mat. 6.*
vt ęterno Patri placeant, ab eodem mer-
cedem quam bene agentibus promiſit
accipient: & ita ad menſam cœleſtis bea
titudinis ſedebunt, ibiq; perpetuo epula
buntur, qui in Dei gloriam, a corporali-
bus cibis in hac vita abſtinuerunt. Tunc *Mar.*
autem noſtra ieiunia tale ac tantum me- *Mar. li.*
rebuntur accipere pręmiũ, quando erũt *4. c. 1.*
examinata, ſobria, pura, ſimplicia, humi
lia, non immoderata, non elata, nõ lauta,
non animi uitio polluta, non ficta, non
ſuę laudis cupida, & alienę inuidia, atque
liuoris magis, quam abſtinentię pallore
infecta. Et hęc ſunt quæ de ieiunio dixiſ
ſe volui: de quo qui plura volet, ſanctorũ
patrum de eodem ſermones legat.

Quartę partis finis.

PARS QVINTA DE PRAECEPTO ſoluendi decimas.

Quid & quotuplex ſit decima. Cap. 1.

IN quincta huiuſce opuſculi parte de quincto Eccleſię p̃cepto acturus, ideo paucis cõtentus ero, quod quæ de decimis ſcribũtur ſint populo minus utilia ſcitu, & animarum curatori non omni ex parte neceſſaria. De hoc itaque præcepto hęc pauca capita mihi explicanda propono. Primo agam de decimarum cauſſis atque natura, partibuſque ſiue ſpe

ciebus;

tiebus: Deinde ipſum præceptum explicabo, demonſtrando quale & quantum ſit: Poſtea quibus de rebus ſint ſoluendæ decimæ docebo: Prætereа quibus ſint ſoluendæ indicabo, Poſtremo a quibus ſoluendæ ſint demonſtrabo. Qui vero plura cognoſcere de hac materia uoluerit, legat iuris Pontificij interpretes in rubrica de decimis, ſummiſtas in uerbo, Decimę, Sotum lib. nono de iuſtitia, & iure, Abulenſem ſexta parte in Matthęum a quæſtione 136. vſque ad 222. Thomam in ſecunda ſecundæ, quæſtione octogeſima ſexta, & ſeptima: Nauarrum capite uigeſimoprimo; Andreā Hiſpanum ordinis ſancti Benedicti, Petrum Rebuſum, & Tynderum. Vt autem id, quod hoc primo capite explicandum propoſui, plane explicetur, unum vel alterum adnotabo. *Cap.23.*

Primum notandū, cum Deus populū Hebræum, quem ſibi priuatim inſtituendum regendumque ſuſceperat, terraque promiſſionis donauerat, in duodecim tribus diſtribuendum iuſſiſſet, ex his unam elegit, nimirum Leuiticā, ex qua ad ſuū cultum ſibi miniſtros ſumeret. Et quoniā ſacerdotes & alij miniſtri ad diuinū cultum deſtinati agriculturæ uacare nō poterant, præcepit Deus alijs tribubus, in quas promiſſa terra diſtributa fuit, ut ex terræ fructibus, ſingulę certā partē in miniſtrorū ſuſtentationem darēt, decimā ni mirū. Hæc igitur fuit origo, cauſſa ve in antiqua lege decimarū ſoluendarū, ut ſcilicet miniſtri in diuino miniſterio occupati, haberent unde uiuerent. Erant autē apud populū illū tria decimarū genera: nā aliæ ſpeciatim tribuebātur Leuitis in eorū uictū, ſicuti ſacerdotibus primitiæ: aliæ, quas ſingulis annis populus comedere debebat in tēplo in cōſpectu Dei: aliæ deniq; quę tertio quoq; anno daban tur quæ in peregrinorum & pauperū cedebant uſum, alij decimam decimarum, quam leuitę ſummo Pontifici ſoluebant. Patet igitur ex his quid nomine decimæ intelligendum ſit, una nimirum pars ex decem bonorum, quæ Deo tribuitur, quæ interdum ſumitur pro quacunque quota, quæ miniſtris diuinis datur, ſiue ſit decima pars, ſiue non. *Leu.23.*

Secundum notandum, cum decima ſit quędam ſpecies Oblationis, ut quid ipſa ſit melius intelligatur aliquid de oblatione vniuerſe dicendum eſt. Oblatio vt etiā vox ipſa deſignare uidetur, ſignificat ſpōtaneam rei exhibitionem religionis ergo factam, ad deſignandam ſubiectionem, qua Deo ut domino ſubiecti ſumus. Quę oblatio aliquando fit neceſſitatis cauſa ad alendos diuini cultus miniſtros, vt poteſt contingere, eo in loco, ubi decimę nō ſoluuntur: aliquando ex quadam libera conſuetudine, cum certis ſolennitatibus aliquid offertur; quæ conſuetudo poteſt in ius tranſire: de quo oblationis genere non vno in loco, tum in veteri lege, tum in ſacris canonibus fit mentio. Et licet oblationes fiant Deo: attamen earum diſtributio & adminiſtratio ad ſacerdotē pertinet: ita tamen, ut nō omnia in ſacerdotum uſum cedant; ſed partim in ſuum cōmodū diſtribuunt, ni ſatis habeant, vnde uiuant: partim in templorū conſeruationē & ornatū: partim in pauperum ſuſtentationē; quos & bonis eccleſiaſticis & Deo dicatis uiuere par eſt: cū Deus pauperū curam priuatam habeat. Vnde cum Chriſtus prius laudaſſet Magdalenam factūque eius defendiſſet, quod precioſo unguento eius corpus vngere uoluiſſet: poſtea pauperum curam habendam eſſe docuit: quæ cura in diuinis literis ita interdum commendatur, ut etiā ſacrificio præferatur. Quare ut prudenter adnotauit Sotus, non minus bene facerent, immo fortaſſe multo melius illi, qui in fine vitæ, non tam in templorum ornatum, & in ſacrificiorum multitudinem, eas eccleſias dotarent, quæ bonis temporalibus non indigent, quam ſi in egenorum commoditatem ſua bona diſtribuerent: vnde ſępius monemur, ut bona in pauperes diſtribuamus, quam in eccleſiarum commoditatem. Ideo Chriſtus Phariſęis qui ſacrificiorum multitudine delectabantur, plane dixit, Diſcite, quid eſt Miſericordiam uolo, & non ſacrificium. Inter cæteras autem oblationes, quæ olim in ueteri lege fiebāt, & docente natura fieri debere uidentur, erat primitiarum hoc eſt primorum fructuum, ex ter- *Exo.25.* *Ca. Praeter.d.32* *Mat. 9.* *Oſe. 6.* *Heb.ult.*

ra, vel ex animalibus ſumptorum, oblationes. Par. n. eſſe videtur, ut Deo, qui nõ
Pſal. 6. modo terram, ſed etiam vniuerſum orbem in hominis poteſtatem dedit, & per peruo per ſe & per cauſſas ſecundas quaſi per ſuas operas & miniſtros ad fructus gignendos, & maturandos agit, aliquid tribuatur, & quidem primitiæ tanquam auctori & cultori primo: quamuis his bonis ipſe non egeat: & ideo ea in miniſtrorum uſum cedere vult. Vnde olim primitiæ ad ſacerdotes, ut decimæ ad leuitas alendos referebantur. Cæterum, nunc potius primitiæ in miniſtrorum & ædituorum uſum, vel etiam in templorum conſeruationem cedunt, ut decimæ in ſacerdotum & beneficiatorum utilitatem. Nomine autem primitiarum, non ſolum præciſe primi fructus, ſed etiam alij conſequentes intelliguntur: de quorum qualitate & quantitate, uſuque non eſt certa lex tradita: quæ, ubi decimæ, uel alij redditus pro miniſtris non eſſent, eorum loco iure eis deberentur.

Tertium notandum, in quo breuiter explicabo differentiam inter oblationes, ſacrificia, primitias, & decimas. Oblatio quæ latius patet, quam alia, deſignat exhibitionem rei cuiuſque, quæ per uirtutem religionis Deo ad eius cultum, ſine ulla eius mutatione fit. Sacrificium vero, ad oblationem addit, ut in re quæ offertur fiat aliqua mutatio, ut ſupra de ſacrificio agentes docuimus. In eo etiam differunt, quod oblatio fit Deo, in hunc finem vt agnoſcamus eum tanquam primum largitorem, & omnium fructuum auctorem: at vero ſacrificium, offertur Deo, ut Deus & Dominus eſt, in ſignum ſubiectionis, ac proinde maiore quadam ratio-
D. Th. 2. 2. q. 7. artic. ne eſt debitum quam oblatio, ſiue primitiæ. Primitiæ vero, ut ipſa uox deſignat ſunt oblationes ex primis fructibus, quæ etiam cum certa cæremonia olim offerebãtur, non tamen certa quantitate, & c. Vnde patet primitias differre ab oblatione quæ cuiuſcumque rei deſignat exhibitio-
Nu. 15. nẽ, factã præcipue in Dei honorẽ. At uero decimæ ab alijs oblationibus, differũt primo ratione finis, quod proxime cedãt in miniſtrorũ ſtipẽdiũ: ſecũdo ratione materiæ, quia aliæ oblationes nõ fiũt ex omni re, at uero decimæ ex omnibus rebus, quæ vel domi, uel in agro procreãtur: poſtremo ratione formæ, quia nõ uolũtarie, ſed ex debito quoad quotam, ideſt certam partem tribuuntur. His ita adnotatis, quæ hoc capite dicenda reſtant, quibuſdam dictis complectar.

Primũ dictũ, decimæ differunt ab oblationibus, a primitijs, & a ſacrificio. Hoc *Syl. uer. dec.*
dictum patet ex ijs quæ adnotata ſunt, ac proinde nihil eſt neceſſe, ut ulla ratione probetur.

Secũdũ dictũ, decima hunc in modũ a quibuſdã deſcribitur: ẽ omniũ bonorũ mobi-
liũ licite quæſitorũ pars decima Deo data di- *Gof. de decim.*
uina conſtitutione debita: ab alijs hoc pacto: eſt omniũ iuſte quæſitorũ, pars Deo debita: Vel hoc pacto, Decima eſt certa penſio ex omni bonorũ genere iuſte acquiſitorũ, ex iuſtitia data miniſtris ſacris cultus diuini cauſſa. Cuius deſcriptionis hanc breuẽ ſubijcio declarationem. Dicitur penſio, quæ tum pro ipſa ſolutione, tũ pro re ſoluta ſumi ſolet: neque. n. eſt mera oblatio. Dicitur certa, quia ſolet eſſe determinata: quamuis, ſua natura, nõ ſit neceſſe, ut ſit decima bonorũ pars; ut poſtea docebo. Dicitur, omniũ bonorũ, quia ex omni bonorũ ſiue fructuũ genere ſumi poteſt. Dicitur iuſte acquiſitorũ, quia de his quæ noſtra nõ ſũt decima ſolui nõ: qua etiam particula deſignare uolumus Deo nõ placere decimas, ſiue oblationes quarundam rerum, quæ & ſi iuſte acquirantur; tamen quia cum peccato acquiſitæ fuere, Deo non placent, ut poſtea planius docebo. Dicitur ex iuſtitia, ut deſignetur forma, quia non ſoluuntur ex mera liberalitate, ſed ex naturali, diuino, humanoque præcepto. Denique, dicitur diuini cultus cauſſa, ut indicetur finis.

Tertium dictum, decimarum tres ſũt ſpecies. Hoc dictum intelligi uolo de decimis ſecundum ſe conſideratis, non vt olim erant determinatæ in antiqua le-
ge. Sunt ergo aliquæ decimæ prædiales *Syl. uer. dec. 1.*
quæ proueniunt ex terræ fructibus; ut ex oleo, frumẽto, vino, & alijs huiuſmodi rebus; ex quibus olim iudæi ſuas decimas ſoluebãt. Aliæ perſonales, quæ ſoluũtur

Ca. Tua & decim. ex fructibus quos homo ſua induſtria & arte aequirit, vt ex venatione, negociatione, & ex alijs artibus. Aliç miſtç, quç partim ex terra, partim ex induſtria capiuntur; vt decimç ex animalium fętura; qui fructus, nō ex ſola iui terrç, vel animaliū ſed etiam ex humana cura pēdēt. De quibus autem rebus ſoluendæ ſint, infra ſuo loco docebo, ſi prius naturā atq; vim pcepti ſoluendarū decimarū declarauero.

Quale ſit praeceptum decimarum ſoluendarum & quantum obliget.

Cap. 2.

CVM in ſacris canonibus non ſolum de decimarum ſolutione, ſed etiā de oblationibus, primitijſve ſoluēdis interdum mētio fiat, & aliquādo pro eodem ſumantur; ideo dum de praecepto decimarum agimus, aliqd vniuerſe de obligatione cęterarum oblationum dicemus. Quæ autem dicenda occurrunt, ſequentibus dictis perſtringam.

D. Tho. 2.2.q.86 ar.1. Primum dictum, quāuis oblatio deſignet liberam exhibitionem, tamen pōt cadere ſub præceptū. Primo, ex pacto, cū aſſignatur fundus, vt certo tpe offeratur aliqd. Secundo, ob pręcedentem, attributionem, vt ex donatione, teſtamētoque. Tertio, ob eccleſiæ neceſſitatem, ad miniſtros alendos. Poſtremo ex conſuetudine, quæ tranſiuit in ius, & vim legis obtinuit. Quo loco dubitares, an cōſuetudo offerendi aliquid certis dieb. vim legis obtinuerit: præſertim ob canonem Gregorij ſeptimi, dicētis, Oīs Chriſtianus pcuret ad miſſarum ſolēnia aliquid Deo offerre, & deducere ad memoriā, qd De' per Moſen dixit, Nō apparebis in cōſpectu meo vacuus. Quidā hui' canonis au ctoritate moti, dicūt oēs fideles eſſe obligatos in Miſſa aliqd offerre, & hoc ſub graui culpa. Alij, ſed inepte oīno, dicunt citatū canonē obligare ſolū ad oblationē p' deuotionē: nos aūt duo dicim'. Primū, ſi adeo cōſuetudo inoleuit offerēdi aliquid in beneficium eccleſię, vel in ſuſtētationē miniſtrorum; vtiq; ſeruāda erit. Dixi, ſi vim legis obtinuit, qa ſunt qdām cōſuetudines liberæ p modū deuotionis,

De conſ. d.1.c.oīs.

Exo. 23. Hug.

quæ etiāſi ſint lōgiſſimi tēporis; tñ nō ſuſcipiūt pcepti rōnem: q obtineret cōſuetudo offerēdi aliqd illis in locis, vbi non eſſent decimæ, vel alij redditus, quib. ſacer miniſter ſuſtētari poſſet. Ad q obſeruādā ſacramētorū ſubtractione, populi cogi poſſent. Alterū, vbi ſacrorū adminiſter p decimas, aut bñficiorum redditus, hēt vnde ſufficiēter viuat, offerēdi cōſuetudo nō hēt vim legis, ſed eſt ſub cōſilio; q Pontifex eo in loco dare vī. Nec ppterea cenſentur debitę, q qui beneficia poſſidēt ſibi redditus attribuāt, & mercenarijs quotidianas oblationes relinquant; cū ad ipſos pertineat alere eos quorum opera in miniſterio vtūtur: qua in parte a Cōcil. Trid. prouiſūm fuit. Licet ergo, vniuerſe loquēdo, oblationes Deo, vt diximus debeātur, put cedūt in bñficium miniſtrorum: tñ, ſi miniſtri habeāt vñ viuāt, ex popnlorum largitione, vel donatione, pp q eccleſię, redditus abundantes hēnt, non neceſſario debentur. Secūdum dictum, oblationū diſtributio ptinet ad eccleſię miniſtros. Qm ſi diſtribuunt ſacramenta, multo magis, tanq diſpēſatores domus Dei, debēt diſtribuere bona q Deo ad eius cultū ſunt deſtinata. De modo quo iſta diſtributio faciēda eſt, ſup. diximus. An aut magis ex iuſtitia, q ex pietate ſacerdotes eccleſiæ bona in pauperes diſtribuere debeāt, & an ſint ſuorum redituum dñi, cum hac de re grauiſſima ſit diſputatio, nolo hoc loco quieq ſtatuere. Sotus plane docet, oblationes non eſſe in hunc finem præcipue datas, ut in pauperes diſtribuantur: & quod attinet ad eas res quæ iam ſunt cōſecratæ Deo, certum eſt eas nō poſſe ad ſeculares reuerti. Tertium dictum, primitiæ iure naturæ debētur Deo eiuſq; miniſtris. Quoniam ius naturæ docet, vt grati ſimus benefactoribus: at nos quiquid habemus, a Deo accepimus; ergo obligati ſumus ad aliquid ei, vel eius adminiſtris in eius honorem & gloriam reddendum. &, ſi parētibus tātum debemus, a quib. multo pauciora & minora beneficia accepimus; q̄to magis debitores erimus Dei, in quo viuimus, mouemur, & ſumus? Vt vere ſcripſerit Ariſtot. Dijs & parētib. nunq nos

D. Tho. 2.2.q. 86.

Lib. 3. de iuſt. & iur. q. 87.

D. Tho. loc. cit.

ſatiſ

ſatisfacere poſſe. Eandem veritatem probares ex iure gentium, cum apud omnes nationes apud quas aliqua viguit religio ſemper culto numini tributæ ſint primitiæ: quarum tamen oblatio quoad quantitatem, qualitatemque & alias circunſtantias a iure pendet humano.

Quartum dictum, iure naturæ magis obligamur ad ſacrificium, quam ad oblationes & primitias offerendas. Quoniam ſacrificium debetur Deo, vt Deus, & dominus eſt: at vero oblationes, vt eſt bonorum temporalium largitori, vt ſupra adnotauimus.

Quinctum dictum, potuit eccleſia dare, præceptum de oblationibus & primitijs Deo offerendis in miniſtrorum ſuſtẽtationem. Quia præceptum hoc pertinet ad legem naturæ: & vt olim erat in lege diuina, erat potius præceptum iudiciale, quam cæremoniale, & potius reſpiciebat præteritum, nimirum acceptum beneficium, quam aliquid futurum, quod ad cæremonialia præcepta pertinet.

Sextum dictum, præceptum de decimis ſoluendis eſt de iure naturæ, diuino poſitiuo & humano. Quod ſit de iure naturæ primum patet, quia ſacerdotes ſunt miniſtri reip. in rebus quæ ad religionẽ cultumque diuinum pertinent: ergo ſicuti omnes reſp. conſtituunt ſuis miniſtris profanis ſtipendia, quibus ſe ſuſtentare poſſint, (dignus eſt enim operarius mercede ſua) pari, aut etiam maiore ratione miniſtris ſacris: cum non minus ſint mercede digni, qui adminiſtrant ſpiritualia, quam qui carnalia. Huc faciunt quę Paulus non minus eloquenter, quam efficaciter (ſuam cauſſam agendo) ad Corinthios ſcribendo diſputat quod nemo ſuis ſtipendijs militet; quod nemo plantet uineam, qui vinum non bibat: quod nemo gregem paſcat, qui lacte non nutriatur; & denique quod nemo altari ſeruiat, qui ex altare viuere non debeat. Quod ſit pręceptum diuinum patet, quia ſcriptum eſt Filijs leui dedi omnes decimas Iſrael in poſſeſſionem pro miniſterio, quo ſeruiũt mihi in tabernaculo fœderis. Item, Pretium eſt mihi pro miniſterio quo ſeruitis in tabernaculo teſtimonij. Item, Inferte omnem decimationem in horreum meum, vt ſit cibus in domo mea. Idem repetiuit Chriſtus in lege noua, cum dixit, Dignus eſt operarius mercede ſua. Quod ſit de iure humano, ſiue eccleſiaſtico, conſtat ex toto titulo de decimis, & ex alijs locis. Eſt aũt eccleſiaſticũ ratione modi & determinationis circũſtãtiarum.

Septimum dictum, hoc præceptum in antiqua lege fuit præceptum iudiciale & morale, nou autem cæremoniale (licet aliquam myſticam ſignificationem habuerit) ac proinde in noua lege repeti potuit & ita fideles obligat, non vt fuit in veteri lege, ſed vt in noua eſt innouatum. Quod fuerit iudiciale, ſiue morale, patet; quia pertinent ad iuſtitiam, & propterea appellatum fuit, pretiũ ſeruitutis. Quod habuerit aliquam myſticam ſignificationem, probatur: quia illa decimatione populus ille, cui omnia in figura contingebant, profitebatur ſe eſſe in ſtatu imperfecto; cum aliquid a denario numero perfectiſſimo detraheret. Quod repeti potuerit, eſt manifeſtum ex dictis; quia præcepta legis naturæ & morum in omni lege ſeruanda ſunt. Vnde ſolum eas cæremonias eccleſia repetere non poteſt, quæ Hebræorum ſtatum deſignant, aut aliquid futurum, quod ad legem nouã pertineat.

Octauum dictum, nihil fuit neceſſe vt eccleſia tres decimarum ſpecies quę erãt in antiqua lege, ſub præcepto pręciperet; ſed ſatis fuit dari pręceptũ de prima, q̃ ad alendos miniſtros refert. Nã ꝙ attinet ad ſecũdã, qua aĩaliũ decimę pcipiebãt, ĩ veteri lege fuit neceſſaria pp multa & crebra ſacrificia, q̃ ex aĩalibus fiebãt: at ĩ noua nõ eſt opus aĩalibus ad ſacrificãdum. Tertia vero, quę cedebat ĩ vſum pauperũ fuit pcepta & aucta a Dño, dicẽte, ꝙ ſupeſt, date eleemoſynam: pręcepta, inquam præcepto miſericordiæ, non iuſtitiæ.

Nonum dictum, quota, ſiue pars decima, quę iure decimarum ſoluenda eſt, nõ eſt de iure diuino. Doctrina eſt communiſſima omnium Theologorum, & non nullorum ſummiſtarũ contra multos Canoniſtas, qui hac in parte grauiter errãt, exiſtimantes, de iure diuino ſoluẽdam eſſe decimam partem contra quos poſſem mul-

multis diſputare, ſed nolo, cum res ſit adeo certa, vt aliqui dicant contrariũ eſſe hęreſim. Itaq; ſolum eſt de iure diuino, vt miniſtri alantur; quod autem, hęc, vel illa quota ex bonis fidelium illis detur, pendet omnino ex iure humano: quam determinationem Chriſtus reliquit eccleſię: quæ in quota determinanda, loco rum, temporũ, perſonarũque rationem habere debet. Vnde inferres, Pontificem poſſe diſpenſare in decimarum ſolutione, ratione quantitatis & modi: quod ſi obijcias Innocẽtium dicentem, Deũ ſibi in ſignum vniuerſalis dominij decimas reddi præcepiſſe; ac proinde per ſe ad diuinum cultum pertinere, Reſpondeo, decimas non referri proxime ad diuinum cultum, ſed ad miniſtros alendos, vt patet ex illa auctoritate ſupra citata, ĩ qua dicitur, Vt ſit cibus in domo mea. Et canones nonnulli qui videntur ſignificare eſſe de iure diuino, intelligẽdi sũt, quod ſint de iure diuino exẽplariter, vt Sotus ait, ad exemplũ nimirũ antiquę legis, vel quãtũ ad ſubſtãtiã, non quãtũ ad quotã.

Decimum dictũ, ius decimarũ ſoluendarũ nullo modo in totum per deſuetudinẽ aboleri poteſt, ita vt ſi eccleſia iure vti voluerit, ſemper poſſit petere id quod ad ſuſtentationem miniſtrorum eſt neceſſarium. Vnde in hoc eccleſia diſpenſare non poteſt; cum ſit de iure naturæ. Quo fit, vt vbique locorum miniſtris, vel annui prouentus ſint aſſignati, vel ſtipendia, ne ſuis eos militare ſit neceſſe. Quãuis ergo eccleſia diſſimulare, & vt Paulus faciebat, quod ſibi debetur prętermittere poſſit: tamen quotieſcunque fuerit neceſſe, ſuo iure vti poterit. Quod ſi obijcias Auguſtinum dicẽtem, Decimarum penſionem tributum eſſe animarũ egentium, & qui eas dare nolunt, res alienas inuadere, ac proinde Eccleſiã earũ ſolutionem nõ poſſe diſſimulare, Reſpondetur, hoc nõ pertinere ad ius iuſtitiæ, ſed miſericordiæ: quare, ſi ex aliqua cauſſa diſſimulat, facit iniuriam nemini.

Vndecimum dictum, præcepiſſi de decimis ſoluẽdis obligat ſub peccato mortali. Doctrina eſt manifeſta, & patet ex grauitate materiæ, q̃a eſſet ſacrilegium; ac etiã ex pœnis q̃bus ſubijciuntur, aut ſubijci poſſunt qui decimas nõ ſoluunt: modo deſuetudo, & diſſimulatio ex cauſſa non excuſet. Vnde allata doctrina ſic intelligenda eſt, tunc eſſe ſoluendas; quando eſt conſuetudo ſoluendi, & eo modo, qui eſt in vſu.

Ex quibus rebus decimæ ſint ſoluendæ. Cap. 3.

QVod attinet ad res ex q̃bus ſoluẽdę ſunt decimæ, nihil eſt vt multa dicã: ac proinde paucis dictis ad propoſitã difficultatem reſpondebo.

Primũ dictũ, oblationes fieri poſſunt de vnaquaque re iuſte poſſeſſa. Quoniã, oblatio deſignat liberã rei exhibitionẽ factã Deo in recognitionẽ eis beneficentiæ erga nos: at hoc fieri poteſt quacunque re, cũ omnia ab ipſo habeamus: igitur. Dixi de re iuſte poſſeſſa, quia, vt ſupra docui, alienę rei oblatio diſplicet Deo, cũ ſit reſtitutioni obnoxia. Vnde, vt diuina ait ſcriptura, Qui offert victimã de rapina pauperis, quaſi qui mactet filium ante patrẽ. Huic facit pulcherrimũ diui Auguſtini exẽplũ. Si deprædaueris, inquit; aliquẽ inualidũ, & de ſpolijs eius dares alicui iudici, qui pro te iudicaret, tantã vis eſt iuſtitiæ, vt & tibi diſpliceret. Non eſt talis Deus tuus, qualis non deberes eſſe neque tu.

Secundum dictũ, ex accidenti fieri poteſt vt quis non poſſit offerre ex omnibus rebus quæ poſſidet. Quoniã circunſtantiæ efficere ſolent, vt id quod alias ſua natura eſt bonũ & licitũ, fiat non bonũ & illicitũ. Vnde nõ poſſet quis offerre id, quod ex virtute miſericordię alteri debet exhibere, in quo peccabant Phariſæi, qui quę comminiſtranda erant parentibus, templo offerre ſuadebant; Et eccleſia non acceptat oblationem lucri ex meretricio acquiſiti, propter ſcandalum, ne videatur fauere peccato.

Vbi notandum eſt, male acquiſitorum duo eſſe genera: vnum eorum, quæ ſunt reſtitutioni obnoxia: vt quæ furto, & vſura acquiruntur: & hæc decimari non poſſunt: ſecus dicendum eſſet de fructibus agrorũ & terrę vſuraria pecunia emptorũ,

ex quibus decima pendenda eſſet; cum hi non ſint reſtitutioni obnoxij Alterum eorum, quorum acquiſitio quamuis non ſit ſine peccato; tamen non eſt contra iuſtitiam, vt ſunt quæ ex meritricio acquiruntur, quorum oblatio & decimæ, licet ſua natura non ſint prohibitæ, tamen acceptari non ſolent.

Tertium dictum, non ſolum decimæ prædiales, ſed etiam perſonales exigi iure poſſunt. Quamuis ergo olim in antiqua lege ſolum prædiales eſſent in vſu; tamen perſonales, ſua natura, non ſunt illicitæ. Quod igitur perſonales ſint licitæ, primum patet ex communi ſcriptorũ ſententia. Deinde confirmatur ex doctrina Pauli dicentis, ſpiritualia ſeminantibus, licere metere carnalia, quorum appellatione continentur omnia bona omneſque fructus, etiam qui ex artibus percipiuntur; & ſicuti Deo debentur decimę q̃a ad omnes fructus producẽdos iuuat, ita etiam ad omnes artes exercendas auxilium præſtat, & operatur omnia in omnibus. Poſtremo confirmatur ex ſacris canonibus. Nam in Canone, Decimæ expreſſe dicitur, ſoluendas eſſe de negotio, de militia, de opificio, & de omnibus rebus. Ideo autem in veteri lege non ſoluebantur, decimæ perſonales, quia Leuitæ non arcebantur a negocijs & opificijs ſecularibus, vt noſtri ſacerdotes ex doctrina Pauli arcentur: & quia in noua lege non omnes habent poſſeſſiones. Fatendũ tamen eſt conuenientius exigi ex fructibus terræ, quam ex negociatione.

1. Cor. 9

16. q. 1. De deci. e Tua c. Non eſt. peruenit Nũtios. 2. Ti. 2.

Quartum dictũ, decimatio rerum minutarum, vt mentæ & anethi, olim non erant ſub præcepto, ſed potius ſub conſilio: & ita a ſacerdotibus exigi non debebat nam ſordidi hominis eſt res ſectari minutas. Quod ſi Phariſęi eas ſoluebant, id ad gloriã perfectæ iuſtitiæ comparandam referebant; & ideo pluris hoc, quam maiora mãdata faciebant, de quo a Chriſto reprehenſi fuere, non de rerum minutarum decimatione. Vnde, ſi a quopiã inique aliarum rerum decimatio negaretur hortorum decimas exigere liceret, vt ex capite, Non eſt, colligeres.

Ariſt.

Quinctum dictum, decimæ prædiales ſtatim ſoluendæ ſunt ex fructibus collectis non deductis expenſis; perſonales uero quæ negotiatione accedunt, ſoluuntur expẽſis deductis. Explico, aliqui cum fructus ex agro collegiſſent, antequam decimam ſoluerent, ex illis ſatisfaciebant ijs quorum opera in illis colligendis vſi fuerant, & poſtea decimam ſoluebant. Pontifex de hoc caſu conſultus, reſcripſit, decimas ſtatim eſſe ſoluendas, non deductis expenſis: at vero de perſonalibus aliter reſpondit. Nam quod ad prædiales decimas attinet, exiſtimandum eſt, Deum quodammodo quandam cum agricola inite ſocietatem, cum agri cultor ſemina terræ committat, & reliquã curam Deo relinquat. Cum ergo Deus cumulatam frugem conferat; ſatis eſſe debet homini, ſi cum ſuo periculo, cui ſua exponit, nouem partes ſibi retineat, & vnam Deo reddat. Quo fit, vt decimæ ex rebus diuino munere partis, nec mercedi, nec tributo ſint ſubiectę, & ita agricola nec tributũ nec famulorum mercedes poteſt ex illis deducere, niſi prius decimationẽ fecerit. Alias tenebitur in integrum ad decimas ſoluendas.

De deci. Cap. cũ homines Ca. Paſtorali.

Quinctum dictum, agricola cui ſine ſua culpa ante decimationem frumentũ in agro vel area fuerit ſublatum, aut alluuione diſperſum, liber eſt a decima ſoluenda. Quia dum frumentum ſtat ſub dio, etiam ſacerdotibus periclitatur. Secus dicendum eſt, ſi eius culpa perijſſet, aut poſtquam in horreo condidiſſet; quia tunc ſoluere deberet: ſicuti etiam quando per venditionem alienaſſet. Quod vero attinet ad perſonales, prius detrahuntur expenſæ factæ in rei conſeruatione, inſtaurationeque: cum in hoc rerum genere potiſſimum cura requiratur humana & poſtea ſoluuntur; quæ decimæ in fine anni ſolui ſolent.

Sot. li. 9. de iuſt. q. 4. ar. 2.

Sextum dictum; ſicuti in prædialibus decimis ſoluendis non poteſt fieri pręſcriptio, iuxta ea quæ diximus; ita nec in perſonalibus. Quia eadem eſt in vtroque genere ratio. Vnde falſa eſt illa diſtinctio quam nõnulli Canoniſtæ inter iſtas duas ſpecies afferunt; quod in prædialibus pręſcriptio non currat, vt in perſonalibus.

Hoſt. Hug.

Verum

Verum huiuſmodi decimę ſunt minus in vſu; & non ſunt exigendæ ubi conſuetudo non viget, quæ vigere poſſet, vbi prædiales non ſufficerent.

Septimum dictum, eccleſiæ conſtitutio de decimis ſoluendis, non eſt damnanda, quod ſit nimis abundans, cum ſacerdotes non ſint, vna ex duodecim partibus populi Chriſtiani; ac proinde ad hanc legem tanquam iuſtam defendẽdam, oportere fateri, inſtitutas eſſe etiam in vſum pauperum, vt nonnulli docent, contra quos lege, quæ a Soto libro nono de iuſtitia & iure diſputantur: de qua re nolumus hoc loco aliquid priuatim ſcribere. Quæſt. 4. ar. 1. Illud vniuerſe dixerim, noſtros ſacerdotes debere eſſe, & eſſe plures: debere etiã maiore cum decore & ſplendore viuere, vt etiam eorum maior eſt dignitas, quam veterum Leuitarum, quibus opificia exercere licebat: noſtris verò potius literarũ ſtudijs vacandum eſt; & ideo egent redditibus maioribus: quibus etiam magis eſt laborandum in cura rerum diuinarum, non ſolum quatter in anno & per uices, vt illi vacabant; & quidem in vno tãtum templo. Adde etiam, quod decimæ multis in locis ſunt exiliores, nec ad vnguem exiguntur. Sed de his ſatis.

Quibus perſonis decimę ſint ſoluendæ. Cap. 4.

QVidam hac in parte exiſtimarunt decimas ſolum ſoluendas eſſe ijs, Caiet. qui ſacramenta diuinumque verbum adminiſtrant vt ſuo iure faciunt animarum curatores & eccleſiæ Paſtores: Sot. vnde ex iſtorum ſententia ſolum his ſoluendæ eſſent. At vero alij exiſtimant deberi etiam propter alia miniſteria, quæ ad altare pręſtantur; vt eſt cantare, & ſacerdotibus adminiſtrare; quare etiam canonicis, & diaconis, qui ad ſacrificij myſterium conficiendum conueniunt, decimæ ſuo iure debentur, vt olim Leuitis debebantur. Omnibus igitur, qui aliquo vinculo ſunt obligati ad inſeruiendum altari, aliquo pacto hoc ſpirituale ius percipiendi decimas conueniet. Secus dicendum eſt, de clericis mercenarijs nulli eccleſiæ addictis, ac etiam de Monachis, quibus ex priuilegio hoc ius conuenit.

Atque ex his colligeres, quæ nam ſit radix iuris ſpiritualis ad percipiendos redditus eccleſiaſticos, & quæ præbendæ dicantur ſpirituales; quod eſt fundamentum, neceſſarium ad diſputandum de ſimonia. Ea igitur præbenda quę ſpirituali officio eſt annexa, cenſetur ſpiritualis, vt eſt Canonicatus, diaconatus, & alia ad ſeruitium eccleſiæ inſtituta.

Rurſum, ad id quod propoſuimus explicandum, animaduertendum eſt, in decimis duo ſpectari poſſe: alterum eſt ius petendi illas; alterum res ipſa quæ exigitur. Ius petendi duobus modis alicui cõuenire poteſt: primo, quod quis petat ſuo nomine, & hac ratione ſola perſona eccleſiaſtica, quæ munus exercet ſpirituale cui debetur penſio, petere poteſt: ſecundo nomine alterius, qua ratione Feudatarius, & is qui ex priuilegio decimas exigit, petere dicitur. His ita præmiſſis, de re propoſita ſic ſtatuo.

Primum dictum, ius petendi decimas ſuo nomine ſolũ clericis conuenit. Quod in hoc dicto docemus, ex ijs quæ adnotauimus facile intelligi poteſt: quam doctrinam, hac vnica ratione confirmo. Ius ſpirituale ſolis clericis congruit; cum hi ſoli ſint rerum ſpiritualium adminiſtri: at hoc ius decimarum exigendarum ſpirituale eſt, 1.Co. 9. iuxta illud Pauli, ſi nos vobis ſpiritualia ſeminam*: magnũ eſt ſi, nos carnalia veſtra metamus? Nu. 18. erit igitur hoc ius clericorum proprium; ſicut olim Leuitarum.

Secundum dictum, quamuis hoc ius magis proxime ijs conueniat miniſtris, qui ſacramenta miniſtrant, & diuinum verbum ſeminant; tamen dicendum eſt cõuenire etiam alijs, qui ad diuinum cultum ſunt deſtinati, & altari inſeruiunt. Alias enim diaconatus, canonicatus, & alia huius ordinis munera non cenſerentur ſpiritualia officia, neque ſimoniæ eſſent ſubiecta.

Tertium dictum, perſonæ non eccleſiaſticæ, habent facultatem petendi decimas, alieno nomine, nimirum eorum a

quibus eis exigendarum decimarum data eſt facultas. Quare, ſi Pontifex alicui Principi decimarum exactionem ob aliquam iuſtam cauſſam concedat, ei ſoluendæ erunt; vnde patet, quomodo laicis ſint ſoluendæ, aut ſolui poſſunt decimæ.

Quartum dictum, res ipſe materiales, quæ ob dictum ius clericis debentur, in laicorum ius venire poſſunt. Quoniam iſtę non ſunt ſpirituales: vnde eccleſia, ob laicorum merita, vel in aliquod opus pium, huiuſmodi res laicis adiudicare, atque eaſdem diuendere, & quomodocunque diſtrahere poteſt: Qua ratione monaſterijs & hoſpitalibus priuilegio pontificio decimæ adnectuntur; ac etiam curatæ eccleſiæ; quas tamen Monachi per vicarios adminiſtrare debent. An autem huiuſmodi annexiones ſint vtiles, alij videant, illud, vniuerſe loquendo, pro certo habendum eſt, minus bene curari eos, qui per mercenarios curantur.

Quintum dictum, decimæ ſoluendæ ſunt clericis, etiam ſi alias habeant vnde viuant. Licet ergo parochus, exēpli gratia, haberet, patrimonialia bona ad victū ſufficientia; adhuc tamē a ſubditis ei ſoluendę ſunt decimæ. Quoniā auctore Paulo, non eſt rationi conſentaneum, vt quis ſuis ſtipendijs militet. Quare poteſt curatus ſuos redditus paternos conſeruare, & ex ſolis decimis uiuere. Immo etiamſi clerici habeant alios redditus eccleſiaſticos, ex populorum pietate eccleſijs conceſſos, adhuc decimę, vigente conſuetudine, illis ſoluendæ ſunt, ex ijs autem quæ ſuperfluunt, clericus ſaltem ex virtute miſericordiæ, eleemoſynas faciat.

Cap. ad Apoſt. & decim. Sextum dictum, decimæ perſonales ſoluendæ ſunt ei parocho, in cuius parochia perſona habitat: prædiales vero, quamuis ſua natura debeantur ijs in quorum territorio ſunt prædia: tamen hac in parte, ut ſummi Pontifices reſcripſere, ſeruanda eſt conſuetudo. Vnde ſi agricola ſit ſub una parochia, & bona quę colit ſub alia, in ſoluenda decima, ſeruanda erit conſuetudo: quæ ut plurimum habet vt diuidantur.

Septimum dictum, qui concionando vel alio modo aliquid dicunt, quo fidelium animi auertantur a ſolutione decimarum, ſunt ipſo facto excommunicati. *Clemēt. cupientes, de pœnis.* Quæ excommunicatio ſolum complecti tur Concionatores religioſos, & non eſt reſeruata Pontifici, a qua Epiſcopus poteſt abſoluere.

Qui ſint obligati ad ſoluendas decimas. Cap 5.

Præceptum de decimis ſoluēdis quod attinet ad perſonas quas obligat, ſolum habet difficultatem reſpectu clericorum, & eorum, qui ſub hac appellatione continentur, atque infidelium, & maxime Iudæorum, qui inter chriſtianos uerſantur, & aliqua bona poſſident: de quibus quid ſit tenendum, cum nihil notandum occurrat, ſequentibus dictis breuiter docebo.

Primum dictum, clerici in quantum clerici non ſunt obligati ad ullas decimas ſoluendas. Explico, clerici prout decimas pro ſuo ſpirituali munere recipiūt & prout ex fructibus eccleſiæ iure clericali uiuunt, non tenentur præcepto de decimis ſoluendis. Primum, quia non eſt naturæ conſentaneum, vt idem ſub eadē ratione agat, & patiatur, ſiue recipiat, & det: cum ergo clerici ob ſpiritualem functionem habeant, ut poſſint decimas recipere, eaſdem ſub hac ratione ſoluere non debebunt. Deinde, idem probatur ex determinatione Pontificia, quæ hoc genus exactionis damnat, ut clerici a clericis decimas recipiant. *Cap. Nouum, de dec.*

Secundum dictum, a clericis poſſidentibus aliqua bona iure ſeculari, ut hæreditatis, donationis, vel alio ſimili titulo, exigi poſſunt decimæ fructuum quos ex huiuſmodi bonis colligunt. Doctrina eſt certiſſima & communis: & patet; quia in hoc dicto non reperitur illa repugnantia quæ reperiebatur in primo: quam doctrinam aliqui confirmant argumento ſumpto a contrario, ex ijs quæ dicuntur in canone, decimas, cauſſa decimaſexta, quæſtione prima: eſt autem hæc doctrina intelligenda, etiamſi clerici eiuſdem ſint eccleſiæ, qui licet, ut in eadem eccleſia ſacramenta miniſtrant, non ſoluant deci- *Gof. de dec. nu. 5.*

mas:

mas: támen rátione bonorum non eccleſiaſticorum quæ poſſident, ſoluere debent.

Tertium dictum, bona unius parochialis eccleſiæ, quæ in alia ſimili eccleſia poſſidentur, non ſunt ſubiecta decimationi. Ita præter alios docet diuus Thomas; & ratio eſt, quia eo ipſo quod fundus aliquis eſt eccleſiæ parochialis, ſpirituali muneri, vel eccleſiæ eſt mancipatus; ac proinde a decimarum ſolutione liber. Sed quid fieret, ſi qui ſunt in una parochia omnia ſua bona alteri donarent eccleſiæ? quia tunc eorum eccleſia, omnibus priuaretur decimis. Reſpondent aliqui, quod tunc tranſirent fundi cum onere decimæ ſoluendæ; & ita in hoc caſu clerici decimarent ratione prædiorum. Vnde, ſi cui ordini ſiue religioni conceſſum eſſet priuilegium non ſoluendi decimas, & aliquę eccleſię magnū paterentur detrimentum, cū illis facienda eſſet compoſitio, vt aliquando fuit reſcriptum.

D. Tho. 2. 2. q. 87. ar. 4

Caie. Sot.

Cap. ſuggeſtū de decim.

Quartum dictum, quamuis religioſi nomine clericorum venire ſoleant: tamē ni priuilegio ſint exempti, ratione bonorum quæ poſſident, ſunt obligati ad decimas ſoluendas, etiamſi ipſi atua ſua colant; & multo magis ſi per colonos, Ita habetur decretum in c. Licet, & ad audiētiam, de decimis. Verū hac in parte erit etiam ſpectanda conſuetudo.

Cap. ex parte de decim.

Quinctum dictum, quamuis decimæ etiam in ſubſidiū pauperum clericis tribuantur: non propterea pauperes ſunt exempti a pręcepto ſoluendi decimas, ſicuti clerici exempti ſunt. Quoniam, ſi eis ſpūalia ſubminiſtrantur, ab eis quoque carnalia repetenda erunt: quæ ipſi, put poſſunt, & decet, ſoluere debebunt. Doctrina eſt Diui Thomę in ſecunda ſecundę, in quæſtione de decimis articulo vltimo, in reſponſione ad vltimum argumentum.

Sextum dictum, Iudæi ratione bonorum a Chriſtianis emptorum, tenentur decimas ſoluere. Doctrina eſt certa, & iure canonico determinata. Quare, vel nō eſt permittendum Iudęis, vt aliquid in terris chriſtianorum poſſideāt; vel ſi permittitur, rerum dominium cum eccleſiæ detrimento ad eos peruenire non dēt. Ex qua doctrina inferres, Iudęum & infidelem hominem nō eſſe obligatum ad ſoluendas decimas agri a ſe in territorio Chriſtianorum poſſeſſi, qui prius nō fuit ſub poteſtate hominis fidelis, vt Sotus docet. An autem infideles qui vellent ſibi a Chriſtianis Sacerdotibus Euangeliū prędicari, eſſent obligati ad eos alendos, & an de hoc pactū fieri poſſet, alibi lib. vltimo de legibus docui.

Ca. quā eo de Iudæis.

Li. 7. de iuſt. q. 4. ar. 4.

Septimum dictum, falſum omnino eſt, quod Panormitanus præter alios docet, infideles omnes, eſſe obligatos ad decimas, tum prædiales, tum perſonales ſoluendas, & ſi fieri poſſet, ad hoc eſſe cogendos, & cum conuertuntur ab eis repeti poſſe. Quoniam, vt bene ait Sotus, talis opinio nullo iure diuino, vel naturali, fundatur. Nā, cum decimæ, vt eſt ſępe dictum, ſolum ratione miniſterij debeantur; profecto iſti qui nō ſunt de eccleſia, in qua ſpiritualia ſeminantur, ad decimarum ſolutionem obligati non erūt. Nec propterea quod tenentur noſtrā legem ſuſcipere, ſequitur eos eſſe obligatos, ad noſtræ legis pręcepta ſeruanda ut inepte Canoniſta arguit; quia, vt Paulus ait, De his qui foris ſunt, nihil ad nos: alias diceres, Turcas peccare, quia non communicant, quia non audiunt miſſam, & ſic de alijs præceptis. Nec etiam, quod in iure Canonico dicitur, Deum in ſignum uniuerſali dominij ſibi decimas reſeruaſſe, ſequitur omnes mortales obligatos eſſe ad decimas ſoluendas: quia pari ratione omnes olim obligati fuiſſent eas ſoluere Leuitis, quod prudens concederet nemo. Vnde ſenſus eius loci eſt, ſemper Deum voluiſſe coli ſacrificijs in quacunque rep. & ut ſacerdotes ſuſtentarentur, ac proinde decimas præcepiſſe, ut Leuitę haberent vnde viuerent. Vide igitur quā inepte puri canoniſtę Theologari ſoleāt, & quantum dialectica doctrina, qua paſſim carent, eis ſit neceſſaria.

Cap. cū nō ſit de decimis.

Nec etiam ex eo, quod olim Leuitę ſacerdoti cui primitię debebātur, decimas dabant, ſequitur, etiam noſtros clericos decimas ſummo Pontifici, dare debere;

Ca. 1. de decim.

quia

quia Leuitæ ſub ſacerdotum obedientia uiuebant, & de decimis ſummo Pontifici ſoluendis pręceptum habebant. Poteſt tamen etiam nunc ſummus Pontifex, neceſſitate vrgente, omnibus clericis decimam imponere, vt ſæpe fieri uidemus. Atque de decimis, & de omnibus eccleſię ſanctæ Dei, præceptis in eiuſdem eccleſię commoditatem, & Dei honorem hucuſque ſcripſiſſe ſufficiat.

Quinctæ partis & totius Opuſculi Finis.

Laus Deo & Beatæ Virgini Annunciatæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

398.013